

In quinque sequentibus Theologica mysteria pandit, in quibus adeo processit, ut omnibus quod mutarentur aut imitarietur reliquerit, quid excogitarent prope nihil. Vno verbo si rerum ordinem multis usque doctissimis qui Albertum sunt insequuti ademeris, nihil in illis praeter Albertum reperire.

Novus decimus miranda profus diuina omnipotentia & sapientia secreta prodit, dum rerum ordinem & originem inquirat, agendo de materia prima, de tempore, de caelo, de Angelis & homine. Quae in Despara laudes in vigesimo literis exarant, non ingenio tantum illum suo, sed studio etiam quo in illum ferebatur, assecutum esse plane declarant, quae sic accurata sunt, ut de praesenti illius auxilio nemo qui legerit, dubitabit.

In Miscellaneis stupendam ingenij fertilitatem exhibet, qualem vix unquam mortalium quisquam est assequutus. Percurre, beneuole Lector, & adhuc maiora videbu quam possimus verbis exprimeret. Nec te terreat tantorum voluminum congeries, has spe recreatum, mortalem posse percurrere quae mortalis scripsit. Cum aliunde non solum Alberti Magni meritum & sibi, hoc gratitudinis debeas pignus, ut saltem oculis sin mente tantum opus delibes, sed etiam laboribus, vigiliis, studio, perquisitioni & sollicita sagacitati RR. PP. celi beerrimi Ordinis Praedicatorum. Quid enim dicemus de R. P. Thoma Turco praedicti Ordinis generali Magistro: in arduis fatis esse voluisse immensam pondus etiam Atlantidis impar viribus ad caelos caedere parum. Addeamus omnes fere Europa partes non solum zelo domos proprias inuisendi, sed etiam ut peruectus, qui tot regionibus tamque diffusis sparsi erant & veluti sepulti codices, nobis compararet. Auxit animum inter tot tantisque labores felix faustusque successus: ita ut nihil ipsi deesse videretur quam tantorum operum Authoris praesentia qua fruere- tur. Arrisit diuinum nomen pii R. P. Potis: vitaque sanctus facie ad faciem intuetur, quod in enigmate & in speculo suorum operum admirabatur. Ipsius zelo simul & dignitati successit R. P. Nicolaus Rodolphus, sed praematura morte ad superos euoatus, successorem reliquit, qui non solum nunc Ordini sapientissime praesert, sed etiam qui ad hanc luculentam & tantum expeditam lucubrationem omnes cogitationes, omnia studia, omnem denique auctoritatem conuerteret. Vtrique muneri non solum successit, sed amulus extitit, Ordinis & totius vniuersi utilitati consulens. Distrabebat tamen mentem tantorum numerum sollicitudo, hinc regiminis pondus, illinc cura praeli assidua: & ut alter Moyses nimis laboribus impar, solum sibi elegit R. A. P. Cochet exprouincialem & probatissimam integritatis laude benemeritum, qui iustaret ut immensa M. Alberti volumina hic ederentur.

Sed mirandum sane quantum opera contulit R. A. P. Iammy: omnia enim volumina per- uestigauit, a mendis expurgauit, innumeris locis rescripsit, citationibus quae desiderabantur illustrauit, copiosissimis indicibus auxit, & ad maiorem distinctionem titulos qui tractantibus aut partibus eorum decreuit, supplens: vniuersa denique in quam optimum licuit ordinem negotiose digessit, ita ut sicut olim de Sophia decrepita muliere & paupere quae obuiantes cur- ribus detrahebant lapides dum Apollinis templum construere tur, inscriptum fuit, Sophia me fecit, possimus nunc iustum dicere, R. A. P. Iammy me fecit, dum indefesso labore pristino aut forsas nunquam viso statim tanta volumina restituit. Vale.

Mirare eum qui viuens non habuit parem, extinctum & Beatum venerare doctissi- mum studiose imitare.

Hoc suadent

Tuz Bencuolentia obsequenissimi & deuotissimi
Claudius Prost.
Petrus & Claudius Rigaud, frat.
Hieronymus de la Garde.
Ioan. Ant. Huguetan, Filij.
Bibliopola Lugdunenses.

CATALOGVS.



CATALOGVS

Operum Beati Alberti Magni XXI.

Voluminibus comprehensorum.

In primo continentur.



- ITA Beati Alberti Magni.
De predicabilibus lib. 1.
De decem predicamentis lib. 1.
De sex principiis lib. 1.
De interpretatione lib. 2.
De syllogismo simpliciter, id est, priorum ana-
lyticorum lib. 2.
De demonstratione, id est, posteriorum analyti-
corum lib. 2.
Topicorum lib. 8.
De sophisticis elenchis lib. 2.
In 2.
De physico auditu lib. 3.
De caelo & mundo lib. 4.
De generatione & corruptione lib. 2.
De meteoris lib. 4.
De mineralibus lib. 5.
In 3.
De anima lib. 3.
Metaphysicorum lib. 13.
In 4.
Ethicorum lib. 10.
Politieorum lib. 8.
In 5.
Parua naturalia, siue
De sensu & sensato lib. 1.
De memoria & reminiscencia lib. 1.
De somno & vigilia lib. 1.
De motibus animalium lib. 2.
De aetate siue de iuuentute & senectute lib. 1.
De spiritu & respiratione lib. 2.
De morte & vita lib. 1.
De nutrimento & nutribili lib. 1.
De natura & origine animae lib. 1.
De unitate intellectus contra Aueroem lib. 2.
De intellectu & intelligibili lib. 2.
De natura locorum lib. 1.
De causis proprietatum elementorum lib. 1.
De passionibus aeris lib. 1.
De vegetabilibus & plantis lib. 7.
De principiis motus progressiui lib. 1.
De processu vniuersitatis a causa prima lib. 1.
Speculum astronomicum, in quo de libris lici-
tis & illicitis tractatur.
In 6.
De animalibus lib. 26.
In 7.
Commentarij in Psalmos.
In 8.
Commentarij in Threnos Ieremiae.
Comment. in Baruch.

- Comment. in Daniele.
Comment. in 12. Prophetas minores.
In 9.
Comment. in Mattheum.
Comment. in Marcum.
In 10.
Comment. in Lucam.
In 11.
Comment. in Ioannem.
Comment. in Apocalypsum.
In 12.
Sermones de Tempore.
Orationes super Euang. Dominic. totius anni.
Sermones de Sanctis.
Sermones 32. de Sacramento Eucharistiae.
Liber de muliere forti.
In 13.
Comment. in Beatum Dionysium Areopagi-
tam.
Compendium theologiae veritatis, septem li-
bris digestum.
In 14.
Comment. in 1. lib. Sententiarum.
In 15.
Comment. in 2. & 3. lib. Sententiarum.
In 16.
Comment. in 4. lib. Sententiarum.
In 17.
Prima pars Summae Theologiae.
In 18.
Secunda pars Summae Theologiae.
In 19.
Summa de creaturis diuisa in duas partes, qua-
rum prima est de quatuor coelestibus, secunda
de homine.
In 20.
Mariale, siue quaestiones 236. super Missus est.
De laudibus B. Virginis lib. 12.
Biblia Mariana.
In 21.
Miscellanea, siue
De apprehensione & apprehensionis modis
lib. 1.
Philosophia pauperum, siue isagoge in li-
bros Aristotelis de physico auditu, de caelo
& mundo, de generatione & corruptione,
de meteoris, & de anima.
De Sacrificio Missae lib. 1.
De Sacramento Eucharistiae lib. 1.
Paradisus animae, siue de virtutibus libellus.
De adhaerendo Deo libellus.
De Alchimia libellus.

BEATI
ALBERTI
MAGNI,
RATISBONENSIS EPISCOPI,
ORDINIS PRÆDICATORVM,
MISCELLANEA,

Recognita per R. A. P. F. PETRVM IAMMY, sacre Theologiz Doctorem, Conuentus
Gratianopolitani, eiusdem Ordinis.

NUNC PRIMVM IN LVCEM PRODEVNT.

Horum catalogum tertia pagina indicabit.

Operum Tomus Vigesima-primus.



L. V. G. D. V. N. I.

Sumptibus

CLAVDII PROST.
PETRI & CLAVDII RIGAVD, Frat.
HIERONYMI DELAGARDE.
IOAN. ANT. HVG VETAN.

Via Mercatoria.

M. DC. LI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

B.T.
70
14
1657
ALBIA

LIBER PRIMUS
LIBER PRIMUS

LIBER PRIMUS

ALBERA

6. 20. 3. 19. 21.

Catalogus eorum qua hoc volumine
comprehenduntur.

PHILOSOPHIA in illogo in libros
Arithmetica, physica, de celo & mundo, de generatio-
ne & corruptione, de meteoris & de anima.
De philosophia in illogo in libros.

- De sacrificio Millz. Lib. 1.
- De sacramento Eucharistiae. Lib. 2.
- Paradisus animae, sive de virtutibus libellus.
- De adherendo Deo libellus.
- De alchimia libellus.
- Scriptum super...

INDEX

Capitulum in illogo ad physicam
contentorum.

PRIMA PARS	SECUNDA PARS
De physica natura	De celo & mundo
Cap. I. De principiis & primis 1.	Cap. I. De principiis & primis 1.
II. De materia 2.	II. De materia & primis 2.
III. De generatione 3.	III. De materia & primis 3.
IV. De corruptione 4.	IV. De materia & primis 4.
V. De calore 5.	V. De materia & primis 5.
VI. De frigore 6.	V. De materia & primis 6.
VII. De humido 7.	VI. De materia & primis 7.
VIII. De siccitate 8.	VII. De materia & primis 8.
IX. De aere 9.	VII. De materia & primis 9.
X. De igne 10.	VII. De materia & primis 10.
XI. De lapide 11.	VII. De materia & primis 11.
XII. De metallo 12.	VII. De materia & primis 12.
XIII. De mineralibus 13.	VII. De materia & primis 13.
XIV. De plantis 14.	VII. De materia & primis 14.
XV. De animalibus 15.	VII. De materia & primis 15.
XVI. De homine 16.	VII. De materia & primis 16.
XVII. De universis 17.	VII. De materia & primis 17.

TERCIA PARS
De generatione & corruptione.

Cap. I. De generatione & corruptione 18.
II. De generatione & corruptione 19.
III. De generatione & corruptione 20.
IV. De generatione & corruptione 21.

Index capitum.

IV. De generatione elementorum.	ibid.	XXIX. De balneo.	ibid.
V. De specibus motus & primis de alteratione.	18.	XXX. De cometa.	35.
VI. De augmentatione & diminutione.	ibid.	XXXI. De coloribus nubium.	ibid.
VII. De locumotione.	ibid.	XXXII. De galaxia.	ibid.
VIII. De tactu.	19.		
XIX. De mixtionem.	ibid.		

QVARTA PARS.

De meteoris.

CAP. I. DE quinque generibus mixtionum.	19.
II. De vapore, causa materiali meteororum.	20.
III. De causa efficiens meteororum.	21.
IV. De impressionibus ignis ascendentibus.	ibid.
V. De impressionibus ignis descendentibus.	22.
VI. De modo generationis impressionum humidarum.	ibid.
VII. De grandine qui dicitur lapis.	23.
VIII. De nix.	ibid.
IX. De pluuia.	24.
X. De nimbo.	ibid.
XI. De rore.	ibid.
XII. De pruina.	ibid.
XIII. De ventis in generali.	25.
XIV. De quinque proprietatibus ventorum.	ibid.
XV. De ventis in particulari.	26.
XVI. De proprietatibus ventorum principalium.	26.
XVII. De tonitruo.	27.
XVIII. De diversitate nubis continentis tonitrua.	28.
XIX. De casu fulgoris.	ibid.
XX. De effectibus fulminis.	29.
XXI. De causis naturalibus effectuum fulminis.	30.
XXII. De emissio a tonitruo.	31.
XXIII. De tempore conuulsionis.	32.
XXIV. De loco tonitruo & conuulsionis.	ibid.
XXV. Quam virtutem tonitruo inspicere habeat.	ibid.
XXVI. De terramotu.	33.
XXVII. De vento turbis.	34.
XXVIII. De petrasis ex vapore qui conuulsione cum lumine solis & luna & stellis, & primis de aride.	ibid.

QVINTA PARS.

De anima.

CAP. I. Quid sit anima.	36.
II. An sit anima aliqua potentia, & quomodo distinguatur ab ea.	37.
III. De diversitate potentiarum anima.	ibid.
IV. Vtrum in homine sint tres anime realiter distincte.	38.
V. De potentia anima vegetabilis.	39.
VI. De potentia anima sensibilis.	ibid.
VII. De visa.	40.
VIII. De audita.	41.
IX. De olfactu.	ibid.
X. De gustu.	ibid.
XI. De tactu.	ibid.
XII. De motu.	ibid.
XIII. De obiectis.	42.
XIV. De sensu communi.	ibid.
XV. De virtute qua est imaginatio.	43.
XVI. De virtute imaginativa.	ibid.
XVII. De somno & vigilia.	44.
XVIII. De virtute estimativa.	45.
XIX. De virtute memorativa.	ibid.
XX. De virtute motiva motu generali.	46.
XXI. De virtute motiva motu animali.	ibid.
XXII. De virtutibus affectivis.	47.
XXIII. De virtute motiva exteriori.	48.
XXIV. De potentia anima rationalis.	ibid.
XXV. Vtrum intellectus habeat organum.	ibid.
XXVI. De obiecto virtutis intellectiva.	49.
XXVII. De diversitate virtutis intellectiva.	50.
XXVIII. De virtute intellectiva separabili.	ibid.
XXIX. De intellectu possibili.	ibid.
XXX. De intellectu agente.	51.
XXXI. De diversitate virtutis intellectiva in partem superiorem & inferiorem.	52.
XXXII. De actu virtutis intellectiva.	ibid.
XXXIII. De virtute motiva intellectiva.	53.

D. ALBERTI



D. ALBERTI MAGNI,
RATISBONENSIS
EPISCOPI, ORDINIS
PRÆDicatorum,
PHILOSOPHIA PAUPERVM,
SIVE ISAGOGE IN LIB. ARISTOTELIS,
PHYSICORVM, DE CÆLO ET MVNDO,
de generatione & corruptione meteororum
& de anima.

PRIMA PARS

De physico auditu.

CAPVT I.

De subiecto & principio physico in genere.



Nota de peccatis hominum...

NATURALE dicitur in
tres partes, videlicet logi-
cam, ethicam, physicam.
Sunt rationales, morales,
& naturales. Aliis autem
dicitur naturalis ad presens
de solo physico naturalis
intelligitur, presens
quod naturalis in his dicitur. Dicitur enim
naturalis intelligitur, secundum quod
dicit Aristoteles in *generibus*, quod vniuersi-
salis sunt magis propria particulari natura.
id est, naturalis intelligitur. Item naturalis sunt
simul naturalis: quia intellectus vno intelligitur
aliud, ut dicitur in *particularibus*. Dicitur
etiam naturalis in *particularibus*. Dicitur enim
foris, & magis proprie dicitur naturalis
quia salua res naturalis est. Et dicitur
Dicitur enim via in *particularibus*.
Dicitur etiam naturalis in *particularibus*.
tis eius in quo est pars in per se non lectu-
dum accidens. Vnde Aristoteles dicitur du-
plicem naturam, scilicet vniuersalem & parti-
D. Alb. Mag. *Isagoge in lib. Physic.*

cularem. Vniuersalem appellat diffusam virtu-
tem in substantiam celorum. Particularem ap-
pellat illam que est in istis rebus singularibus,
sive in individuis, ut illam que est in hoc plantis
& in hoc grassis, secundum quod dicitur, quod
natura est vis infra rebus ex similibus similibus
procreans. Et hoc vltimos quatuor modos po-
nit Aristoteles in secundo physicom.
Naturale etiam dicitur multipliciter. Dicitur
enim vno modo naturale illud, quod inest ei
a sua creatione, secundum quod dicitur, quod
scire & addicere naturale est homini, quia
vtrumque inest a sua creatione. Dicitur etiam
naturale quod sit secundum entium nature, se-
cundum quod dicitur, quod naturale est quod
ex homine sit latus, & ex equo equus. Vnde
secundum hoc intelligitur opus & imple-
tia agentia, scilicet opus nature, opus arti-
ficis, & opus creatoris. Opus nature est, cum
principium est natura. Opus artificis est, cum
principium agens est voluntas. Opus creatoris
est, cum principium agens est ipse creator.
Dicitur etiam naturale, quod continetur in
ita natura.
Cuius ergo subiectum naturalis philosophia dicitur
si corpus mobile, nobis considerationibus de
nature, prima postea speculatio est: de
potest naturalis simpliciter per se. Secunda de
celo & mundo. Tertia de elementis. Quarta
de elementis. Quinta de anima.



*Corpora
duplex de
finitio.*

Corpus sic diffinitur ab antiquis. Corpus est omne illud quod habet trinam dimensionem, scilicet longum, latum, & profundum. Vel sic & melius secundum A'gazem & Auicennam. Corpus est illud, in quo est aptitudo intelligendi duas lineas interfecantes se ad angulos rectos, & tertiam interfecantem ambas ad angulos rectos.

*Corporis
dimisio.*

Est autem corporum aliud mobile, aliud immobile. Et dicitur immobile corpus stans, quod neque ad formam mouetur, neque ad situm, ut hoc quod dicitur cælum empyreum. Corpus autem mobile est, quod subiacet mori & quieti, quod etiam est vnum de principiis naturæ.

*Tex. 86.
Tria sunt
principia
naturæ.*

Testante Aristotele summo Philosophorum in primo physicorum, tria sunt principia naturæ, scilicet subiectum siue materia, & duo contraria, scilicet priuatio & forma. Quod sic parere potest. In omni eo quod fit secundum naturam, oportet aliquid subici, quod ad illud quod fit, sit in potentia. Per hoc quod dico aliquid subici, rango subiectum siue materiam. Per hoc quod dico quod fit, rango formam. Per hoc quod dico in potentia, rango priuationem. Verbi gratia, Ex homine non multo fit homo musicus, ex semine non homine fit homo. Est igitur materia ut vnum principium numero: & est ut duo ratione priuationis: priuatio enim accidit materiæ: non enim idem est homini & immusico esse: propter quod dicit Aristot. Duo sunt principia, ut est dicere numero: non autem penitus duo, propter illud quod alterum est ex seipso, sed sicut duo, quia diuersimodè considerantur, ut postea parebit. Quod autem materia & forma sint principia & radices cuiuslibet corporis, patet per resolutionem: abstractis enim omnibus formis accidentalibus, tandem vesitur ad formam substantialem, qua adhuc abstracta per intellectum, remanet quoddam valde occultum, quod dicitur materia prima. Quod autem hæc materia sit aliquid, patet per hoc quod elementa miscentur & transmutantur adinuicem, & non secundum contrarias qualitates siue formas illas: secundum illas enim repugnant: ergo conueniunt secundum aliquod commune: & hæc est prima materia: ergo prima materia est aliquid. Et si obijciatur, quod esse est à forma: ergo si hæc materia aliquid est, habet formam, & sic cum habeat formam, non est prima materia. Dicendum quod esse actuale est à forma, sed non potentiale, & tale scilicet esse potentiale habet materia prima. Vel potest dici, quod aptitudo recipiendi talem formam, est ei pro forma.

CAPVT II

De materia.

*Tex. 82.
Diffinitio
materiae.*

De his igitur principiis dicendum est simpliciter, & primo de materia. Materia, ut dicit Aristoteles in primo physicorum, in fine, est primum subiectum cuiusque ex quo fit aliquid, cum ipse non secundum accidens. Cum insit dicit: quis in omni eo quod fit secundum naturam, necessarium est inesse materiam. Non

secundum accidens dicit propter priuationem quæ non inest per se, sed secundum accidens. Et hæc est diffinitio materiæ primæ, de qua dicit Aristoteles ibidem, quod est ingenita & incorruptibilis: si enim generaretur, esset antequam generaretur: & esset etiam alia materia ante istam quæ etiam generaretur, & sic in infinitum. Similiter si corrumperetur, esset alia post istam in quam corrumperetur, & sic in infinitum. Vnde materia prima est quæ est prima in via compositionis, & vltima in via resolutionis. Vnde dicit Dionysius in libro de diuinis nominibus, cap. 4. Sed non corrumptur aliquid existentium secundum quod est substantia & natura, sed defectu ordinationis quæ est secundum naturam, harmoniæ & commensurationis ratio infirmatur, manere similiter se habens.

*Materia
ingenitabilis
& incorruptibilis.*

*Prima in
via compo-
sitionis, &
vltima in
via resolu-
tionis.*

*Diuersa
nominibus
materia
attribuitur.*

Et nota, quod materia dicitur in quantum apta nata est recipere formam. Substantia verò siue subiectum, in quantum substantia formæ: vnde accidentia siue formæ non habent esse suum nisi in materia. Dicitur autem hyle, secundum quod non habet comparationem ad aliquam formam determinatè, & est nuda ab omni forma. Origo verò dicitur, secundum quod est principium rerum naturalium.

*Diuisio
materiae.*

Materia autem diuiditur: quia quædam est corporalis, quædam spiritalis. Spiritalis est illa, quæ est in creatura, quæ non habet situm, sicut Angeli & animæ sunt, in quibus simul causalatur materia cum ipsis. Corporalis est illa, quæ est in rebus quæ habent situm: & illarum quædam est naturalis, quædam artificialis. Artificialis est illa, quæ inest rebus artificialibus, siue quarum principium est voluntas creata. Naturalis est illa, quæ est in rebus naturalibus, siue quarum principium est natura. Et illius quædam est vniuersalis siue prima, & quædam est particularis siue secunda. Vniuersalis est illa, quæ non habet respectum aliquem ad aliquam formam specialem, sed ad omnem indifferenter. Est enim quidam appetitus naturalis in materia ad omnem formam: & hoc est propter omnimodam sui imperfectiorem à forma: vnumquodque enim in quo magis deficit, id magis appetit: vnde Aristoteles dicit in fine primi physicorum, quod materia appetit formam sicut femina masculinum, & turpe bonum. Illa est particularis, quæ fit hoc aliquid & comparatur à forma substantiali & formis accidentalibus. Et nota, quod in materia artificiali tantum est potentia passiva, sicut in ære respectu status. In materia verò naturali particulari non solum est potentia passiva, sed etiam actiua, ut patet in grano, & hoc à Theologis dicitur ratio seminalis, quæ est aliquid formæ. Item particularium quædam est ingenitabilis & incorruptibilis, ut patet in cælo, & in omnibus superioribus, in quibus est virtus actiua rerum inferiorum. Quædam verò est generabilis & corruptibilis, sicut in elementis & in elementatis patet, in quibus est virtus actiua & passiva.

*Differen-
tia inter
materiam
naturalem
& arti-
ficialis.*

Ex his quæ dicta sunt, potest colligi quinqueplex materia, scilicet spiritalis & corporalis, vniuersalis & particularis, corporalis ingenitabilis, & corporalis generabilis, naturalis & artificialis. Hæc autem sic se habent adinuicem, quod

... in materia ...

CAPVT III

De principio

Dico de materia, dicitur est de materia, que sic potest ...

Principio quid.

Textus

CAPVT IV

De forma

Sequitur de forma, de qua dicitur ...

Textus

Textus

Textus

Textus

Textus

Textus

Textus

Textus

Textus

Textus

Textus

Textus

... in materia ...

... in materia ...

... in materia ...

... in materia ...

... in materia ...

... in materia ...

... in materia ...

... in materia ...

... in materia ...

... in materia ...

... in materia ...

... in materia ...

... in materia ...

Dispositio

forma

inquantum dat esse materiae sine in... ne ad materiam. Species vbi dicitur...

Tex. 53. Proprietas materiae

Item nota, quod sicut dicit Aristoteles in libro secundo de generatione & corruptione...

CAPVT V.

De causis.

Consequenter autem considerandum est de causis quae de quor numerus sunt...

Differencia inter principia & causas

Tex. 15. Causa materialis

Materia de qua, in qua, & circa quam. Causa formalis

Causa efficiens

Tex. 25.

Tex. 26.

Tex. 27.

Item nota, quod sicut dicit Aristoteles in libro secundo de generatione & corruptione...

Tex. 30. phisica

Tex. 32.

CAPVT VI.

De fortuna & casu.

Post hoc dicendum est de fortuna & casu quod sunt...

Tex. 1.

Quaedam sunt similes, quaedam sunt contrariae...

Tex. 2.

Tex. 3.

Tex. 4.

Tex. 5.

Tex. 6.

ad domum, & saltem est a lege: non enim propter salutem venit ad domum...

Tex. 32.

Tex. 38. Tres causa materialis

CAPVT VII.

De motu opinione.

i. phisica. Tex. 3.

i. phisica.

Tex. 19.

Deinde notandum, quod de philosophia potest considerari...

Item nota, quod sicut dicit Aristoteles in libro secundo de generatione & corruptione...

Quoniam autem dicitur Aristoteles in libro primo de motu...

CAPVT VIII.

De difficultate motus.

Deinde notandum, quod de philosophia potest considerari...

Tex. 20.

huius est, vt alterabilis inquantum alterabile alterari. Item in eodem: Motus est actus imperfectus. Item Auicenna dicitur sic motus: Motus est exitus a potentia in actum...

Diferentia inter ea signa, cum tunc & consequentia. 5. phisic. Tex. 25.

Ad omnia sunt numerum motus tria requiruntur.

Tex. 24.

Aliquid mouetur per se, aliquid per accidens, de hoc dicitur.

nobis sunt. Alio modo sicut pars in toto, sicut mouetur classis motu nauis.

CAPVT IX.

De diuisionibus motus.

Nunc de diuisione motus dicendum est. Motus vno modo sic diuiditur. Motuum autem naturalis, alius animalis, alius violentus. Naturalis est ille, cuius principium intra est ipsa natura. Animalis est ille, cuius principium intra est anima. Violentus est ille, cuius principium extra, nihil compositum patet.

Motus naturalis, animalis, violentus.

Tex. 10.

Species motus violenti, impulsio, expulsio, vectio, verigine.

Tex. 8. Generatio est corruptio non de motu.

CAPVT X.

De quiete.

De quiete. Quietudo est de quiete. Quietudo est in parte motus. Quietudo est in parte motus. Quietudo est in parte motus.

Lib. 7. fidei orthodoxo. Tex. cap. 16. 4. phisic. Tex. 19.

Triplex dicitur de motu. Tex. 19.

CAPVT XI.

De leui.

De leui. Leuius est corpus quod mouetur secundum naturam suam. Leuius est corpus quod mouetur secundum naturam suam.

De leui. Leuius est corpus quod mouetur secundum naturam suam. Leuius est corpus quod mouetur secundum naturam suam.

De quiete. Quietudo est de quiete. Quietudo est in parte motus. Quietudo est in parte motus.

CAPVT XII.

De tempore.

De tempore. Tempus est de tempore. Tempus est de tempore. Tempus est de tempore.

De tempore. Tempus est de tempore. Tempus est de tempore. Tempus est de tempore.

De tempore. Tempus est de tempore. Tempus est de tempore. Tempus est de tempore.

Nunc est substantia temporis.

Et sic patet, quod nunc est substantia temporis quia tempus nihil aliud est quam nunc fluxu suo suscipiens esse continuè vel continuè. Nihil enim est accipere de tempore, nisi nunc quod enim præterit, non est; similiter quod futurum est, nondum est.

Numerus duplex, scilicet numerus numerans, & numerus numeratus.

His habitis dicendum est, quod duplex est numerus, scilicet numerus numerans, & numerus numeratus. Numerus numerans est permanentis, quo multa possunt numerari, ut denarius, octonarius, & huiusmodi: quo numerantur decem asini, octo canes. Numerus autem numeratus idem est quod res numerata, ut canes, & asini. Numerus autem numeratus iterum diuiditur dupliciter, scilicet secundum potentiam, & secundum actum. Secundum potentiam proprie dicitur numerabile numerus numeratus, secundum actum est res numerata in actu. Item numerus numeratus duobus modis numeratur, scilicet à causa numeri, hoc est, à causa quæ facit esse numerum, & sic tempus numeratur à motu: quia prius & posterius in tempore cantantur vel numerantur à priori & posteriori in motu. Aliter numeratur numerus numeratus à suis partibus & à substantia sua si habet eam. Et secundum hoc numeratur dupliciter tempus, scilicet à priori & posteriori in tempore, ut à partibus: & à nunc iterum secundum esse, eodem tamen manente secundum substantiam, numeratur ut à substantia sua. Item alio modo consideratur numerus qui est tempus, scilicet ut est mensura reddens quantitatem motus, & sic tempus est numerus numerans motum, certificatur enim primo quantitas temporis ex numero suarum partium & suæ substantiæ: & hæc certificata certificatur quantitatem motus: & hoc est quod dicit Aristoteles, quod tempus est minimus numerus. Minimus autem numerus est duo. Minimus numerus dico numeri numerati: minimus autem numerus numeri numerantis binarius est. Unde tempus numerat motum vel mensurat eo modo quo duo accepta multoties explicant partes alicuius quantitatis diuersas per partem numerum. Unde tempus non multiplicat numerum ultra duo, scilicet prius & posterius: sed illa multoties accipiuntur secundum partes ipsius motus in tota quantitate motus: & sic patet quomodo tempus est numerus motus, cum mensuratur secundum prius & posterius. Et ex hoc patet etiam, quod motus non potest esse numerus temporis, licet sit causa temporis: quia non est causa intrinseca, sed est causa efficiens. Præterea in motu non est idem iteratum manens in substantia, nec manens in esse eodem: quia id quod est accipere de motu, non est permanentis idem in substantia. Sed nunc quod est accipere de tempore, est permanentis idem in substantia, & est loco ueritatis iterata in numero. Sic patet quid est tempus, quia propria passio motus, & quomodo mensurat motum.

Tempus dupliciter numeratur.

Physic. text. 108. Tempus est minimus numerus.

Nunc duplex, scilicet nunc fluxu & nunc tempore.

Sed notandum, quod nunc duobus modis accipitur, ut dicit Auicenna, scilicet pro nunc quod est substantia temporis, de quo dictum est, & pro nunc signato siue significato: & illa acceptio perpenditur ad similitudinem puncti: ponamus enim per impossibile, quod sit

punctus fluens per lineam, punctus ille fluxu suo continuo faciet lineam successiuam, quæ permanentia non habet in partibus, quæ in quantum linea substantiam non habet aliam nisi substantiam puncti: sed esse habet alterum, secundum quod punctum hoc est & ibi in longitudine ante & post. Et cum illo puncto similitudinem habet nunc quod est substantia temporis. Et hoc nunc non accipitur ut terminus. Sed iterum in mathematica magnitudine est punctus terminans: & cum illo habet similitudinem nunc secundum quod est terminus temporis, sed non est terminus actu, sed in comparatione ad intellectum vel ad aliquem motum. Et si quis uellet distinguere secundum Auicennam, diceret, quod nunc quod est temporis substantia, dicitur proprie instans quasi non sit: quæ autem quod est terminus temporis, retinetur proprie nomen ipsius nunc.

Punctus ad lineam, & nunc ad it. in alio quod similitudo in se habent, & in alio quod dist. similitudo.

Et porandum, quod punctus ad lineam, & nunc ad tempus in quibusdam similitudo habeat. & in quibusdam dist. similitudo: in terminando enim & continuando similitudo habeat quodammodo, sed in essentiali, ut ita dicam, sine in substantiando non habent similitudo: quia punctus non facit lineam, nec fluens, nec non fluens, sed nunc fluxu suo facit tempus, ut dictum est: & ideo punctus non est substantia lineæ. Dixi autem, quod nunc & punctus terminando & continuando quodammodo similitudo se habent: quia in linea est accipere duo terminans actu. Sed Auicenna probat, quod nunc non est terminans actu in tempore: eo quod non est interruptio temporis secundum naturam suam, sed secundum intellectum tantum, vel secundum comparationem ad motum aliquem determinatum. Similiter punctus continuans est principium & finis: & ideo qui uiritur puncto continuante, bis uiritur eodem: & ideo quiescere accidit, hoc est si motus sit supra lineam, ita quod mobile uiratur puncto continuante, uiratur ipso in ratione finis ad precedentem magnitudinem, & ita uiratur ipso in motu esse: quia moueri siue motus non est in fine alicuius magnitudinis, ut probatur in sexto physicorum. Si autem uiratur ipso in ratione principij, tunc ipso uiratur ut post quod est motus in sequenti magnitudine: sed quomodocumque sine quomodocumque uiratur puncto, uiratur eo in nunc: sed bis uiratur puncto: ergo uiratur in duobus nunc: & inter quolibet duo nunc est tempus medium: ergo inter nunc in quo uiratur puncto in fine, & inter nunc in quo uiratur puncto eodem ut principio, erit tempus medium: & in illo est quies. Et habet quod dicit Philosophus in quarto physicorum, quod quando mobile uiratur puncto in duobus uiratur, quiescere accidit. Et ergo dist. similitudo, quod punctus terminans qui est in linea bene accipitur ut principium & ut finis, ut quod nil erit medium: sed nunc nunquam potest accipi ut finis & ut principium, nisi erit tempus medium. Et notandum, quod substantia dicitur uno modo quod est aliquid esse, & sic nunc non est substantia temporis: quia indubitate non est substantia distincta. Alio modo dicitur substantia id quod est res, sine id quod est de re: & sic bene potest aliquid indubitate

Text. 108. Quando mobile uiratur in uno puncto ut duobus, quiescere accidit. Substantia dicitur de alio.

uicibus est substantia temporis, quia tempus nihil aliud est quam nunc fluxu suo suscipiens esse continuè vel continuè.

CAPITULUM XIIII

Redat nunc quod sit substantia temporis, quia tempus nihil aliud est quam nunc fluxu suo suscipiens esse continuè vel continuè.

Quatuor modis aliquid dicitur esse in tempore.

Aliquid est in tempore per se in quantitate, in parte, in principio, & in fine.

Tempus continuans est in tempore dicitur triplex modis.

Epist. ad Damascum. Quando mobile uiratur in uno puncto ut duobus, quiescere accidit.

Text. 108. Quando mobile uiratur in uno puncto ut duobus, quiescere accidit.

Tempus est substantia temporis, quia tempus nihil aliud est quam nunc fluxu suo suscipiens esse continuè vel continuè.

Tempus est substantia temporis, quia tempus nihil aliud est quam nunc fluxu suo suscipiens esse continuè vel continuè.

Tempus est substantia temporis, quia tempus nihil aliud est quam nunc fluxu suo suscipiens esse continuè vel continuè.

Tempus est substantia temporis, quia tempus nihil aliud est quam nunc fluxu suo suscipiens esse continuè vel continuè.

Tempus est substantia temporis, quia tempus nihil aliud est quam nunc fluxu suo suscipiens esse continuè vel continuè.

Tempus est substantia temporis, quia tempus nihil aliud est quam nunc fluxu suo suscipiens esse continuè vel continuè.

Tempus est substantia temporis, quia tempus nihil aliud est quam nunc fluxu suo suscipiens esse continuè vel continuè.

Tempus est substantia temporis, quia tempus nihil aliud est quam nunc fluxu suo suscipiens esse continuè vel continuè.

temporis. Anima enim semper est sub gratia vel sub peccato, & nunquam est secundum quid sub gratia, & secundum quid sub peccato: sicut est in alteratione de albo ad nigrum, ubi est interceptio medij coloris. Et similiter hoc tempus adiacet motui Angeli, secundum quod dicimus, quod Angeli mouentur in tempore: & in illigunt in tempore secundum diffinitum intelligentie angelice super res intelligibiles in cogitatione vel pertina. Dico autem in cogitatione vel pertina: quia secundum cognitionem maruam attingunt æternitatem. Et istum motum tam Angeli quam anime menturatur nunc vicissitudinatum, secundum quod anima vel Angelus mouetur ab vno intellectu ad aliud, vel de vno voluto ad aliud, & quilibet actus eius est perfectus. Et hoc est quod dicit Augustinus, quod Deus mouet creaturam corporalem per tempus & locum, creaturam autem spirituales per tempus tantum. In hoc enim tempore non est inconueniens, quod nunc sit conueniens ad nunc sine medio.

Tempus est plus causa corruptionis quam generationis, propter mutationem quam mensurat, quæ facit distare à principio: quod enim antiquatur & senescit, prope interitum est. Et hæc de tempore sufficiant, &c.

Et nota, quod tempus est plus causa corruptionis, vr dicit Philoiphus in quarto physicorum, quam generationis, propter mutationem quam mensurat, quæ facit distare à principio: quod enim antiquatur & senescit, prope interitum est. Et hæc de tempore sufficiant, &c.

CAPVT XIV.

De æternitate.

Et quia dictum est de tempore quod mensura est temporalium, dicendum est de æternitate quæ est mensura æternorum, & de æuo quod est mensura æternorum. Quædam enim sunt, vr dicitur in libro de causis, quorum substantia & actio sunt in tempore, sicut natura infima, scilicet cuius esse est per generationem. Quædam vero sunt, quorum substantia & actio sunt supra tempus, sicut natura suprema, scilicet Deus Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Quædam vero sunt, quorum substantia est supra tempus, sed actio in tempore, sicut natura media, scilicet cuius esse est per creationem. Quartum membrum stare non potest: sic enim actio alicuius esset prius quam substantia ipsius, quod impossibile est. Item istæ tres mensuræ accipiuntur in comparatione ad diffinitionem. Est enim quædam duratio habens principium & finem, sicut tempus. Et est quædam non habens principium neque finem, sicut æternitas. Est etiam quædam habens principium, sed non habet finem, sicut æuum. Quartum membrum iterum stare non potest. Omne enim quod habet finem, habet principium. Æternitatem autem Boëtius sic diffinit in libro de consolacione philosophie. Æternitas est incommensurabilis vite nota simul, id est, non distans, & perfecta possessio. Quæ diffinitio potest sic explari. Possessio commune est omni mensuræ: opinis enim mensura possidetur ab eo cuius est mensura per se, tanquam propria possessio ipsius. Per hoc vero quod dicit: incommensurabilis vite, tangit subiectum ipsius æternitatis, scilicet Deum

Tripliciter res daturur

Lib. 3. p. 1. Dicitur in libro de conuersione

æternam non habentem principium nec finem, quod tamen subiectum non est aliud ab æternitate nisi secundum rationem. Et potius dicitur vite quam esse, per hoc innuens differentiam ad ea quæ sunt in æternitate in pœnis, quæ sunt non habentia vitam beatam nec iocundam: vita enim licet absolute sumatur pro qualicumque vita, tamen hic per appropriationem sumitur pro vita iocunda ac beata. Tota simul dicit, ad differentiam temporis, quod non totum simul est, sed pars præterit & pars futura est: & non ponitur ibi simul pro simulate partium, sed dicitur simul, id est, non distans. Perfectam dicit, ad differentiam æui, quod est omnino simplex: sicut nec in cuius mensura est: perfecta enim ibi pro simplici accipitur.

Et nota, quod æternitas analogice dicitur, siue per prius & posterius de creatore & creaturis. Tres enim sunt conditiones æternitatis proprie dictæ, scilicet simplex, inuariabile, & interminabile. Secundum quod interminabile, non solum dicitur inuariabile finis, sed etiam principij. Et sic soli creatori conuenit: ille enim solus vere simplex & inuariabilis & interminabilis est. Sed creature quædam participant rationem vel uoluntatem interminabiliter suo modo, sicut Angeli, & anime beate, & corpora post resurrectionem rationem participant interminabiliter propter carentiam finis, sed non principij: & ob hoc Angeli & anime beate & corpora post resurrectionem dicuntur æterna, & in æternitate: æterna propter interminabilitatem, in æternitate propter inuariabilitatem. Item quædam creature participant æternitatem ratione interminabilitatis propter carentiam finis, sicut pœne dicuntur æternæ, sed non in æternitate: quia non participant rationem inuariabilitatis inuariabiliter, cuius dicit bene esse. Sed hæc conditio que est simpliciter, similiter in nulla creatura inuenitur. Item æternitas dicitur mensuram excellentem quantum ad utrumque terminum: & sic quædam creature, sicut generabilia & corruptibilia, clauduntur æternitate, sed nec sunt æterna, nec in æternitate. Quædam igitur sunt æterna & in æternitate proprie: quædam non proprie. Et istarum quædam sunt æterna & in æternitate per participationem: quædam æterna per participationem, sed non in æternitate: quædam nec æterna, nec in æternitate, sed clauduntur ab æternitate. Quartum membrum stare non potest, scilicet quod aliquæ sint in æternitate per participationem, sed non æterna. Omne enim inuariabile caret fine, sed non conuenit:

Tres conditiones æternitatis proprie dictæ.

CAPVT XV.

De ætate.

Sequitur de quæ æternitate, de quo dicit Boëtius in libro 5. de consolacione, quod nunc stans & non mouens se se per æternitatem facit. Quod melius intelligitur facta comparatione ad nunc tempus, imaginemur igitur lineam, & sit a. c. & b. sit punctus, & mouetur in illa linea ab a. in c. distinguens pœne à posteriori.

posteriori. Primum autem pœnem pertransitam, posteriorem dicitur pertransitam. Similiter intellige per a. c. notum tempus, per b. autem intellige ipsum nunc tempus, quod continet mouetur ab a. in c. & quod pertransitam est dicitur pertransitam, quod autem pertransitam est, dicitur futurum. Et sic in linea ipsa b. mouetur semper habens a. quod pœne, & addit priori: sic ipsa nunc semper habet futurum, & addit posteriori. Et tamen a. quod pœne stans in a. & non mouetur, non dicitur prius nec posterior in linea. Sic si autem tempus staret in pœne tempore, non haberet tempus præteritum, nec futurum, sed nunc tempus nunc tempus. Sic si autem tempus staret in a. tempore, non haberet tempus præteritum, nec futurum, sed nunc tempus nunc tempus. Sic si autem tempus staret in b. tempore, non haberet tempus præteritum, nec futurum, sed nunc tempus nunc tempus. Sic si autem tempus staret in c. tempore, non haberet tempus præteritum, nec futurum, sed nunc tempus nunc tempus. Sic si autem tempus staret in d. tempore, non haberet tempus præteritum, nec futurum, sed nunc tempus nunc tempus. Sic si autem tempus staret in e. tempore, non haberet tempus præteritum, nec futurum, sed nunc tempus nunc tempus. Sic si autem tempus staret in f. tempore, non haberet tempus præteritum, nec futurum, sed nunc tempus nunc tempus. Sic si autem tempus staret in g. tempore, non haberet tempus præteritum, nec futurum, sed nunc tempus nunc tempus. Sic si autem tempus staret in h. tempore, non haberet tempus præteritum, nec futurum, sed nunc tempus nunc tempus. Sic si autem tempus staret in i. tempore, non haberet tempus præteritum, nec futurum, sed nunc tempus nunc tempus. Sic si autem tempus staret in k. tempore, non haberet tempus præteritum, nec futurum, sed nunc tempus nunc tempus. Sic si autem tempus staret in l. tempore, non haberet tempus præteritum, nec futurum, sed nunc tempus nunc tempus. Sic si autem tempus staret in m. tempore, non haberet tempus præteritum, nec futurum, sed nunc tempus nunc tempus. Sic si autem tempus staret in n. tempore, non haberet tempus præteritum, nec futurum, sed nunc tempus nunc tempus. Sic si autem tempus staret in o. tempore, non haberet tempus præteritum, nec futurum, sed nunc tempus nunc tempus. Sic si autem tempus staret in p. tempore, non haberet tempus præteritum, nec futurum, sed nunc tempus nunc tempus. Sic si autem tempus staret in q. tempore, non haberet tempus præteritum, nec futurum, sed nunc tempus nunc tempus. Sic si autem tempus staret in r. tempore, non haberet tempus præteritum, nec futurum, sed nunc tempus nunc tempus. Sic si autem tempus staret in s. tempore, non haberet tempus præteritum, nec futurum, sed nunc tempus nunc tempus. Sic si autem tempus staret in t. tempore, non haberet tempus præteritum, nec futurum, sed nunc tempus nunc tempus. Sic si autem tempus staret in u. tempore, non haberet tempus præteritum, nec futurum, sed nunc tempus nunc tempus. Sic si autem tempus staret in v. tempore, non haberet tempus præteritum, nec futurum, sed nunc tempus nunc tempus. Sic si autem tempus staret in w. tempore, non haberet tempus præteritum, nec futurum, sed nunc tempus nunc tempus. Sic si autem tempus staret in x. tempore, non haberet tempus præteritum, nec futurum, sed nunc tempus nunc tempus. Sic si autem tempus staret in y. tempore, non haberet tempus præteritum, nec futurum, sed nunc tempus nunc tempus. Sic si autem tempus staret in z. tempore, non haberet tempus præteritum, nec futurum, sed nunc tempus nunc tempus.

restora est: & sic contingit in infinitum partes mouere. Ex predictis patet quid sit dicere, Deus est, Deus fuit, Deus erit: est enim sensus, Deus est in nunc æternitatis, cui coexistit præteritum tempus, presentis & futurum. Patet etiam solutio cuiusdam argumenti, quo probatur, quod Deus quicquid scit, nunquam scit eius contradiotionem oppositam. In eodem enim instanti impossibile est scire aliquid contra seipsum oppositum, sicut Socratem scedere & Socratem non scedere: sed scire æternitatis in infinitum est simpliciter nunc tempus: ergo cum Deus scit in nunc æternitatis, quicquid scit, nunquam scit ab eo contradiotionem oppositam. Sic autem patet deum esse æuum sum, & hoc non potest dici nisi per solutio, quædam quædam dicitur, scilicet est cum quilibet parte æuæ.

CAPVT XVI.

De ætate. Quædam autem dicitur de ætate, quod est mensura æternorum, & de æuo quod est mensura æternorum. Quædam enim sunt, vr dicitur in libro de causis, quorum substantia & actio sunt in tempore, sicut natura infima, scilicet cuius esse est per generationem. Quædam vero sunt, quorum substantia & actio sunt supra tempus, sicut natura suprema, scilicet Deus Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Quædam vero sunt, quorum substantia est supra tempus, sed actio in tempore, sicut natura media, scilicet cuius esse est per creationem. Quartum membrum stare non potest: sic enim actio alicuius esset prius quam substantia ipsius, quod impossibile est. Item istæ tres mensuræ accipiuntur in comparatione ad diffinitionem. Est enim quædam duratio habens principium & finem, sicut tempus. Et est quædam non habens principium neque finem, sicut æternitas. Est etiam quædam habens principium, sed non habet finem, sicut æuum. Quartum membrum iterum stare non potest. Omne enim quod habet finem, habet principium. Æternitatem autem Boëtius sic diffinit in libro de consolacione philosophie. Æternitas est incommensurabilis vite nota simul, id est, non distans, & perfecta possessio. Quæ diffinitio potest sic explari. Possessio commune est omni mensuræ: opinis enim mensura possidetur ab eo cuius est mensura per se, tanquam propria possessio ipsius. Per hoc vero quod dicit: incommensurabilis vite, tangit subiectum ipsius æternitatis, scilicet Deum

S. B. C. O. S.



SECUNDA PARS

DE CÆLO ET MUNDO.

CAPVT I.

Quod unus est mundus.



VIA dictum est de corpore mobili in libro physicorum secundum se, dicendum est consequenter de corpore mobili contracto. Et primo de ingenerabili & incorruptibili quod est celum: vt enim dicit Aristoteles in primo physicorum, ex vniuersalibus in singularia peruenire oportet: vnde pueri primo appellant omnes viros patres, & matres feminas: post autem determinant horum vnuquodque. Primo ergo notandum est, quod vnus est mundus corporalis, & non plures. Secundo, quod celum est finitum. Tertio, quod omnia corporalia sunt in celo, & nullum extra. Quarto, quod celum non est elementum nec elementarium. Quinto dicendum est de mobilitate cæli respectu rerum corporalium inferiorum. Sexto de motu cæli.

Et quod tantum sit vnus mundus corporalis, & non plures, Aristoteles sic probat, dicens: Ponamus, quod sint duo mundi: aut ille alius mundus erit similis huic mundo in rebus, aut nomine tantum. Si erit ei similis in rebus: ergo ista terra erit similis illi terre, & e converso: & illa aqua erit similis illi aquæ, & sic de aliis: sed que sunt eiusdem nature, tendunt ad eundem locum: ergo ista terra & illa tendunt ad eundem locum, & illa aqua & ista, & sic de aliis: sed quecunque tendunt ad eundem locum, sunt res eiusdem mundi: ergo omnes res sunt vnus mundi: ergo tantum est vnus mundus corporalis, & non alius. Si dicatur, quod ille alius mundus est similis huic mundo in nomine tantum: ergo cum non sint alie res quam res istius mundi: non erit ille mundus realis vel corporalis, sed tantum intellectualis, siue archetypus, de quo non est dubium quin sit.

CAPVT II.

Quod celum est finitum.

Antequam probemus celum esse finitum, primo notandum est, quod sicut dicit Philosophus in tertio physicorum, infinitum multis modis dicitur. Vno modo dicitur infinitum, quod impossibile est pertransire ex eo quod non est aptum transiri, vt est vox inuisibilis: & sic dicitur infinitum negativè, quasi non finitum, siue non terminatum: & sic Deus dicitur infinitus. Alio modo dicitur infinitum, transitum habens, imperfectum autem: quavis enim aptum natum sit habere transitum, non tamen habet: sicut quando aliquis pertransit aliquod spatium, sed non peruenit ad finem: & sic dicitur infinitum priuatiuè. Et his duobus modis aliquid est infinitum actu. Tertio modo dicitur infinitum secundum appositionem, sicut in quantitate discreta. Quarto modo dicitur infinitum secundum diuisionem, sicut in quantitate continua. Quinto dicitur infinitum vtroque modo, vt tempus. Et his tribus modis vltimis nihil est infinitum actu, sed tantum in potentia: & secundum hoc infinitum diffinitur in eodem sic. Infinitum est, cuius quantitatè accipientibus semper aliquid est accipere extra.

Restat probare, quod celum non est infinitum actu: & primo probatur generaliter, quod nullum corpus est infinitum actu, sic: Omne corpus habet superficiem: & omnis superficies est terminata: ergo omne corpus est terminatum: sed omne terminatum est finitum: ergo omne corpus est finitum. Exinde potest inferri sic: sed celum est corpus: ergo celum est finitum.

Item specialiter probemus celum esse finitum. Supponamus igitur quod inferius probatur, quod omne corpus est in celo & nullum extra. Inde sic: Inter omnia corpora nobilissimum est celum, est enim ingenerabile & incorruptibile, virtutem habens actiuam respectu inferiorum: omne autem agens nobilissimum est patiente, sicut dicit Philosophus: sed corpori nobiliori debetur nobilior forma: ergo celo debetur nobilior forma: sed forma sphericæ est nobilior omnibus formis, siue figuris corporalibus, propter sui capacitatem & interminabilitatem, non enim habet principium neque finem, & est vna superficie contenta, est enim sphericæ figura plana vna superficie contenta: ergo sphericæ forma debetur celo: igitur celum est sphericum siue rotundum. Præterea nos videmus quando luna est semiplena, quod est arcualis: illa autem figura non est nisi à circulo: circulus verò solummodo est in corpore rotundo: ergo luna est rotunda. Eadem ratione sol & omnia alia corpora supercælestia sunt rotunda: ergo celum est rotundum. Sed inde procedatur vltimus sic: Sed corpus rotundum siue sphericum est, in cuius medio intelligitur punctus, à quo omnes linee ductæ ad circumferentiam sunt æquales: ergo celum habet medium: & omne medium habet extrema: sed quod habet extrema, est terminatum siue finitum.

Nullum esse corpus actu infinitum probatur. Lib. 1. de celo. tex. 55. Probatur specialiter celum esse finitum præsuppositis primis aliquibus.

Item

Lib. 1. de celo. tex. 79. & seq.

Tex. 34.

Alia ratio probans celum finitum.

Motus infinitus non mensuratur tempore finito.

Motus finitum non mensuratur tempore infinito.

Nullum corpus est extra celum naturaliter.

Nullum corpus est extra celum naturaliter.

Item celum probatur esse finitum in comparatione ad motum & ad mensuram ipsius motus, que est tempus. Omne enim quod mouetur localiter in certo tempore siue finito, finitum est: sed celum mouetur localiter in certo tempore siue finito, quia in vno die naturali: ergo celum finitum est. Quod autem motus infinitus non possit mensurari tempore finito, de monstratur sic: Sit illud tempus a. b. & diuidatur per quatuor partes: vna pars temporis mensurabit vnam partem motus, & alius aliam, & sic de reliquis. Motus autem cum sit infinitus, nondum totaliter mensuratus est à tempore finito: ergo motus infinitus non mensurabitur tempore finito. Eodem modo demonstratur, quod motus finitum non mensuratur tempore infinito, diuidendo motum per quatuor partes: proportionabilia enim debent esse tempus & motus sicut subiectum & propria passio ipsius, ita quod neutrum excedat reliquum: & sic si tempus mensuratus motum est finitum, & motus est finitus: & si motus est finitus, & corpus quod mouetur, est finitum: restat ergo, quod celum est finitum.

CAPVT III.

Quod omnia sunt in celo & nihil extra.

Modo probare debemus, quod omnia corpora sunt in celo, & nullum extra. Et primo probabimus, quod nullum corpus est extra celum naturaliter. Secundo, quod nec accidentaliter, siue violenter. Quod nullum corpus sit extra celum naturaliter, sic probatur: Tria sunt genera corporum, scilicet celum, elementum & elementarium. Quod celum non sit extra celum, patet: quia nihil est extra seipsum: ergo celum non est extra celum. Similiter, quod elementum non sit extra celum, patet: quia inter omnia elementa terra est inferior super quam aqua, super quam aer: ergo eadem proportione ignis est super aerem: cum igitur omnia elementa sint sub igne, & ignis sub celo, constat quod nullum elementum est extra celum naturaliter. Item gratia naturaliter tendunt deorsum ad centrum, leuia sursum ad circumferentiam que est celum, & non vltra: ergo nullum elementum est extra celum naturaliter. Similiter patet, quod nullum elementarium sit extra celum. Omne enim elementarium consistit ex elementis: sed nullum elementum est extra celum, vt supra probatum est: ergo nullum elementarium est extra celum. Sic se patet, quod nullum corpus est extra celum naturaliter.

Eodem modo patet, quod nullum corpus est extra celum accidentaliter, siue violenter. In quocunque enim loco est aliquod corpus naturaliter, in eodem possibile est aliquod corpus esse violenter, siue accidentaliter, vt terra naturaliter est deorsum, ignis violenter sursum: licet ignis naturaliter sit sursum, terra autem violenter. Et vbi non est violenter, aliquid corpus naturaliter, impossibile est esse aliud quod corpus violenter, siue accidentaliter: sed extra celum, nullum est corpus naturaliter, vt

probatum est: ergo nullum corpus est ibi violenter. Et sic patet, quod nullum corpus est extra celum: & hoc est quod dicit Damascenus, quod celum est continentia visibilium & invisibilium creaturarum.

Lib. 1. fidei orthodoxe. cap. 16.

CAPVT IV.

Quod celum non sit de natura elementorum, neque ex elementis compositum.

Am restat ostendere, quod celum nec est elementum, nec est elementarium. Quod celum non sit elementum, patet: quoniam de proprietate omnis elementi est habere in se contrarietatem, & agere in suam contrarietatem si coniungitur ei, corumpendo spiritum dum vincit, & generando in materia speciem suam: si ergo celum esset elementum, cum omnia elementa se habeant ad celum sicut punctus ad totam terram, omnia iam dudum corumpisset, & omnia essent celum: quod non videmus. Eodem modo patet, quod celum non sit elementarium. Omne enim elementarium minus est elementis ex quibus compositum: sed celum minus est omnibus elementis: ergo celum elementarium non est. Item similiter patet, quod celum nec est elementum nec elementarium: omne enim tale habet motum rectum, hoc est, deorsum ad medium, vel sursum ad medio: sed celum non habet motum rectum, sed circulariter: ergo nec est elementum nec elementarium. Si dicatur, quod motus rectus est ei naturalis, sed circularis accidentalis. Contra: Motus accidentaliter intenditur & remittitur: si ergo motus circularis esset celo accidentaliter, intendere & remitteretur: hoc autem non videmus: motus enim cæli semper est vniformis.

Celum non est elementum.

Celum non est elementarium.

Copularis. Tex. 20.

Ex prædictis patet, quod celum non est generatum: omne enim quod generatur, generatur à principio contrario vel à principio contrariis, vt dicit Aristoteles in 1. libro de celo & mundo. Plato tamen dicit in Timæo, quod est generatum, id est, habens principium vel causam sui. Ex prædictis etiam patet, quod celum non calefit nec frigescit: quia non est elementum nec elementarium. Et sunt proprie qualitates elementarium, scilicet caliditas, humiditas, humiditas & siccitas: & cum non recipiant huiusmodi qualitates, constat, quod non est magis vterque quam fuerit à principio sine generatione. Et etiam patet, quod quantum ex aggregatione humorum quod à loco procedit, hoc sentiens caliditas, caliditas corporis caliditas non sunt calida: sed tantum deorsum tendunt, vt sol, vel frigida, vt lunæ, vel humiditas, vt luna per effectum aquarum enim corpora superant in inferioribus. Et non caliditas: quod patet, videmus enim, quod quando luna habet plenitudinem sui luminis, que non est calida, & in documento lune non accendit. Vnde patet, quod luna est magis & caliditas omnia humida. Præterea dicit Aristoteles in libro de proprietatibus elementorum, quod quando omnia plures fuerunt conuoluta in igne purissimo, habitum est diluionem: quando autem conuoluta fuerunt in igne purissimo, facta est magna mortalitas.

D. Alb. Mag. Isagoge in lib. de celo & mundo.

B. tas.

tas. Item patet ex prædictis, quod cælum non est coloratum: quia color cauetur ex qualitatibus elementorum.

CAPVT V.

De nobilitate caelestium corporum.

Nobilitas cali colligitur au finis, figura & impassibilitate.

Nobilitas cali siue corporum superiorum manifesta est ex elevatione sui super omnia corpora inferiora. Quantò enim corpus nobilius est, tantò ei debetur nobilior locus.

Item nobilitas corporum superiorum patet ex figura eorum siue forma quæ est rotunditas. Rotunditas enim est nobilior omnibus aliis figuris, sicut dicit Aristoteles in libro de celo & mundo. Quod patet ex eo quod omnes aliæ figuræ habent terminos: rotunda autem figura habet formam circulaarem: & circulus non habet principium nec finem, sed in se terminatus est. Quod autem omnia corpora superiora sunt rotunda, ostensum est supra: & ob hoc quod cælum est rotundum, omnia corpora inferiora sunt rotunda, & ob hoc finita. Omne enim rotundum habet medium, & omne medium habet extrema: & quod habet extremum, est finitum. Quod autem omnia corpora inferiora sint rotunda, manifestum est: ignis enim cum contineatur à celo quod est rotundum, habet formam rotundam, sicut dicit Aristoteles in libro de celo & mundo, & ob hoc finitus est. Et aer cum contineatur ab igne, rotundus est, & ob hoc finitus: & sic de aliis. Notandum tamen, quod terra est discooperata: quia Deus voluit homines cohabitare in ea.

Lib. 1. tex. 52. & lib. 2. tex. 59.

Lib. 1. tex. 30.

Item nobilitas corporum supracælestium patet ex impassibilitate ipsorum: sunt enim ingenerabilia, incorruptibilia & impassibilia, virtutem tamen actiuam respectu inferiorum habentia. Et quia cælum nobilius est omnibus corporibus inferioribus, propter hoc debetur ei motus nobilior, scilicet circularis secundum naturam perpetuus, ab omni fatigatione alienus.

CAPVT VI.

De motu cali.

Motus cali esse perpetuum.

Quod autem motus cali sit perpetuus, manifestum est ex eo quod principium mouens ipsum non potest separari ab eo. Illud autem principium aut est intra, aut extra. Si extra, tunc motus cali esset accidentalis siue violentus: sed omne accidentale siue violentum, velociter transit, sicut dicit Aristoteles de celo & mundo: sic ergo motus cali iam dudum transisset. Restat ergo, quod illud principium est intra: sed omne quod est intra aliud, non potest ab eo remoueri nisi per passionem vel aliquam contrarietatem: sed cælum est impassibile, non habens passionem nec contrarietatem aliquam: ergo illud principium non remouetur ab ipso: igitur motus cali est perpetuus. Item quod motus circularis siue caelestis sit perpe-

Lib. 1. tex. 15.

tuus secundum naturam, patet ex eo quod non habet aliquam intensiorem nec remissionem, sed semper est vniformis: nec magis tendit ad acquirendum illud vbi quam illud. Præterea motus caelestis non tendit ad aliquem finem acquirendum: quo acquisito quiescat: ergo perpetuus est secundum naturam.

Ex prædictis patet, quod motus cali non est naturalis, nec animalis, nec violentus. Quod motus cali non sit naturalis nec violentus, patet ex eo quod omnis talis motus est motus reclusus. Ponamus ergo, quod aliquod corpus, siue naturaliter, siue violenter moueatur per aliquam lineam siue spatium finitum. Omne enim spatium finitum est: illud ergo corpus aliquo modo petransit illud spatium cum finitum sit: aut igitur stabit ibi, aut non stabit. Si stabit: ergo quiescet in presenti: ergo motus ille non est perpetuus. Si verò non stabit, ergo redibit: quia vltima non est procedere. Aut ergo redibit in eodem tempore, aut in alio. Si in eodem: ergo simul in eodem tempore ibit & redibit: ergo iam duo opposita erunt in eodem: quod est impossibile. Si in alio: ergo quies fuit in medio illorum temporum: ergo cessauerat ille motus: ergo non est perpetuus: sed probatum est, quod motus cali est perpetuus secundum naturam: ergo non erit naturalis, nec violentus. Item motus talis intenditur & remittitur: ergo motus cali non est naturalis. Item Auicenna probat, quod motus cali non est naturalis: quia omnis motus naturalis est ab aliquo in aliquem, & semper intendit aliquid acquirere, quo acquisito quiescat illud mobile: motus autem cali non requirit aliquid in quo quiescat: ergo non est naturalis. Item alia ratione probatur hoc idem: quia ea quæ mouentur naturaliter & sunt eiusdem speciei & eiusdem nature, mouentur versus eandem partem, sicut omnia graua descendunt ad centrum, & omnia leuia ascendant superius: ergo cum cælum sit eiusdem speciei & eiusdem nature, si eius motus esset naturalis, moueretur versus eandem partem, & nulla esset ibi diuisio vel diuersificatio: sed probatum est in astronomia, quod Aristoteles dicit in libro de celo & mundo, quod octaua sphaera mouetur ab Oriente in Occidentem, & alie septem sphaere mouentur contra incessum primi mobilis: ergo non mouentur versus eandem partem: ergo motus cali non est naturalis. Item probatur sic: quia motus cali est principium nature & rerum naturalium: quia mediante motu illo omnes res naturales generantur, corrumpuntur & alterantur: illud autem quod causa est alicuius, fortius & nobilior est eo cuius est causa. Et ita cum motus ille sit principium naturalium, non est subiectus nature: ergo non est naturalis, sed supernaturalis. Quod autem motus cali non sit violentus, probatum est supra. Omne enim violentum velociter transit.

Motus cali nec est naturalis, nec violentus.

Lib. 1. tex. 35.

Similiter ostenditur, quod non sit animalis: quia dicit Aristoteles, quod motus animalis non est sine pena & labore & sine terminatione: motus autem cali est sine pena & labore & sine terminatione: ergo motus cali non est animalis. Item talis motus intenditur in medio: motus cali non intenditur: ergo non est animalis.

Motus cali non est animalis.

Præter

Quo motu cali mi-neratur.

Præter hos ergo motus oportet ponere alium motum cali scilicet circulaarem, sicut dicit Aristoteles in libro cali & mundi. De quo dicit Auicenna, quod non est simpliciter animalis, sed per similitudinem: quia sicut anima humana mouet corpus humanum, & corpus obedit ei: ita Angeli ex eo quod cognoscunt & vident suum creatorem, ex læticia & desiderio mouent illas sphaeras, ita quod prima sphaera quæ est maxima sphaerarum ex tali desiderio mouetur à primo ordine. Vnde semper appellatur motum illum, motum desiderij siue desiderij. Et secunda sphaera mouetur à secundo ordine: & sic de singulis per ordinem. Vnde ipse dicit, quod Angeli sunt quasi anime, non tamen simpliciter sunt anime. Et idem motus ille caelestis dicitur animalis, non tamen simpliciter dicitur animalis.

dereum, crystallinum, empyreum, & Trinitatis. Quorum numerus sic potest accipi: quia cælum vel nominat rem creatam, vel increatam. Si increatam, sic est cælum Trinitatis: si creatam, vel nominat rem corruptibilem, vel incorruptibilem. Si corruptibilem, vel quantum ad medium, vel quantum ad extrema. Si quantum ad extrema, sic est cælum æthereum & igneum. Si quantum ad medium, sic est cælum æthereum. Si verò nominat rem creatam incorruptibilem, iterum vel quantum ad extrema, vel quantum ad medium. Si quantum ad extrema, sic est cælum empyreum & sidereum. Si quantum ad medium, sic est cælum crystallinum.

Et nota, quod motus octauæ sphaere dicitur vniformis. Motus autem planetarum & aliarum sphaerarum dicitur esse duplex, sicut motus solis est duplex, scilicet tropicus siue diurnus, & reuolutio in contrariu primi mobilis siue motus proprius. Motus tropicus dicitur conuersus. Vnde omnes planetæ in astrologia dicuntur tropici: quia retrogradantur à motu primi mobilis, qui motus cum tanto desiderio est, quod omnes alias sphaeras secum reuoluit. Motus autem qui dicitur reuolutio in conerarium primi mobilis, est motus proprius & naturalis planetarum.

Sphaera planetarum dicitur motu vniformi.

Car sphaera planetarum contra motu primi mobilis mouetur.

Quare autem sphaere planetarum mouentur contra incessum primi mobilis, vt dictum est supra, à diuersis diuersis assignantur rationes. Quidam enim dicunt, quod hoc fit ad retardandum motum primi mobilis: alij enim, vt mouetur, dicunt, motus ille retardaretur, propter nimiam sui velocitatem totum frangeretur, vel iam diu fractum esset. Alij autem dicunt, quod hoc propter homines fit & animalia quæ sunt supra terram: quia si motus primi mobilis qui est cum tanto desiderio, non haberet aliquam retardationem, nunquam posset aliquis crecere super terram, nec homines possent viuere. Et hæc de celo sufficiant.

CAPVT VII.

De numero calorum.

ET notandum, quod octo distinguuntur sphaere caelestes, quarum prima est in qua stelle fixæ sunt, quæ sunt innumerales, vt dicit Aristoteles. Secunda sphaera est Saturni, in qua solummodo est Saturnus. Tertia est Iouis. Quarta est Martis. Quinta Solis. Sexta Venæ. Septima Mercurij. Octaua Lunæ. Vnde veteris. Octo sunt sphaere, quas sic poteris retinere. Cælum stellatum, Saturnus, Iouis & Mars, Sol, Venus, hæc sequitur Mercurius, prima Luna. Sub qua non sunt nisi res corporales, sicut ignis, aqua, aer & terra & alia corporalia, sicut dicit Macrobius. Ptolemæus autem assignat aliam sphaeram super istas, in qua sunt Angeli & res spirituales incorporales: & illa est immobilis. Theologi autem distinguunt septem cælos, scilicet æthereum, æthereum, igneum, &



TERTIA PARS

DE GENERATIONE ET CORRUPTIONE.

CAPVT I.

De quibusdam præambulis.



OSTENDITUR dictum est de corpore mobili ingenerabili & incorruptibili, dicendum est de corpore mobili generabili & corruptibili. Et primo de simplicibus, & postea de compositis. Composita autem simplicia generabilia & corruptibilia sunt elementa. Vnde nunc de elementis dicendum. D. Ab. Mag. Isagoge in lib. de gen. & cor.

est, quæ distincta sunt sub celo in suis sitibus, ita quod illud quod est subtilius aliis, propinquius est celo, sicut ignis quia subtilior est aere, propinquior est celo quam aer, & aer quam aqua, & aqua quam terra. Præterea ergo ponamus opinionem antiquorum Philosophorum de elementis. Secundo dicemus de primis qualitatibus illorum elementorum. Tertio de generatione & corruptione elementorum adinueniam, gratia cuius etiam dicemus de alteratione & aliis speciebus motus.

Ordo dictorum.

Antequam ponamus opiniones de elementis, nota quod elementum multis modis dicitur. Dicitur enim vno modo elementum, principium

Acceptio: no. elementum.

pium artis complexum, ut illud, omne totum est maius sua parte: & illud, de quolibet affirmatio vel negatio vera vel falsa: & similia. Vnde Aristoteles in libro physicorum. Dispositio scientiæ & veritatis est in omnibus his que sequuntur principia aut elementa. Ibi appellat elementa principia. Dicitur etiam elementum, ut dicit Philosophus quinto metaphysicæ, commune omnibus rebus, quod est principium cuiuslibet & in quolibet principium, sicut litteræ dicuntur elementa vocis significatiue ad placitum, & sic de aliis. Dicitur etiam elementum secundum specialem intellectum, principium cuiuslibet corporis sensibilis mixti: & secundum hoc diffinitur elementum in libro metaphysicæ. Elementum est illud ex quo primo componitur res & est in eo, & non dividitur secundum formam in speciem, id est, in aliam formam. Verbi gratia, in mixto est aqua cuius quilibet pars est aqua, & similiter de aliis elementis. Et secundum hoc distinguuntur quatuor elementa, scilicet ignis, ær, aqua, terra: que omnia in materia communicant, sed non secundum formam, scilicet calidum, frigidum, siccum & humidum: & idcirco dicuntur contraria ratione suarum formarum. Vnde substantiæ nihil contrarium secundum materiam, sed secundum formam substantiæ aliquid est contrarium.

CAPVT II

Opiniones de elementis.

DE elementis diuersorum diuersæ sunt opiniones. Quidam enim ponebant plura, quidam vnum. Et inter eos qui ponebant plura, adhuc fuit diuersitas. Empedocles enim & Aristoteles ponebant quatuor esse elementa que dicta sunt. Attamen Empedocles nihil certum dicit de hoc. Ponebat enim illa quatuor elementa esse principia materialia omnium corporum, & ponebat duo principia formalia, scilicet licet & amicitiam. Et dicebat, quod quando qualitates sine differentiis istis, scilicet calidum, humidum, frigidum, siccum, separantur ab eis, congregantur in vnã massam propter amicitiam; postea illis differentiis sine qualitatibus aduenientibus separantur propter licet: & hoc contingebat post motum tantum, id est, post decem milia annorum, vel secundum alios quatuordecim milia annorum. Ex dicto igitur Empedocles referebat verum elementa esse principia istas massas, vel massas esse principia elementorum.

Democritus autem & Leucippus ponebant corpora indiuisibilia esse principia omnium corporum: vnde & atomas ea appellabant, que & infinita dicebant: & suam positionem sic probabant. Possibile est corpus diuidi in infinitum: ponatur ergo aliquod corpus diuisum in infinitum: aut ergo aliquid remaneret, aut nihil. Si nihil, ergo aliquid corpus constaret ex nihilo, quod est impossibile. Si ergo aliquid remaneret, aut est corpus, aut non corpus. Si non corpus, ergo aliquid corpus constaret ex non corpore: hoc iterum est impossibile. Si autem est

Lib. 5. text.

Prima opinio
Lib. 1. de
generat. &
corruptio-
ne. text. 1.

Secunda opinio.

corpus, aut est diuisibile, aut indiuisibile. Si est diuisibile, hoc est contra positionem: positum enim est, quod diuideretur in infinitum, id est, quousque diuidi non posset. Si autem est indiuisibile, habeo propositum, scilicet quod corpora indiuisibilia sunt principia omnium corporum. Huic autem probationi Aristoteles respondet, quod corpus est diuisibile in infinitum potentia, & non actu: sed intellexerunt ipsi corpus esse diuisibile in infinitum actu, id est, diuisibile vsque ad vltimum quod vltius diuidi non posset.

Anaxagoras autem ponebat infinita elementa, & dicebat contrarium Arist. & Empedocli. Dicebat enim, quod illa quatuor elementa, scilicet ignis, ær, aqua, terra, essent elementaria, & omnia alia essent elementa, scilicet lignum, lapis, & caro, & cetera. Et quod ita esset, probat in hunc modum. Tu dicis, quod illa quatuor sunt elementa, & ex illis constat caro, & alia: aut igitur illa caro que constat ex eis, est in eis, aut non. Si non est in eis: ergo ex non entibus constat ens, quod falsum est. Si vero est in eis caro: ergo eadem ratione & ossa, & medulla, & cetera: ergo illa que sunt intus, sunt elementa, & illa quatuor elementa, scilicet ignis, ær, aqua, terra sunt elementaria. Item Anaxagoras dicebat, quod quodlibet esset in quolibet. Dixit enim, quod in carne esset os, & iterum in illo esset caro, & iterum in illa nervi, & iterum aliquid aliud in nervis, & sic vsque ad infinitum. Aristoteles autem improbat eius opinionem in primo physicorum dicens: Aliqua caro est minima caro, ita quod si diuideretur illa caro, iam non esset caro: in illa ergo carne minima est os, ut dicis, & in illo osse alia caro: ergo illa que est in osse, est minor alia: quia quousque quod contrinetur, est minus eo quod contrinetur: ergo illa caro est minor minima: ergo aliquid esset minus minimo, quod est impossibile. Relinquitur ergo opinionem Anaxagoras esse falsam.

Eorum vero qui dicebant vnum esse elementum, quidam dicebant, quod esset mobile: quidam, quod immobile, sicut Parmenides & Melissus, qui dicebant, quod vnum tantum esset principium, scilicet vnum ens contrarium & immobile. Et probabant in hunc modum, quod esset immobile, dicentes. Aut aliquid mouetur, aut non: ut supra in prima parte demorã dictum est.

Heraclitus autem dicebat, quod esset vnum solum elementum materiale & mobile, scilicet ignis: & quia esset duo formalia principia, scilicet rarum & densum. Et probabat in hunc modum. Omne corpus est mobile: & omnis motus est a calore: quia nullum corpus est adeo mobile sicut ignis: ergo ignis est elementum omnium corporum aliorum inferiorum. Et secundum quod Aristoteles sic ait: & quando pars condensata sit aqua: & quando terra magis sit ignis, vocatur terra: quare scilicet modo ignis est elementum.

Tertia opinio.

Text. 27. & seq.

Quarta opinio.

1. physic. text. 15.

Quinta opinio.

CAPVT III

De qualitibus elementorum.

Restat nunc dicere de primis qualitatibus contrariis elementorum, que sunt calidum, frigidum, humidum, siccum, quibus determinata sunt elementa. Ignis enim calidus est & siccus, ær humidus & calidus, aqua frigida & humida, terra siccæ & frigida. Quatuor enim qualitates prædicte sex facient combinationes: quarum quatuor prædicte sunt possibiles, duas vero impossibiles, scilicet calidum & frigidum, siccum & humidum: quare ex illis duabus combinationibus nullum elementum determinatum est: contrariæ enim simul in eodem esse est impossibile.

De combinationibus primarum qualitatuum.

Cordiatio prima qualitatum.

Qualitates secundæ.

Calidum quid.

Heterogenea.

Obiecta.

Hylion.

quod non facit calidum, imò videmus in æthere, quod caro rarefuit, & potius aperitur: & humiditas naturalis exiit & cadit: in hyeme autem contrahitur caro, ita quod humiditas naturalis non exiit: & inde est celebrior digestio in hyeme quam in æstate. Nota etiam, quod principalis actus frigidus est frigiditas. Secundarij autem sunt, congregare homogenea, & heterogenea: & alij quamplures. Vnius enim rei vnus est actus principalis, ut dicit Avicenna, plures vero secundarij. Vnde Aristoteles dicit in octavo physicorum, quod calidum potest frigidificare, frigidum calefacere. Verbi gratia, adueniente calore aperitur pori: & humores naturales exhalantur, ita quod corpus interius frigidetur. Similiter frigus contrahit corpus & resinet humores interius, ita quod corpus efficitur calidum. Isti autem effectus sunt per accidens.

Humidum vero est, quod est male terminabile termino proprio, bene autem terminabile termino alieno. Vnde patet, quod ær est humidior quam aqua: quia magis est fluxibilis quam aqua. Ex hoc etiam patet error eorum, qui dicunt, quod omne corpus est porosum: quia si ær esset porosus, haberet foramina & concavitates ad quos remineretur, & sic bene esset terminabile termino proprio: quod falsum est.

Siccum autem est, quod est bene terminabile termino proprio, male autem terminabile termino alieno, sicut est terra, lapis, & haec similia.

Et nota, quod ut dicit Aristoteles, Humiditas est causa grossitie: quia inducit grossitiorem humorum. Siccitas autem est causa subtilitatis: quia ex siccitate provenit subtilitas. Item nota, quod ut dicit Aristoteles, prædicte primæ qualitates due sunt actiue, scilicet calidum & frigidum, & due passiue, scilicet humidum & siccum: que due dicuntur passiue, quia non sunt adeo vehementis actiue, sicut sunt due alioquin non contingeret generatio terra aquam, nec e converso: illa enim elementa conveniant in frigiditate. Nihil ergo inter se cum terra & humidum aque esset actiuo & passiuo non contingeret ipsa generari ad invicem. Generatio enim non fit nisi in habentibus contrarietatem actiue & passiue. Unde patet, quod intelligendum est, ut ær & ignis generentur alia dua, scilicet calidum & humidum, & calidum & siccum, non quod elementum non habet passiuum, sed magis sunt passiuæ quam humidum & siccum: alioquin ex aqua non fieret ær, & ex consensum in humido: nec ex terra ignis, que continguntur in frige.

CAPVT IV

De generatione elementorum.

Et quis quæritur, quomodo generentur elementa ex vno elemento? Respondetur, quod elementa generantur ex vno elemento per modum accidentis, non per modum substantiæ. Item, quod elementa generantur ex vno elemento per modum accidentis, non per modum substantiæ. Item, quod elementa generantur ex vno elemento per modum accidentis, non per modum substantiæ.

Secundum.

Lib. 1. de generat. & corruptio. text. 14.

Text. 18.

qua.

Opinio
quorundam
elementa
primò fa-
cta fuisse
per motum
caeli.

quo Aristoteles in libro de celo & mundo ponit opinionem, quæ dicitur Ptolemæi, quod elementa primò facta fuerunt per motum caeli. Contra quod sic obicitur. Aut ille motus fuit in aliquod corpus, aut in materiam nudam. Si in aliquam, hoc est impossibile: quia materia nunquam est nuda. Quod sic ostenditur. Si ita quod aer agat in ignem contrahendo ipsum: aut igitur materia erit nuda, aut non. Si non, habeo propofitum. Si sic: ergo non est appropriata alicui loco: quia si esset in loco, esset sub corporeitate: ergo non est magisterio quare deberet ei igneitas in loco illo quam in alio: sed nos videmus, quod ubi est actio, ibi est potentia: igneitas ergo appropriatur alicui loco: & sic est sub corporeitate: ergo materia nunquam est nuda. Si verò agit in corpus aliud præter elementa: ergo illud corpus fuit ante elementa: ergo elementa non fuerunt prima: & sic non essent elementa: quod falsum est. Relinquitur ergo, quod elementa non sunt generata, sed creata. Quod concordat cum Augustino, qui dicit, quod omnia, id est, omnes maiores partes mundi simul creata sunt in materia & forma.

Duplex ge-
neratio, scilicet
simplex &
generatio
duplex.

Post hoc sciendum est, quod duplex est generatio, scilicet simplex, & generatio quædam. Generatio simplex est generatio substantialis. Generatio quædam est quælibet transmutatio siue alteratio. Vnde generari diffinitur potest simpliciter sic. Generari est expoliari materiam à forma substantia, & inducere aliam formam substantialem. Cum ergo omnis expoliatio sit à contrario, oportet generationem & corruptionem fieri medianibus contrarietatibus primarum qualitarum. Vnde etiam patet, quod prima materia est ingenerata & incorruptibilis: quia si esset generata, hoc esset ex aliqua materia: ergo illa materia haberet aliam materiam: & sic in infinitum esset procedere: hoc autem est impossibile: ergo prima materia non est generata, sed creata. Et nota differentiam inter creare, generare & facere. Generare enim est facere ex aliquo. Creare est facere ex nihilo. Facere verò commune est ad utrumque.

diffinitio
inter crea-
re, genera-
re, & fa-
cere.

Ex prædictis patet, quod illa elementa facilius transmutantur ad invicem, quæ conveniunt in aliqua qualitate quam quæ in nullo conveniunt. Facilius enim est vincere unam contrarietatem quam duas. Vnde terra facilius transmutatur in aquam quam in aërem: conbenit enim cum aqua in una qualitate, cum aëre vero in nulla, & sic de aliis. Et hoc est quod dicit Aristoteles in secundo de generatione & corruptione. Quæcunque habent symbolum, id est, convenientiam ad invicem, velox est eorum transmutatio: quæcunque autem non habent, tarda: quia facilius est unum quam multa transmutare. Et nota, quod generatio unius elementi est corruptio alterius, & è conuersio. Vnde quidam dicunt, quod generatio & corruptio sunt unum in substantia, diversificantur tamen secundum terminos. Sicut eadem est via de Thebis ad Athenas, & è conuersio, differens tamen secundum terminos. Alij dicunt, quod non sunt idem, & prædictum verbum glossant sic. Generatio unius elementi est corruptio alterius, & è conuersio, id est, ad generationem unius

Generatio
unius est
corruptio
alterius.
3. physie.
text. 23.

elementi sequitur corruptio alterius, & è conuersio.

CAPVT V.

De speciebus, & primò de alteratione.

Sequitur de alteratione quæ est motus de una qualitate in aliam qualitatem. Et per hoc quod dico qualiterum, tango qualiterum accidentalem, sicut sunt sanitas, agritudo, rotunditas, & angularitas dulcedo, amaritudo, albedo, nigredo, calidum, frigidum, & similia. Differunt enim alteratio à generatione: quia in alteratione est mutatio de qualitate accidentali ad qualitatem accidentalem: in generatione verò est mutatio de forma substantiali ad substantialem. Item in alteratione necesse est manere illud subiectum sensibile, in generatione verò non, sed secundum totum sit transmutatio. Subiectum sensibile dico propter materiam primam, quæ licet maneat eadem in generatione, tamen secundum quod talis est, non est sensibilis.

Quomodo
alteratio
differt à
generatio-
ne.

CAPVT VI.

De augmentatione & diminutione.

Sequitur de augmento & diminutione. Augmentum sic diffinitur. Augmentum est motus de minori quantitate ad maiorem. Diminutio est motus de maiori quantitate ad minorem. Et nota, quod augmentans & augmentatum necesse est esse similia & diversa. Similia quidem in materia, diversa verò siue contraria in formis. Cuius ratio est: quoniam agentia & patientia ad invicem necesse est esse similia & etiam diversa: augmentans autem & augmentatum agunt & patiuntur. Quod autem augmentum sit motus, manifestum est. Oportet enim ut alimentum siue cibus transmutetur & subintrat formam carnis, scilicet carnitatem, vel ossis, scilicet ossitatem, & propter illam substantiationem dilatatur caro, siue os, & elongatur siue inspissatur: & talis actus, scilicet dilatatio, & ceteri, sunt motus. Quare patet, quod augmentum est motus, & è conuersio patet diminutionem esse motum. Differunt autem augmentum & diminutio ab alteratione: quoniam alteratio attenditur in qualitate, augmentum verò & diminutio in quantitate.

CAPVT VII.

De loci mutatione.

Sequitur de loci mutatione. Mutatio loci est motus ab uno loco in alium: & talis motus est triplex, scilicet naturalis, violentus, & animalis. De quibus quia dictum est supra, transcurramus ad dicendum de mixtionem & quædam

mixtionem præcedit tactus, idè primò dicendum est de tactu.

CAPVT VIII.

De tactu.

Text. 44.

Tangere siue tactus, sicut dicit Aristoteles in libro primo de generatione & corruptione, dicitur multiformis. Uno modo dicitur tactus, quando aliquid tangit aliquid sine medio, sicut in continuis, quorum vicinia licet simul, sicut superficies tangit superficiem: & secundum hoc quicquid tangit, tangitur. Secundum dicitur tactus per similitudinem, secundum quod dicitur, quod res tribalis tangit nos, sed non tangitur: & secundum hoc non quicquid tangit, tangitur. Tertio modo dicitur tactus in continuis, quorum partes copulantur ad unum terminum communem, sicut partes lineæ tangunt se in puncto continuationis, secundum quod dicit Aristoteles in physicis: Inest puncto ut tangat. Tactus primo modo, qui est applicatio duntaxat superficiem sine medio, accidentius est ad actionem & passionem: unde oportet, quod quæcunque agunt & patiuntur, tangant se, sicut ignis agit in aëre & calefacit ipsum, & aëre calefacto calefacit digitum & agit in ipsam: hoc est propter contactum. Vnde dicitur, quod tactus est causa materialis ad aptitudinem ad invicem actiones & passiones, sicut incidit est causa materialis ad aptitudinem in actiones & passiones coloris.

CAPVT IX.

De mixtionem.

Sequitur de mixtionem, de qua nota primum quod duplex est mixtio. Quædam enim est ad similitudinem, sicut quando ponitur hominem cum frumento: & illa quædam videtur esse mixtio, & non est. Alia est secundum diversitatem: & istam sic diffinit Aristoteles in primo de generatione. Mixtio est miscibilium alterationem. Ex nota, quod omnia que sunt miscibilia, possunt per se agere & pati: & agentia in eo quod dividunt, patientia in eo quod dividuntur. Vnde patet, quod illa que non habent contrarietatem non sunt miscibilia: hoc est, quod elementa possunt misceri & possunt misceri ex se unum aliquid: quoniam quilibet elementum est contrarium alteri. Dicitur autem elementum esse mixtum non sicut ad similitudinem. Omne enim corpus dividibile est, sed sicut ad quiddam partem non minus: & natura determinatas, id est, sicut ad similitudinem secundum speciem. Item nota, quod proportio mixturæ, quod quilibet pars mixturæ debet esse homogenea & eiusdem speciei cum suo toto: si autem esset, tunc mixtio secundum veritatem non esset. Et nota differentiam inter compositionem & confusionem & mixtionem. Compositio est quando utrumque compositorum manet in sua natura, & ponitur pars iuxta partem: quædam potest dici in frumento. Confusio verò est, quando non proportionatur mixtura, partium si quæ non manent ad eandem speciem. Mixtio verò est, quando proportionatur mixtura, & manent ad speciem eandem: hoc est de elementis dicta ad præterius inferimus.

QVARTA PARS DE METEORIS.

CAPVT I.

De generatione & corruptione mixtionem.

[Faded text, illegible due to image quality]

[Faded text, illegible due to image quality]

rabiles, aut non, sed paucas. Si multa habet...

De igne perpendiculari...

De lancea...

De candela...

Assub ascendens...

Scintilla...

Capra...

Candela...

CAPVT V.

De impressionibus ignitis descendens.

SI autem vapor est non vehementer calidus...

sed non diuiditur: & prop. continuum casum...

Si vero est multa materia bene conglobata...

Si autem est vapor sicca tenuis inflammabilis...

Ignis...

Draco...

Assub...

CAPVT VI.

De modo generationis impressionum humidarum.

Nunc autem transeundum est ad eas quæ generantur...

CAPVT VIII.

De nix.

Nix autem quoad tempus è contrario se habet grandini...

Signa...

Tempus...

Locus...

Cur...

Cur...

Granula...

CAPVT VII.

De grandine qui dicitur lapis.

SI igitur sit vapor humidus calidus valde...

Generatio...

Quo...

Huius signa sunt duo: quorum vnum est...

Hinc ergo accidit, quod vapor niuis non pergit...

Ex his duabus causis concluditur causa granulorum...

dum vndarum constringentium sese : ed quod vna inundatio præuenit aliam, & fundit se super eam.

Ex his de plano patere potest triplex causa abiectionis ventorum, scilicet intentum frigus, & intentus calor, & hæc abiectiones simpliciter: & pluuia sequens, & hæc abiectiones secundum aliquid. Frigus quidem intentum non permittit aperiri terram vt eleuetur fumus. Calor autem intentus comburit fumum. Sed pluuia ex hoc quod in frigidat aërem, grauat vaporem, ita quod tantum descendit, & subitè non potest eleuari debili calido: & similiter humefacit terram, & superficiali poros, per quos exiit fumus, obstruit: & idèd præcinditur materia adaugens ventum: & quia quicquid non regeneratur continuè, citò deficit, idèd cessat ventus post magnas pluuias. Sed quia cessante pluuia iterum resurgit calidum in aëre & in terram exiccando & eleuando v potem siue fumum: idèd videtur frequentius post aliquam horam vel aliquos dies resurgere ventus, nisi sit pluuia valde longa, quæ per multam frigiditatem facit victoriani in fumo venti.

Ex prædictis etiam liquet quare vapor ventorum terreus siue caulatus ex terra, non conuertitur vt cadat super nos terra pluens, sicut conuertitur vapor aquæ & cadit super nos aqua pluens. Huius enim secundum supra dicta duz sunt cause: quarum vna & principalior est materia venti, quæ est sicca & non bene continabilis, sed tantum habens aliquid nature humidæ, quod est continuum vt fumus: & idèd resoluta per frigus, nil apparet sensibilibiter, sed dissipat ad modum atomorum. Alia causa est: quia vapor venti non natat super nos, sed dirigitur ad extrema habitabilis terre nostre vel conuexi arcus vnus terre: & idèd non cadit super nos. Dico autem conuexi arcus vnus terre: quia terra rotunda est, & ventus quandoque est in terra vna & in alia, & tunc vapor licet non sit simpliciter in extremo, est tamen in conuexo arcus terre in qua stat.

CAPVT XV.


De ventis in particulari.

Sequitur de ventis in particulari & loco generationis eorum & de impressione singulorum, & de hoc quod efficiunt in nostra habitatione. Sunt igitur quatuor simplices, qui nascuntur versus quatuor angulos solis super nostrum horizontem distincti. Sunt autem secundum Aristotelem Septentrio, Meridies, Subsolanus, & Fauonius.

Inter quoslibet autem duos sunt alij duo, & sic octo sunt mediæ. Item inter Septentriem & Subsolanum est Aquilo propinquior Septentrionali, & Vulturus propinquior Subsolanico. Inter Subsolanum & Meridie, Eurus propinquior Subsolanico, & Notus propinquior Meridionali sive Austro. Et inter Austro & Fauonium, Africus propinquior Austro, & Zepirus propinquior Fauonio. Et inter Fauonium & Septentrionalem, Circius vicinior Fauonio,

Inter quoslibet autem duos sunt alij duo, & sic octo sunt mediæ. Item inter Septentriem & Subsolanum est Aquilo propinquior Septentrionali, & Vulturus propinquior Subsolanico. Inter Subsolanum & Meridie, Eurus propinquior Subsolanico, & Notus propinquior Meridionali sive Austro. Et inter Austro & Fauonium, Africus propinquior Austro, & Zepirus propinquior Fauonio. Et inter Fauonium & Septentrionalem, Circius vicinior Fauonio,

& Corus propinquior Septentrionali. Duos etiam præter hos, qui sunt incerti flatus & vagi, ponunt quidam: qui si sunt, non diuersificatur ab istis, sed potius ab eisdem locis generantur, ita videlicet quod eleuatio vaporis in gyro est quasi continua mutatio, modo hic, modo ibi. Et nota, quod nomina ventorum collateralium non nominantur ab Aristotele, scilicet secundum vsualem descriptionem. Et hæc quæ dicta sunt de duodecim ventis, patent in præsentibus figuris, vt poteris retinere.



Sunt Subsolanus, Vulturus, Eurus ab ortu. Circius occasum Zepirusque Fauonius assest. Atque die medio Notus ortu, & Africus, Auster. Præuenit Aquilo, Boreas & Corus ab ortu.

CAPVT XVI.

De proprietatibus ventorum principalium.

Supereis determinare quare vnus istorum creatorum sit magni flatus, & paucus pluuie, & frigidus autem: alter verò leuis flatus, & multæ pluuie & corruptoris aeris. Duo autem sunt multorum flatus, & frequentiam, & non horridi: vnus quidem abiectione pluuie, scilicet Orientalis siue Subsolanus: alter autem conductor pluuie, scilicet Occidentalium.

Dico ergo, quod Aquilo fortissimè flatus est, & abiectione pluuie & depurat aërem, quoniam quæ deorsum ventus & venis in nubes, qui est iuxta potius uentem, ita Aquilo est ventus eius, & quæ frigidus, & potius ventus & conuictus super nos, non vaporis possit, ita depurat aërem abiectione materiam pluuie. Eurus autem claudit poros corporum nostrorum, vt inuenerit in exteriori ingressu in nos vaporabiliter: & ex hoc continetur.

continetur in terra nos calor naturalis & fortificatur, & homo efficitur sanus. Huius signa duo sunt. Vnum, quod Hypocreas dicit, in hyeme ventres calidiores esse quam in æstate. Cuius eadem causa est. Aliud est, quod habetur ex artificio Iacob, qui posuit virgas ad aquas quado prima fuit admixtura ouium, & hoc est quando stat Aquilo, ed quod ille continet poros in generantibus ex semine, ne euaporentur spiritus & debilitentur conceptus. Et idèd dicit Aristot. in libro de animalibus, quod pastores quando volunt, quod oues generent masculos, faciunt ascensionem ouium versus Aquilonem tempore venti Aquilonis. Hic etiam ventus dicitur à Philoprophis flare rectè, id est, directè non motu eleuationis & depressionis in fine flatus. Et huius causa est, quod flatus eius inundat ab Aquilone in Meridie: & quanto plus venit in Meridie, tanto plus accedit ad calidum: propter quod rarificatur vapor & subtiliatur, & non deprimitur nec incuratur.

Meridionalis autem oppositæ de causis habet accidentia opposita: quia enim calidus est vapor & exiit à loco calido, idèd adducit morbos: euaporat enim naturale calidum cum suo humido, & subintrat calidum aëris turbatum & corruptum. Quia verò conuoluit vapores, idèd multiplicat pluuias. Flatur autem totum quia flatur eius est ad Aquilonem ex Meridie: & idèd inundans vapor inuenit frigus Aquilonis, & idèd inspissatur, & per consequens in fine suo incuratur & inde torquet flatus. Et ex illa tortuositate flatus iterum inuoluendo comprimit nubes & aquas inuentas, & facit etiam hac de causa pluuias.

Quod autem dictum est, vnum ventum flare tortuose, & alium directè, habet quandoque impedimentum per accidens, sicut dicit Aristoteles, quod iuxta Corinthum flatur Aquilo tortuose: & hoc contingit propter inundantis recuruationem vaporis ad quosdam montes altissimos ibidem existentes. Item è conuerso propter loca calida per quæ transit Meridionalis, incipit dirigi in flatur rectum. Eadem de causa in nostris climatibus, scilicet sexto & septimo, Auster non adducit morbos: ed quod antequam ad nos veniat, in frigidatur niuibz montium, & aëre septentrionali, & non aded aperit poros corporis, quod multum nocet sanitati.

Tempus autem flatus Aquilonis est in vere plus, & autumno minus. Er primi quidem causa temporis est: quia frigiditate hyemis vapores multi conuoluit & congregati sunt in terra, qui tepiditate veris euocantur, & faciunt ventos, & præcipue in Aquilone, vbi magis est de frigore & tenuis calor qui consumere non potest. In autumno autem terra exiccata est à calore solis, & idèd tenuis calor de facili euocat vapores, ed quod non est constricta: & cum egreditur vapor, sicus est valde, & ventus alius in aëre flatur incipit: & idèd præuenit vulgi est, quod venti alii flant in autumno.

Subsolanus autem est ventus sicus & calidus abiectione pluuie, sed non tantum quantum Aquilo: & hoc quia ipse est de vapore sequente sole, qui sicus est & calidus: & modo.

tus etiam firmamenti iunat ad hæc: quia idem est motus venti illius qui est motus diurnus: & idèd dissoluitur vapor & exiccatur.

Fauonius autem propter cautem oppositam adducit pluuias. De medijs autem recundum naturam istorum mixtam intelligendum est.

Est autem notandum, quod manè vt frequenter ante diluiculum est ventus qui stat quandoque de die, & cessat de nocte, quandoque è conuerso. Huius autem causa est: quia manè immittuntur radij solis vaporum, & idèd eleuant ipsum: & ipse iterum à frigiditate loci descendit, & idèd facit ventum, qui quandoque cessat sole vincente, quandoque confortatur, quandoque sol non sufficit vincere, sed sufficit eleuando depressioni continuè repugnare. Vapor igitur frigidus deprimitur nocte, & eleuatur die, & sic ventat: & è conuerso vapor calidior vincitur die, & eleuatur aliquantulum, frigore noctis deprimitur, & proprio calore iterum eleuatur: & idèd ventat nocte. Er hæc determinata sunt de generatis ex vapore simplici humido & sicco & in alto loco.

CAPVT XVII.

De tonitruo.

Diinceps dicendum est de causis impressionum compositi vaporis sicci & humidæ, vel sicci cum sicco, vel humidæ cum lumine solis & stellarum, vel sicci cum lumine stellarum: quia tunc habebimus omnia quæ in altitudine generantur ex vapore. Prima autem compositio est vaporis humidæ cum sicco, non commixtis vaporibus, sed distinctis, quæ compositio causa tonitruæ & conuulsiones. Secundò dabitur causam de retentoribus, qui caulatur ex vapore sicco non commixto cum sicco, sed concluso in elemento sicco & solido, quod est terra. Tertio dabitur causam de vento turbinis, qui caulatur à vento sicco obuoluit opposito vento. Vltimò dabitur causam de iride & circolo solis & lunæ, & de comertis, & coloribus nubium & nebulæ, & de galaxia, quæ caulantur ex vapore qui coniungitur cum lumine solis & lunæ & stellarum. De generatis autem in ventre terre ex commixtione vaporum & in vnitate nature tendentium, cuiusmodi sunt mineralia, ad præsens nihil tangemus: quoniam prolixior exigeretur tractatus, quam breuitas compendij patiatur.

Dicendum est igitur, quod materia tonitruæ alia est, & alius locus vel vas generationis eius. Materia autem eius est vapor sicus valde & calidus: ille enim de facili incenditur: cuius signum (licet turpe) tamen conueniens est in ventositate ventis: quæ quia sic sicca sunt & tenerræ, idèd emissa si modicum tangantur ab igne, statim inflammantur & crepitant, & si per pannum subsolanum emittantur, & adhibeatur candela, totè inflammantur flamma lata & dispersa. Locus autem vel vas est nubes aquosa & concava.

Eleuantur enim forti calore solis ambo simul vapores.

Exemplum autē de terræ motu ponitur in ca-

Signa terræ motus præcedentia sunt...

CAPVT XXVII.

De vento turbinis.

Sequitur nunc videre de vento turbinis: & de illo determinare facile est secundum p-

Effectus eius est quandoque eleuatio pulueris, & quandoque eradicatione arborum...

CAPVT XXVIII.

De generatis ex vapore & primo de iride.

Estat videre de generatis ex vapore qui coniungitur cum lumine solis & lune & stellarum...

vel occasui vicinior, tantò in parte opposita apparet arcus maior.

Colores autem iridis causantur ex eo quod nubes sic irradiata à sole partes quidam habet altiores, & alias demissiores...

Arcus iste in diuersis temporibus diuersa significat. In meridie enim ortus magnam vim aquarum in aère significat esse...

De iride dicit Isidorus in libro etymologia-rum, quod arcus celestis dicitur est ad similitudinem incuruari arcus...

CAPVT XXIX.

De halone.

Circulus autem qui apparet quandoque in circuitu solis, siue corona, causatur ex vapore humido ascendente & multiplicato in aère...

aut in illo: deinde autem reflectitur illud lumen ab aère...

Circuli isti si velis equaliter in semetipsis conuenerint, significant aëris tranquillitatem...

Videtur enim quandoque solis color sicut prima aut veltentioris subditus, quod quidem conuenit ex humo multo...

CAPVT XXX.

De cometis.

Comete sunt stelle habentes comas: quod fit propter aëris inflammationem contractam à stellis...

Dico igitur, quod est vapor tenuis & leuis, beatus autem vaporis generis & aëris generis: quia si aër tenuis...

ducitur per calorem solis fortiter eleuantem, in similitudine vaporis...

CAPVT XXXI.

De coloribus nubium.

Colores vero nubium siue nebulæ causantur ex aduersione luminis cum ipsis, secundum quod magis & minus sunt diaphani...

Rubedo vero fatioris in nubibus causatur ex spissitudine ipsarum propter aduersionem caloris solis...

CAPVT XXXII.

De galaxia.

De galaxia dicitur quod est vapor tenuis & leuis, beatus autem vaporis generis & aëris generis...



QVINTA PARS

D E A N I M A

CAPVT I.

Quid sit anima.



Ic secundum ordinem tractatus, dicto de elementatis inanimatis, dicendum est de elementatis animatis. Sed quia elementariorum animarum principium est anima, cognitio autem principii facilius cognoscuntur principia, & ideo tractare de anima proponimus, primò ponentes aliquas definitiones animæ. Secundò diuisionem potentiarum ipsius animæ subnectentes. Nota igitur, quod anima diffinitur quandoque prout est spiritus, quandoque vt est motor & rector corporis, quandoque verò vt est actus & perfectio corporis.

Anima prout est spiritus, sic diffinitur à quodam sapiente in libro de motu cordis. Anima est substantia incorporea, intellectualis, illuminationum quæ sunt à primo, vltima relatione perceptiua. In hac diffinitione substantia ponitur pro genere. Incorporea ponitur ad differentiam corporum. Intellectualis ponitur ad differentiam animæ vegetabilis & animæ sensibilis. Illuminationum quæ sunt à primo, ponitur ad differentiam illuminationum quæ sunt à creaturis. Vltima relatione perceptiua, ponitur ad differentiam Angelorum, qui prima relatione recipiunt illuminationem à primo, id est, Deo. Ad quod intelligendum nota, quod sicut in isto sole materiali, Augustino restante in libro soliloquiorum, aduertimus tria, scilicet quod est, quod lucet, quod illuminat: sic in Deo aduertimus tria, scilicet quod est, quod intelligit, quod cetera intelligere (sua illuminatione facit, quam illuminationem Angelus prima relatione percipit, anima secunda, sicut parere potest per simile. Ignis & aer à quinta essentia lumen percipiunt, sed dissimiliter. Ignis enim lumen percipit vt conaturale sibi & coæquatum & quoad esse suum. Aer verò recipit lumen non vt conaturale, nec vt coæquatum sibi, nec quoad esse suum, sed quoad bene esse suum. Eo modo Angelus illuminationem à Deo statim in creatione recipit: & hoc non intelligitur de illuminatione gratiæ vel gloriæ, sed de illuminatione conaturali. Anima verò est in sui creatione illuminationem suscipit, non tamen percipit: quia non comprehendit videndo: sicut cæcus positus in lumine, lumen quoque suscipit, non tamen percipit, quia non comprehendit videndo. Similiter carulus ante

Lib. 1. c. 1.

nozem dies lumen aliquod suscipit in pupilla, secundum quod aptus est natus videre tempore determinato, non tamen lumen percipit ante nonum diem, eò quod non comprehendit videndo. Sic ergo potest intelligi, quod anima illuminationum quæ sunt à primo, vltima relatione sit perceptiua, Angelus verò prima.

Item anima prout est mouens & regens corpus vt motor mobilis & nauta nauem, sic à Remigio diffinitur. Anima est substantia incorporea regens corpus. Circa quam diffinitionem notanda primò, quod incorporea dicitur duobus modis. Vno modo dicitur incorporea, quod non est extensionis siue dimensionis protensum, nec loco circumscriptum, quamuis sit circumscriptum virtute, & sit in loco diffinitiuè. Et hoc modo anima est incorporea. Alio modo est incorporea quod non est trina dimensionis protensum, nec loco, nec virtute circumscriptum: & sic, sicut dicit Augustinus, solus Deus incorporeus est: quia omnino incircumscriptus. Item nota, quod licet Angelus cum assumit corpus, vniatur ei vt motor, non tamen sicut rector: habet enim se ad corpus quod assumit Angelus vt motor vltimarius: vnde etiam cum vult deponit illud. Spiritus verò humanus habet se ad corpus cui iunctus est, vt motor naturalis, & quadam necessitate naturalis inclinationis alligatus. Et propter hoc se habet ad corpus vt rex & rector, quadam necessitate motus & gubernationis ipsius regimini alligatus: & ob hoc prædicta diffinitio soli animæ conuenit, & non Angelo.

Item anima prout est actus & perfectio corporis, sic diffinitur ab Aristotele in libro de anima. Anima est actus primus corporis physici organici, vitam potentia habentis. Et est hæc diffinitio communis animæ vegetabilis, sensibilis, & rationalis, in quantum anima est corpori vniuersalis. Ad explanationem igitur istius diffinitionis sciendum est, quod actus ibi dicitur perfectio: sed duplex est perfectio, scilicet secundum habitum, sicut dicimus puerum perfectum rationalitate: & perfectio secundum usum, sicut dicimus virum perfectum rationalitate, quia potest ratione uti: & perfectio secundum habitum est actus primus, perfectio verò secundum usum est actus secundus. Cum ergo anima sit perfectio & forma & actus corporis, est actus primus, & non secundus. De hoc autem duplici actu dicit Aristoteles in secundo libro de anima. Hoc quoque sicut sciens, illud autem sicut considerare. Corporis physici, id est, naturalis, ponitur ad differentiam corporis artificialis, vt statua, domus, & huiusmodi, quorum perfectio non est anima. Organici ponitur ad differentiam seminis vel partus nondum formati, qui

Secunda definitio.

Tertia definitio.

qui est sit corpus physicum potentia vitam habens, non tamen est corpus organicum: quare ob hoc eius perfectio non est anima. Est autem corpus organicum, quod in partibus dissimilibus dissimiles habet operationes, vt sunt corpora animalium & plantarum. Vnde Aristoteles in libro de anima. Organa autem plantarum partes sunt, vt folium corticis est cooperimentum, cortex autem fructus, id est, illius quod comestibile est. Radices verò ori similes sunt: vtraque enim trahunt alimenta. Et nota differentiam inter organum & instrumentum: organum enim est, quod habet motorem sibi vniuersum intra, vt oculus, manus, & huiusmodi: oculus enim habet motorem intra virtutem visuam; manus verò virtutem operariam, pes autem virtutem progressiuam, & sic de aliis. Instrumentum verò est illud, quod habet motorem coniunctum extra, vt gladius, baculus, securis, & huiusmodi. Potentia vitam habentis, potentia scilicet naturali. Vitam habentis: quia materia cadaveris, quod quamuis sit corpus physicum & organicum, non tamen habet potentiam, scilicet naturalem vel propinquam ad vitam. Propinquam dico: quia materia cadaveris per multas resolutiones est potentia vitam habens, sed non propinquam, nec iam est illud corpus. Vel potentia vitam habentis ponitur, vt ostendatur quomodo corpus se habet ad vitam, quia scilicet in potentia, vel vt principium passiuum siue receptiuum: anima autem vt principium actiuum vitæ.

Lib. 2. tex. 8.

salem vel talem actum: & quia hæc relatio non est illa, propter hoc non est vna sola potentia, nec vna predicatur de altera: signatur enim potentia in abstractione, vnde dicitur relationem animæ ad actum, non ipsam animam relatum ad actum.

Isti sic opinantes multum habent pro se, illud scilicet quod beatus Augustinus dicit in libro de spiritu & anima, quod anima est suæ potentia: ipse enim hoc dicit ibi. Sed alij dicunt, quod Augustinus non composuit hunc librum: & ratio est, quia in libro retractationum, vbi enumerat omnes libros suos, nihil dicit de illo.

Sed tamen plura habent contra se: vnde opinio aliorum est, quod potentia animæ non sunt idem quod anima, sed sicut plures secundum essentiam differentes, licet non secundum substantiam: & hæc solemnior & verior videtur esse. Nam sicut in anima differit quo est & quod est, ita illud quo potest & illud quod potest: & licet idem sit subiecto, tamen differunt in essentia. Essentia enim est illud quo res est vel non est, id est, quo res est rationalis, aut concupiscibilis, aut irascibilis. Subiectum autem est, quod subest illis proprietatibus à quibus est inseparabile. Substantia autem est, in quantum actus insunt ei, sine quibus non potest esse. Vnde & propter hoc dicitur, quod potentia animæ in subiecto conueniant, sed differant, vt dictum est, in essentia.

Opinio 2.

Essentia.

Subiectum.

Substantia.

Actus.

CAPVT II.

De diuisione potentiarum animæ.

CAPVT II.

An sit anima aliqua potentia, & quomodo distinguatur ab ea.

Anima est aliqua potentia.

Sicut dicit Damascenus, impossibile est aliquam substantiam esse expertem aliqua operatione naturali. Inter substantiam autem & operationem media est potentia, per quam substantia operatur. Et ad hoc dicit quod facit beatus Dionysius celestis hierarchiæ cap. xi: vbi dicit, quod omnis intellectus, præter diuinum, in tria diuiditur, scilicet substantiam, virtutem & operationem. Propter hoc inter substantiam animæ & operationes eius sunt mediæ potentia, de quibus propositum est dicere secundum traditionem doctorum Philosophorum & Theologorum, vt non inuenire videamur, sed potius fareamur recitare.

Opinio 1.

Sciendum autem in primis, quod multorum opinio fuit & adhuc est, potentias animæ esse idem quod ipsam animam, nec differre nisi in quadam relatione ad actum. Vnde potentia rationalis secundum eos, est anima relata ad actum ratiocinandi: potentia verò irascibilis est relatio ad actum irascendi. Et si obiicitur, quod secundum hoc est vna potentia relata ad diuersos actus: vel quod vna potentia predicabitur de altera, ad minus secundum accidens. Respondetur, quod non sequitur: quia potentia non dicitur in rectitudine ipsam essentiam, sed in obliquitate: dicit enim relationem animæ ad

D. Alb. Mag. isagoge in lib. de anima.

Vnde ad diuisionem potentiarum animæ venimus. Sciendum ergo, quod Aristoteles in 2. de anima diuidit potentias animæ in tres, quinque differentias, quæ sunt vegetatiua, sensitiuua, appetitiua, motiua secundum locum & intellectiuua: & vocat hæc locum motiuum, à quo est motus in toto corpore, non ille qui est dilatare in partibus secundum augmentum: quæ sunt appetitiua est etiam in plantis. Quæ sunt appetitiua, diuisit sensitiuua & appetitiua, appetitiuum & motiuum secundum locum, non ratiua: tres potentie sunt animæ sensibilis, motus huius fuit: quia sensibile in quantum est de vi nominis & proprietate, dicitur potentia apprehensiuua, est ista est passiva, potest hoc posse ex opposito motum secundum locum & appetitiua, quæ sunt actiua & motiua.

Auicenna autem diuidit facultates animæ in tres, quæ sunt vegetatiua, sensibilis & rationalis, quæ cum sint in homine, vt in homine, nec debent dici tres anime, sed potest sunt in diuersis, scilicet planta, bestia & homine: potest dici tres anime, sicut inferius dicitur.

Damascenus verò primò facit biformem diuisionem, scilicet in rationalem, & irrationalem: & rationalem diuidit in duo, scilicet in inobediens, siue imperiusabile à ratione, &

D. in obe.

in oculo, sed species coloris. Sed in vegetabili coniungitur potentia cum suo obiecto, ut nutritiva cum cibo, augmentativa cum eo quod auget: nec species cibi coniungitur cum corpore nutritivo, sed substantia cibi. Similiter nec illa potentia quæ dicitur potentia moriva, est in plantis, prout est in animalibus: licet enim in omni generatione & augmentatione sit motus secundum locum, non tamen est ibi motus processiuus, sed motus dilatationis & constrictionis. In anima autem sensibili vel rationali, quia bonum simplex vel apparens bonum cum apprehenditur, mouet appetitum: & quia illud bonum apprehensum non est coniunctum sibi, ideo datus est ei motus progressiuus de loco ad locum ad acquirendum illud bonum & ad sibi uiuendum.

Si verò obicitur, quod non omne animal mouetur de loco ad locum, sicut sunt conchæ & ostrea, sed habent motum dilatationis & constrictionis sicut & plantæ. Dicendum, quod motus illorum animalium non solum est dilatationis & constrictionis, imò etiam est motus qui aliquo modo sequitur apprehensionem: quod patet, quia est cum delectatione vel tristitia sensibili: hæc enim sequitur sensum, sicut vult Aristoteles. Præterea etiam sit dilatatio hic & ibi, ut in tamen alia & alia hic & ibi: nam in plantis est dilatatio partium secundum quantitatem augmenti, in conchis autem secundum diffusionem spirituum circa cor. Sed hoc non facit ad probandum, quod magis est motus in animalibus quam in plantis, sed facit ad hoc quod ibi est motus, qui aliquo modo sequitur apprehensionem. Item non est obiectio de illis animalibus: quoniam animalia imperfecta sunt, sicut vult Philosophus.

Potencia apprehensiva est duplex.
Apprehensivum autem quedam sunt apprehensivum de foris, quedam apprehensivum de intrinsecis. Apprehensivum de foris dicitur, quæ apprehendit quod est extra in corpore: sed forte hoc non inuenitur in sensu tactus, quia ibi caro est medium: ideo tactus est de intrinsecis, scilicet in carne. Unde apprehensivum de foris dicitur, quia apprehendit rem de foris in materia subiecto vel obiecto præsentem. Apprehensivum de intrinsecis dicitur: quia quod apprehendunt, de intrinsecis est, vel ipsum vel eius species. Verbi gratia, imaginatio accipit speciem à sensu communi, intellectus autem ab imaginatione, ut infra patebit.

Sensus exterioris est duplex.
Apprehensivum de foris sunt quinque sensus, scilicet visus, auditus, olfactus, gustus & tactus. Et conueniunt in hoc, quod sunt præterea naturæ passivæ: unde & prout hoc obiecta eorum dicitur quædam sensibiles: quæ sunt passivæ sicut in sensu. Et nota, quod ad hoc referuntur sensus, quatuor exiguntur, duo ex parte ipsius sensus, scilicet spiritus & organum, & duo extrinsecos, scilicet obiectum & medium. Unde in abstracto quæ forma obiecti primo est in medio, secundum in organo, tertio in spiritu, quarto in sensu, de facili venit ad animam. Primum ergo sit imaginatio in medio, postea in ipso sensu, tertio in organo, & sequitur iudicium in sensu communi. Sensus duo sunt magis nobilitates, scilicet gustus & tactus. Gustus ad differendum bonum à nocivo. Tactus ad differendum superius a corrupto exteriori, ut patet per philosophum. Unde figuratus combustionem, quæ corruptiva

Olfactus autem & visus & auditus sunt de bene esse animalis: & forte propter hoc natura ita ordinavit, quod in illis duobus qui sunt necessarij, est medium intrinsecum, ne ex parte medi possit esse defectus. Alij tres habent medium extrinsecum. Unde contingit pluries, quod sensus visus non videat: quia non est medium illuminatum. Quomodo autem illi tres sensus ad bene esse animalis faciunt, manifestum est. Duo enim ex illis, scilicet visus & auditus, necessarij sunt ad habendam scientiam secundum duos modos per quos habetur scientia. Omne enim quod quis scit, aut discens aut inueniens nouit. Quoniam igitur ad habendam scientiam per doctrinam necessarius est auditus: sed quantum ad habendam scientiam per inuentionem, specialiter necessarius est visus. Per hoc enim, quod videt homo diuersa pulchra, turpia, cælum & stellas, &c. admiratur, & ex admirati procedit philosophari. Quamuis etiam visus deseruiat illi modo habendi scientiam, quæ est per doctrinam: quia hoc est mediatur scriptis. Item per auditum verum nomina, sed per visum differentias rerum cognoscimus. Olfactus autem inter omnes sensus minus est necessarius, facit tamen ad sanitatem, fugit enim dum sentit corruptiones aëris: cuius corruptio, ut dicit medicus, plus nocet animali quam corruptus cibus. Item facit ad scientiam occasionaliter siue per accidens: odorifera enim cum odorantur, confortatur cerebrum, cuius confortatio multum facit ad melius ratiocinandum.

CAPVT VII

De visu.

DE sensibus ergo singulariter dicendum est, & primo de visu. Visus itaque obiectum est color. Color enim, ut dicit Philosophus, est immutatum visus secundum actum lucis: multa autem videntur, quæ colorem non habent, sicut cælum, terra, aqua, & multa alia. Unde patet, quod lucidum proprie sit obiectum visus, nec color sit obiectum nisi atione lucis quæ est ibi. Lux enim in proprio subiecto quod dicitur corpus luminosum, lux est, in diaphano vel transparenti lumen, in terso denso splendor, in mixto vero color. Unde etiam sic diffinitur. Color est extremitas perspicui in corpore terminato.

Medium autem visus perspicuum peritum. Unde nota, quod sunt quedam corpora solida & superficialiter opaca, ut terra, quam impossibile est visu pertransire. Item sunt quedam corpora superficialiter perspicua, sed secundum soliditatem opaca, ut aurum & argentum, quæ similiter sunt visu impetransibilia. Item sunt quedam corpora secundum superficiem & secundum profundum perspicua, ut aqua, ær, cristallus, &c. in his est huiusmodi corpus perspicuum peritum medium ad visum.

Infirmis autem vero sunt huiusmodi organum quod magis proprie dicitur, est oculus, ad quem peruenit nervus opticus protensus à cerebro vsque ad pupillam: & ideo spiritus visibilis qui est in

CAPVT X.

De gustu.

Gustus obiectum est sapor, qui in re saporifera est. Res autem saporifera quando coniungitur humiditati saluari, immutatur ab ea, & mediante carne spongiosa, quæ est in superficie lingue, quæ est medium intrinsecum, reddit saporem suum in spiritum qui est in nervo interiori. Inde fit, quod si humiditas salinatis fuerit infecta amaritudine cholera, iudicat gustus cibum esse amarum: & si sit dulcis, iudicat cibum dulcem: & in hoc non fallitur gustus, quod iudicat amarum, in veritate enim amaritudo est, sed fallitur, quod ponit eam ubi non est. Medium ergo gustus est quasi duplex, scilicet interior & exterior: intrinsecum est caro spongiosa, extrinsecum est humiditas salina. Organum autem gustus est nervus descendens à cerebro ad linguam, qui in quibusdam animalibus diuisus est, & ob hoc duas habet linguas, ut serpens: in quibusdam vero vnicus est, & ob hoc tantum vnã habens linguam.

CAPVT XI.

De tactu.

Tactus potest nominari vel ab eo quod sentit, & sic vnus est sensus: vel ab illi quæ sentitur, & sic quatuor species habet, scilicet frigidum, humidum, calidum, & durum & molle, & alijs. Et nota, quod tactus est duplex, scilicet exterior & interior. Exterior est tactus qui sentit rem de foris in materia subiecto vel obiecto præsentem. Interior est tactus qui sentit rem de intrinsecis in materia subiecto vel obiecto. Et nota, quod tactus est duplex, scilicet exterior & interior. Exterior est tactus qui sentit rem de foris in materia subiecto vel obiecto præsentem. Interior est tactus qui sentit rem de intrinsecis in materia subiecto vel obiecto. Et nota, quod tactus est duplex, scilicet exterior & interior. Exterior est tactus qui sentit rem de foris in materia subiecto vel obiecto præsentem. Interior est tactus qui sentit rem de intrinsecis in materia subiecto vel obiecto.

CAPVT IX.

De olfactu.

Olfactus obiectum in re odorabili est odor, in medio dicitur fumus vel vapor, quam calor resoluit de odorifero. Et inde est, quod res odorifera sæpe odorata putrescit citius, ut pomina. Humores enim subtiliores conferuari rei per odoracionem apprehendunt. Medium autem olfactus est ær. Organum vero sunt duo, caruncule descendentes ex cerebro, similes duobus capitibus mamillarum, per quas prouenit spiritus odorabilis & sensum facit.

D. Alb. Mag. isagege in lib. de anima.

CAPVT XII.

De auditu.

Medium vero auditus est sonus, qui fit in aëre ex collisione duorum corporum durorum adinuicem se tangentium: & ex illa collisione fit tremor in aëre, qui continuatur vsque ad aurem. Unde ad generationem soni duo exiguntur, scilicet quod sit contactus corporis duri ad aliud durum, aëre medio. Et quod fiat istu vel violentia. Nam si fieret cum violentia, & non essent corpora fortia, non sonaret, sicut ponit Aristoteles exemplum de spongia & pillis. Et iterum si contactus non fieret cum violentia, non fieret sonus. Sic igitur factus continuatur ad aurem. Diffunditur autem ad modum sphaeræ, cuius centrum est locus percussiois. Unde vox ex omni parte auditur, ut dicit Philosophus. Generat autem tremorem semper debiliorem circulariter, quousque deficiat: cuius simile apparet in projectione lapidis in aquam. Medium autem auditus est ær continuatus aëri postero intra concavitatem auris. Duplex enim ær exigitur ad hoc quod fit auditus, scilicet exterior, in quo fit sonus: & interior connaturalis aëri contentus intra folles aurium. Organum vero auditus est timpanum auris, ad quod dirigitur nervus protensus à cerebro continens spiritum audibilem. Et principium huius sensus est, quod sumus sensibile semper est in medio. Et ideo citius proprie abstractione, ea scilicet quæ fit ab obiecto.



contingeret videre album simul & nigrum, vel tangere calidum & frigidum: quod patet esse falsum: constat enim, quod oculus non alteratus, sed eodem modo se habens videndo tepit albedinem & nigredinem: quod non esset si reciperet ipsius obiecti essentiam: sic enim contraria essent in eodem secundum essentiam. Propter hoc enim quod non recipitur à sensu nisi species obiecti, necessarium fuit medium in quolibet sensu.

CAPVT XIII.

De obiectis.

DE obiectis sensuum sciendum, quod obiectum sensus est sensibile quod à sensu percipitur. Nota ergo, quod est sensibile per se, & sensibile per accidens. Sensibile per accidens est, cum sensibile vnius dicitur percipi ab alio: vt cum dicitur dulce videri in pomis: quia dulce est obiectum gustus: dicitur autem videri per accidens, id est, per aliud, scilicet per colorem crocineum pomi: per se tamen & proprie non percipitur dulce nisi à gustu. Sensibile verò per se, quoddam est commune, & quoddam proprium. Commune est illud, quod à pluribus sensibus percipitur, & hoc per naturam sensus communis existentem in eis, vt magnitudo, longum, latum, profundum, motus & quies, numerus, tempus & locus. Hæc sunt sensibilia communia & proprietates eorum. Hæc enim proprie sunt sensus communis, siue intentionis, & de quo postea dicitur: tamen quia sensus communis non est separatus secundum rem à particularibus suis, idcirco hæc à particularibus percipiuntur. Vnde dicimus videre magnitudinem, longitudinem, latitudinem, profunditatem & breuitatem: & tangere dicimus & videre motum vel quietem, vnum vel duo animalia, in alto vel in imo: quæ sunt differentie loci per se & per accidens. Sensibile verò proprium est, quod ita est vnius sensus, quia non alterius nisi per accidens. Est autem duplex, principale & secundarium. Principalia autem sunt multiplicata secundum numerum sensuum. Nam obiectum visus per se & proprium & principale, est color, & differentie colorum. Obiectum auditus est sonus, & differentie sonorum. Obiectum olfactus est odor, & differentie odorum. Obiectum gustus est sapor, & differentie saporum. Obiectum tactus sunt elementales qualitates, vt caliditas, frigiditas, &c. Secundaria verò sunt, quæ non proprie sensuum attingunt, sed consequenter. Verbi gratia, calidum, frigidum, humidum, siccum primo sensuum tactus attingunt, & idcirco principalia dicuntur: molle verò & durum, rarum & densum, graue & leue, asperum & leue ex consequenti, & idcirco secundaria.

Quare autem quinque sunt sensus, potest sumi ratio ex differenti modo sentiendi. Contingit enim sentire dupliciter, aut secundum distantiam, aut secundum applicationem. Item secundum applicationem duobus modis: aut enim applicatur sensus sensibili secundum su-

perficiem, & sic est sentire in tactu aut secundum profunditatem, & sic est in gustu: vnde gustabile diuiditur, frangitur & masticatur, vt gustus veniat ad sensum intus profunditatis gustabilis. Secundum verò distantiam est sentire tribus modis: aut enim respectu sensus & sensibilis secundum vnâ partem, aut secundum omnem partem, aut secundum plures & non secundum omnem. Si primo modo, sic contingit sentire in visu. Si secundo modo, sic contingit sentire in auditu. Si tertio modo, sic contingit sentire in olfactu.

CAPVT XIV.

De sensu communi.

SEquitur de potentijs animæ sensibilis apprehensiuis deintus, quæ sunt quinque secundum Auicennam: quarum prima est phantasia, quæ est sensus communis: secunda est imaginatio: tertia imaginatiua, siue cogitatiua, siue formatiua: quarta æstimatiua: quinta memoratiua, siue memoriabilis. Necessitas phantasie siue sensus communis probatur ex eo quod quilibet sensus particularis non iudicat nisi de suo obiecto, sicut vnius de colore & eius differentis, auditus de sono & eius differentis, & sic de alijs: sed constat, quod commune iudicium habemus de omnibus: iudicamus enim, quoniam color non est sonus, nec odor, &c. ergo necesse est, quod habeamus aliquod commune iudicium interius, quod iudicet de sensibilibus omnibus, quod à Philosopho vocatur sensus communis. Item sunt quedam sensibilia quæ percipiuntur pluribus sensibus, vt magnitudo, motus, quies, &c. & per se: sed constat, quod hoc non est per naturam propriam, quia secundum illam differunt, & non conueniunt in aliquo nisi per naturam sensus communis existentem in eis vel momentem eos. Est ergo duplex natura sensus, particularis exterior, & communis interior. Præterea in somno cum sopita sunt vires sensuum exteriorum, constat quod non operantur, quemadmodum vis interior. Est ergo vna vis sensus interioris, quæ etiam est communis, in quantum ad ipsam recurrunt vires particulares in somno, & in quantum ab ipsa sicut à formali principio fluunt in vigilando. Item constat, quod videmus formas sensibiles absentes & non tantum presentis: & constat, quod non videmus sensu exteriori. Quod ergo virtus apprehensiuæ sensibilis interior, siue sensus communis sit, manifestum est, quæ in quantum consideratur vt natura quedam & non obediens rationi, dicitur phantasia. Sensus ergo communis est vis animæ sensibilis ordinata in prima concavitate cerebri, recipiens per seipsam omnes formas, quæ imprimuntur quinque sensibus & redduntur. Hæc autem virtus est centrum omnium sensuum particularium, à qua deriuantur vt radii. Et ab hoc sensu communi recipit imaginatio species siue idola obiectorum, cum ipsa obiecta presentia non sunt.

Habet autem sensus communis secundum Auicennam

sensus communis.

Auicennam tres actus. Primus est conuertere se super actus particularium sensuum: vnde dicit, video me videre, & sentio me sentire: & in hac via non apprehendit simul nisi obiectum vnius sensus. Secundus actus eius est discernere intra sensibilia diuersorum sensuum, & propter hoc habet iudicare hoc non esse illud, vt cum dicit album non esse dulce: hoc autem non potest facere particularis, qui non extendit se nisi ad propria obiecta, & idcirco non discernit nisi intra illa: discernere enim requirit ante se apprehendere. Et isti duo actus sunt ei principales secundum Auicennam. Tertius eius actus est apprehendere in loco rem in quo nunc est, & in quo erat, sicut apprehendit stillam cadentem de celo vsque ad terram quasi in linea continua: tamen stilla cum est superius, non est inferius. Sed secundum actum istum iste sensus ab Auicenna dicitur formalis siue formans. Alijs verò placet vt sensus communis dicatur formalis ratione suæ proprietatis apprehensiuæ, quæ est sensibile commune, qui sunt motus, quies, numerus, figura & magnitudo.

CAPVT XV.

De virtute qua est imaginatio.

SECUNDA vis siue virtus siue potentia est imaginatio. Est autem sicut dicit Auicenna, vis ordinata in extremo concavitate anterioris partis cerebri, retinens quod recipit sensus communis à quinque sensibus, & remanet in ea post remotionem illorum sensuum. Sensus enim communis indiget presentia sensibilis: non autem imaginatio. Vult ergo dicere, quod sensus communis est apprehendere formas omnium sensibilium: virtus verò quæ vocatur imaginatio, est illas retinere: & sunt quasi vna virtus, & non diuersificatur in subiecto, sed in formis: hic enim recipit, illa retinet: quod autem recipit, non est illud quod retinet. Virtus etiam quæ est imaginatio, formas sensibilium retinet, & non discernit. Sensus verò communis discernit, dicens hoc esse album, & hoc esse nigrum, &c. Differentiam autem hanc, quod ex vna vi est recipere, & ex alia retinere, est videre in aqua, quæ habet potentiam recipiendi impressiones figurarum, non tamen habet potentiam retinendi. Differentis ergo virtutis erunt retinere sensibilis & recipere ea. Alia est ergo imaginatio à sensu communi. Hæc est sententia Auicennæ. Alijs verò videtur, quod imaginatio sit connectio ipsius virtutis sensibilis interioris super imaginem tanquam circa obiectum, & non similitudinem: quorum vtrumque verum est secundum diuersos modos recipiendi hoc modo imaginatio.

CAPVT XVI.

De virtute imaginatiua.

TERtia virtus est, quæ vocatur imaginatiua, siue cogitatiua, siue formatiua, quæ secundum Auicennam est vis ordinata in media concavitate cerebri, potens componere aliquid de eo quod est in imaginatione, cum alio, & diuidere, cum vult. Quam virtutem Auicenna sic manifestat: Scimus certissime in natura nostra esse, vt componamus sensibilia inter se, & diuidamus ea, secundum affirmationem & negationem secundum similitudinem forme quam videmus. Oporet ergo, vt in nobis sit virtus quæ hoc operetur. Et hæc virtus in quantum imperat ea intellectus, vocatur cogitatiua: in quantum verò illi imperat virtus animalis, vocatur imaginatiua: in quantum autem operatur componendo & diuidendo, formatiua vocatur. Hæc enim virtus facit castra in Hispania, & fingit chimæras & hippocentaurus.

Et est ordo illius virtutis ad præcedentem. Nam sensus communis reddit sine datis vniuersa sensibilia quæ est imaginatio, quasi ad respondendum, quidquid extrinsecus sensus exterioris imaginatio verò reponit & retinet, habet enim virtutem multiplicandi formas sensibilium: virtus verò cogitatiua, siue imaginatiua, siue formatiua conuertitur ad formas quæ sunt in imaginatione ad ponendum eas & resoluendum, quoniam ei subiectæ sunt.

Erant autem in sua compositione vel resolutione sæpe in somno siue in vigilia componendo sensuum per se ad sensuum per accidens. Verbi gratia, sensus particularis vel communis apprehendit tubum in cupro, tubum sensuum est per se, cuprum per accidens. Item aurum est sensuum per accidens. Sensuum ergo per se ducit & mouet ad sensuum per accidens: vnde percipit rubeo memorat aurum, & conuertendo se super illud, componit tubum cum ipso, & dicit, hoc est aurum: & quandoque est error, quandoque non. Error est, cum memoratum non est sub illo sensu per se, quod actu comprehendit: si autem memoratum est sub sensu per se, quasi actu apprehendit, non est error.

Diuiditur autem hæc potentia duplex: quia sæpe fit deceptio sine compositione. Partem etiam hanc cum sensuum particularium & communium doque incidit. Error est, quandoque quod comprehendit. Autem error est, quando sensuum per se per se apprehendit, & non per ad compositionem factam cum ipso. Consequens autem est cum tubum memoratum sit lum ad imaginandum aurum, sed error est cuprum. Et vbi quæ sensuum per se videntur inesse plantis, imaginatiua virtus componit illa plantæ, dicit vnum esse aurum. Hæc ergo differentia est in hac & in præcedenti compositione: quia in hac vna virtus operatur, & de quo sensuum per se sensuum per accidens quod non est percipiendum, sed in hoc sit presentia in somno & extrinsecus ratione tubi.

fentis gaudium seu lætitia: futuri cupiditas seu spes. Ex comprehensione mali præsentis dolor & tristitia, futuri metus seu timor.

CAPVT XXIII.

De virtute motiua exteriori.

Consequenter dicendum est de virtute motiua exteriori, quæ consequitur ad affectiuas. Est autem huiusmodi virtus infusa in lacertis & musculis, contrahens ligamenta coniuncta membris & relaxans. Subdiuiditur autem in generalem motiuam, & particularem. Generaliter autem motiua fundatur in extrema parte cerebri & capitis, à qua oriuntur nerui motiui, sicut ab anteriori nerui sensitui. Qui nerui motiui ramiuntur per totum corpus, & constituuntur in lacertis & musculis, qui sunt interti membris. Et hi sunt organa virtutis generaliter motiue corporis. Particulariter autem motiua subdiuiditur per contractiuam & progressiuam & operatiuam & vocatiuam. Contractiuam autem dico, quæ principium est motus contrahendæ & extendendæ membra animalis: ex quo non prouenit motus totius de loco suo. Sicut enim dicit Auicenna, motus animalis est duplex: quia motus est localis de loco ad locum, & est motus contrahendæ & extendendæ membra animalis. Impossibile enim est ut animal habeat sensum tangendi, & non habeat in se virtutem motus aliquo modo. Quomodo enim sciretur habere sensum tangendi, nisi videretur in eo aliquis motus fugiendi contrarium: vnde & possunt comprehendi animalia esse, sicut nos videmus in conchilibus & conchis, quod sunt motus contractionis & reflectionis & extensionis in partibus eorum, quamuis non discedant à loco suo. Et in hoc cognoscimus, quæ sentiunt, & sunt animalia. Progressiua verò est vis sensibilibus principium transeundi de loco ad locum. Organum verò huius virtutis est differens, secundum differentiam animalium. Nam quædam gradiuntur pedibus, ut gressibilia: quædam deferuntur alis volando, ut volantia: quædam trahuntur costis & ventris eprando, ut reptilia: quædam verò aguntur penusis narando, ut natantia. Operatiua autem est vis sensibilibus principium operandi, & in habentibus manum organa virtutis huius sunt manus: in non habentibus verò est aliquid loco manuum, ut os, & pedes, sicut in apibus & araneis. Vocatiua virtus est principium emissionis vocis. Nec est eadem virtus ista & pulsatiua. Pulsatiua enim semper & de necessitate, & non secundum apprehensionem mouet ut natura quædam secundum dilationem & contractionem cordis inspirando & respirando: vocatiua verò non semper & de necessitate, sed voluntariè & secundum apprehensionem. Et hæc est virtus indicatiua affectionum, secundum quod dicit Philosophus, quæ voces sunt notæ carum quæ sunt in anima passionum. Huius virtutis organum est pulmo & vocalis aëna. Vnde sola animalia habentia pulmonem, sermonem emittunt. Et hæc de

viribus animæ communis nobis & brutis & plantis dicta sufficiant.

CAPVT XXVI.

De potentia animæ rationalis.

Sequitur de viribus animæ rationalis & humanis, quæ primò diuiduntur per apprehensiuas & motiuas, siue per intellectum speculatiuum & practicum. Sed quia cognitio virium est ex cognitione organorum, obiectorum & actuum, idè primò dicendum est de organo, secundò de obiecto, tertio de actibus, quarto de distinctione virtutis intellectiue.

CAPVT XXV.

Virum intellectu habeat organum.

Quæret ergo aliquis in principio de organo virtutis intellectiue, siue in qua parte corporis sit & operetur. Si enim in nulla parte corporis operatur, non videtur esse in corpore. Si verò operatur in aliqua parte corporis, erit habens aliquam partem in corpore, ut organum sibi determinatum. Sed contra: Omnis virtus operans per organum operatur secundum proprietatem organi & possibilitatem & dispositionem tantum, ut virtus visiva, quæ operatur per organum iuxta proprietatem & possibilitatem illius: vnde non iudicatur de sapore & sono, sed de colore: quia color pertinet ad naturam organi visus tantum, non sapor vel sonus: nullum autem organum habet possibilitatem vel dispositionem ad incorporalia: nulla ergo virtus operans vel cognoscens per organum corporale est cogitatiua nisi tantum corporaliu: si ergo virtus intellectiua intelligeret per organum corporale, intelligeret tantum corporalia & non spiritualia.

Item operatio virtutis intellectiue est per abstractionem à materia & à materialibus conditionibus: sed omnis operatio est secundum naturam virtutis à qua egreditur: est ergo virtus intellectiua abstracta à materia: ergo non habet organum corporale & materiale in corpore assignatum.

Item nulla virtus incorporata, id est, parti corporis determinata siue operans per organum est cogitatiua sui: quia non potest reflecti supra se, cum sit incorporata: vnde oculus non videt se, nec imaginatio imaginatur se. Cum ergo virtus intellectiua sit cogitatiua sui, intelligit enim se cum reflectitur supra se, non est incorporata neque operans per organum.

Item omne quod comprehenditur vel cognoscitur, est in cognoscente secundum naturam cognoscentis, & non secundum naturam rei cognite, ut patet in omnibus, & generaliter omne quod recipitur, est in recipiente secundum naturam recipientis, & non secundum naturam recepti. Cum ergo corporalia & materialia sint in intellectu secundum modum intrinsecum materialem

materialis, est intellectus immaterialis: ergo simplex.

Item Aristoteles quindecimo libro de animalibus, Intellectus tantum inest ab extrinseco: & ipse solus est diuinus: quoniam operatio eius non habet communiter cum operatione corporali aliquo modo. Idem in tertio libro de anima: Sensus non potest sentire ex vobis sensibili, ut sensus auditus ex magnis sonis: sed ex fortibus odoribus & coloribus videtur neque odorat: sed intellectus cum intelligit quod vult intelligibile, non minus intelligit sensum, sed magis. Sensationem quoque non sine corpore est: hinc autem separatur: ergo intellectus immaterialis & simplex est. Quod ostendendum.

Dico secundum est ergo, quod virtus intellectiva non est in corpore ita quod debeat sibi partem corporis: quia nullius corporis est actus, sicut virtus visiva oculi, & auditiva auris, & cetera: sed est in toto corpore tota, hoc est, perfecta, sicut patet ex predictis.

CAPVT XXVI.

De obiecto virtutis intellectivae.

Secundum de obiecto virtutis intellectivae. De ista ipsa sit immaterialis, obiectum eiusque intrinsecum: hoc est, intelligibile. Est autem intelligibile forma abstracta a materia & a conditionibus materiae: Species vero sunt formae abstractae a materia quodam sunt abstractae per naturam propriam, ut entium spiritualium: quodam vero per actionem ipsius virtutis intellectivae: hoc est, per considerationem, non realiter, ut species seu similitudines quibus cognoscuntur corporalia.

Formae autem abstractae a materia & a conditionibus materiae omnibus dicuntur per naturam, ut forma qua cognoscitur Deus, & Angelus, & ipsa anima, & ea quae sunt in ipsa ut in fabrico, ut potentia, scientia, virtutes. Formae vero quae cognoscuntur Deus, est similitudo vel imago virtutis impressa anime a creatore: propter quod dicit Ioannes Damascenus: Omnibus cognitio existendi Deum ab ipsa natura inserta est imago enim primae veritatis impressa anime ducit in cognitionem eius cuius est imago. Forma vero qua cognoscitur ipsa anima, vel Angelus, est ipsa anima rationalis, quae cum virtus se ut sensibile, cognoscit se & intelligit se ut sensibile ad se. Cum vero virtus se ut sensibile respicit ad alterum: aut virtus se ut sensibile respicit ad id, ad cuius intentionem facta est, ut se, & de verum cognoscit Deum per modum inquisitionis: aut virtus se ut sensibile respicit ad alterum, ad cuius intentionem facta non est, sed quod est in intentione ipsius est, & sic cognoscit Angelus in se. Et hoc est quod dicit Augustinus, quod anima cognoscit Deum facta se, se in se, Angelus in se. Ad cognoscendum vero ea quae sunt in se, sicut sunt potentiae eius & virtutes & scientiae, virtus ipsa ut similitudo ad ipsa cognoscenda: unde res quae co-

D. Ab. Mag. Isagoge in lib. de anima.

gnoscitur & forma qua cognoscitur, differunt solum secundum rationem, & non secundum rem.

Formae vero quae sunt per considerationem abstractae, sunt formae quibus cognoscuntur corporalia, & ea quae in corporibus fundantur. Cum ergo natura intellectus superior sit rebus corporalibus, potestatem habet super corporales formas magis modo comprehendendi eas. Abstrahit enim eas primo a sensibus, postea ab imaginatione & conditionibus materialibus omnibus, ut figura, situ, & huiusmodi: & sic expoliatis omnibus conditionibus materiae & singulari substantia, accipit eas abstractas & universales, communes & immateriales, ut genera, species, differentias, propria accidentia. Abstractio autem ista non fit actu, sed consideratione.

Quoniam autem abstractionis formae corporalis secundum Avicennam est videre hoc modo. Sensus exterior, ut visus, non suscipit formam quae est in materia, sed eius similitudinem vel ei simile, tamen non comprehendit eam nisi materia praesente, vel forma existente in materia. Sensus vero interior, vel imaginatio, abstracte formam materiae abstractione: quia comprehendit eam abstracte a materia: sed tamen imaginatio non dimittit ipsam formam ab accidentibus materiae, ut figura, situ, & huiusmodi, sub quibus comprehendit ipsam. Abstrahit autem transmittit illam ordinem abstractionis: apprehendit eam formam, quae sunt intentiones sensibiles, non secundum se, similitudinem habentes cum formis materialibus, ut convenientiam, inconvenientiam, bonitatem, malitiam: sed tamen abstrahit non apprehendit hanc formam ipsam nisi simul ab accidentibus materiae, eo quod particulariter apprehendit eam & secundum naturam propriam, & per considerationem ad formam sensibiles imaginari, ut patet ex predictis. Virtus vero intellectiva apprehendit formam corporalem, & abstrahit a materia & ab omnibus circumstantiis materiae & ab ipsa singularitate, & sic apprehendit ipsam naturam & simplicem & universalem. Verbi gratia, sicut cum apprehenditur homo qui praedicatur de pluribus, ut una communis materia, & sequitur eam intellectus ab omni qualitate, quantitate, situ, ubi & singularitate. Nisi enim sic consideratione deinde dicitur, non potest intelligi ut communis, quae dicitur de omnibus. Haec ergo est differentia in ordine abstractionis formae corporalis, primo in sensu, secundo in imaginatione, tertio in estimatione, quando in intellectu.

Nota tamen secundum Avicennam, quod formae corporales propter materiam accipiunt dispositiones multas, quas non habent ex sua essentia, scilicet ex hoc quod sunt formae, scilicet particularitas, qualitas, quantitas, situs, & huiusmodi. Verbi gratia, forma humana substantia est & natura, in qua conveniunt omnia singularia speciei hominis equaliter, cum est una definitio: sed quia accidit ei esse in singulari hoc & illo, ideo multiplicata est. Hoc autem non est ex natura sui: si enim ex natura humana esset, & deberet multiplicari, tunc non praedicaretur homo nisi de aliquo uno numero.

Abstrahit ut gradus.

Si enim humanitas esset ex hoc quod est humanitas Petri, tunc humanitas non esset aliquid alterius. Relinquitur igitur, quod accidit humanitati et materia iste modus multiplicationis & diuisionis qui est in singularibus. Accidit ei etiam aliud præter hæc: quia cum fuerit in materia, acquiritur aliquis modus qualitatis, quantitatis, situs, & ubi: quæ omnia abstracta sunt à natura ipsius. Si enim humanitas ex hoc quod humanitas, determinaret sibi accidentia huiusmodi, tunc oporteret vnumquemque hominem conuenire cum altero in huiusmodi accidentibus, cum conueniant in humanitate, inquantum huiusmodi: essent igitur eiusdem qualitatis & quantitatis, &c. Relinquitur ergo, quod forma humana non habet ex sua essentia huiusmodi accidentia: sed ista ei accidunt propter compositionem ipsius ad materiam. Cum ergo sic sine istis apprehenditur, ventissima est ipsius formæ apprehensio.

differentia apprehensio est ex differentia abstractionis.

Nota etiam, quod differentia apprehensio est ex differentia abstractionis, quæ est in ipsis formis. Quædam enim formæ sunt simpliciter abstractæ à materia & ab omnibus conditionibus ipsius materię, vt formæ spirituales quæ appellantur à Philosophis metaphysicæ. Quædam verò sunt abstractæ à materia, sed non à conditionibus materię, & idem secundum quid abstractæ sunt, sicut formæ mathematicæ, vt magnitudo, numerus: linea enim vel figura in quantum huiusmodi non determinat sibi materiam auream vel lineam, tamen determinat situm & positionem: & idem non sunt abstractæ à conditionibus materię secundum se. Similiter numerus non determinat sibi materiam, vt duo, vel tres: sed tamen determinat multiplicationem seu diuisionem, quæ conditiones sunt materię, sicut ostensum est. Quædam verò formæ sunt in abstractæ secundum se, sicut formæ physice siue naturales, vt ignis, terra, os, caro, &c. sed abstractantur consideratione per modum & ordinem, qui dicitur est, à conditionibus materię. Præter formæ solum comprehenduntur visione intellectuall. Illa enim visio, sicut dicit Augustinus, comprehendit res quæ non habent imagines nisi seipsas. Secundæ formæ apprehenduntur visione imaginaria, quæ est sensus communis siue interioris potentie, & per abstractionem à conditionibus materię, positionis, & situs, & huiusmodi apprehenduntur visione intellectuall, quæ est virtus intellectiua. Tertiæ verò formæ apprehenduntur visione corporali, quæ est sensus particularis, siue exterioris, & per abstractionem à materia apprehenduntur visione imaginaria, deinde per ampliorem abstractionem ab omnibus conditionibus materię comprehenduntur intellectuall.

CAPVT XXVII.

De distinctione virtutis intellectiua.

Consequenter dicendum est de distinctione virtutis intellectiuae apprehensiuæ. Scilicet quod ergo, quod quidam est intellectus passiuus

& corporalis, qui dicitur ab Aristotele materialis, & intellectus incorporealis & separabilis. Intellectus autem passiuus est vis inferior partis intellectiuae coniuncta sensibili, quæ recipit species intelligibiles in phantasmatibus. Oportuit autem hanc vim esse, vt intellectus qui est separabilis, species abstractas à phantasmatibus intelligeret: & hæc vis est continuans actus virtutis intellectiuae, cum actibus virtutis sensibilis: hæc enim à phantasmatibus aufert materialiter species intelligibiles abstrahendas. Hæc autem virtus nunquam est animæ rationalis, nisi dum coniungitur ad corpus, & nominatur, sicut dicunt, alio nomine rationalitas, à qua dicta est media cellula cerebri syllogistica siue rationalis. Dicta est rationalitas siue ratio: quia potens est accipere vniuersalia in particularibus, quamuis non vniuersalia per modum vniuersalis.

CAPVT XXVIII.

De virtute intellectiua separabili.

Intellectus separabilis assignantur differentie secundum duos modos. Vnus est secundum differentiam naturæ, secundum quod distinguitur virtus intellectiua per intellectum possibilem & agentem. Alius modus est secundum differentiam ordinis: & secundum hoc sunt duæ differentie virtutis intellectiuae, scilicet intellectus superior & inferior, siue ratio superior & inferior. Quantum ad diuisionem primam nota, quod duplex est natura intellectus. Vna est, quasi materialis, alia formalis. Vna est possibilis vt tabula nuda ab omni pictura, sed susceptibilis omnium picturarum, & nullam habens actu: & hæc est intellectus possibilis. Alia verò agens, vt lumen: est enim intelligibile lumen primæ veritatis nobis per naturam impressum semper agens, sicut lux semper irradians, de quo Psal. Signatum est super nos lumen, &c. & se habet ad species intelligibiles manifestandas, sicut lux ad colores, sicut dicunt Philosophi.

CAPVT XXIX.

De intellectu possibili.

De intellectu autem possibili certum est ipsum esse: nam nisi possibilitas esset ad susceptionem intelligibilium specierum, impossibile esset non intelligentem fieri intelligentem. Nunc igitur perscrutandum est distinctiones ipsius. Constat possibilitatem ad intelligendum esse in pueris, & in adultis adulescentibus, & in adultis iam edoctis, non tamen actu considerantibus, & in actu considerantibus, sed aliter & aliter: sicut potentia scribendi est in puero, & in adulto adulescente scribere, & in scriptore perfecto in arte, non tamen actu scribente, & in actu scribente. In primo enim est potentia materialis, & in secundo potentia disposita, in tertio potentia perfecta in habitu, in quarto

in quarto potentia perfecta in visu. Secundum hunc modum est differentia intellectus possibilis quadruplex secundum Avicennam & Averroem. Prima est intellectus habens possibilitatem tantum, & est sicut potentia materialis ad similitudinem materie prime, que esse non habet aliquam formam, sed est subiectum omnium formarum. Secundus est intellectus dispositus vel habens dispositionem, que est, cum iam aliquis est habens in intellectu principia, hoc est, propositiones quas contingit credere, que non aliunde, sed per se sunt notae, sicut omne totum est maius sua parte, & si ab aequalibus aequalia demas, que relinquuntur, sunt aequalia. Tercia est intellectus perfectus, cum iam habet intellectus conclusionem eorum, que sequuntur ad principia, sed non conuersus actu ad illa per considerationem. Quarta est intellectus in actu, cum iam considerat actu. Primus dicitur intellectus materialis. Secundus dicitur in habitu. Tertius dicitur intellectus adeptus. Quartus dicitur intellectus accommodatus. Hi enim sunt ordinis intellectus speculativi possibilis.

CAPVT XXX.

De intellectu agente.

DE intellectu agente quod sit, sic probat Avicenna. Anima humana est intelligens prius in potentia, postea est intelligens in effectu: omne autem quod est de potentia in effectum, non exit nisi per causam, que deducit illud de potentia in effectum: sed causa dans formam intelligibilem, non est nisi intellectus in effectu: ergo necessario est agens intellectus. Vtrum autem intellectus agens sit separatus a substantia anime, vel sit anime differentia: & si separatus est, an sit intelligentia creata, que est Angelus, aut increata, que est Deus, querendum est. Quod ergo sit intelligentia increata, que est Deus, sic probatur. Augustinus in libro soliloquiorum dicit. Sicut in isto sole tria animaduertuntur, scilicet quod est, quod fulget, quod illuminat: sic in Deo tria intelligere debemus, quod est, quod intelligit, quod cetera intelligere facit. Si ergo Deus est intellectus intelligere faciens, est intellectus agens. Item Ioan. 1. Erat lux vera que illuminat, &c. Illuminatio autem non est ad cognoscenda sensibilia, sed intelligibilia. Erat ergo Dei Filius lux ad manifestanda intelligibilia: ergo est intellectus agens.

Quod autem intellectus agens sit intelligentia creata, que est Angelus, probatur: quia sicut dicit beatus Dionysius, quod omnes sunt Angelorum, & etiam ad ipsos pertinet omnes reuelationes, ut patet in Apocalypsi & Daniele: sed contrarium est, quod intellectus agens sit per Angelos, non per ipsos, sed per irradiationem. Unde dicitur in Apocalypsi, quodum speciem aliquam deus reuelat. Ergo intellectus agens sit per Angelos, non per ipsos.

Item in libro de intellectu agente dicitur, quod intellectus agens sit per Angelos, non per ipsos.

D. 21. Isagoge in lib. de anima.

cessibilis. 1. Timot. 6. Habitat lucem inaccessibilem. Ergo ea non erit intelligere: oportet enim, quod sit proportionabilis, videns & lux que debet videri: non erit ergo intelligentia diuina intellectus agens respectu anime: sed cum proportio sit lucis intelligentie angelice ad visum intellectus humani, & in proportionabili luce est videre. Erat igitur intelligentia angelica intellectus agens respectu humani intellectus possibilis.

Quod autem intellectus agens non sit separatus a substantia anime, imo sit quedam differentia virtutis patris intellectus, probatur per Psalmistam: Signatum est super nos lumen vultus, &c. Igitur in summa parte anime super nos est significatio luminis similitudinis diuine: habemus ergo lumen impressum a creatore ad cognoscenda intelligibilia: sed hoc est quod dicitur intellectus agens. Item cum sit aliquis oculus corporalis videns per lucem in se existentem, sicut oculus carni, & oculus nocturnus videns in tenebris non indigens luce exteriori, multo fortius oculus intellectualis videbit per lucem existentem in se: lux ergo que intelligit, non est separata a substantia anime.

Respondeo sine preiudicio, quod quedam sunt, sicut dicit Augustinus, supra intellectum humanum, quedam infra, quedam iuxta, quedam supra se, Angelum iuxta se, se in se, quidquid celi ambitu contigerit, infra se. Dicendum ergo, quod ad intelligendum ea que sunt supra se, sicut sunt ea que de diuina essentia & trinitate personarum intelleguntur, diuino modo, indiget anima irradiatione ab ipsa luce prime veritatis eterne super summam vim ipsius, que dicitur mens vel intelligentia, de qua dicit Augustinus, quia nulla interposita natura formatur ab ipsa prima veritate. Respectu ergo huius veritatis summe, & horum intelligibilium, que omnino excedunt intellectum humanum, dicitur agens Deus: & huiusmodi illuminatio est gratie infusio ad contemplananda diuina. Ad cognoscenda vero ea que sunt iuxta, ut angelice essentie virtus & ordinis & operationes, indiget anima reuelatione angelica, sive instructione: & in hac operatione posset dici Angelus intellectus agens, in quantum est instruens respectu intellectus humani: sed hoc non respicit supremam faciem intellectus humani, que est actus & increata, sed virtutem inferiorum, secundum quod Augustinus distinguit inter intelligentiam & intellectum & actionem. Intelligentia est facies superior, intellectus spiritus creatur, ratio naturalis corporum. Ad cognoscenda vero ea que sunt iam animam, ut est ipsa anima & potentie, ipsius habitus, scientie & virtutes, non indiget anima humane extrinseco, sed lumine innato: cognoscit enim se esse, se posse ratiocinari, se sentire scire aliquid, vel ignorare, iustum vel iniustum esse, per conuersionem ad se. Et ad hoc dicit Augustinus, quod cognoscit se in se. Ad cognoscenda vero ea que sunt infra se, non indiget similitudine lumine intelligentie que sit supra se. Cum ergo natura intellectus humani superius sit in corporalibus & incorporeis, que sunt in subiecto, ut pote potentie, habitus,

E 2 dispositi

dispositiones, & affectiones, ideo ad hæc comprehendenda non est necessaria illuminatio substantiæ separata, sed sufficit lumen interius, quod est intellectus agens, scilicet vis animæ suprema, de qua fit hic sermo.

Nota igitur secundum Auicennam, quod intellectus agentis operatio est illuminare, siue lumen intelligentiæ diffundere super formas sensibiles existentes in imaginatione siue æstimatione, & illuminando abstrahere ab omnibus circumstantiis materialibus, & abstractas copulare siue ordinare in intellectu possibili: quemadmodum per operationem lucis species coloris abstrahitur quodammodo & pupillæ copularur. Intellectus verò possibilis operatio est primò convertere se per considerationem ad formas, quæ sunt in imaginatione, quæ cum illuminantur luce intelligentiæ intellectus agentis, & abstrahuntur denudatæ ab omnibus circumstantiis materiæ, & imprimuntur in intellectu possibili, sicut dictum est, educitur in actum & formatur intellectus possibilis, & tunc dicitur intellectus formatus: & tunc operatio intellectus possibilis subsequitur prima circa quidditates, secunda circa complexiones primas quæ sunt principia: tertia circa conclusionem. Verbi gratia, primò cognoscit quid totum, secundò propositionem vel complexiorem quæ est principium per se notum, ut omne totum est maius sua parte, & sic in cæteris, tertio conclusionem quæ sequitur, scilicet quod totum continuum est maius sua parte, & sic in cæteris. Per viam ergo inductionis colligitur ipsa forma vniuersalis abstracta à singularibus, qua formatur intellectus possibilis: per viam verò à simili perficitur operatio intellectus possibilis iam formati, ut sit duplex modus operationis intellectus possibilis. Vnus est quasi inductiuus, cum conuersio ipsius est per considerationem ad formas sensibiles, ut abstrahatur forma per actionem luminis intellectus agentis, qua informetur. Alius est quasi syllogisticus, cum conuersio ipsius est supra species intelligibiles acceptas ad inferendam conclusionem. Et in hoc differt à sensu. Sensus enim visus recipit per actionem lucis, quamuis non conuertatur: attamen verè iudicat sine conuersione. Intellectus verò possibilis recipit formam intelligibilem, nec iudicat sine conuersione. Et hi sunt gradus operationis intellectus possibilis, quantum ad illa quæ sunt ministerio sensus. Est autem alius modus operationis respectu formarum, quæ non indigent abstractione, sicut virtutes, scientiæ, & alia quæ sunt in anima sicut in subiecto. Species enim istarum non abstrahuntur à phantasmatis rerum sensibiliùm: quia particularia horum vniuersalium non sunt sensibilia, sed cum sint in anima ut possunt esse secundum rem, non indigent speciebus quibus cognoscantur, quæ non sunt ipsæ res. Ad cognoscenda ergo hæc non requiritur nisi conuersio intellectus possibilis cum illuminatione intellectus agentis.

CAPVT XXXI.

De diuisione virtutis intellectiue in partem superiorem & inferiorem.

Consequens est dicere de differentia intellectiue virtutis apprehensiue siue secundum rationes ordinis. Sciendum ergo, quod intellectiua virtus subdiuiditur per superiorem & inferiorem partem. Superior verò intelligentia dicitur ab Augustino. Est autem huiusmodi vis suprema inter apprehensiuas ad cognoscendum veritatem increatam secundum imaginem vel speciem Trinitatis sibi à creatore impressam. Et imago Trinitatis secundum Augustinum determinatur secundum tria, memoriam, intelligentiam & voluntatem. Et memoria dicitur ipsa vis in quantum est conseruatiua siue retentiua similitudinis primæ veritatis per impressam similitudinem veritatis à creatore. Intelligentia, in quantum est perceptiua primæ veritatis per impressam similitudinem veritatis à creatore. Voluntas verò secundum quod hic accipitur, est in quantum est amatiua primæ veritatis per infixum appetitum eius à creatore. Vel aliter, memoria, ut hic dicitur, est vis intellectus superioris, qua rationalis creatura potest recogitare suum principium efficiens, per hoc quod non semper fuit: vnde certum est, quod ab illo fuit. Intelligentia verò est impressa vis intelligentiæ superiori, qua potest cogitare præsentem primam veritatem, ut præsentem lucem sibi & contemplationis causam. Voluntas est vis intelligentiæ superioris, qua terminatur siue inclinatur ad ipsam primam veritatem ut in finem.

Nota ergo, quod secundum hanc vim sunt impressa nobis iudicia veritatis circa principia scientiarum, ut de quolibet dicitur affirmatio vel negatio, omne totum est maius sua parte, & huiusmodi, quæ dicuntur esse manifesta nature cuiuslibet addiscentis per lumen similitudinis primæ veritatis secundum illam partem nobis impressam, de quo Psalmista dicit, Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Nota etiam, quod hæc vis eadem est secundum substantiam cum intellectu agente: sed secundum quod consideratur hæc vis ut natura quædam, sic dicitur intellectus agens: secundum verò quod est apprehensiuus, dicitur intelligentia siue mens.

Inferior autem vis intellectus si consideratur ut natura quædam, sic dicitur intellectus possibilis, & actus ipsius sunt qui dicti sunt. Si verò consideretur ut vis apprehensiuus, sic dicitur intellectus speculatiuus vel ratio.

CAPVT XXXII.

De actu virtutis intellectiue.

Nota ergo, quod actus principalis huius virtutis est intelligere, & hoc per se: ceterum postea hoc sunt actus adiuuantes, in quantum

quantum scilicet haec vis ordinatur ad sensibilem, & secundum hoc multiplicatur ratione quadruplici vis in intentionem sine investigationem, iudicacionem, memoracionem & interpretacionem. Inventionem autem & iudicacionem distinguuntur quantum ad intentionem & iudicacionem secundum quod distinguuntur duplex vis scilicet intelligendi: una in intentione qua est in inquisitione veritatis per se, alia via iudicij in discussione veritatis acceptis ab alio: vel via vni experiendi, altera addicendi. Experiens est per se, dicens ab alio. Vel via iudicacionis secundum modum comprehensionis, via iudicij secundum modum resolutionis. Sive via iudicacionis est, cum a cognitione effectus pervenitur ad cognitionem cause: via vero iudicij, cum per cognitionem cause cognoscitur effectus. Memorativa vero & interpretativa distinguuntur: quia memorativa est associativa speciei cognitae: interpretativa vero datae cognitionis. Vel aliter possunt distingui. Nam inventio & memorativa sunt homini respectu sui: sed inventio in inquirendo in cognita, & memorativa in retinendo cognita. Unde inventio deservit cognare & intelligere: memorativa vero est post intelligere. Item iudicativa & interpretativa sunt respectu aliorum: sed iudicativa in iudicando ab alio cognitionem, interpretativa vero intrinsivando in alium: unde una, scilicet iudicativa deservit veritati intelligendi, reliqua vero scilicet interpretativa est post intelligere.

Inventionem vero sicut investigatio actus sunt ingenui, experiens, apprehender, contemper, ratiocinari. Logica autem sicut est extensio intellectus ad incognitum cognitionem. Experiencia vero est certitudo rerum facta per sensum. Apprehensio est acceptio simplex intellectus, ut homini, vel animalis. Conceptio vero est acceptio complexa intellectus, ut homo est animal, vel homo est mortalis. Ratiocinatio vero est acceptio argumentum intellectus, ut si homo est animal, homo est mortalis. Et quod numerus: nam investigatio est extensio ad cognoscendum, & tunc est investigatio: aut in via cognoscendi per sensum, & est inventio: aut in via cognoscendi per intellectum, & est interpretativa: aut in via cognoscendi per intellectum, & est interpretativa. Est enim via in cognitionem simplicium, ut dictionum, in cognitionem que interpretatur per dictiones, & haec est interpretativa: & est via in cognitionem complexorum, ut propositionum & propositionum, & haec est interpretativa: & est via in cognitionem argumentorum, & haec est ratiocinatio.

Indicativa actus sunt etiam qui dicitur, sed locutionem sicut aliam. Nam ad intelligendum per se, aut per se, ut in inquisitione: aut per alium, ut in iudicacione. Interpretativa iudicativa actus in quibusdam casibus per se, scilicet assignari possunt tripliciter, scilicet dictionem, ut cognoscere per dictionem, dictionem & operari in quibusdam casibus per cognitionem, & scire. Sed dubitatio est acceptio veritatis per se cum similitudine fallitatis. Opinio vero est acceptio veritatis per se cum similitudine aliorum. Haec vero est completus actus intellectus. Et haec est opinio: cum est acceptio veritatis per se, dicitur: dicitur iudicio dicitur locutionem dicitur.

D. Ab. Mag. Isagoge in lib. de anima.

Inventionem, iudicacionem, memoracionem & interpretacionem. Inventionem autem & iudicacionem distinguuntur quantum ad intentionem & iudicacionem secundum quod distinguuntur duplex vis scilicet intelligendi: una in intentione qua est in inquisitione veritatis per se, alia via iudicij in discussione veritatis acceptis ab alio: vel via vni experiendi, altera addicendi. Experiens est per se, dicens ab alio. Vel via iudicacionis secundum modum comprehensionis, via iudicij secundum modum resolutionis. Sive via iudicacionis est, cum a cognitione effectus pervenitur ad cognitionem cause: via vero iudicij, cum per cognitionem cause cognoscitur effectus. Memorativa vero & interpretativa distinguuntur: quia memorativa est associativa speciei cognitae: interpretativa vero datae cognitionis. Vel aliter possunt distingui. Nam inventio & memorativa sunt homini respectu sui: sed inventio in inquirendo in cognita, & memorativa in retinendo cognita. Unde inventio deservit cognare & intelligere: memorativa vero est post intelligere. Item iudicativa & interpretativa sunt respectu aliorum: sed iudicativa in iudicando ab alio cognitionem, interpretativa vero intrinsivando in alium: unde una, scilicet iudicativa deservit veritati intelligendi, reliqua vero scilicet interpretativa est post intelligere.

Abus in veritatem.

Abus in veritatem.

tatio, procedente vero iudicio ad intellectum veritatis se habet. Et est dubitatio vacillatio inter verum & falsum. Opinio creditio veri. Scientia vero certa comprehensio veritatis. Memorativa vero rationalis triplex est actus. Primum species intelligibiles retinere. Secundus, repetere. Tertius, assilias vel oblietas species repetere, & hoc est ratiocinatio, in quo abundat a sensibili. Nota ergo, quod memorativa triplex est. Est enim memorativa vis conservativa speciei sensibilis. Est etiam memorativa vis conservativa speciei intelligibilis. Et memorativa vis conservativa speciei intelligibilis. Et memorativa vis conservativa speciei diuturnae similitudinis iudicij a creatore, de qua dictum est supra.

Interpretativa vero qua est vis indicativa intelligentiae, duplex est actus, scilicet excogitatio & significatio. Et est excogitatio configitatio vel informatio cognitionis ad experientiam exteriorem. Significatio vero est cognitionis formatio per signa vel per verba demonstratio: & quia signa in operis consilia sunt & aequivoce ad intellectum accommodandum alteri, ideo accommodata sunt verba ad manifestationem intellectus, ut signa dictionum & propria: & ideo ad significandum intellectus locutio est locutio. Et autem locutio verbi interpretativa mente concepti, id est, cognitionis, per verba exteriorem demonstratio. Haec autem virtus non est eadem cum vocativa, id est, cum emissiva vocis. Vocativa enim est sensibilibus inrationabilium, locutio vero dictionabilium: unde nec pica nec domus dicitur loqui. Loquens enim vel dicere est cum intentione profere. Quia ergo pica vel domus est profertur vocem significativam, nihil tamen intendit, nec loquuntur. Solius ergo profertur cum intentione est loqui & virtus locutiva, sed tale est rationale animal, id est, homo. Locutiva quantum ad intentionem est intellectus, quantum vero ad profertur significativam: haec enim deo sicut in eo quod est loqui, scilicet cum intentione profere.

Abus in memorativa.

Abus in interpretativa.

CAPITULUM XXXIII

De virtute motus in bonum.

Quod dicitur dicitur est de virtute in bonum motus. Sicut enim habemus virtutem in bonum ordinatum ad bonum, sic habemus virtutem intellectum ordinatum ad bonum. Nota ergo, quod est via motus in bonum per se, & est via motus per apprehensionem. Motus in bonum autem in bonum per se est triplex. Est enim motus in bonum in bonum, quod dicitur in bonum in bonum, & motus in bonum in bonum, quod dicitur in bonum in bonum, & motus in bonum in bonum, quod dicitur in bonum in bonum. Est enim motus in bonum in bonum, quod dicitur in bonum in bonum, & motus in bonum in bonum, quod dicitur in bonum in bonum, & motus in bonum in bonum, quod dicitur in bonum in bonum. Est enim motus in bonum in bonum, quod dicitur in bonum in bonum, & motus in bonum in bonum, quod dicitur in bonum in bonum, & motus in bonum in bonum, quod dicitur in bonum in bonum.

Abus in bonum.

E. 3. dium.

dum, quod est bonum naturale, quemadmodum esse, viuere, intelligere, & sentire, & quæcunque sunt substantialia nature. Est ergo affixus appetitus naturalis & inditus anime boni honesti, ut virtutum & operationum virtuosorum. Est etiam infixus appetitus homini delectabilis carni, ut quæ sunt circa cibos & coitus delectabiles. Est iterum infixus appetitus & amor naturalis boni, scilicet essendi, viuendi, sentiendi, intelligendi. Est ergo synderesis vis naturaliter motiua & inclinans animam rationalem ad bonum honestum, & retrahens ab inhonesto. Sensualitas verò est vis naturaliter mouens & inclinans ad bonum sibi delectabile. Sed voluntas naturalis est vis mouens & inclinans ad bonum substantiale nature. Sic ergo distinguitur motiua vis ut natura, non per apprehensionem.

Vis motiua in bonum per se apprehensio.

Item motiua per apprehensionem boni distinguitur: quia est motiua determinata ad incommutabile bonum, & est motiua determinata ad mutabile bonum, & est motiua indeterminata se habens ad vtrumlibet. Motiua determinata ad incommutabile bonum, est suprema pars rationis vel intelligentiæ, quæ est habens similitudinem summæ bonitatis à creatore impressam, secundum quam etiam determinatur in anima imago Trinitatis secundum mentem, notitiam & amorem. Mens est vis conseruariua similitudinis summæ bonitatis inditæ à creatore. Notitia verò est per speculationem illius. Amor verò est per appetitum ipsius: ut sicut suprema pars apprehensiuæ intelligentiæ

Mens.

Notitia.

Amor.

est imago Trinitatis per similitudinem primæ veritatis inditam, sic suprema pars intellectiuæ motiua est imago Trinitatis per similitudinem bonitatis summæ inditam. Unde ex hac impressione bonitatis nascuntur dictamina furis naturalis, ut quod tibi non vis fieri, aliis non facias. Et iterum omnia quæcunque vultis ut faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Motiua verò determinata ad commutabile bonum, est motiua sensibilis quantum est de se. Potest tamen considerari duobus modis, in se, vel in ordine ad rationem vel intellectum. Secundum quod in ordine, sic subiecta est ipsi rationi, secundum quod patet in concupiscibili & irascibili & motibus membrorum. Secundum quod in se, sic est determinata & ordinata ad bonum sensibile, quod est commutabile. Motiua verò indeterminata se habens ad vtrumque bonum, scilicet bonum commutabile vel incommutabile, est vis rationis post suprematum, vel liberum arbitrium: de qua Eccles. 15. Reliquit eum in manu consilij sui. Et infra. Ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur. Manus consilij est possessio arbitrij. Vita & bonum anime est ex conseruacione liberi arbitrij ad bonum incommutabile, quod est Deus. Mors verò & malum anime est ex auersione à bono incommutabili, & conseruacione ad bonum commutabile. Hæc autem vis à Philosophis dicta est intellectus practicus, id est, operatiuus: eo quod principium sit operabilium. Et hæc de anima & potentiis ipsius ad præsens dicta sufficiant.

Libertum arbitrij.



INDEX

INDEX RERVM
Memorabilem, quæ in philosophia pauperum continentur.

A

ABSTRACTIO gradus de anima, capite 26.
ADDICERE & recorderi quomodo differunt. de ani. c. 19.
AËNIS regio triplex. meteo. c. 2.
DUPLEX aër, exiguus ad hoc quod sit auditus, exterior & interior. de ani. c. 19.
ESTIMATIO quid. de ani. c. 18.
ESTIMATIO vtilium & nocuorum fit tribus modis. ibid.
ETERNITATIS definitio. phy. c. 14.
ETERNITATIS proprie dictæ tres conditiones. ibid.
ETERNITAS dicitur analogice de creatore & creature. ibid.
ETERNITATIS nunc quid. phy. c. 15.
ETERNITATIS nunc totum tempus capie. ibid.
EUI definitio. phy. c. 16.
EUI veritas omnia vno mensurantur suo. ibid.
ALTERATIO quid. de gen. c. 4.
ALTERATIO quomodo differat a generatione. ibid.
ANAXAGORAS admisit infinita elementa. de ge. c. 2.
ANAXAGORAS opinio de perfectione formarum. phy. c. 4.
ANGELUS obiectum, mensura, & organum. de ani. c. 8.
ANGELI motus in mensuris vaporum. phy. c. 7.
ANGELI cognitio duplex, matutina & vespertina. phy. c. 13.
ANGELUS quantum ad substantiam est in suo, quantum ad agere simpliciter est in tempore, quantum ad agere beate est in eternitate. phy. c. 16.
ANIME motus est actus perfectus. phy. c. 13.
ANIMA triplex definitio. de ani. c. 1.
ANIME potentie distinguantur realiter ab eis. de ani. c. 2.
POTENTIARUM anime dissones. de ani. c. 3.
IN homine non esse tres animas realiter distinctas. de ani. c. 4.
ANIMA quiescendo & volendo fit sciens & prouidens. de ani. c. 17.
ANIMA quomodo intelligit seipsum, & quæ sunt in ipsa, sicut sunt potentie eius, virtutes & scientia. de ani. c. 26.
IN anima determinatur imago Trinitatis secundum tres mensuras, notitiam & amorem. de ani. c. 31 & 33.

ANIMALIS perfecti corpus in nubetato formatur. meteo. c. 12.
APPETITUS duplex, scilicet concupiscibilis & irascibilis: vtriusque differentia, actus & organum. de ani. c. 21.
VIRTUTES appetitiue & affectiuæ quomodo differunt. de ani. c. 22.
APPREHENSIO est acceptio simplex intellectus. de ani. c. 12.
APPREHENSIO differentia in homine est ex differentia abstractionis. de ani. c. 16.
AQUILONIS quinque proprietates. meteo. c. 16.
QUARE Aquilo iuxta Corintheum flat nocuos. ibid.
TEMPUS flatus Aquilonis. ibid.
ANTHOCCLIS fermentis, formas educi de potestate matris. phy. c. 4.
ASUB ascendens. meteo. c. 4.
ASUB ascendens post asub. ibid.
ASUB descendens quandoque apparet, quandoque non. meteo. c. 5.
AGGMENTATIO quid. de gen. c. 6.
AGGMENTATIO & diminutio quomodo differunt ab alteratione. ibid.
AUTEM habet quisque proprietates. meteo. c. 16.
QUARE Auster in sexto & septimo climate non adducit morbos. ibid.

C

CÆLEM non est infinitum actus. de ca. c. 2.
CÆLEM omnia corpora Cæli non nobilissimum. ibid.
CÆLEM habet nobilissimam figuram. ibid.
CÆLEM est conseruatiua visibilium & invisibilium creaturarum. de ca. c. 3.
CÆLEM non est elementum nec elementatum. de ca. c. 4.
CÆLEM est ingeneratum. ibid.
CÆLEM est immutabile. ibid.
CÆLEM non est magis vetus quam facit à principio sue creationis. ibid.
CÆLEM non est coloratum. ibid.
CÆLI nobilitas colligitur ex situ, figura, & impassibilitate. de ca. c. 5.
CÆLI motus est perpetuus. de ca. c. 5 & 6.
CÆLI motus nec est naturalis, nec violentus, nec animalis. ibid.
CÆLI motus est animalis per similitudinem. ibid.
DE numero cælorum opiniones Philosophorum, Astrologorum & Theologorum. de ca. c. 7.
E 4. Calidum

Index rerum.

Calidum quid. de gen. c. 3.
 Calor existens causa effectiva impressionum, est
 duplex, scilicet solis & loci. meteo. c. 3.
 Calor solis duplex, scilicet adurens & elevans.
 ibidem.
 Calor solis adurens est duabus de causis. ibid.
 Quando aliqua regio plus accedit ad viam solis,
 hoc est, Meridionalem plagam, tanto ge-
 neratur in ea calor magis adurens. ibid.
 Quando aliqua regio plus recedit a via solis &
 accedit ad plagam Septentrionalem, tanto
 in ea generatur calor minus adurens. ibid.
 Candela accensa. meteo. c. 4.
 Candela accendens candelam. meteo. c. 5.
 Capra volans. ibid.
 Casus quid. phy. c. 6.
 Casus & fortuna in his sunt, quae raro sunt.
 ibid.
 Casus quomodo differt a fortuna. ibid.
 Differentia inter Causam & principium. phy.
c. 1.
 Causa materialis formalis, efficiens & finalis.
 ibidem.
 Causae possunt sibi inuicem esse causae. ibid.
 Causae diuisiones. ibid.
 Tres causae multoties conveniunt. phy. c. 6.
 Christus recte dicitur finis omnis consumma-
 tionis. meteo. c. 1.
 Christus non est elementarum sextae composi-
 tionis. meteo. c. 1.
 Cognitio duplex, matutina & vespertina.
phy. c. 13. & 16.
 Color non est proprie obiectum visus, sed luci-
 dum. de ani. c. 7.
 Color est extremitas perspicui in corpore ter-
 minato. ibid.
 Cometae generatio. meteo. c. 30.
 Cometa diffinitur. ibid.
 Cometa visus a B. Alberto iuxta polum Septem-
 trionalem. ibid.
 Conceptio est acceptio complexa intellectus,
 de ani. c. 32.
 Compositio quid. de gen. c. 9. & meteo. c. 1.
 Confusio quid. de gen. c. 9. & meteo. c. 1.
 Consequentia quid. phy. c. 8.
 Constringens & constringere potens vaporem,
 quid. meteo. c. 6.
 Contiguus quid. phy. c. 8.
 Continuus quid. phy. c. 8.
 Convertens & convertere potens vaporem,
 quid. meteo. c. 6.
 Nullum Corpus est a se infinito. de ca. c. 2.
 Omne Corpus continetur a caelo, & nullum est
 extra caelum. ibid.
 Nullum Corpus est extra caelum naturaliter nec
 violenter. de ca. c. 3.
 Quando corpus est nobilius, tanto ei debetur
 nobilior locus. de ca. c. 1.
 Corporis duplex definitio. phy. c. 1.
 Corporis divisio. ibid.
 Consecrationum tres colores. meteo. c. 13.
 Consecrationis quintuplex casus. meteo. c. 19.
 Consecrationis tempus. meteo. c. 23.
 Differentia inter Create, generare & facere.
 de gen. c. 1.
 Creatio non dicit mutationem in creatore, sed
 in creatura. phy. c. 13.
 Creaturae sunt triplices. phy. c. 14.

D

Democritus & Leucippus corpora ex atomis
 generabant. de gen. c. 2.
 Deus movet creaturam spirituales per tempus,
 creaturam vero corporalem per locum &
 tempus. phy. c. 13.
 Deus est, Deus fuit, Deus erit, quo sensu dicitur.
 ibid. & c. 15.
 Diminutio quid. de gen. c. 6.
 Draco volans. meteo. c. 4.
 Dubitatio est acceptio utriusque partis cum for-
 midine salutaris. de ani. c. 32.
 Duritia rerum triplex, aeternitas, aeternitas & tem-
 pus. phy. c. 14.

E

Effectus duplex, intentus & non intentus.
phy. c. 6.
 Effectum intentionum alij sunt a proposito, alij
 a natura. ibid.
 Effectum increatorum a natura, quidam sicut
 semper, quidam frequenter. ibid.
 Effectum intentionum tres sunt errores. ibid.
 Electrum non est simpliciter metallum. meteo.
c. 1.
 Elementa non sunt generata, sed creata. de gen.
c. 4.
 Elementa sunt vere miscibilia. de gen. c. 9.
 Elementorum quintuplex. de meteo. c. 1.
 Elementi acceptiones. de gen. c. 1.
 De Elementis quinque antiquorum opiniones.
de gen. c. 2.
 Elementorum qualitates sunt calidum, frigi-
 dum, humidum & siccum. de gen. c. 3.
 De Elementorum generatione duae opiniones.
de gen. c. 4.
 Elementorum quaedam sunt immediate cau-
 sata ab elementis, quaedam mediate. meteo.
c. 1.
 In Embryone est virtus vegetabilis, non tamen
 ibi est anima vegetabilis. de ani. c. 4.
 Essentia, subiectum & substantia quomodo
 differunt. de ani. c. 1.
 Experientia est certitudo rerum facta per sensum,
de ani. c. 32.

F

Fanis proprietates. meteo. c. 16.
 Figura circularis est nobilissima. de ca. c. 5.
 Quaedam sunt semper, quaedam frequenter,
 quaedam raro. phy. c. 6.
 Quare ventus fiat a latere. meteo. c. 14.
 Quare fiat discontinuus. ibid.
 Forma triplex. phy. c. 4.
 Forma est quoddam distinctum, optimum & appe-
 titibile. ibid.
 Formae multiplex acceptio. ibid.
 Formae divisiones. ibid.
 De formarum productione tres antiquorum
 opiniones. ibid.
 Formae diversa nomina attribuuntur. ibid.
 Formae proprietates. ibid.
 Formae a materia multipliciter abstrahuntur. de ani.
c. 16.

Fortuna

Index rerum.

- Materia diuersa nomina attribuntur. *ibid.*
 Materie diuisiones. *ibid.*
 Differentia inter Materiam rei naturalis & artificialis. *ibid.*
 Materie proprietates. *phy.c.3.*
 Materia ex qua, in qua & circa quam. *phy.c.5.*
 Medium quare in quolibet sensu est necessarium. *de ani.c.12.*
 Memorabilia quid. *de ani.c.19.*
 Differentia inter Memorabilia & reminiscen-
 tiam. *ibid.*
 Quare quidam facilius addiscunt quam recodantur, & quidam e contrario. *ibid.*
 Memoria rationalis triplex actus, 1. species retinere, 2. representare, 3. reminisci. *de ani.c.32.*
 Metallorum species (oprem, plumbum, stannum, ferrum, aurichalcum, zs vel cuprum, argentum & aurum. *meteo.c.1.*
 Meteororum causa materialis & efficiens. *meteo.c.2. & 3.*
 Loca generationis Meteororum sunt quatuor. *meteo.c.2.*
 Mineralia cur de nube quandoque cadant. *meteo.c.22.*
 Mixtio quid. *meteo.c.1.*
 Mixtio est miscibilium alterorum vnio. *de gen.c.9.*
 In vera Mixtione oportet miscibilia esse contraria. *ibid.*
 Non oportet in vera Mixtione miscibilia diuidi in partes simpliciter minimas & indivisibiles. *ibidem.*
 Mixtum in vera Mixtione oportet esse homogenium in omnibus suis partibus. *ibid.*
 Mixtio vera differt à confusione & compositione. *ibid.*
 Mixtorum quinque genera. *meteo.c.1.*
 Esse Modo, quid. *phy.c.13.*
 Mons ex terramotu. *meteo.c.16.*
 Monstra sunt peccata illius quod propter aliquid est. *phy.c.6.*
 Motus virtutis variz diuisiones. *de ani.c.10. 11. 13. & 33.*
 De Motu diuersarum antiquorum opiniones. *phy.c.7.*
 Motus an fieri possit per vacuum. *ibid.*
 Motus fit per plenum actu & potentia vacuum. *ibidem.*
 Motus localis quid. *de gen.c.7.*
 Motus diuisiones. *phy.c.8.*
 Ad unitatem numericam Motus tria requiruntur. *ibid.*
 Aliquid Mouetur per se, aliquid per accidens & hoc dupliciter. *ibid.*
 Motus naturalis, animalis, violentus. *phy.c.9.*
 Motus violenti species, impulsio, expansio, vectio, vertigo. *ibid.*
 Motus non potest esse numerus temporis. *phy.c.11.*
 Mundus est tantum vnus. *de ca.c.1.*
- N**
- N**atura est principium motus & status & mutationis. *phy.c.7.*
 Necari absorptio prope Lauffen. *meteo.c.16.*
- Nimbus quid & quomodo generetur. *meteo.c.10.*
 Niuus materia est vapor debiliter calidus. *meteo.c.8.*
 Niuus future signa. *ibid.*
 Locus in quo Nix generatur. *ibid.*
 Cur Nix lata cadat sicut lana. *ibid.*
 Varie acceptiones horum nominum, Natura & naturale. *phy.c.1.*
 Nubium tonitrus continentium colores. *meteo.c.18.*
 Nubium colores vnde generantur. *meteo.c.31.*
 Numerus duplex, (numerus numerans, & numerus numeratus, & hic iterum dicitur dupliciter. *phy.c.12.*
 Nunc duplex, fluens & vicissitudinarius. *phy.c.7.*
 Nunc est substantia temporis. *phy.c.12.*
 Nunc & punctus in quo continentur & in quo differunt. *ibid.*
 Nunc æternitatis quid. *phy.c.5.*
 Nunc æternitatis totum tempus capit. *ibid.*
- O**
- O**lfactus obiectum, medium & organum. *de ani.c.9.*
 Olin quid. *phy.c.13.*
 Opinio est acceptio vnus partis cum formidine alterius. *de ani.c.32.*
 Opus triplex, nature, artificis & creatoris. *phy.c.1.*
 Oraculum quid. *de ani.c.17.*
 Differentia inter organum & instrumentum. *de ani.c.1.*
- P**
- P**armenides & Melissus vnus tantum elementum & principium rerum posuerunt. *de gen.c.1.*
 Phantasma quid. *de ani.c.17.*
 Philosophia naturalis subiectum est corpus mobile. *phy.c.1.*
 Philosophi negantes motum non sunt physici. *phy.c.7.*
 Planetarum sphaera duplici motu mouentur. *de ca.c.7.*
 Planetarum sphaerae quare mouentur contra motum orbis nobilis. *de ca.c.7.*
 Planetarum generatio de productione formarum. *phy.c.4.*
 Pluuie generatio. *meteo.c.9.*
 Pluuia vnde dicitur. *ibid.*
 Potentia anime vegetabilis sunt tres, (nutritio, augmentatio & generatio. *de ani.c.5.*
 Potentia anime sensibilis quatuor sunt, apprehensio, quodam motus. *de ani.c.6.*
 Apprehensio quatuor sunt, apprehensio de se, quodam dicitur. *ibid.*
 Potentia anime rationalis diuisio in apprehensio & motus. *de ani.c.6.*
 Differentia inter Principium & finem. *phy.c.1.*
 Præteritio est absentia formæ cum aptitudine materię ad ipsam. *phy.c.3.*
 Præteritio duplex, naturalis & artificialis. *ibidem.*
- Præteritio**

Index rerum.

Præna generatur ex vapore grosso mediantē frigore. *meteo.c.12.*
Præna est durior niua. *ibid.*
Pueri quare primo appellant omnes viros patres, & omnes mulieres matres. *de ca.c.1.*
Punctus ad locum & dicitur ad tempus in aliquo similiter se habent, & in aliquo dissimiliter. *phy.c.12.*
Quando mobile, utitur vno puncto vt duobus quiescere accidit. *ibid.*
Pythagoras dicit Ionem tonare, vt rimetur illi qui sunt in tartaro. *meteo.c.12.*

Q

Qualitates elementorum sunt calor, frigus, humiditas & siccitas. *de gen.c.3.*
Qualitates prædictæ quatuor faciunt combinationes, quarum quatuor sunt possibiles, due vero impossibiles. *ibid.*
Cur dicantur primæ Qualitates. *ibid.*
Quæ sint Qualitates secundariæ. *ibid.*
Quietis definitiones. *phy.c.10.*

R

Regio aëris triplex. *meteo.c.1.*
Regionum aëris proprietates. *ibid.*
Quando aliqua regio plus accedit ad viam solis, hoc est, ad Meridionalem plagam, tantò generatur in ea calor magis adustus. *meteo.c.3.*
Reperire quid. *phy.c.13.*
Ros in aliquo conuenit cum pluuia, sicut præna cum niua. *meteo.c.11.*
Ros tripliciter differt à pluuia. *ibid.*
Roris generatio duplex, scilicet per se, & per accidens. *ibidem.*
Roris quedam species est, quam plus patitur quam Philosophi adhibent. *meteo.c.12.*
Huius roris accidentia. *ibid.*
Rubedinis tam ferotius, quam prognosticatio. *meteo.c.12.*

Sensibile per se, præna. *meteo.c.12.*
Sensibile per accidens, præna. *meteo.c.12.*
Sensualitas est vis naturalis, quæ inest animæ, nans ad bonum conseruationem. *de ani.c.33.*
Sensus exteriores quinque. *de ani.c.5.*
Ad sensationem sensus exterioris quatuor exiguntur. *ibid.*
Cur quinque sensus exteriores. *de ani.c.13.*
Sensus interiores existunt quinque. *de ani.c.14.*
Sensus communis suæ phantasie necessitas. *ibid.*
Sensus communis tres actus. *ibid.*
Quare dicitur formalis suæ formæ. *ibid.*
Siccum quid. *de gen.c.3.*
Solis imbeddynde fit. *meteo.c.19.*
Solis radius in eodem instanti totum nostrum hemisphærium illuminat. *phy.c.13.*
Somniorum sex genera. *de ani.c.27.*
Somnium quid. *ibid.*
Insomnium quid. *ibid.*
Somnus est quies animalium virtutem eam intentione naturalium. *de ani.c.17.*
Somnus ex multiplici causa accidit. *ibid.*

Viso in somnis quinquplex, scilicet oraculum, visio, somnium, insomnium, phantasma. *ibid.*
Quare in somno videtur homini quod sentiat per sensus exteriores. *de ani.c.17.*
Sonus ventri. *meteo.c.14.*
Sonus fit in aëre ex collisione duorum temporum durorum adiuuante se tangentium. *de ani.c.8.*
Stella cadens. *meteo.c.5.*
Subito quid. *phy.c.13.*
Substantia proprietates. *meteo.c.16.*
Substantia dicitur dupliciter. *phy.c.12.*
Synderesis est vis naturaliter motiua, & inclinans animam rationalem ad bonum honestum. *de ani.c.33.*

T

Tactus obiectum, medium & organum. *de ani.c.11.*
Tactus an sit vnus vel multiplex sensus. *ibid.*
Tactus est multiplex. *de gen.c.8.*
Tantum est, quod in multo tempore per paucum spatium mouetur. *phy.c.7.*
Temporis definitiones. *phy.c.12.*
Tempus primo & per se est passio motus. *ibid.*
De Tempore non habemus nisi nunc. *ibid.*
Tempus dupliciter numeratur. *ibid.*
Tempus est numerus numerans. *ibid.*
Tempus est minimus numerus. *ibid.*
Quatuor modis aliquid dicitur esse in tempore. *phy.c.13.*
Aliquid esse in Tempore vt in mensura intelligitur dupliciter, absolute & per comparisonem. *ibid.*
Per comparisonem esse in Tempore dicitur tribus modis. *ibid.*
Tempus diuiditur per præsens, præteritum & futurum. *ibid.*
Tempus adiacet triplici mutationi, naturali, supernaturali & motui animæ. *ibid.*
Tempus est plus causa corruptionis quam generationis. *ibid.*
Tempus in aëre calido oppilatur. *meteo.c.16.*
Temporis generatio. *ibid.*
Tempus quare tempore fiat. *ibid.*
Tempus quare in sexplex. *ibid.*
Tempus quare in tres mirabiles. *ibid.*
Tempus quare in tres ex quadam oppilatione per se. *ibid.*
Tempus quare in tres declaratur. *ibid.*
Tempus quare in tres per precedentia & sequentia. *ibid.*
Quando Tonitrus audimur in hyeme, prognosticant rustici, quod in principio veris & forte per totum annum plus ventus fiat quam alio anno. *meteo.c.19.*
Tonitruum an habeat causam naturalem. *meteo.c.10.*
Verum id quod in tonitruo descendit, nec fit vapor, nec aer. *meteo.c.12.*
Tonitruum materia est vapor siccus valde & calidus. *meteo.c.17.*
Locus generationis tonitruum est nubes aquosa & concava. *ibid.*
Modus generationis Tonitruum. *ibid.*
Tonitruum sonus tripliciter generatur. *ibid.*
Colores nubium Tonitruum continentium. *meteo.c.18.*
Tonitrua non generantur in eodem tempore in climatibus.

Index rerum.

climatibus frigidis & calidis.	meteo.c.19.	principales.	meteo.c.15.
Tortuositas venti.	meteo.c.14.	Ventorum principalium proprietates.	meteo.c.16.
Turbinis generatio.	meteo.c.17.		
Turbinis effectus.	ibid.	Quare circa ortum solis Ventus quidam frequenter est, qui flat quandoque per diem, & nocte adueniente cessat, quandoque è conuerso ibidem.	

V

Vapor omnis eleuatur ab aqua, aut à terra.	meteo.c.2.	Vigilia quid.	de ani.c.17.
Vapor siccus qui est materia impressionum ignitarum, diuiditur per tria loca.	meteo.c.4.	Virtus zotica & zodiaca quomodo differunt.	de ani.c.3.
Ex Vapore sicco undecim generantur impressiones.	ibid.	Quicquid potest virtus inferior, potest & superior.	de ani.c.4.
Quinque impressiones ignitz ex Vapore sicco vehementer calido in suprema regione aeris generantur.	ibid.	Virtus vegetabilis est in embryone, non tamen ibi est anima vegetabilis.	ibid.
Ex Vapore non vehementer calido & sicco generantur in infima regione aeris sex impressiones.	meteo.c.5.	Virtus motiua sensibilibus est duobus modis, sc. motiua motu naturali, & motu animali.	de ani.c.20.
Vapor terreus nunquam ascendit æqualiter in omnibus partibus.	meteo.c.14.	Illa est in corde sicut in organo & conuenit solum animalibus habentibus pulmonem.	ibid.
Vapor terreus venti quare non vertitur in tetram.	ibid.	Hæc vocatur à Philosophis appetitiua, à Theologis sensualitas.	de ani.c.21.
Vapor tripliciter egreditur nubem.	meteo.c.17.	De virtute motiua exteriori.	de ani.c.13.
Velox est, quod in pauco tempore per multum spatium mouetur.	phy.c.7.	Visio in somnis quid & quoruplex.	de ani.c.17.
Venti causa materialis & efficiens.	meteo.c.13.	Visus obiectum, medium & organum.	de ani.c.7.
Locus generationis Ventorum.	ibid.	Vnio quid.	meteo.c.1.
Ventorum quinque proprietates.	meteo.c.14.		
Ventorum impedimenta.	ibid.		
Venti quatuor principales, octo verò minus			

Z

Z Enonis argumentum probantis non esse motum, & eius solutio.	phy.c.7.
---	----------



FINIS.

ctiva huius substantium non est, nisi æquivoce dictum, cum in ea non sit contrarium quod per mutationem abici oportet: id quod finis est tantum, scilicet receptio formæ sensibilis & intellectualis agentium in illas potentias, ibi est.

3.
Morus est in tempore, sed forma receptio in immutabili tempore.

D. Liquet quod dicitis, & ulterius video alterationis motum, qui in subiecto physico fit, in tempore esse, & receptionem quæ in eodem subiecto fit, & quæ sola in dictis potentiis reperitur, non in tempore, sed in indivisibili temporis fieri necesse est: motum enim omnem in tempore fieri probatum est, cum temporis causa sit motus: terminus verò motus, prioris & posterioris successione carens, intra temporis rationem non includitur. P. Rectè collegisti. Vides ergo, quia illæ potentie tantum simplicis receptionis quæ finis est, subiecta sunt, & non ipsius alterationis quæ in passione contingit, & in eis contrarium non fit: & ideo dixi, quod apprehensio passio verè non est, sed ad passionem reduci potest.

4.
Morus qui fit secundum intentionem, reducitur ad motum qui fit secundum formam.

D. Vellè melius capere quomodo reducitur. P. Intelligis alterationem quæ in subiecto patiente contingit, motum esse physicum? D. Intelligo. P. Morus autem hic est actus imperfecti existentis in potentia secundum quod est in potentia, vt docuisse me recolo: motui autem contingit esse actum ex sua substantia: sed quod imperfecti sit, hoc non est de essentia motus, sed motui accidit: & ideo quando motus est actus, & non est imperfecti, est actus perfectus: sic autem est quando est actus potentie sensitivæ à receptione sensibilis & potentie intellectivæ à receptione intelligibilis: & hæc species motus, licet alia quidem sit à motu physico, in quo aliquid contrarium abicitur à subiecto, tamen potest dici, quod vnus motus ad alterum reducitur, cum quod sit imperfecti, non sit de essentia motus, sed quod actus sit tantum, qui in vtroque motu inuenitur. Vides etiam, quod intentio formæ quæ ab ipsa forma elicitur, ad suam formam reducitur, cum non sit, secundum quandam proportionem motus qui fit secundum intentionem, ad motum qui secundum formam fit, reducitur.

5.
An forma sensivæ agat in animam.

D. Attingo quod dicitis, sed Platonis musa animam meum pulsat: non enim possibile videretur, quod forma sensibilis, quæ materiale quid est & inferius, agat in animam sensitivam, quæ formale quid est & superius respectu eius. P. Non credas sensibilia in animam agere, sed in organa corporum: quæ quidem organa, quia animata sunt, motus sensibilium vsque ad animam prouenit. D. Si sensibilia agant in mutando organa, cur etiam anima iudicando de sensibili & intelligibili in hoc agere non dicitur? P. Bene prosequeris conferendo. Scias, quod potentia recipiendo sensibilia & intelligibilia quodam modo ab eis paritur, vt dictum est. Potentia verò perfecta per formam sui actui existentem in ipsa, agere potest: & ideo sensus effectus in actu per formam sui sensibilis existentem in ipso, agere potest & de proprio sensibili iudicare. Similiter est de intellectu. Vnde videre potes, quod primum quod occurrit in apprehensione, passio quæ-

Apprehensio secundum receptionem ad passionem secundum iudicium ad animam reducitur.

dam est, scilicet receptio sensibilis vel intelligibilis speciei in potentia. Sed primum occurrens, scilicet iudicare de re per formam à re acceptam, actio est: Vnde non erat qui eam dixerit passionem quædam, sed eam actionem.

6.

D. Iam clarus video quod dicitis. Verum quædam experimenta aliter ite mouent. Video enim oculos menstruarum inficere aërem & specula: & etiam oculos insipientium & oculos bassilici ferunt venenum spargere: quod non fit nisi agendo in aërem & obiecta. P. Non est hæc contra dicta: quia talis actio non est oculi in quantum sentit, sed vapor quidam resolutus ab oculo est, qui inficit, & non sensus, vel visus qui in oculo est: & vapor ille quia subtilis & acutus est, magis penetrat in corpora clara, sicut in specula, & in oculos qui sunt quasi specula animata, quam in alia corpora.

Vapor ab oculo resolutus loquens.

7.

D. Conclusum esse video sensibile vel intelligibile in potentiam agere: ex alia parte video formam sensibilem quæ est in materia, non relinquere proprium subiectum vt transferat ad oculum, vt in eum agat. P. Fateor, quod forma secundum huiusmodi esse quod est extra in materia, ad oculum non transit: quia iam oculus albus esset, vel niger: sed forma illa secundum quoddam esse spirituale, scilicet secundum quod est intentio quædam spiritualis elicita à forma materiali, sic accipitur in potentia. D. Dic quæso in quo differt esse spirituale formæ vel intentio ab esse eius materiali? P. Forma in formando materiam dat esse actu ipsi materię & composito ex materia & forma. Intentio verò non dat esse nec sensui, quando est in ipso, nec intellectui, quando in ipso est, sed facit notitiam de re de qua elicitur. Et ideo accipe ulterius, quod intentio non est pars rei, sed est species elicita à tota re, & totam rem notificans. Intentio enim colorari quæ est in oculo, non tantum coloris, sed totius colorari notitiam facit: & intentio quæ est imaginaria non præsentia materia, totius imaginari notitiam facit: & intentio quæ est in intellectu, quæ quidem vniuersale est, species est totius, nõ partis, de toto notitiam faciens & iudicium: constat autem, quod forma est pars rei. Forma iterum per generationem veram in esse educta est: sed intentio non per generationem veram, quia non est res separata in esse, sed rei similitudo spiritualis: est tamen ibi generatio quædam potius quam motus, quoniam sphericè in omni parte medij in circuitu generatur, quoniam non vna est numero intentio in toto medio.

Quomodo differt esse intentionale forma à materiali eius esse.

8.

D. Grata sunt valde mihi quæ dicitis. Sed vellem vt explicares quomodo differenter species vel intentio à sensu vel intellectu recipitur. P. Oportet te scire hanc intentionem gradus habere: aliquando enim forma abstrahitur à materia, sed non à præsentia materię, nec appendiciis materię: & hoc facit sensus tam proprius quam communis. Aliquando ulterius abstrahitur à præsentia etiã materię: & hoc facit imaginatiua potentia, quæ formas sensibiles retinet, absentibus singularibus. Ali-

De diuina abstractione forma à materia. de anima. 1. de anima. 1. c. 4.

quando

quando autem abstrahitur forma, ut dictum est, & insuper accipiuntur quedam intentiones, quae non imprimantur sensibus, spiritualiores quam praedictae, sed non innescunt nobis sine sensibus, sicut amicum esse & inimicum, delectabilem in conuictu & affabilem, & huiusmodi, & his contraria, scilicet hunc esse filium Platonis accipimus, & aliud esse agnum & lupum: & hoc facit estimatiua. Aliquando abstrahitur a materia & eius proprietatibus subiecti forme, ut talis membrum situs, talis aetas, & talis figura capitis, & haec indiuiduantia quae sic in vno reperiuntur, quod non in alio. Et abstrahitur etiam ab intentionibus sensibilium, & sola rei quidditas apprehenditur simplex, & denudata ab omnibus praedictis, & est vniuersale quod omni contingit, non proprium huic vel illi, & ibi est finis abstractionis forme sensibilis: & hoc facit sola intellectuua.

9. D. Plenè mihi satisfecisti: sed ulterius quæro, cum ostenderis hic intentionum receptiones quasdam esse passiones, an differenter passiones sint censendæ? P. Non est dubium, quod multo maior impassibilitas est in intellectu in receptione intelligibilium, quam in sensu in receptione sensibilium: & quanto progressus fueris, tanto est minor passibilitas in potentia animæ: quia tanto ingentio magis accedit ad vniuersalitatem quam consequitur in intellectu qui minimè patitur: receptibile enim intelligibilium est sine passione & motu omnino, cum nulla dispositio precedat ad intelligibile recipiendum, sed pura receptibilitati acquiritur receptam actu. Ad sensibile verò recipiendum quedam materiales dispositiones precedunt, sicut calor, vel frigus, vel huiusmodi.

10. D. Ratio tua clara est: sed iam ad aliud anhelò, intelligere cupio huiusmodi intentiones, secundum quas sit de rebus apprehensio, quid producit in esse: nam ante abstractionem in potentia sunt in materiali forma: nihil autem educit se in actum: oportet ergo aliquid esse quod educat eas in actum, & de eis huiusmodi esse spirituale. Occurrit mihi ratio suadens, quod subiectum in quo recipiuntur, quia spirituale est, forte eis huiusmodi esse confert. Aliunde suadet mihi ratio, quod lumen sit quod eas faciat: quia nulla qualitas inferiorum agit per se vniuersaliter, sed particulariter vnum, & non alium: lumen igitur quod est forma celi vniuersaliter omnia inferiora mouentis, videtur esse causa vniuersalis actionis: in intentionibus sensibilium formarum. Aliunde videtur mihi, quod virtus animæ agit huiusmodi intentiones: sicut etiam quidam docti antiqui dixerunt, quod virtus animæ sensibilis egreditur spiritualiter, & supponit se forme sensibili, & confert ei esse incorporatum & spirituale, quo potest effici in anima. Aperi igitur tu rogo tuam declarationem super hac. P. Quæ ratio ista utilis est: quia ea cognita multi vitantes errores. In hac autem varia examinatione tua tibi nondum occurrit veritas questionis: non enim dici potest, quod intentiones habeant

D. Alb. Mag. lib. de apprehensione.

esse spirituale ex eo quod recipiuntur in subiecto spirituali: intentiones enim mouent subiectum in quo recipiuntur: subiectum autem non diuersificat mouentia, sed congruum est magis ut mouentia diuersificet subiectum: rationabilius igitur est ut intentiones spirituale esse habeant a suis mouentibus quam a subiecto. Nonne vides, quod intentio multo spiritualior est quam aer in quo est? Nec iterum dici potest, quod a lumine sunt intentiones: constat enim multas ex eis diffundi in tenebris: quis autem dicat lumen in tenebris fore: nam nec ipse color eget lumine, ut de se intentionem eliciat, sed tantum propter dispositionem medij. Qui verò negat formam inferiorum vniuersaliter non agere, non rectè intelligit: quis omnis forma vniuersaliter agit & multiplicat seipsum, & nec a forma sensibili hoc remouetur est. Quod autem ex doctrina antiquorum dicitur, virtutem animæ egredi & supponere se sensibilibus propter ordinem quendam quem ad ipsa habet, ut ex eis intentiones educat, intelligi non bene potest.

11. D. Nunc exemplum quod Plato ad hoc posuit, occurrit: nam & ex oculis fascinationis virtus egreditur ab vno in alium fascinando ipsum, & a magnete (ut antiqui aiunt) virtus in ferrum ingreditur. P. Ab oculis fascinationis non egreditur nisi in suo vehiculo virtus, quod est spiritus, qui sæpè vsque ad sensibile extendi nequit propter distantiam magnam, & præcipue in visu & odoratu quorundam animalium: spiritus enim a corpore egressus, statim dissoluitur & aeri continuatur: ergo & virtus tunc peribit. Ad illorum tamen animalium sensus veniunt intentiones. Antiquorum exemplum non approbo: non enim dico a magnete virtutem emitti, sed in tractu ferro generari: & virtus generata facit moueri ferrum ad magnetem tanquam ad locum suæ forme, in quo complementum accipit illius virtutis quæ in ferro ipso generata est. Id autem quod primo proposuisti re in dubitationem cogens, nihil videlicet in potentia existens seipsum in actum educere posse, & de potentia cause materialis intelligis, verum esse assertio: de potentia verò cause formæ & efficientis inferioris: intentio enim a re agente tantum secundum formam generatur.

12. D. Nonne intentio quid spirituale est? quomodo ergo a forma materiali educi potest: nam huiusmodi forma ex elementis fit, quæ nequeat in ipsa intentionem causare. P. Forma quæ est in re, omni agit per qualitates materię in qua est, agit materialiter: cum verò per se solam agit, immaterialiter agit, quia ipsa est essentia per seipsum, & sic intentionem vel esse spirituale educere potest. D. Hæc omnia valde consona sunt rationi. Sed obsecro ut tuam super hoc sententiam apertius edisseras. P. Cogitasti mouentia vel agentia intentiones in esse spirituale extrahere esse: ego autem perfectus esse cogito, sicut in hac vltima resolutione meæ animaduertere potuisti: si enim calor & odor & huiusmodi alia sensibilia per se sunt, per proprias essentias causa suar sensibiliter & sensus facti secundum

In maiori abstrahitur est maior impassibilitas.

Quia productio intentiones in esse.

11. Quomodo oculi fascinationis virtus egreditur ab vno in alium fascinando ipsum, & a magnete (ut antiqui aiunt) virtus in ferrum ingreditur.

12.

Quomodo sensus facti secundum

dum actum. Scire enim debes, quod omnis forma per hoc quod ipsa essentia simplex est, sui ipsius multiplicans est, & sic multiplicat suam intentionem, quæ spiritualis similitudo est rei: & ideo forma sensibilis multiplicat se in esse spirituali: & ad hoc sibi sufficit, quoniam omnis forma in propria & sibi essentiali actione sibi sufficit. Sic ergo vniuersaliter collige, quod forma duplex habet esse. Vnum simplex quod est spirituale per extrinsecam, & hoc fit à simplici agente quod est forma rei multiplicantis seipsum per intentiones. Alterum verò esse habet non simplex, sed materiale in re in qua est, & hoc fit ab agente composito, quod educit eam de materia per generationem.

13. *Cur phantasma non efficiat seipsum in intellectu possit.*
 D. Cogitatio mea quæ mihi congrua videbatur, iam mihi sine ratione videtur esse. Sed ex responsione tua dubitatio suborta est. Si forma sensibilis per se multiplicari potest, & in sensu fieri, ve asseris, cur etiam phantasma non efficiat seipsum in intellectu possibili, sed requirit mouens extrinsecum, scilicet intellectum quem dicimus agentem? P. Video quod capis quæ audis, sed animaduerte, quod non est simile. Phantasma enim ex se nequit elicere esse intellectualem, quod multo est simplicius, quia extra terminos continui & temporis est, quam sit ipsum phantasma: & ideo indiget motore ad huiusmodi esse elicendum: sed forma sensibilis per se agens nihil supra se confert quando confert esse intentionale, quod intra continuum & tempus includitur.

14. *Triplex sensibile.*
 D. Non est qui posse tue rationi contradicere: verum quia in fundamento tue opinionis, quam non attingeram, paulò antè dixisti, quod color & odor & huiusmodi per se sensibilia sunt, vellem quod hæc aperias mihi clarius. P. Intellige, quod est quoddam sensibile per se & primò: & quoddam sensibile per se, sed non primò: & quoddam est sensibile non per se nec primò, sed per accidens. Sensibile primò modo dictum est sensibile primum cuiuslibet sensus, vt color est visus & cætera huiusmodi. Quod quidem dico sentiri per se: quia subiectum est causa prædicati: sicut enim dicitur homo per se sensibilis, cum eius natura sit causa sensibilis: sic dicitur color per se sensibilis, quia coloris essentia est causa sensibilitatis, & quelibet forma est causa sue proprie & sibi essentialis actionis: & hoc est dicere per se. Sensibile verò secundo modo dictum, est sensibile commune quod per se intentionem suam imprimat in sensu, sed non primò, sed continentiam sensibili primò: forma enim sensibilis est actualis: & ideo color percipitur ab oculo cum quantitate quæ est magnitudo, quæ omnis sensus formæ est subiectum: & etiam cum his percipiuntur quæ essentialiter quantitati vel magnitudini sunt annexa: magnitudo enim cum sit terminus naturalis corporis, & terminata quantitas sit figura, oportet figuram, vt trigonum, vel huiusmodi esse sensibile commune: & quia cognoscimus non per diuisionem continui, & concinno est essentiali diuidi, ideo etiam oportet numerum esse sensibile

commune. Magnitudo verò non tantum diuiditur per essentialitatem, sed etiam per motum: quia motus non habet ante & post nisi per ante & post in magnitudine: ideo oportet motum esse sensibile commune: & vltimò inter ea oportet quietem esse, quæ est motus primitio. Ad hæc attende, quod hæc dicuntur sensibilia commune: quia quodlibet eorum à pluribus sensibus percipitur, non quod quodlibet ab omnibus apprehendatur: magnitudo enim & figura solo visu & tactu percipiuntur: alia verò tria omnibus communia sunt. Sensibile per accidens est, quod primam essentiam non imprimat in sensu nec primo, nec secundo, sed tamen cum sensibili proprio & communi accipitur, & non sine affirmatione & cogitatione, sicut sunt intentiones, de quibus supra feci mentionem, vt quod hoc nigrum est amicum, & hoc saluum pilosum est lupus, & huiusmodi.

P A R S II.

De apprehensione sensuum exteriorum particularium.

D. Nihil restat in quo tibi modo amplius obstitam: quoniam quæ mihi erant ignota, declarasti: obsecro vt ad speciales apprehensiones deinceps procedas, vellemque vt à sensibus exteriori incohæremus sermone. P. Rectè petis: quoniam in ordine apprehensionum prima esse dignoscitur. Apprehensionis igitur exterioris quæ per quinque distinguitur differentias, triplex est indigentia eis, communis videlicet obiecti, medij, & organi: & vt alia differamus, scias, quod obiectum primæ inter has apprehensionis quæ per visum fit, est color, qui per se generat suam intentionem in medio, scilicet aëre, quo mediante defertur intentio ad organum, scilicet pupillam oculi: sic enim data est coloris diffinitio, quod est motius secundum actum lucidi, id est aëris actualiter illuminati, quem mouere dicitur, dum in eo suam generat intentionem. D. Non video quomodo diffinitio alia quæ dari solet, scilicet, quod color est extremitas perspicui in corpore determinato, primò conueniat diffinitioni: nam si bene intelligo hanc diffinitionem, hæc prædicatio est materialis, dum dicitur, color est extremitas, id est, in extremitate, scilicet superficie corporis perspicui: omne enim corpus aliquid habet perspicuitatis saltem in parte, etsi non in toto, sicut opaca, terminati, scilicet per qualitates actiuas primas & passiuas: vt video perspicuum est aliquid coloris: sed perspicuum non est actu perspicuum nisi per lucis præsentiam: igitur nec color erit actu color nisi luminis habitum habens: & si hoc est, non potest per se mouere medium, nisi ei superaddatur lucis adiuuamentum, quæ coloris actum præbeat, & sic medium mouere possit. Quid est ergo quod dicit prima diffinitio, quod sit color motius aëris per se, vt intelligit

1, De visu 1. de anima. 11. 3. c. 7. & seq. ut 1. p. lum. de creat. 9. 20. & seq. De obiecto vt

ligit per se diffinitio, cum hanc per se facere non possit nisi ei lumen addatur: constat enim, quod color existens in tenebris non inuenit medium. P. Quæstio ista dubitabilis est. Sed attende, quod color habet quoddam esse materiale quod fit per qualitates primas transmutantes materiam, diuersimodè variantes superficiem corporis terminati, & ex hoc causantes diuersos colores: nulla tamen de primis qualitatibus de essentia coloris est: & secundum huiusmodi esse materiale colores actu sunt in tenebris, sed non mouent medium: quia forma sensibilis secundum huiusmodi esse materiale educere nequit ex se intentionem vel spirituale esse. Habet verum color aliud esse formale: & hoc causatur ex hoc quod lumen influitur extrinsecè per speciem terminati: nam lumen est color perspicuus non terminati, qui colorat ipsum in superficie & in profundo. Si verò corpus perspicuum tantum sit in superficie & non in profundo, lumen ei influxum permixtum opacitati corporis fit color: & secundum huiusmodi esse lumen est de essentia coloris: & ideo rectè dictum est, quod lumen est hypostasis colorum: secundum hoc enim color nihil aliud est quam diffusio luminis in superficie corporis perspicui terminati: & secundum huiusmodi esse formale non est actu color nisi in lumine, cum lumen de eius sit essentia: & ideo non videtur nisi in lumine, & sic habet mouere medium: quia forma sensibilis secundum essentiam suam educere potest ex se esse spirituale, & in modo medium sit dispositum per lucem ad recipiendam intentionem eius: & ideo secundum huiusmodi esse formale rectè dicitur mouere color lucidum secundum actum, id est, aeris illuminati, qui proprium medium est coloris secundum tale esse: sic enim color per suam essentiam mouet, quæ quidem essentia non est in tenebris nisi in potentia. Quod videtur manifestè, quia color in tenebris non videtur: ergo per admixtionem luminis videtur, non per essentiam. Scire debes, quod quædam color est lumen ligatum materiz, non potest mouere medium nisi sit actu illuminatum saltem iuxta colorem, ut generet in medio suam intentionem. Lucetia verò quæ habeat lumen caleatum & non obligatum materiz, mouet diaphanum tenebrosum, & non videtur in tenebris, ut ignis & stellæ. D. Videtur inuere, quod medium lumine indiget ut recipiat coloris intentionem. P. Verum dicit: oportet enim per lucem disponi medium ad coloris similitudinem suscipiendam: materia enim formam non recipit nisi disposita: diaphanum verò ad modum materiz se habet respectu intentionis coloris. D. Quid ergo erit si videns in loco sit tenebrosus, nunquid sufficit, ut paulo ante dixisti, ut medium saltem iuxta colorem illuminetur? Respondeo hoc est, non totum medium disponitur lumine, sed modicum. P. Supponas, quod necesse sit illam modicam aeris illuminationem quæ iuxta colorem est, etiam ut que ad oculos per medium procedat, & aliter non apparet, dicitur quis videre in tenebris.

D. Videtur, quod medium luce indiget per se. *Alb. Mag. lib. de apprehensione.*

satisfacias mihi an organum similiter luce indiget. Si non indiget, sed per lucem innotam medium potest immutare, cur aliquorum animalium oculi, ut lupi & gatti hoc possunt, & hoc commune non est aliis. P. Scias spiritum sensibilem & maxime visibilem esse substantiam lucidam: & ideo pupilla potest per naturam suam speciem coloris suscipere: est enim quoddam non coloratum tenebrosum, ut aer & aqua: quia sua perspicuitas est ad tenebras contentinata. Et aliud non coloratum est lucidum, ut pupilla: quia sua perspicuitas est cum lucis natura contentinata: & ideo luce exteriori non eget. Aliquorum tamen animalium pupilla plus abundat in luce, ut lupi & gatti: & ideo non solum non indiget luce dispositæ pupillam ad susceptionem intentionis coloris, sed etiam potest extra se suam speciem facere, & immutare medium extra: lux enim in talium oculis minus terminata est, & minus materiz ligata.

D. Hæc omnia mihi plana fecisti, sed conspicua que videntur, licet non sub colore proprio in nocte, in die verò sicut colorata alia sub proprio videntur colore: rationem reddere. P. Constat huiusmodi multum de luce habere: & lucis pars vna est bene terminata corpore opaco, & illa colorata in die redditur proprium. Lucis pars altera non bene terminata est per opacum corpus, nec bene ligata materiz: & ideo seipsam exercere potest in nocte. In die enim non apparent huiusmodi luminosa, sicut quædam patrefacta, quæ impiscium & huiusmodi: quæ minus lumen dicit vident minus. Et ideo innotant in eorum quam faciunt in medio, non apparent.

D. Scire velim, cum solus color opacum sit visus quomodo luminosa videntur. P. Obiectum visus proprie dictum est ad quod visus est ordinatus sicut ad finem: obiectum verò communiter dictum est quicquid visus discernitur, ut est medium & luminosum. D. Nunquid corpus luminosum ad pupillam venit per medium sicut obiectum proprium, aut ipsam medium per aliud medium. P. Si medium per medium videri dicerent, esset res infinita. De corpore luminoso quæstio fortior est. Attende igitur, quod sicut se habet color ad corpus perspicuum terminatum primis qualitatibus, ita lumen ad corpus perspicuum non terminatum, sicut est æther, ignis, aer, & aqua: lumen tamen forma est rei obillior quam color, & simplicior: & ideo perficere potest perspicuum ut ipsum faciat actu lucidum: color non sic perficit suum perspicuum, & non facit ipsum esse actu visibile nisi medium disponatur luce. Similiter lumen dat esse actu coloribus, quod color facere nequit: sed sicut a colore est quoddam intentionale vel spirituale esse quod est in medio, sic a lumine est quoddam esse spirituale quod est in perspicuo. Lumen enim quod est generatum in perspicuo a corpore luminoso, habet se ad lucem quæ est forma corporis luminosi, sicut se habet intentio coloris generat in medio ad formam coloris quæ est in corpore colorato: & ideo rationabiliter dici potest, quod sicut coloratum videtur

Cur Oculi quorundam animalium per lucem innotant per se innotant.

Cur quidam luminosa non apparent die.

A 3 tit

6
tur per intentionem suam in medio existentem, sic & luminosum per lumen quod habet esse intentionale seu spirituale in perspicuo.

5.
intentione D. Aud. tis resistere nequeo : sed cur ponis colorum opus habere medio ? P. Si ponis aliquid coloratum super oculum, non videbit ipsum oculum : quia coloratum secundum rationem non agit in aliquid nisi actione physica: color autem fit in oculo per actionem non physicam, sed spiritualem : & ideo color indiget corpore : in quo prius efficiatur spiritualis antequam in oculo generetur : & hoc corpus medium est. D. Quare ponis media ? P. Aërem & aquam, per quas intentiones colorum ad pupillam transeunt. D. Quid si color in cælo fit per suppositionem, nunquid poterit cælum medium esse ? P. Hæc duo elementa sunt in visu media, non quia elementa, sed quia perspicua : quam naturam cum cælo habent communem, per quam tamen analogiam : quoniam in veritate alia est perspicuitas elementum, quæ incorruptibilis est : & ideo nobilior & per prius cælo convenit. D. Si cælum & ignis perspicua sunt, quare hæc duo elementa posuisti tantum ? P. Proprium obiectum visus est color, qui solum corporibus mixtis & complexionatis inest, & hæc corpora sunt tantum circa terram & aquam : & hoc videmus mediante solo aëre & aqua. D. Possumtne omnium colorum intentiones deferre hæc media ? P. Dixi tibi, quod ratione perspicuitatis sunt media. Perspicuitas quædam est terminata, & in illa ex influxu lucis fiunt colores. Alia est non terminata, quia nec etiam in profundo opacitate aliqua terminatur : & in ea ex influxu luminis non fit color : & hæc media huiusmodi habent perspicuitatem : & ideo nullo informantur colore, & per consequens omnium intentionum colorum susceptiva sunt, dummodo per lucem disponantur. Collige ergo, quod oportet huiusmodi media transparentia fore, & non colorata, & luce perfusa, ut intentiones sint apta suscipere.

6.
De organo visus D. Circa hæc meas prædixisti ambiguitates, sed de organo mihi edisserere aliquid : hoc enim est ultimum quod proposuisti. P. Organum in visu est id ad quod intentiones per medium deferuntur : & hæc est pupilla visus. D. Explica magis si virtus visiva est in pupilla, in qua parte eius sit. P. Non est virtus visiva in exteriori parte pupillæ, in qua fit intentionum receptio, sed intus in nervo quodam concauo, & ibi fit iudicium. D. Nonne pupilla composita est ex quatuor elementis, de quibus, ut dixisti, causantur colores ? Si ergo ratione mixtionis colorata est, quomodo colores suscipit ? P. Quod naturales habet colores, est ratione mixtionis : & secundum hoc colores non recipit, sed in quantum perspicua est, recipit eos : perspicua est ex humoribus aqueis diversis ex quibus componitur & in ea dominantur. D. Cum duæ sint pupillæ, vna res deberet videri duæ. P. Scias nervum quemdam esse in anteriore parte cerebri qui visus dicitur : eod quod intra eum discurrit spiritus visus accipiens formas in oculis depictas, &

est figuram trianguli faciens, in cuius puncto vel cono uniantur formæ oculorum, & ibi fit iudicium de re visa : & quia ibi conveniunt, ideo quod est unum, videtur unum, & duo quod est duo. D. Adhuc superest dubium, cum pupilla speciem recipiens sit circularis, cur non iudicatur omnis res talis figuræ ? Et cum id quod in pupilla impressum est, sit modicum, non deberet res visa maior videri. Res etiam in-versa videnda foret : anterior enim formæ venit ad oculum, & id quod interius est in colorato, est exterius in oculo. Et quod dextrum est, sinistrum videri deberet : quia dextra rei visæ est ad sinistram oculi, & è con-verso. P. Ad hæc omnia re oportet supponere, quod videmus intus suscipientes : cum coloris igitur species procedit in oculos, sit eius processus sub duobus radiis luminis, quorum unus radius finem unum colorati attingit, & alter alterum, ita quod significatur triangulus vel pyramis, cuius basis est res visa, & angulus vel conus concluditur in oculo sicut hic vides : sit. a. b. basis. & c. angulus. Dico ergo, quod linee radiales in puncto vel cono, in quo pone oculum, concluduntur : & generatio coloris est sphericæ per tales triangulos vel pyramides in circuitu rei visibilis : & ideo non est questio de quantitate formæ coloratæ in oculo : quia id quod figillatur in puncto, est indivisibile secundum quod huiusmodi : nec hoc impossibile, cum in oculo & in medio sit potius intentio rei quam res. Iudicium autem quantitatis rei visæ sit per quantitatem anguli, qui quanto propinquior est rei visæ, est expansior, & tunc res videtur maior : & quanto est remotior, est minor : quia quanto linee longiores sunt, angulus minor remanet : & tunc res visa minor videtur. De in-vertione etiam nihil est : quia intentio non generatur à forma nisi secundum quod est forma, ut supra tibi dixi : & illa non habet anterius, sed intentionem generabit solum in oculo. De dextro & sinistro scias, quod intentio non movet visum sine rei præsentia : unde cum iudicium ad rem terminetur, non potest esse perversum : si enim intentio sine præsentia rei moveret, sensum verum impedire possent.



7.
De auditu D. Sufficit mihi quod de visu sufficienter docuisti : peto ut ad auditum transeas : & de hoc sensu tria prædicta discutias. P. Ab obiecto ergo incipiendum est, quod est sonus : de quo scire debes, quod cum eius immutatio omnibus sit nota, eius tamen quidditas valde incerta est : & de huiusmodi obiecti immutatione agendo, de generatione etiam eius agemus : quoniam generatio & immutatio eius simul fit. De generatione siquidem sensibilibus tractare, alterius negotij est. Est autem sonus in tertia specie qualitatis sicut alia omnia sensibilia, ut meus probavit discipulus. D. Primò mihi edisseras de soni generatione, ut sequentia melius videam. Primò scire debes, quod sonus educitur ex aëre secundum quod incorporatus est alicui corpori firmo. Unde & metalla quæ plus habent de natura aëris in sua compositione, melius sonant, ut aurum, argentum, cuprum : quæ plus de natura terræ vel aquæ, minus sonant, ut stannum, plum-

bum : & ferrum, quia siccius est quam plumbum vel stannum, melius sonat, sed deterius quam aurum vel argentum. Ex hoc ergo quod multum aërem habent, magnam sono ministrant materiam. Sed oportet etiam corpora esse solida, ut non cedant & fortiter percutiant. Mollia autem discontinua, ut spongia, lana, & huiusmodi, quoniam aërem retinent & non expellunt, insonabilia sunt : si vero continua sunt huiusmodi, male sonant : eod quod cedunt citius quam expellant aërem : Debent & plana fore, ut bene sonent : ex hoc enim quod corpus equalium superficiem est vniuersæ, simul expellit aërem : si enim punctus acus puncto acus obicitur, non fit sonus : & principaliter si fuerint concaua, bene sonant : eod quod concauum percussum plures facit ictus : percussum enim in uno latere, propter concauitatem tremat in alio latere, & ibi etiam percutit, & ille tremitus diu sonum tenet. D. Iam video causam quare apud Græcos mos olim fuit fago ligno lato & longo multis foraminibus ex transverso infixis uti pro campanis : eod quod multum habeat aëris in sua complexionem & solidum sit : abies vero licet sit nature aëris, valde & multum cremabile, quia solidum lignum non est, non sic sonat. P. Rectè dixisti. Attende igitur, quod ex percussione corporum solidorum planorum multum aëris habentium adinuemus & aërem percutientium sonus generatur. D. Plurimè tangis hic percussiones, scilicet corporum & aëris. P. Verum est multas in sono contingere necessarias percussiones : nam prima est corporis percutiens : secunda vero corporis percussus & percutio : tertio ex hac aër percutitur : quarto aër percussus & expulsus aliam aërem percutit, & oportet, quod dum aër percutitur & percutit, aliqua eius pars contringat : & talis aëris contractio sonum facit : si enim leniter aër scindatur sine contractione, non fit sonus. D. Iam facilius docere potes quod fit sonus subiectum. P. Subiectum soni qui in tertia specie est qualitatis, iam conicere potes, quoniam aër vel aqua per se non est, sed aër percussus & expulsus à superficie solidi plani percussus, primum subiectum soni est : quod aliis verbis dicere potes, quoniam subiectum soni actu est corpus percussum actu, sicut & subiectum soni potentia est corpus percussum potentia : & tanto aptius eius erit subiectum, quanto plus aëris habuerit, & solidum & planum fuerit. D. Adhuc scire cupio quid sonat, percutiens, an percussum, an utrumque. P. Iam advertere potes ut dixi : nam utrumque eorum sonum facit vel sonat, sed differenter : quia primum sicut percutiens, alterum sicut percussum & aërem expellens. D. Video, quod aliquando non contingit esse duo corpora in sono, sed unum solum cum aëre : ergo fit sonus quandoque sine percusso corpore. P. Cum hoc contingit, aër tunc est loco materie vel corporis percussi, non solum sicut medium.

8.
De medio auditus

D. Iam de medio prosequaris. P. Scias duo esse media in auditu, scilicet aërem & aquam, in quibus suam intentionem sonus generat, sicut in cælo colore, sic esse spirituale quod

à forma simplici sonantis secundum quod est sonans elicitur, licet intentio soni non habeat esse spirituale ad eod ut coloris intentio : in aqua tamen nunquam nisi sicut in medio sonus efficitur, sed in aëre sicut in medio : & sicut in materia, ut quando aër percutitur & mouetur à percussore. D. Quid est, quod aër leniter percussus non reddit sonum, sed fortiter sic ? P. Iam causam retigi : oportet enim ut pars aëris confringatur intra percussions & percussum. Aër ergo cum valde sit diuisibilis si impellatur paulatim, diuiditur, & non manet continuus : & ideo ibi nulla fit contractio, & per consequens nec sonus : sed cum velociter percutitur, resistit aër, quia continuus & indivisus inuenitur & impellit percussions : & sic confringitur aliquid eius inter percussions & aërem resistente, & tunc sonus fit. D. Si ex aëris contractione sonus redditur : igitur in fundo aquæ profundo ubi aër non est, sonus esse non potest : Cuius contrarium experimur : signis enim cum ligno fundo percutitur aquæ, sonus egreditur : & naues sonant, quando lapides & arcant in fundo aquæ tangunt. P. Oportet necessariò, sono in aqua factò ita quod in ea generetur, quod aër sit saltem tangens ipsum percussions, aut percussum, aut utrumque, ut in aëre generari possit : nam percussions ligno aquæ fundum, aërem tangit & aliquid aëris secum habet : quod significat impulle eledat ad superficiem aque. Similiter & naues aquæ emittens, aërem tangit, & ideo sonum facit. Sed vides pisces sub aqua natantes & pennulis percutientes & mouentes aquam, nullum omnino sonum facere nisi que superficiem tangant aëri permixtam. D. Planum est quod dixi : Sed recolo me à te audisse, quod aër vel aqua disponitur luce ut suscipiat speciem coloris : nunc hæc elementa aliquid disponuntur ut recipiant speciem soni ? P. Oportet rarefactionem in medio contingere, quæ ex ista regulari percussions circulariter expanditur, vique ad auris tympanum intentionem soni deferentem. D. Ex hoc vterius colligo, quod quia rarefactio fit successiuè in qua species soni deferuntur & in tempore, per quam soni species ad aures pervenit, ideo in tempore audimus, licet species coloris in indivisibili ad oculum veniat : quoniam eam huiusmodi motio non præcedit, sed sola perspicuitas illuminata sufficit. P. Rectè colligis. Illa tamen motio quæ soni defect speciem, si prope fiat, non multum aduertitur. D. Antiquorum dictum mouet me, qui sonum qui in medio intentio est, nihil esse dicebant, & sonum esse illam aëris motionem. P. Nonne recolis motum sensibile commune esse, quod multis sentitur sensibus : non igitur sensibile proprium auditus esse poterit aëris motio. D. Sed quid adhuc dixerunt alij sonum, qui est in medio, nihil esse, sed tantum in aëre : sonus enim, ut aiunt, nihil est nisi percussum per auditum ex aëre commoto : & quando non est in auditu, sonum non esse nisi ipsam aëris commotionem, qua potentialiter percipitur sonus, quando percutitur auris tympanum. P. An aduertis, quod audientis sonum percipit ad aures referret, & dextris vel sin-

stris ad ipsum d. ueniat sonus? D. Ita quidem. P. Si sonus tantum in aure generaretur, non adiret eam, unde sonus ueniret. D. Assensio: ne dubito an etiam in igne vel in terra fieri possit sonus, quemadmodum in dictis elementis in aere & aqua. Videmus enim in igne lignum cremante strepitum fieri, & terræ motum sub terra factum in aliqua parte non decisa terra, audire quis super terra manens: & in dolio clausus sonum extra audire, quod vas ex terra est. P. Tene illa duo elementa, aërem & aquam, tantum in sono media fore: cum illis solis rarefactio & condensatio debeat. Ignis in ultimo subtilitatis existens rarefieri nequit, nec terra condensari amplius. Si ergo ignem vel terram contingit media in sono esse, contingit eis hoc per naturam aëris vel aquæ in eis existentem: constat enim flammam in materia aërea consistere, ac per hoc posse rarefieri: & id-o per eam sonus audiri potest. Terra etiam porosa existit per naturam aquæ in ea existentis & eius partes continentis: ac ideo soni medium esse potest. Idem de dolio dico: quia porosum est.

9.
De scilicet.

D. Omnia quæ dicis, plana facis. Sed de sono quodam rationem peto qui dicitur echo. P. Si lapidem in aquam proiciis, circularis motus aquæ fit tanquam circa centrum circa locum in quo lapis cecidit in aquam, & tantum durat huiusmodi circulatio & dilata-tur, quantum durat impetus lapidis proiecti: & si circulatio inuenit obstaculum, retrocedit versus centrum suum, & fit quædam reflexio eiusdem aquæ. Similiter contingit in sono: & primum sonans est sibi centrum à quo procedit circularis motus aeris vsque ad obstaculum: quod si solidum & continuum fuerit, fit reflexio speciei soni in huiusmodi circulatione delata ad primum sonans sicut ad centrum, & dicitur echo certum: si obstaculum non fuerit solidum, quia tantum aer est fortiter percussus, etiam tunc fit dicta reflexio quæ dicitur echo, sed incertum. D. Videris dicere, quod semper fiat reflexio, sed quandoque certa, quandoque incerta. P. Ita est. Nonne vides, quod lumen semper reflectitur? alioquin per radium intrantem in fenestram non videretur aliquid nisi id quod incidit radius. Reflexio tamen luminis quæ à solo est aëre, incerta est: sed quæ à solido plano, certa est: nam si radio obiciat manum, plus lumen reflectitur, & fit certa & manifesta reflexio. Similiter in sono intelligas. D. Quid si duæ circulationes sonorum se contingant, sicut quando dno loquuntur? Si vna circulatio corrumpit aliam, corrupta non procedit nec ad auditum peruenit, constat tamen nos audire ambos loquentes. Si neutra corrumpitur, vtraque sistitur & ad auditum non procedit. Hoc contrarium docet experimentum: quia videmus circulos aquæ ex opposito venientes se collidere & confringere, quod & de circulationibus aëris concedere oportet, ut videretur. P. Assensio quod ultimo concludis: quoniam circuli se tangunt in parte quæ quasi punctus est, & ibi se confringunt. Sed in aliis partibus nec tangunt se, nec confringunt: & in illis partibus est soni fractio: &

ab illis partibus iterum fit dicta fractio soni in vicino aëre, in quo obuiante opposito circulo contractus fuit primo. Fit autem hoc per reflexionem & exundationem: quia facilis est generatio huius soni: quia cum in aëre aliquo non sit nisi per intentionem, non autem per iterum sonans, hoc contingit.

D. Placent omnia quæ aperis: sed de voce edoceri cupio, an à sono differat. P. Recole, quod percussio seu motus quidam aëris est causa soni: motus autem aeris fieri potest extra rem, vel intra, ut in habentibus animam sensibilem spirantibus: pisces enim & carentia sanguine non spirant: alia verò sic ad calorem cordis mitigandum. Iuxta quod est pulmo ad modum follis attrahens aërem & emittens ad refrigerandum cor: & huius attractio aeris & emissio spiratio dicitur. Pulmoni continuatur arteria vocalis quæ canna dicitur, duris anulis composita. Cannæ continuatur guttur de eius compositione existens. Percussio ergo vel motus aeris spirati ad arteriam vocalem causa est soni, ut est rufus. Si verò illi motui aeris vel percussioni ad arteriam, addatur effectus animæ, ut gaudium, vel dolor, sic est sonus brutorum aut hominum lætantium vel dolentium. Si verò addatur imaginatio significandi conceptum, scilicet rerum intentiones conceptas per intellectum, ibi primum est vox. Unde vox est sonus interpretatiuus ipsius conceptus cordis vel significatiuus: nam cordis affectum non significat vox: quia affectus lætitiæ & tristi-tiæ magis profundatur in natura quam in anima. Patet iam, quoniam ex pulsione aeris ad arteriam fit sonus, qui est in materia vocis. Sed figuratio vel formatio soni in diuersas dictiones, est per linguam & dentes & palatum & huiusmodi: & hoc ab imaginante & intendente significare conceptum mentis: imaginatio enim prout ab intellectu regitur, huiusmodi soni hurationes adaptat ut signa, & instituit ad exprimendum conceptiones intellectus, ut notitiam de eis faciat, eas significando. Perpendere potes, quod ultra sonum qui vocis materia est, vox duo includit, scilicet figuratorem vel formationem soni, quæ fit instrumentis vocalibus: quæ quidem formatio mensuratur breui vel longo tempore, acuto vel graui accentu: & locutionem quam habet in quantum signum est de conceptione notitiam faciens. Sic ergo diffinitur. Vox est percussio aeris & spirati ad arteriam vocalem ab anima per imaginationem: & non contingit hæc notificatio nisi voci significatiuæ: quia significatio formale est in voce: percussio aëris ad arteriam & figuratio soni per linguam & alia organa, est materiale. D. Cur dicis in notificatione, ab anima per imaginationem, cum per intellectum exprimentem suas conceptiones potius anima huiusmodi soni figuratorem operetur? P. Cum anima adapter voces ut signa quæ sensibilia sunt, ac per hoc imaginationi congrua ad conceptiones intellectus exprimendas, potius per imaginationem hoc facit: secundum imperium tamen intellectus, cuius conceptiones exprimitur.

10.
De voce.

17.
De organo.

D. De his habemus bene dictum sit. De organo audire desidero. P. Organum auditus est tympanum auris, quod est nervus auditivus, qui in interiori auris expanditur. Huic nervo est connaturalis quidam aer in aure edificatus, qui est continuus aer exterior. Moto ergo exteriori aere, movetur interior qui in aure est, & hic motus movet nervum auditivum: & sic fit auditus. Aer autem in aure edificatus semper tremat: quia calor auris movet eum concitatus, & percussit latera auris: tremat tamen hic non est tantus, quod impediat alios motus aeris exterioris: est tamen continuus: & ideo auris semper sonat, sicut percipitur qui applicat coctum ad aurem: audit enim aerem trepidantem in aure & trementem. Da. Num egreditur aer in aure edificatus? P. Non quia connaturalis est auri: si egrediretur, non mobilis esset, & propter suam naturam motum non posset certe sentire: omnes soni differentias & motus exteriores nisi confusae: igitur immobilem oportet esse: vnde natura latera tortuosa circumposuit, ne egrediretur. Da. Quid si egrediretur? P. Non esset auditus. Si quis enim caput in aqua submersum habet, quandiam manet auris plena aere, audit: quis tunc soni intentio per aquam ut per medium delata venit ad aera qui in aure est, de tunc percussit tympanum auris, & sic auditur, licet aqua percussit aera qui in aure est, multum concordat sonum: si contingat totum aera coalescere de aere, & aquam eius loco subintrare, non fit auditus delaticeps. Percipit ex hoc, quia aqua proprium substantiam soni esse non potest, sed aer. B. Num aer sic in aure tremens facit sonum? P. Non: quoniam sonus non est ex proprio motu aeris, sed alieno: aer autem ille qui in aure est, quodam proprio motu movetur. Da. Numa natura rationem habuit in tali aurium figuracione? P. Ratio patet: ut dixi, tortuosa fecit latera auris natura, ne aer egrediretur: sed lata, ut capax vadique fit soni: dura, ut percussio bene foveret: purgationem cholerae faceret descendere, ut ex calido siccio tympanum auris de latera siccio & dura conservaretur.

18.
De odoribus 1.
de anima 2. 3.
c. 2. 3. & seq.
11. 1. p. sum.
de creat. 9.
27. & seq.
De odoribus
odoribus.

D. De odoribus prosequere. P. Sicut in aliis ab obiecto incipiendum est, quod est odor, citius natura per sensum male ab homine percipitur: cum enim eius cerebrum humidum sit & frigidum, de mensuris abundat reumatis: & ideo nullum sensibile adeo male ab ipso apprehenditur: vnde & raro de odoribus somnias. Excellentias tamen odorum tantum advertit, sed mediocres non distinguit, nisi aliquantulum referendo eas ad sapes, qui ei magis noti sunt, cum gustus sit: quidam tactus; qui sensus maxime notus homini est: & hoc etiam potius ingenio quam sensu accipit. Da. Quare per sapes odores noscuntur? P. Quia odor sapes sicut sapor complexionem sequitur: & ideo sicut ex diversa complexionem diversis producuntur sapes, sic et diversis saporibus diversis emanant odores, ut ex dulci sapore dulcis odor, sed per accidens quandoque ex dulci sapore amarus resurgit odor, quod alterius negotij est. Iam sciam tibi liquere quare odores qui per se nati-

nifesti non sunt nisi per sapes, a saporibus nomina acceperunt: dulcis enim sapor in melle est, & ab illo sapore dicitur dulcis odor. Da. Quid tandem est odor? P. Odor est passio sicci ignei ab humido aereo. Da. Si odor est passio sicci, quod qualitas est tangibilis, & etiam humidum a quo paritur, iam erit quidam tactus, & sic non ignotus homini. P. Perpende, quod siccum igneum & humidum aereum tangibilia non sunt propter suam subtilitatem, licet siccum terreum & aereum humidum super quod fundatur sapor; tangibilia sunt: vnde & quidam tactus dicitur, quod non odor. Da. Odorem nominans passionem videris in terra qualitates specie sicut alia sensibilia locare: quid vult ergo Plato odorem esse evaporationem fumalem, quae sine dubio corpus est? P. Odor non est fumalis evaporatione: fumus enim est quaedam pars substantialis corporis fumantis resoluta: vnde & corpus fumans leuius efficitur post fumationem multam. Ideoque fumus cum pars sit corporis, corpus est: odor autem olim tempore caedis Graecorum diffusus fuit per quingentas leucas & hoc in circuitu a loco caedis sphaerice, secundum quod sensata diffandi solent. Diameter igitur fuit mille leucarum, & hoc sphaerice: tanta autem materia non potest extendi tantum, ut sic a longe sentiantur, cum nec etiam sub forma ignis sic extendi possit, ut videretur ignis a tam remotis. Scias etiam, quod parva parte camphora inficitur aqua multo longius quam camphora possit per firmitatem extendi. Et ideo teneas, quod odor sicut omnis species sensibilis multiplicat se per esse intentionale in medio; in quo sola qualitas odoris sine omni materia diffunditur: sensus enim omnis susceptivus est speciei secundum quod est species, & non secundum quod est in materia. Da. Quis dicit salam odoris speciem intentionalem corrumpere corpora? P. Certè odores venenosi necant homines: quod ideo contingit, quoniam cum specie intentionali odoris ingreditur per poros occultos & apertos ad interiora animalium evaporatione corporis venenosi: & illa evaporatione confortat odorem quem agit alteratio medij a simplici forma odoris causata: von autem dicta evaporatione ipsum agit odorem: Contingit autem quandoque evaporationem subtilem & spiritualem fore sicut & medium; & tunc est loco medij, & deservit odorem ad instrumentum odorandi, in quod agit evaporatione per esse intentionale quod habet odor in eo, sicut medium ageret & non aliter.

D. De medio audire cupio. P. Medium sicut in duobus predictis sensibus aer est & aqua, sed magis aer quam aqua: quia licet aer sit humidior quam aqua; tamen propter subtilitatem sui humidum minus contrariatur sicco igneo: aqua enim habet humidum in temperatum. Da. Haec media quarunt dispositionem aliquam ut speciem odoris suscipiant. P. Facere oportet, quoniam sicut luce in visu, rarefactione in auditu, sic munditia in odoratu, haec media disponi debent.

D. De organo abfolvas rogo. P. Organum huius sensus sunt duo papillae ad modum papillae

13.
De medio
salsum.

14.
De organo ol.
salsum.

pillam quæ sunt in mammillis, & sunt in anteriori parte rebri sitæ, directè porrectæ contra esse triangulata nali, & sunt coopertæ pelle renu: motum non habent ex seipsis pelles illæ, sed vento inspirato eleuantur: & odores simul cum aëre venientes immutant illa organa. D. Est ne hæc dispositio in cunctis animalibus? P. Non: sicut enim cernis quædam animalia habere oculos non velatos, ut quæ duos habent: sic quædam animalia sunt quæ organa olfactus discooperta habent: & hæc melius vident & odorant, quoniam medium deferens speciem sensibilis rei, liberum habet ingressum ad organa horum animalium. Alia verò animalia organa vtriusque sensus velata habent, ut in visu quæ molles oculos habent, palpebras habentia ad custodiam: in odoratu verò quæ respirant, quæ in attractu aëris velamina pellium dictarum eiciunt. D. Perpendo ex hoc quod animalia respirantia non odorant in aqua, licet aqua sit odoris medium: quoniam in aqua nequeunt aërem attrahere ad remouendum velum organi olfactus, ut intrare possit odor ad organum. P. Rectè intelligis. Vtcrius collige, quod non respirantia terrestria & aquatica, ut pisces, odorant in aqua, non solum in aëre: quoniam organa olfactus non habent velata: & ideo aëre non egent attracto ad tollendum velamen quo carent, sed libere ingreditur medium deferens speciem odoris. D. Ex hoc quod animalia non respirantia non habent organa velata, ut liberè ingrediatur odoris species, melius deberent sentire odores quam homo, & ultra hoc odorabilia melius quam canes qui per odores discernunt indiuidua vnius speciei: nam per odorem vnius animalis, ut cerui, vel hominis, relictum in vestigio eius, discernit eius vestigium canis à vestigio alterius: nam furis vestigium cognoscit canis à vestigio alterius hominis. P. Verè concludis, dum illa animalia non respirantia essent respirabilia, sed non sunt, cum sanguine careant, ac ideo non respirant. D. Quare quæ sanguine carent animalia, non respirant? P. Quæ sanguine carent, non respirant: quoniam corda habent frigida: & ideo non egent euentatione refrigerante: nec etiam pisces respirant: sed huius causam dare extra propositum est.

D. Bene hæc expedita sunt. Ad gustum procede sermonem secundum ordinem quem hactenus tenuisti. P. Liber: à gustabili ergo inchoandum quod est sapor, qui est in terra specie qualitatis sicut alia sensibilia: gustabile enim est corpus in quo est actu humiditas, eò quod gustabile est in humido sicut in propria materia & non in medio: humidum verò cum aqueum sit, est tangibile, & quantum ad materiam eius, scilicet humidum tangibile, est gustus quidam tactus: sed formale additū huiusmodi humido, est saporositas virtute cuius per se agit in gustū: sicut enim color per se agit in visum, sic sapor in gustum, sed non sine humido tangibili actuali: licet ergo ratione materiz sit quidam tactus, non tamen ratione formæ, sed ab eo differt. D. Ut auerto, humidum simpliciter in quantum hu-

15.
De gustu.
1. de anima.
tact. 3. c. 17.
& seq. & 1.
par. sum. de
creat. q. 30.
& seq.
De obiecto
3. 3. 1.

midum est tangibile & ad tactum pertinens, & humidum in quantum potabile & saporabile est gustabile & ad gustum pertinens: sed explicata an gustabile ingerat se sensui secundum intentionem solam sicut color. P. Scito, quod sensus gustus non accipit intentionem saporis separatam ab humido sine corpore in quo est humiditas sicut tres sensus prædicti faciunt, sed accipit eam in defluxu corporis saporosi: & ideo hoc quod gustatur, non est intentio, sed corpus quod venit ad linguam: & ideo gustus dicitur tactus quidam, sicut & odoratus diceretur tactus quidam, si in fumali euaporatione quæ corpus est, ad olfactum veniret. D. Auerto huiusmodi corpus humidum materiā propriam esse saporis in quam diffunditur sapor secundum esse materiale ipsius & à qua non separatur. P. Accipe exemplum. Si quis in aqua foret, non gustaret dulcedinem separatam ab aqua, sed gustaret dulce aquæ permixtum linguam tangens: & aquam intelligas tantum materiā fore, non medium: colorem autem videret non permixtum aquæ secundum esse materiale, nec cum defluxu colorati ad visum, sed videretur in aqua sicut in medio secundum intentionem & non sicut in materia.

D. Constat gustabile non esse sensibile nisi per intentionem elicitam. P. Recole saporem in corpore humido tanquam in materia ad linguam venire, vnde & quendam tactum fore: & ideo scias, quod medio indiget intrinseco quod est pars animalis, quæ est in lingua vel extremitas faucium, non humor saliuales qui non est pars animalis: & sapor adhuc sine intentione est in lingua quæ est medium: ac cum de lingua ad nervos gustatiuos in lingua diffusos & in concava parte aliqua in superficie faucium venit, secundum intentionem suam transit sapor, sicut ad organa propria: & sic sapor vel gustabile ibi primo fit sensibile, quod per intentionem solam fieri habet: omnis enim sensus suscipit speciem sensibilem sine materia, sicut cera suscipit sigillum vel signum sine ferro vel auro. D. Ut video, sicut in prædictis sensibus se habent sensibilia seu formæ in materia existentes ad media, sic in gustu se habent sensibilia in medio existentia ad organa in quæ non agit medium nisi esse intentionale. P. Rectè inspicias. D. Quid de humore saliuale? P. Humor saliuales est medium ad bene esse gustus, & non ad esse: quia partes corporis saporosi mixtæ humido saliuale subtiliantur & fluidæ fiunt, ut possint penetrare per seipsas ad gustum. D. De organi dispositione etiam medij, quæ coniuncta videntur esse, aliquid edisserere. P. Scias, ut tactum est supra, quod humidum simplex est tangibile: humidum non simplex, sed passum aliquid à sicco terreo, est potabile proprie, & huiusmodi est gustabile, à quo accipit passionem organum sensus gustus: & ideo oportet, quod organum & medium gustus sit tale, quod non sit humidum à tali potabili actu, sed quod possit fieri humidum tali potabili, & sic habebit potentia omnes sapes, sed actu nullum: non est igitur organum vel medium essentialiter humidum actu, sed saluatum ab ipso.

16.

De medio
organo
gustu.

Vnde

Vnde sensum saporum solet impedire in lingua multa siccitas & adustio: quia iam non est in potentia ad humidum potabilis receptionem, sicut patet in laborantibus cholera, quibus omnia amara esse videntur propter adustionem insufficientem organum & medium. Item solet impedire multa humiditas quam actu habet lingua; sicut patet in his qui habent phlegma aqueum multum descendens, qui non bene sentiunt saporum, sed insipidi sibi videntur, sicut albumen oui: organum enim & lingua iam tali insipiditate est preoccupata actu: & ideo non est bene in potentia ad alios saporum. Debet ergo esse organum salutarum actu ab humido potabili, sed in potentia debet esse ad ipsum.

17.
De tactu.
2. de anima.
ex. 1. c. 10.
& seq. item
c. per. sum.
de creat. q.
11. & seq.
De tangibili-
bus.

D. Quod restat vltimo de tactu diffinias. P. More solito de tangibili primo dicam. D. Prosequere. P. De tangibilibus non idem est iudicium, sicut de aliis sensibus quae omnia reducibilia sunt ad vnam primam contrarietatem, sicut colores omnes ad album & nigrum, & soni ad grauem & acutum: odores, & saporum per quos cognoscuntur odores, ad dulce & amarum: sed tangibilia ad plures reducuntur contrarietates, scilicet primas, quae insunt elementis, calorem, frigus humiditatem, & siccitatem, quarum vna per aliam nequit cognosci. P. Tangibilia sunt, quae ex his immediatè causantur sine additione nouae naturae, vt durum & molle, asperum & lene: alia verò sensibilia mediatè à primis causantur cum additione nouae naturae, vt colores & odores, & huiusmodi. P. Tangibilia sunt etiam quae immutant non per aliam priorem naturam, vt dissolutio continuitatis in corpore ex vulnere, quae nec ex calido nec frigido humido vel sicco contingit, nec graui etiam vel leui, & consolidatio eius contraria. In tangibilibus etiam non est subiectam aliquod proximum quod sit genus contrarietatum: nam calor, frigus, humiditas & siccitas sunt in qualitate: leue & graue quae causantur à raro & denso, sunt in substantia, eò quod supra substantiam non addunt nisi quendam situm qui est in partibus materiae. Ex praedictis collige plures esse proportionales tangibilium ad organum tactus, quae ad vnum subiectum vel vnam contrarietatem reduci nequeunt. D. Quid ex hoc concludere intendis? P. Plures esse sensus tactus & non vnum solum: nam vna proportio actiui & passiuus seu sensibilis formae & organi facit vnum sensum. Vna enim est proportio omnium colorum ad visum & communicantia, quae ad auditum non est vt ab eo colores percipi possint, cum omnes colores in vna communi natura conueniant quae est color. Sic plures proportionales plures faciunt sensus. In tactu siquidem constat esse proportionales tangibilium ad eius organum, quorum quaedam sunt in tertia specie qualitatis, vt calidum & frigidum: quaedam in secunda, vt durum & molle: & quaedam in quarta, vt asperum & lene, quorum natura vna non est communis, vt secundum vnam communicantiam & proportionem ab organo tactus percipi possint. D. Ergo sensus plures sunt quae quinque? P. Tactus dici potest sensus vnus: quia potentia vna est

tactiua, & organum vnum: plures verò si eum ad diuersarum naturarum tangibilia comparas.

D. De medio prosequaris. P. Medium in tactu à sentiente distinctum esse non potest: quoniam omnia corpora animata sententia componuntur ex corporibus per essentiam tangibilibus: & ideo oportet, quod tangibilia non tantum per speciem suam coniungantur animatis corporibus vt sentiantur, sed etiam per suam essentiam. Ideo etiam oportet, quod actu pars animati sit mediū per quod huiusmodi sentit tangibilia animatum: tangibilia enim cum sint de esse animalis, partem animalis requirunt medium, & illud medium non potest corpus simplex esse: quoniam medium nullam actu debet habere qualitatem illius sensibilis cuius est medium: & hoc oportet fore, aut quia omnino priuatum est: sicut absonum sono, & non coloratum colore: quod in tactu medio contingere nequit: quoniam cum pars sit animati, primis qualitibus tangibilibus compositum est: & ideo eis priuari omnino non potest. Alio ergo modo medium in tactu sine qualitibus tangibilibus debet esse: & iste quidem modus est vt sit temperatum ad aequalitatem & recedat ab excellentiis. Cum igitur huiusmodi excellentiae qualitatum sint in corporibus primis simplicibus, huiusmodi corpora simplicia non poterunt esse in tactu medium: nec ab eis fieri poterit corpus animatum, sed erit corpus mixtum & magis temperatum quod erit medium ad omnes tangendi sensus. D. Quod ergo erit illud corpus commixtum & magis temperatum? P. Carnem constat esse quae ad aequalitatem medij magis est commixta quam neruus vel vena, cui tangibilia nocentia & conuenientia per suam essentiam non per species suas coniunguntur. D. Aduerto, quod caro non suscipit qualitates ad aequalitatem medij redactas, quoniam sic habet eas, sed secundum suas excellentias: quia sic eas non habet. P. Ita verè est. D. Ex hoc patet etiam carnem non posse instrumentum esse: quoniam sensibile iunctum immediatè organo, non facit sensum: & ideo solum medium fieri necesse est, cum tangibilia supra carnem posita sentiantur. P. Bene procedis ratiocinando. D. Sed vrget me: quoniam caro non nisi per neruos sentit. Video etiam non solum in carne, sed etiam in dentibus sensum fieri. Sunt etiam animalia carne carentia quae sentiunt. P. Scias carnem appellari id quod verè caro est, & etiam id quod simile est carni. Simile verò carni dicitur id quod vicinatur aequalitati complexionis quae in carne est, vt dentes qui etiam crescunt in his in quibus alia non crescunt ossa: nam in senibus quandoque dentes recrescunt, eò quod complexionis carnis vicini sunt: & ideo in tactu medium esse possunt vt & caro. Membra verò mollia, vt hepar & cerebrum, quia ad carnis aequalitatem non accedunt, non sentiunt: & dolor qui in eis aliquando sentitur, non in eis, sed in panniculis circumstantibus esse constat. Simile etiam carni dicitur, quod est carni immixtum, vt nerui quidam qui carni similes sunt.

sunt, vbi etiam habent medij rationem sicut caro sentientes: similes enim ossibus, vt qui in vtroque sine ossibus sunt coniuncti, tanquam ossium ligamenta, non sentiunt. Simile etiam carni dicitur quod loco carnis est, vt in animalibus sanguine carentibus. D. Exposita sunt mihi omnia quæ me urgebant: sed cum nihil carnem tangibile tangere nisi aqua vel aere mediante, viderentur etiam illa in tactu media fore, sicut in visu, auditu, & olfactu. P. Duo elementa nominata in nominatis tribus sensibus necessariò media sunt: quoniam causa sunt immutationis organorum in illis sensibus, in quibus media organa mutantur casualiter. In tactu vero necessaria non sunt, aut etiam in gustu propter esse sensus, vel vt organa eorum immutentur, sed per accidens in tactu: quoniam humiditas aquæ vel aëris se infundit vicinis corporum se tangentium. Vnde tangibile carnem tangit mediante aere vel aqua non tanquam media, sed tanquam concomitantibus superficies carnis & tangibilis. In gustu vero sunt ad bene esse, non ad esse nominata elementa sicut de humido saluiali audisti superius.

19.
De organo
tactu.

D. De organo huius sensus aliquid dic. P. Organum dicas esse nervos sensus quidem in loco vbi sensum hauriunt, hoc est, vbi à parte anteriori cerebri oriuntur sensus: ibi enim rationem organi habent, in carne vero magis rationem medij: inter ossa autem neutrius rationem habent. D. Huiusmodi nervi quos organum in tactu dicit, qualiter tangibile suscipiunt? P. Non sicut medium quod est caro quæ secundum esse materiale recipit, sicut de gustu tibi dixi, sed à medio transit tangibile ad organum secundum esse spirituale quod intentionem vocant. D. Eodem modo ergo sicut in gustu dictum est, tangibile in medio existens, sic se habet ad organum suum, sicut in tribus primis sensibus sensibile proprium in materia existens, se habet ad medium. P. Fateor ita esse.

PARS III.

De apprehensione sensuum interiorum.

1.
de anima
tract. 4. item
2. par. sum.
de creat. q.
27. & seq.
Sensus com-
munis est
principium
et finis sen-
suum pro-
prium.

D. Vellem te viterius progredi post doctrinam sensibilibus apprehensionis exterioris ad interioris doctrinam. P. Libet. Sed more solito disputationis seruetur consistens. D. Placet? sed sit prior fundamentum iacet. P. Scire debes vnam esse principium seu fontem ex quo oritur sensibilibus cognitio communis et sensibus quinque. Ex vno enim fonte omnes sensus oriuntur, & ad eandem omnes mentis sensibilibus vt ad finem vltimum referuntur. Hic iste sensus communis vocatur. D. Vellem vt aperius explicares quomodo sensus communis sit fons seu principium sensuum propriorum & terminus. P. Scias, quod omnes particulares nervi qui ad organa sensuum propriorum deriuantur, & vocantur sunt vt in eis discuntur spiritus animalis qui est vehiculum virtutis sensitiuæ,

diriguntur ab anteriori parte cerebri, quæ medietas quædam est in proportione symphoniae composita ad omnia sensata propria, & nullius habens sensum, potens omnia sensata suscipere: & ibi est organum sensus communis & fons sensuum propriorum, ex quo sensus proprii manant. Idem vero sensus communis dicitur terminus: quia proprius sensus prius est in actu quam sensus communis: & id quod apprehenditur à proprio sensu, transit ad communem, vt discernat differentiam & convenientiam inter diuersa sensata propriorum sensuum & iudicet inter ea.

D. Hæc à te dicta clarescunt. Sed viterius cupio vt edisseras nominis rationem. P. Hæc virtus alia ratione sensus dicitur, & alia communis: & aliqua habet in quantum est sensus, & aliqua in quantum communis. Sensus enim dicitur: quia apprehendit formas cum presentia materiæ, quod est proprium sensus: sensus enim proprius accipit qualitates quæ sunt sensibilia propria cum presentia materiæ. Communis vero accipit magnitudinem in qua sunt sensibilia propria & cum presentia materiæ, imaginaria vero sine presentia materiæ. Item in quantum sensus habet quod recipit species rerum sine materia, & tamen cum presentia materiæ: in quantum vero communis, habet duo, sine quibus cognitio sensibilibus non perficeretur: quorum vnum est iudicium sensibilibus operationis: alterum vero est comparare sensata diuersorum sensuum, per hoc quod inuenit ea in vno sensato communi coniuncta vel disiecta. D. Hæc duo vltima quæ habet in quantum communis, peto apertius demonstrari. P. Nonne vides, quod cognitio sensibilibus non est perfecta qua audis vel vides, nisi apprehendas te audire & te videre quando audis & vides: nisi enim huiusmodi esset apprehensio qua de actu sentiendi indicatur, non satis utile esset animalibus audire & videre, & secundum alios sensus apprehendere. Satis etiam euidentis est, quia non solum sentimus sensibilia propria, sed etiam sentimus quia differunt, vt quod album non est dulce: in omnibus enim sensibilibus ponimus differentias & convenientias, comparando, componendo, & diuidendo sensata diuersorum sensuum: & oportet vt vno quodam sensu hoc faciamus: non enim alia virtute superiori quæ non sit sensus, hoc facere possimus: quia omne iudicium quod est circa sensibilia, re sensibili presente, est iudicium sensus. Iudicium autem quo dicimus album esse dulce, vel non esse dulce, est circa huiusmodi: & ideo virtus cuius est hoc iudicium, necesse est sensus. Nec etiam iudicium hoc facere possumus aliquo sensuum propriorum: quia nullus proprius sensus albi & dulcis susceptivus est: & ideo non potest ea comparare, nec de eis iudicare. Relinquitur igitur vt sit sensus susceptivus albi & dulcis cum presentia materiæ, & sit communis in quo vtrunque esse possit, vt iudicare valeat album dulce vel non dulce esse.

D. Optime discessisti. Sed sicut ostendisti iudicium & comparatione diuersorum sensatorum ad sensum communem pertinere, iam etiam

2.
Quare dicitur
sensus, &
quare com-
munis: &
quid habet
in quantum
sensus, &
quid in quan-
tum commu-
nis.

Quomodo in
iudicio quo
quis iudicat
si videtur
spectet ad
sensum com-
muniem.

etiam ostendas qualiter iudicium quo iudico-
me videtur quando video, ad sensum commu-
nem spectet. P. Per hæc verba capias si potes
queritur: cum sentimus nos audire & quemi-
libet sensum operari, hoc sensu communi
sentimus & non proprio: cum obiectum au-
ditur sit sonatum, & cuiuslibet sensus ob-
iectum proprium: obiectum autem sensus
quo hæc sentimus, est actio. Unde constat
hunc sensum non esse proprium, sed commu-
nem, qui tamen aliquo modo est idem cum
particulari, & aliquo modo diversus. Sunt
enim omnes sensus unum in forma virtutis
sensitivæ, quæ sicut est virtutis sensuum par-
ticularium: & ipsi particulares sensus sunt,
ut dictum est, sicut sunt ex fonte communi de-
rivati: & hoc sensu communi est iudicium
circa actiones particulares, quæ sunt sensato-
rum particularium: & hoc modo intelligitur
virtus sensitiva super se quando iudicat de se
ipsa: sensus enim communis qui formalis est,
reflexitur super particularem iudicando sen-
sibiliter de actione & operatione eius. D. Vi-
detur ex his idem esse agens & patiens. P. Ni-
hil prohibet omnino, idem esse. Iudicare
enim & comparare componendo & dividendo
est agere quoddam, & hoc est sensus com-
munis qui est formalis: recipere autem & ha-
bere formas sensibiles est pati: & hoc est sen-
suum particularium. Ulterius adverte ana-
logiam quandam: quoniam sicut se habent
res sensibiles ad unum sensitivum faciens inter
eas comparationes, sic se habent diversa phan-
tasmatum ad unum intellectivum faciens inter ea
comparationem secundum rationem: & sicut
sensus communis sicut ultima virtus ad quam
terminantur motus albi & nigri, iudicat ea:
sic intellectus iudicat id quod est ex phantas-
mate albi & nigri, sicut terminus ad quem
ultimi perveniunt motus utriusque.

De analogia
qua est inter
sensum com-
muniem &
intellectum.

D. Hoc libenter colligo: sed explica an sen-
sus hic communis dicatur sicut genus vel to-
tum integrale vel potestativum. P. Non cre-
das hunc sensum sicut genus esse, quia sic
predicaretur de singulis sensibus, nec de to-
rum integrale seu potestativum, quia sic sua
essentia non esset extra essentias propriorum
sensuum, sicut essentia totius nulla est extra
partes suas ipsum constituentes: & ideo reli-
quitur, quod sua communitas sit ex parte ob-
iecti. Est enim triplex ratio sui communita-
tis. Prima, quia cum quilibet sensuum pro-
prium recipiat sensibile sibi appropriatum,
sensus ille non habebit rationem proprii sen-
sus ad quem referuntur omnia sensibilia, sed
potius rationem communitatis: Secunda vero,
quia sensus communis per se immutatur a
magnitudine subiecti quæ commune subie-
ctum est omnium sensibilibus qualitatum. Ter-
tia autem, quoniam sensus proprii referuntur
ad ipsum communem sicut ad unum sensum
omnium sensibilibus.

Triplex ratio
communita-
tis sensuum
communiem.

D. Rationi tuæ nullus contradicere potest,
quæ infra dicitur Auicenna dixit, quod sensus
communis est virtus cui redduntur omnia
sensata: sed de obiecto huius sensus aliquid
audire cupio. P. Obiecta quæ a sensu commu-
ni percipiuntur per se, quinque sunt. Scilicet
D. Alb. Mag. lib. de apprehensione.

De obiecto
sensuum com-
muniem.

cer motus, quæ sunt: magnitudo, nume-
rus, & cetera. Unde quod tamen ad nume-
rum redduntur: & quibus aliis inventuntur
quæ a sensibus essentialiter & per se
sentuntur, ad ista redduntur, sicut frigus qui
est magnitudo & densitas quædam, & sicut
propinquitas & remotio quæ sunt etiam re-
ducta ad magnitudinem, & sicut alperitas &
lenitas & ceterum & ceterum quæ videntur &
tanguntur, quæ sub figura habent collocari:
sic locus & tempus cum sint quantitates
continuas. Tempus vero ad motum sicut
ad causam & subiectum reducitur. Lo-
cus autem cum sit species magnitudinis,
sub magnitudine comprehenditur. Unde
non irrationabiliter quidam plura quam
quinque esse dixerunt. Omnia autem præ-
dicta essentialiter sentuntur a sensu: quia
motus & immutationem per se faciunt in
sensu.

D. Memini te superius aperte docuisse quo-
modo sensibile secundum sui differentiam
differente motu esse habere: & ideo
peto ut ad alteram procedas virtutem. P. Vir-
tus sequens sensum communem dicitur vocari
nominibus: dicitur enim virtus imaginati-
va: quia formæ sibi impressæ sunt imaginæ
rerum quæ sunt extra. Dicitur etiam forma-
lis: quod formalis habet imaginationes
rerum quam sensus communis a quo eas recipit
& retinet: quoniam sensus habet eas cum
præsentia materiarum, hæc autem materia non
præsentia. Dicitur & species propter natu-
ram illarum imaginationum quæ sunt se-
cundum esse spirituale in virtute imaginati-
va. Unde etiam dici consuevit, quod spiri-
tus est mente inferior, cui imaginationes re-
rum imprimuntur. Et etiam thesaurus for-
marum dicitur: quia formæ conserunt sine
materiarum præsentia: nec tamen discernit
eas.

De imaginati-
va & de
virtute
suum
de ratione
35.

Aug. lib. 2.
super Genes.
cap. 9.

D. Quomodo hæc virtus conseruat vel re-
tinet formæ & non discernit? P. Certum
est, quod sensus communis & memoria & hæc
virtus retinet, sicut dicimus: sensus enim
communis recipit & retinet præsentem materiam
hæc autem materia est: Memoria retinet
imaginationes & conseruat eas: ceterum
imaginationes sunt in materia: hæc autem
imaginationes sunt. Memoria autem discernit
temporis præsentem materiam: hæc autem
potius discernit. Formæ autem conseruat
discernit: sensus enim communis discernit
componendo sensata propriam: & ideo
præsentem conseruat: & ideo præsentem
Præsentem etiam discernit: conseruat enim
videndo imaginationes & conseruat eas
& imaginationes sunt in materia: hæc autem
præsentem. Memoria autem discernit
imaginationes conseruat eas: ceterum
& ideo quædam formæ conseruat
formam: hæc autem retinet: hæc autem
vocatur: hæc autem imaginationes & hæc
conseruat illas: hæc autem conseruat
retinet.

Quomodo
conseruat
vel retinet
formas
non discernit.

D. Omnia autem obiecta quæ sunt
etiam illis quæ dicuntur: ex his colligitur
lecta: nam de obiecto huius virtutis etiam
quæ

Aug. lib. 2.
super Genes.
cap. 9.

quæ dicitur, satis est manifestum mihi, quoniam forma imaginabilis est: sed de actu eius aliquid dicitur. P. Sicut sentire sensus & intelligere intellectus, sic imaginari imaginationis est actus: aliis tamen virtutibus operantibus in ipsa, secundario præparat imaginationes. Quorundam enim ratio est in imaginibus, ut mathematicarum: & sic virtus hæc imaginatiua præparat imaginationes superiori potentie quæ est intellectus. Vnde enim imaginantes optime describunt figuras: cuius causa est: quoniam licet in organo imaginationis omnia sensibilia describantur, tamen sensibilia describuntur in ipso prout sunt unita sensibilibus: & ideo non est imaginabilis sonus nisi prout est actus sonantis, & color nisi prout est qualitas colorati, & sic de aliis: & ideo quod principaliter in eo describitur, est quantitas & figura. Et hinc est, quod habentes huiusmodi potentie organum purum & bene dispositum, optime efficiuntur imaginationis: & quando cum hoc sunt intellectus subtilis, multum proficiunt in mathematicis. Quædam autem compositiones imaginationum & diuisiones sunt ad eliciendas intentiones terribiles vel appetibiles, conuenientis vel nociui, quæ semper sunt colligatæ sensibilibus: & tunc hæc virtus præparat imagines æstimationi. Quandoque autem per imaginationes præparatas in hac virtute, fit recursus in rem quæ accepta fuit in præterito per sensum: & tunc deseruit memoriæ. Quandoque hæc eadem virtus præparat imaginationes refluens ad organum sensus communis: & sic deseruit reuelationi somniali.

9.
Quomodo
imaginatiua
deseruit reuelationi
quæ est in somniis.

D. Doctrina tua non tantum illuminat, sed lætificat quamplurimum: nisi quia hoc ultimo dictum molestat capacitatem meam. P. Tenes, quod in omni somnio deseruntur simulacra à loco phantasiæ ad organum sensus communis. Cum enim fiat euaporatio, à loco digestionis ad cerebrum, subtilis sanguis eleuatus descendit ad anterius capitis: cum quo sanguine progreditur spiritus animalis deferens simulacra à loco phantasiæ ad organum sensus communis: quæ simulacra cum momento sensum communem, fit somnium, & videtur sentiri forma delata à phantasia ad sensum communem: quia sensus communis conuertitur super ea phantasmata secundum quod sunt à propriis sensibus: vnde videtur audire quando conuertitur super sensibile auditus, & sic de aliis. Vnde patet, quod simulacrum in somnio motum secundum sui principium est in phantasia, sed terminatur ad organum sensus communis: & ideo illud simulacrum accipitur ut sensibile in somnio, quod tamen tandem redit ad phantasiam ad quam mouetur secundum sui naturam: forma enim apprehensa seu simulacrum secundum suam naturam transit ad organum phantasiæ. Huiusmodi autem motus simulacri fit etiam in vigiliis: sed tunc non est somnium: quoniam substantiale est somnio, quod dicitur motus fit dormiendo. In hac autem determinatione, ut tunc obuiem obiectioni, nomen phantasiæ ad imaginatiuam extendas virtutem. Noueris igitur, quod ex motibus corporum celestium relin-

quantur quædam impressiones quæ sunt signa dictorum motuum celestium in corporibus inferioribus: & cum præfatæ impressiones perueniunt ad imaginatiuam virtutem, figurantur ibi imaginationes effectuum illorum ad quos disponunt motus celestes: & illæ quidem imaginationes, ut dictum est, ad organum sensus communis deferuntur: & per eandem imaginationes futuris effectus ad quos disponunt celestes motus, aduertere possunt, præcipue si ab occupationibus quieti fuerint, & carnis deliciis quæ ad exteriora euocant, ne celestes impressiones perpendant. Et ideo huiusmodi præcipue sentiuntur in dormiendo, & maxime in nocte & circa horam digestionis completæ: quia tunc, ut dictum est, sanguis à loco digestionis eleuatus ad cerebrum, descendit ad organum sensus communis cum spiritu animali deferente simulacra à loco imaginatiuæ.

D. Quæstio plene soluta est: iam ulterius procede. P. Virtus tertia sequens imaginatiuam, æstimationia vocatur. Hæc à formis in imaginatiua retentis elicit intentiones quæ nunquam in sensu fuerunt, sed à sensibilibus conditionibus non sunt separatæ, sicut esse conueniens vel inconueniens, amicum vel inimicum, esse filium vel non esse filium, esse matrem vel non esse matrem: sicut ovis scit vnum esse filium & alium non esse, & fugit lupum ut inimicum, canem ut custodem sequitur. D. Estne virtus hæc ad imaginatiua separata? P. Virtus prædicta non est imaginatiua: quoniam ad imaginationem factam non sequitur motus vel gaudij seu tristitiæ affectus, aut fuga vel insecutio: ad æstimationem autem sequitur statim quodlibet horum: separata autem penitus ab ipsa esse non potest, cum huiusmodi intentiones non accipiat, secundum rationes vniuersales & communes, sed potius in hac imaginatione vel illa. Vnde sicut intellectus practicus se habet ad speculatiuum, sic hæc virtus æstimationia ad imaginationem se habet per hoc quod determinat ad quod se mouere debet animal, & à quo fugere: & ideo hæc magis actiua, quam imaginatiua, cuius est solas imaginationes in seipsa speculari: huius autem elicere intentiones ex imaginibus & determinare imitationem vel fugam. D. Aduerto ex his, quod æstimationia est hoc brutis quod intellectus est homini, secundum quandam similitudinem, ut dixit Algazel. P. Si de intellectu practico intelligis, recta est comparatio.

D. Similitudinem etiam cum opinione habere videtur. P. Virtus hæc sicut & ceteræ aliquando rationi coniungitur, & tunc iuuatur à ratione & suadetur ad imicandum vel fugiendum æstimatum: & ideo quidam ex alumnis meis hæc virtutem credebant opinionem esse, sed in homine minus, in brutis vero magis obumbratam esse. Quorum deceptio manifesta est: quoniam opinio de communi est prout in pluribus: æstimationia vero de hoc indiuiduo secundum quod est hic. Sicut etiam scientia demonstrationis est effectus: sic fides vel credulitas effectus est opinionis seu syllogismi probabilis: ac quiescere autem æstimationi

10.
De æstimationia
virtute.
3. de anima.
tr. 1. item 5.
par. sum. de
creat. q. 37.

Æstimationia
non est imaginatiua, nec
speculatiua.

11.
De æstimationia
sua opinione.

tionem effectus estimatur esse probatur: opinio. Igitur quidam habitus aut etiam motus rationis est estimatio verò omnium est, quorum est sensus.

D. Estne estimatio semper sensui iuncta? P. Cum quidam ex sensibus ordinatus sit ad substantiam animalis, verctus, sine quo animal esse non potest: quidam verò ad disciplinam, ut vitus & audax præcipue: quidam autem ad sumptionem cibi, ut odoratus & gustus; oportet omne animal sensum saltem ordinatum ad cibum habens, ad cibum moveri saltem motu dilatationis & constrictionis, ne sensus in eo sit ociosus. Si ad cibum movetur, oportet etiam imaginationem cibi in eo esse. Cum igitur imaginatio non moveatur, necesse est ipsum estimationem habere qua moveatur. D. Perfectè ostendisti quod quaerebam: & ex his que dixisti, conieci omni animali habenti aliquem sensum de exterioribus, necessarium inesse sensum communem, virtutem imaginativam, & estimativam. P. Rectè collegisti.

12. An estimatio una semper sit iuncta sensui.

PARS IV.

De apprehensione qua fit per phantasiam, & de memoria & reminiscencia.

1. Prosequere doctrinam tuam. P. Virtus quarta phantasia est, quæ componit imaginationes cum imaginibus, & imaginationes cum intentionibus, & intentiones cum imaginibus, & intentiones cum intentionibus, aut etiam dividit. Ad hanc enim virtutem sic se habent intentiones per estimativam elicitæ, sicut sensata particularia ad sensum communem, qui ea componit & dividit præsentem materiam, sed phantasia intentiones absente materia: facimus enim hominem cum duobus capitibus & huiusmodi consimilia, & componimus hæc cum intentionibus quas elicitis habemus penes nos. Quare etiam perpendere potes, quoniam oportet hanc mediam esse inter imaginativam in qua formæ retentæ sunt, & memoriam in qua intentiones sunt servatæ, ut utrisque uti componendo & dividendo possit.

De phantasia. 1. de anima tract. 1. idem 2. par. sum. de creat. q. 36. De apprehensione supra.

2. D. Hæc omnia valdè placent. Sed intelligere cupio ad quid phantasia huiusmodi compositioni & divisioni insitat. P. Duplex finis eius videtur esse. Unus quidem cognitio particularium maior quæ in sensibili anima haberi potest. Unde & phantasia dicta est ab apparitione, & in homine rationi iuncta, à vulgo excogitativa nominatur, cum cogitare proprie sit rationis. Huiusmodi autem cognitionis phantasia finis est sententia & decretum de hoc quod sit illud, non tamen per modum estimationis & negationis. Secundus verò finis est id quod iugenditur ex cognitione & decreto, sicut in habentibus rationem opus finis est artis. D. Cum aliqua bruta videamus aliqua opera prælegere & aliqua refutare, quidam

De fine phantasiae.

D. Alb. Mag. lib. de apprehensione.

enim casus per modum artis faciunt & cibum in longum tempus præparant, videntur aliquid rationis participare: quoniam eligere rationis est. P. Electio que in brutis est, non est vera electio, sed electioni similis: non enim ex ratione, sed ex instinctu naturæ procedit: cuius tamen electionis aliqua cognitio principium esse oportet, & non nisi cognitio illius potentia quæ componit & dividit imagines & intentiones, scilicet phantasia.

D. Cum hæc virtus rationi simileret, estne inter sensibiles apprehensivas altera ista nobilior? P. Sicut omnis sensus tota in sensu communi est formalitas, sic omnis virtutis sensibilis ultimum & tota formalitas in phantasia esse videtur. D. Ex hoc quod dicitur perpendi potest, quod sicut omnes sensus unum sunt in forma virtutis sensibilis quæ in communi sensu est, ut supra disseruisti: sic omnes vires interiores anime sensibilis videntur esse una in essentialitate communi & substantia, differentes autem secundum esse materiale in diversis partibus cerebri in quo organizantur istæ potentia, sicut etiam sensus diversificantur in diversis organis.

P. Bene ratiocinatis & ulterius apprehende, quod quia imaginativa & estimativa & phantasia in communi essentialitate non differunt, ideo sæpe una ponitur pro alia, & phantasia omnes comprehendit, ut eius declarat definitio dicens phantasiam esse motum à sensu secundum actum factum, ut hic motus dicat potentiam, unam quidem & communem prædictis viribus differentibus secundum esse materiale, motam à sensu, scilicet communi immediate facta in actu: sensus enim communis non movet potentiam interiorem nisi moveatur à re per sensus particulares accepta. Sed proprie phantasia accepta secundum esse materiale quod accipit in suo organo, est potentia collativa imaginum & intentionum per compositionem & divisionem. D. Per ea que dilucide docuisti, apparet quod phantasia generaliter accepta, commune obiectum & communem actum habet cum imaginativa & estimativa: sed sumptis strictè imagines & intentiones habet pro obiecto, actum verò in earum compositione & divisione. Coniicio enim, quod sicut supra sensibile proprium operatur sensus proprius recipiendo ipsum & videndo, sensus autem communis super idem operatur componendo alij & dividendo ab ipso, & discernendo idem rationem & diversitatem inter ea, sic supra imagines operatur imaginativa, eas recipiendo à sensu communi & retinendo: & si componit vel dividit eas, non facit nisi compositionem & divisionem sensus communis: & supra intentiones estimativa, eas eliciendo & ex eis motum determinando: phantasia verò super eadem operatur componendo & dividendo. P. Rectè collegisti.

D. Edoceri peto an phantasia in homine & in brutis differat. P. Non te latet, quod prædictæ potentia in essentialitate una secundum esse directum in organis tres, in homine accipiunt ordinem operandi à ratione, & ab ea regulantur: & quia ratio diversificatur secundum destinationem

De formalitate phantasiae respectu omnium virtutum interiorum.

De distinctione phantasiae.

De anima. text. c. 160.

An phantasia in homine & in brutis differat.

B 1

veritatem eorum de quibus ratio est, & ideo operationes phantasie multiplicantur in homine valde. Ideoque etiam plerumque hæc vis intellectum impedit, eod quod nimis occupat animam compositione & divisione imaginum & intentionum quarum est magna copia apud eam: quia non solum potest componere recepta à sensibus, sed etiam fingere his similia. Præterea impressiones factæ in intellectu, frequenter non sunt similes imaginibus & fictionibus phantasie: & ideo huiusmodi imagines & fictiones plerumque generant errorem & deceptionem. Et ulterius adverte potes, quod somnia quæsum pro prophetia futurorum, aliquando sunt applicata ad imagines & sunt illusiones: sed quando intellectus applicat suis conceptionibus congruas imagines & intentiones, tunc compositiones imaginum & intentionum indigent interpretationibus, eod quod non conveniunt conceptionibus intellectualibus imagines & intentiones sensibilem nisi secundum metaphoram. D. Hanc digressionem parvam valde lætiter accipi: sed iam regredere ad differentiam quam orsaes. P. Audisti de phantasia iuncta rationi quæ in homine est: quando verò ut in brutis prædictæ vires interiores seu phantasia quæ ultima est earum formalitas, non sunt cum ratione, reguntur ad instinctum naturæ solum: & quia natura vno modo se habet in habentibus speciem unam, ideo opera phantasie in talibus sunt vno modo: omnis enim hirundo vno modo facit nidum, & formica cibum præparat: & ideo bene dicuntur huiusmodi vires in brutis agi potius à natura & non agere, in homine verò agere, in quo natura instrumentaliter subteritur eis. Vnde quia similitudinem cum ratione habet in homine phantasia, non irrationaliter excogitativa nuncupata est, cum excogitare rationis sit actus. D. Hæc omnia luce clarius patent: sed dicas an omni infir animali. P. Non omnia animalia hanc habent potentiam secundum esse ab aliis distinctam propter cerebri defectum. In quibusdam enim animalibus imperfectis totum cerebrum non differt à natura medullosa frigida, in qua est sensus & tenuis imaginatio: & ideo spiritus eorum non deponitur, & cerebrum eorum non confortatur ad huiusmodi operationes animales perfectas.

An phantasia infir animali.

D. Cuncta plana facis: sed aperi hoc solum, an phantasia corrumpatur. P. Noueris phantasiam tripliciter corrumpi. In comparatione enim ad intellectum aliquando corrumpitur: quia intellectus spiritualium non sufficienter resultat in phantasmatibus: & ideo quando multiplicantur phantasmatæ, incipit anima adherere phantasmatibus, & errat in intellectu spiritualium, sicut supra tetigi. Aliquando etiam in comparatione ad sensum communem phantasia corrumpitur: ex indubita enim compositione vel divisione sensus communis generatur corruptio in actu phantasie, quæ est falsitas contingens ex distantia rei sensibilis: quia phantasia accipit re non præsentem: & ideo non dirigit formam rei sensibilis quam habet ad rem sicut facit sensus: & ideo sunt illusiones frequentes in ipsa

6. An phantasia corrumpatur.

phantasia in sensibus propriis. Constringit etiam etiam falsitas ex sensibili per accidens, & sensibili communi, in quorum compositione & divisione frequens accidit deceptio. Vltimo etiam modo phantasia corrumpitur, ut cum pars capitis æreterior læditur vel turbatur infirmitate, aut aliquo accidente, ut in quibusdam apertitudinibus contingit, in quibus multiplicatur phantasia indeterminata, sicut etiam cum læditur pars posterior, memoriæ debilitatur, & memoriæ debilitata consequenter sequitur debilitatio cognitionis de rationis.

D. De hac virtute plene satisfacti mihi: si aliud restat, prosequere. P. Vltima virtus sensibilis memoria est, quæ est aliquando per habitum memoratiuo, aliquando verò per memorabili accipitur, ut egregius doctor accipie Aristoteles, dicens quod nihil est de memoria quod non sit in memoria, propriè tamen pro potentia accipitur, quæ sic diffiniri solet. Memoria est conservatrix harum intentionum quas apprehendit æstimatiua: & ideo est arca intentionum, sicut & imaginatiua formarum conservatrix, est arca formarum. D. Videtur, quod imaginatiua & memoratiua, cum utraque referretur, non differant, nisi in obiectis: quoniam intentio vnus, forma verò alterius est obiectum. P. Memoria non tantum referuat, sed etiam redit per intentionem non sentiat in imaginem rei, & per imaginem in rem ipsam in præterito acceptam. D. Videtur ex his hæc potentia & passiva esse, quia recipit & referuat: & etiam actiua, quia redit. P. Verum dicis: sed in obiecto memoriæ tria te volo advertere: quorum vnum determinat rem in qua reuertitur memoria per actum recordationis, & hoc est tempus præteritum. Aliud verò est quod ducit in rem illam ex parte animæ, est rei proximum: & hoc est imago ut imago, id est, ut ducens in rem. Vltimum verò est illud quo cognoscitur illa imago esse illius rei, & hoc est intentio rei elicitæ, & hoc est proximum memoriæ.

7. De memoria. Lib. de memoria. 2. p. sum. de crea. q. 8. & seq.

D. Iam per me aduerto, quod memoria in tribus differt ab imaginatiua: tum quia memoria est seruativa intentionum, imaginatiua verò imaginum: tum etiam quia memoria determinata differentia temporis, scilicet præteriti, imaginatiua verò sine huiusmodi differentia retinet: tum quia memoria est reflexiua, imaginatiua verò non. Vnde & actus memoriæ sic solet diffiniri, quod actus memoriæ est facere præsentari post eius absentiam intentionem rei ante imaginem, & indicat illam esse intentionem rei quam prius imaginabatur sensus, id est, quam prius accepit sensus sub prima magnitudine & figura. P. Rectè aduertisti de differentia huius virtutis ad imaginatiuam & eius actum reflexiuo. Et vltius aduerte eius differentiam ad meditationem: quia meditationes saluant memoriam, ut dixit Aristoteles, in reminiscendo. Vnde accipitur, quod meditatio est secundum intellectum ortum à sensibus, & est frequens conuersio memoriæ super speciem rei ut est imago, & non ut est secundum se accepta: nihil enim aliud est meditatio quam speculari multismodis idem sicut

8.

sicut imaginatum & non sicut per se. Ad actum intellectus etiam nota differentiam actus memoriæ: quia intellectus contemplatur speciem rei, & est principium scientiæ præsens in anima, & non retorquet eam ad rem acceptam in præterito sicut facit memoria.

9. De reminiscencia.

D. Plenius assignasti differentiam huius virtutis quam conceperam: sed aperi ulterius an differat à reminiscencia. P. Scias memoriæ & reminiscentiæ esse vnã virtutem subiecto, sed duas secundum modum & rationem: quia reminiscencia licet sit corporea virtus, sicut ipsa memoria, tamen habet sibi coniunctum actum rationis, eod quod procedit via syllogistica à principio determinato per quod referuntur in animam id quod in præterito fuit in ipsa anima. Memoria verò per collectionem intentionum & imaginationem venit in rem, & non à principio determinato. D. Rogo hanc differentiam clarius aperiri. P. Hanc differentiam sic potes colligere: quia memoria non habet coniunctum sibi actum rationis, reminiscencia verò sic, vnde syllogizatur decurrendo deliberatiue & syllogizatur à principio determinato aliquo usque ad quæsitum oblitum. Vnde sic solet diffiniri: Recordatio seu reminiscencia est ingenium reuolendi quod oblitum est: & cum ingenium sit actus rationis quo medius terminus inuenitur, non tamen reminiscencia est actus rationis, cum sit virtus corporea: sed ingenium vocatur, quia actum rationis habet sibi coniunctum. Præterea memoria non habet principium determinatum, sed virtus phantasmæ ut imaginæ deueniendo in rem prius acceptam. Reminiscencia autem procedit à principio determinato: ideo illi qui volunt frequenter esse in reminiscencia suorum amicorum, dant eis memoriale à quo tanquam à principio determinato incipiat reminiscencia decurrendo, ut que ad amicitiam in præterito exhibitam, ut præterea donauit amico quis anulum, ex quo sicut ex principio determinato procedit ad amicitiam vel recipientem, & exinde ad amicitiam ostensam in præterito tempore. Et ideo dicit Aristoteles, quod à locis videntur reminisci aliquando, id est à principiis in quibus locantur quæ sita fuerunt in præterito. Vnde idem dicit, quoniam in reminisci est quidam decursus à principio ad quæsitum, quod reminisci est syllogismus quidam. Hac eadem causa alibi dicit, quod reminisci est eius quod quodammodo est in anima & quodammodo non: nam quoad principia est in anima, sed quoad viciniam quæ sita non est in anima, sed in oblivione cessit.

10. Differentia inter reminiscencia & memoriam.

D. Iam per me video, quod iterata scientia non est reminiscencia: quoniam scientia iterata in oblivionem cessit non solum in se, sed etiam quoad principia: vnde simpliciter in anima non est. P. Dilucidè ex hæc recipitur ad maiora erigit, sed alius artendo, quod reminiscencia ex principio procedens aliquando hoc facit ordine naturam, & tunc decursus velox est, ut à lacte in album progrediente: & D. Alb. Mag. lib. de apprehensione.

ab albo in ærem lucidum propter similitudinem, & ab ære in humidum propter naturæ conformitatem, & ab humido reminiscitur veris quod est calidum & humidum, & sic ver est quæsitum per reminiscencia quod fuit scitum in præterito. Quandoque verò procedit reminiscencia ordine probabili non naturali vel necessario, & tunc discursus non est adeo velox: huiusmodi autem processus est à contrario in contrarium, sive à simili in simile, seu ab adiuncto aliquo aut accidente in subiectum aliquod: cum enim quis apprehendit nigredinem còru, reminiscitur Athiopis quem prius nouerat. Aliquando autem procedit ordine consueto, & tunc quandoque interciditur consequentia vel ordo naturalis, sicut homines velocis ingenij in primo principio recordantur vltimi non decurrendo per media, eod quod sic consueverunt reminisci: quandoque verò ponunt sibi alij in consuetudine quædam similia valde remota, sicut qui per calidum reminiscitur veris, tales non procedunt ab intentionibus ordinatis, sed ab vna intentione veniunt in aliam que propinqua est sibi, sicut aliquis respiciens librum, recordatur magistri & à magistro venit subtilitatem & vtilitatem suæ doctrine. Est autem huiusmodi processus à consuetudine velox: quoniam enim vis consuetudinis est ut naturæ, accedit eis velocitas in reminiscendo, sicut illis qui procedunt ordine naturali.

11.

D. Omnia hæc plena sunt veritate. P. Ex hoc quod vltimò audisti, perpende certam differentiam inter memoriæ & reminiscentiæ. Memoria enim non procedit nisi à propriis intentionibus & imaginibus rei in rem prius acceptam à sensu: reminiscencia etiam vadit per intentiones propinquas, licet non proprias seu coniunctas rebus ordine naturali, ut in exemplo libri & magistri & doctrine tibi propoluit: & in talibus taliter vis consequentia à sola consuetudine: quia talia que consueverunt simul accipere, sicut cum libere magistrum, & cum magistro lectionem, & cum lectione subtilitatem, & cum subtilitate aliquid, & cum illa amicitiam: hæc enim omnia non sunt coniuncta nisi si consuetudinis: quia in præterito accipit ea anima simul in homine vno. D. Hæc in se obscura plana facis. Exemplorum copia. P. Est & quarta differentia: quoniam memoriæ recipit speciem acceptam in tempore præterito, sed non sub certa temporis mensura: et scienia non habet determinare quot dies præterierint. Causis enim est memoratur hominis vultu in præterito, non tamen recognoscit quod viderit heri aut nadiustertius. Hoc autem facere potest reminiscens, qui non solum tempus præteritum aduertit, sed & mensuram præteriti temporis aduertere potest.

12.

D. Ex his que docuisti, didici quod imaginatiua non decernit temporis differentiam, memoriæ verò decernit temporis præteriti differentiam: sed reminiscencia vltius decernit temporis præteriti differentiam sub certa aliquando mensura, licet aliquando non sub certa. P. ut video doctrinam bene accepisti. collige

B

collige igitur, quod reminiscenzia media quædam sunt secundum ordinem naturalem vel rectum, vt ab antecedentibus, vel consequentibus, vel repugnantibus, & in his est reminiscenzia velox. Vnde dicit Aristoteles. Veloces sunt maxime à principio reminiscenzia: sicut enim se habent res adinuicem quæ consequuntur se, sic magis sunt reminiscenzia quæcunque ordinationem habent, sicut doctrinæ: præ autem & inordinata grauior. Quædam verò se habent vt probabilia, & sunt ex signis & icotibus, sicut reminiscenzia logicæ. Quædam verò habent talem vim à consuetudine, qualem habent ordinata per naturam: dicit enim Aristoteles, quod consuetudo vt natura est: quæ enim consueuimus videre vel audire in eodem loco aut tempore, illorum reminiscimur per locum illum aut tempus. Procedit etiam reminiscenzia quandoque à casu & fortuna, vt placuit Aristoteli.

D. Hæc omnia licet prædicta sunt, libenter tamen in summa recepi. Sed dic quæso vnde difficultas contingat reminiscendi. P. Vna causa difficultatis hic sumitur ex corpore: tum quia malè complexionatum, vnde impeditur velocitas motus ab vno in aliud: tum quia viz spiritus animalis constringuntur ne à prima cellula in mediam & à media in postremam discurrat: cellula enim distinguuntur quadam carnacula ad modum vermis facta sita in ostiis cellularum: hæc quandoque impedit discursum spiritus per cellulas. Vnde contingit, quod nitentes reminisci & meditari mouent caput, nunc eleuando, nunc deprimendo: natura enim carnaculam illam tunc amouere nititur, vt liberè transeat spiritus. Altera etiam causa difficultatis accipitur ex parte animæ: anima enim quæ ignorans est, nescit reuoluere principia ex quibus habetur quæ situm aut etiam si ignorans non sit, pauca tamen principia reminiscibilia reuoluit: & si plura reuolueret, reminisceretur quæ sita. Tertia verò causa ex parte reminiscibilium esse potest: cum enim inordinata sunt, principia earum non de facili ad ordinem communem reduci possunt.

D. Nihil iam superest ambiguum, si contrarium doceas vnde reminiscendi eueniat facilitas. P. Scito, quoniam siccitas facit ad retentionem phantasmarum quod multum mouet in reminiscendo: similiter autem & frigiditas. Humiditas verò facit ad velocitatem motus, & similiter caliditas quæ facit fortiter discurrere spiritus & fluere formas. Vnde & melancholici bene reminiscenzia dicuntur, quoniam horum phantasmata mouent maxime que bene retinent: & phlegmatici, in quibus humiditas mota non facillè pausat donec veniat in id quod queritur, si rectè procedit motus, humiditatem intelligas temperatam, qualis in senibus non est, & cui siccitas retentius sit admixta.

D. Cuius luculenter de materialibus interioribus tractatum expeditis, in quo de eorum actibus & obiectis satis mihi elucescit, de organo solum tuum effragio dogma. P. Tres scias cellulas capitis fore, scilicet arterio-

De mediæ reminiscenzia.

13. De difficultate reminiscendi.

14.

15.

De tribus capitis cellulis.

rem, mediam, & posteriorem: & spiritus quidem animalis à prima transit in mediam, & ab hac in vltimam. Prima iterum conuenitur sectionem. Nam in hac prima quæ propinquissime iungitur organo sensuum, & ad quam immediate recurrunt nervi sensibiles sicut ad quoddam centrum, qui medullosus locus & humidus est, constituitur sensus communis: & post hunc locum est maior dardities ex frigiditate proueniens cerebri: & hunc locum in quo formæ retinentur, quis per secundam aliquantulum terminatum, demum imaginatur. Tertium autem locum prius cellula, qui ex motu multo spiritus calidus est, asseruatur quæ intentiones elicit comedimus. Memoriam verò reseruetur intentiones posteriori parti totius cerebri assignamus, quæ sicca est propter nervos in quibus oriuntur ex ea. Complexio autem huius partis optima esse dignoscitur, si temperat fuerit siccitate terminatur. humidum, ne fluidum sit nimis, & temperatè frigida frigiditate coagulante figuræ formarum impræstarum, ne dissoluantur. Phantasmata autem que conuertit se tam super intentiones quam super formas, in medio totius cerebri inter imaginatam & memoriam locantur. Vltimus autem signum est: quia lesa media cellula, non habetur ab aliquo animali ordinatum regimen vitæ, ex quo non potest in formis sensarum & intentionibus discernere secundum quod oportet: tunc enim animalia furibunda & rapida effici constat.

PARS V.

De apprehensione qua fit per virtutem intellectivam, & primo in communi, deinde de ea qua fit per principia & per scientiam.

D. iam sufficienter de apprehensione sensitiva docuisti: quæso vt ad intellectivam conscendas, quoniam ad illam impando & tunc esset affectu. P. Rem grandem postulas: quæstio enim hæc grauior est, & multiplici emissio partu, adhuc se plerumque inuenit. Sed ante omnia volo te hæc aduertere similitudinem: quoniam sicut centrum vnus est in substantia & forma, ad quod linee à circumferentia venientes terminantur: & per quod ipsum est substantialiter & formaliter medium circuli, est principium æqualitatis linearum pertractarum ab ipso ad circumferentiam: & sic vno multa discernuntur: quoniam oportet vnum esse per substantiam & formam, per quod indicatur æqualitas in omnibus: & oportet etiam ipsum esse plura, per hoc quod est plurimum quibus sua medicas dar æqualitatem: sic enim quodam modo diuiditur per attributionem & insipientiam, & non per substantiam & formam: quoniam substantia vna est & forma mediacionis, quæ causa æqualitatis vna est. Et sicut sensum communem eodem modo dicimus esse commune principium omnium

1. de anima. 2. Item 2. P. sum. de creaturis. q. 52. & seq.

omnium sensuum particularium ac formam communem, ac ideo vnum esse in forma & substantia sensibilitatis, & ab ipso influentiam esse sensum in omnibus sensibus particularibus, dirigendo hinc vel illi proprio organo sensum, & ex hoc distinctum esse sic influendo sensus particularibus sensibus in diuersis organis: vnde & iudicium diuersorum sensibilibus presentie materia ad ipsum pertinet, per quod dicit illa esse eadem vel altera, per hoc quod vnum est in substantia & forma, sed distinctum propter influentiam quam habet super diuersa. Et sicut etiam phantasmata respectu sensus communis dicimus se habere respectu cuius formalis est, quædam modum sensus communis respectu particularium: vnde & ad ipsam iudicium formatum & intentionem spectat, quas componendo & diuidendo adiunxerit conferre, sed absente materia. Sic intellectum dicimus vnum in substantia & forma, ad quem omnis motus phantasmatum terminatur, & est formalis respectu phantasie: influendo autem intellectuale diuersis phantasmatis, distinguitur: & eadem proportionem componendo diuidendo & comparando ad sensibilia intelligibilia, vel intelligibilia adiunxerit, de eis iudicat, dicens hoc illum esse, vel non esse, intelligibili ratione omni conditione materiali spoliato.

2. Quomodo intellectus est formalis respectu phantasie.

D. Fundamentum alium, sed vtile iecisti, & proportionem sensus communis ad particulares, & phantasie ad sensum communem, & intellectus ad phantasmata rationabilem ostendisti. Sed aperit quæso si intellectus sicut alie inferiores potentie quibus, vt nunc docuisti, proportionatur, alligatur sit organo corporali, aut etiam sine corpore completum esse habeat in natura. P. Rem magnam petis & attentione indiget. Vt ergo te ad inferioribus ad altiora subueham quasi per quosdam gradus, noueris quod inter formas corporum inferiorum tantò aliqua altior est, quanto superioribus principis magis assimilatur & appropinquat: quod quidem ex propriis formarum operationibus apprehendi potest. Formæ enim elementorum, quæ sunt infusæ, & mediæ propinquissime, non habent operationem aliquam excedentem qualitates actus & passivas, vt rationem & sensum, graue & leue, & huiusmodi alia que videntur esse materie dispositiones. Super hæc verò sunt formæ mixtorum, quæ præter prædictas operationes habent aliquam operationem consequentem speciem, quam sortuntur ex corporibus celestibus, sicut adamus trahens ferrum, non propter calorem, aut frigus, sed ex participatione virtutis celestis. Super hæc iterum sunt alie formæ, scilicet plantarum animæ, quæ habent similitudinem non solum ad ipsa corpora celestia, sed ad ipsorum motores in quantum sunt principia cuiusdam motus quo se ipsas mouent. Super hæc alie sunt formæ, scilicet animæ brutorum, quæ similitudinem habent ad substantiam motum corpora celestia, non solum in operatione qua mouent corpora, sed vitæ etiam in hoc quod in ipsa cognoscitur sunt, licet cognitio bruto-

rum sit tantum materialium & etiam materialiter. Vnde contingit bruta corporalibus in sua cognitione organo indigere. Super hæc vltimo sunt formæ, scilicet humanæ animæ, quæ similitudinem habent ad superiores substantias in genere etiam cognitionis, materialia immaterialiter valentes intelligendo cognoscere. Ex operatione autem intellectuali huiusmodi humanarum animarum modus esse earum accipi & intelligi potest: in quantum enim anima humana habet operationem materialia transcendente, consistit suum esse eleuatum supra corpus fore, non dependens ex corpore, hoc aliquid existens ac per se subsistens. Vides enim, quoniam in sua propria operatione corporali organo impossibile est eam vt: cum omnes species immaterialiter recipiat: & cum vnaquæque res agar & operetur secundum quod est in actu, oportet animam intellectiuam habere suum actuale esse absolutum à materia, & per se subsistens non dependens à corpore: formæ enim que habent dependens esse à materia vel subiecto, non habent operationem per se: non enim calor agit, sed calidum. Intellectus verò, vt parum ante dixi, habet operationem per se, non in organo corporali: & ideo esse eius est hoc aliquid per se subsistens: & ideo vitæ accipit, quia corpore corrupto non corrumpitur, cum ab eo non dependat: quod Platonis sententia sonat, qui dixit animam rationalem immortalem esse & per se subsistentem, eod quod moueat se ipsam, id est, quia se ipsa operatur, non organi adiuuicula. Hoc idem Aristoteles asserit: ait enim intellectum substantiam quandam esse & non corrumpi. Vnde iam sibi patet Galeni salutas, qui animam complexionem, & Empedoclis qui harmoniam esse dixit: complexio enim & harmonia qualitates elementares non transcendunt, quæ nutriendi & augendi aut sentiendi vel intelligendi principium esse non possunt: quorum animalium altius quam qualitates elementares principium, scilicet animam esse oportet.

D. Ordinem pulcherrimum contextisti, quo monstrasti animam intellectiuam habere esse absolutum à corpore non dependens ab eo, quod eius operatio nullo corporali organo vitæ nec vt valens declarat. Sed scire cupio vitæ an huiusmodi esse per se subsistens absolutum à corpore, completum esse habeat in natura, seu totam speciem naturam contineat. Platonem enim poluisse recolo totam naturam speciem in anima consistere: diffinit enim hominem non aliquid compositum ex anima & corpore, sed animam corpore videntem. P. Memini me supra dixisse ex operatione anime modum esse eius posse cognosci. Perpende igitur, quia si intellectus cognitionem habet immaterialem ab organo liberam, ipsam tamen ex cognitione que est per sensum materialium, acquirere naturam habet: & quia cognitionem immaterialem à materiali nature est acquirere, complementum suæ speciei non potest esse absque corporis vitione. Non enim aliquid completum est in specie, nisi habeat que requiruntur ad propriam operationem

3. An in anima sit species.

turæ operatione: eò quod potentia ad sanitatem actus naturæ inest. Alio etiam modo & natura operatione & medicinz adminiculo. Sic quandoque naturalis ratio seipsa conclusionem de principio explicat, quandoque addito exterioris magistri auxilio, qui decursum rationis quem in se facit in eductione conclusionis de principio, per signa significativa discipulo proponit, cuius naturalis ratio per huiusmodi signa quasi instrumenta quædam ei proposita in conclusionis venit notitiam. Hæc autem instrumenta syllogismi sunt demonstratiui qui scire faciunt: & ideo si in eis proponantur discipulo quæ in principiis per se notis non includi manifestentur, non fiet in eo scientia, sed opinio. D. Videtur magister describere scientiam in discipulo. P. In discipulo formæ intelligibiles in possibili etus intellectu, ex quibus constituitur scientia per doctrinam: magistri, immediatè quidem per intellectum describuntur agentem, cuius principia instrumenta sunt, mediatè verò per doctorem, qui signa proponit intellectui agentis discipuli, ex quibus agens accipit intentiones intelligibiles & eas in possibili describit.

D. Nihil verius doceri potest, sed principiorum differentiam iam mihi trade. P. Principia priora ex sua natura esse, natura manifestum est, & nota lumine agentis intellectus, quorum aliqua complexa sunt, ut dignitates: alia incomplexa, ut entis & vnus & similia ratio. Complexorum etiam aliqua in omni genere naturæ sunt, ut logicalia, ut de quolibet affirmatio vel negatio: quædam verò in aliquo genere ad naturas speciales contracta, ut si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent, a qualia sunt, & hæc demonstrationem continent: quæ si magistro & discipulo nota per se fuerint, dignitates vocatæ sunt: si discipulo non nota sunt, sed a magistro data, positiones, quarum aliqua dicit quid est, & dicitur diffinitio principium incomplexum demonstrationis existens: quod si complexum fuerit annuntiatum ut dicem, vnitas est quantitas inductibilis, suppositio seu radix posita dicta est: sed si discipulus diffinitionem quasi radicem: a magistro positam renuat, velut ei ignotam, petitionem vocabis.

D. Quomodo dicis diffinitionem discipulo notam, si principium quod per se notescere debet, diffinitio dicatur? P. Principium aliquod per se notum est, quod habet ortum à communi aliquo ut natura agentis extra demonstrationem manens: & hoc quidem principium notum magis est ei qui nobiliorum sortitus est animam, cuius possibilis ad naturam agentis accedit: talis enim per se ipsum omnia facillè intelligit. Alterum per se notum dicitur principium, quod à principiis subiecti habet ortum, ut diffinitio: includitur enim prædicatum in intellectu subiecti si enuntietur diffinitio, cuius principij virtus intra demonstrationem in maiori & minori explicatur: medium enim demonstrationis est diffinitio. Hoc etiam principium sapientioribus magis innotescit. D. Principia prima differenter nota esse sapientioribus & minus

intelligentibus, apertiori cupio ratione doceri. P. Immediatè, si adueris, dixi quod principium per se notum à principiis subiecti ortum habet: ideoque ad hoc quod aliquid sit per se notum, nihil aliud requiritur nisi ut prædicatum sit de ratione subiecti: tunc enim subiectum cogitari non potest sine hoc quod prædicatum sibi inesse appareat. Sed ad hoc quod aliquid sit per se notum nobis, oportet quod nobis sit cognita ratio subiecti in quo intelligitur prædicatum. Et ideo est, quod quædam sunt per se nota omnibus, ut omne totum maius est sua parte: quia talium propositionum subiecta sunt talia, ut earum ratio sit omnibus nota: quilibet enim scit quid totum & quid pars. Quædam verò sunt per se nota sapientioribus solum, qui rationes terminorum cognoscunt, vulgo eas ignorante, ut incorporalia in loco non esse. Vultus enim ad rei incorporalis rationem non pertingit.

D. Quod mihi fuerat obscurum, satis liquet: sed ulterius ediffere obsecro, an ipsis sapientibus Deum esse per se sit notum: plures enim hoc asserunt principium per se notum. P. Deum esse in se quidem, non sapientibus etiam qui in hac vita mortali degunt, principium per se notum esse constat, ut ex prædictis aliquantulum patere tibi potest: cum esse Dei in ratione diuinæ essentiz includatur, quod de creatura aliqua dici non est fas: in nullius enim creature ratione includitur esse, cum eius esse aliud sit ab eius essentia vel quidditate. Unde colligere potes, quod de creatura aliqua dici non potest, quod sit per se notum. In Deo verò, quoniam in eo idem est quod est & esse, ut meus alumnus Boëtius dixit, & an est & esse, ut docuit Auicenna, patet quia per se notum est principium. Verum quoniam Dei quidditas seu essentia non est per se nota nobis ipsis sapientibus in hac existentibus vita, ideo Deum esse non est per se notum homini mortali, licet in se per se esse notum sit probatum: quoad nos igitur demonstratione indiget. Qua inductus ratione Auicenna dixit non esse per se notum Deum esse, sed demonstrationis opem desiderat. Homini tamen hac exuto mortalitate, diuinam intuenti essentiam, per se notus erit Deum esse, quam nunc eidem adhuc viuenti, quod affirmatio & negatio simul vera non sint. Qua ratione plures Deum esse per se esse notum affirmant. Et sic quædam omnibus, quædam sapientibus, quædam tantum gratis per se esse nota manifestum est.

D. Planum fecisti quod obscurum putabam: conicio etiam, quod si conclusionis scientia ex principiis habetur propriis, vnamquamque scientiam propria oportet habere principia: & cum eadem sunt principia, eandem oportet esse scientiam: & si diuersa sint principia, non eadem erit scientia: quia si communitas non sit inter principia, nec inter passionem erit quæ de subiecto probantur. P. Acutè inspexisti: sed attende, quia contingit scientiam subalternatam cum subalternante, ut arithmetica cum musica, geometria cum perspectiua, eadem habere principia propter

propter huiusmodi scientiarum vicinitatem & propinquitatem. D. Assentio: sed tantum dic an principia ex quibus conclusiones educuntur, in demonstratione claudantur. P. Principia quædam remota sunt, & hæc secundum virtutem in syllogismo contingunt: proxima verò etiam secundum substantiam.

16. De scientia incomplexa & complexa.

D. Ad alium tende. P. Habitus qui ex principiis elicitor, scientia est, quæ possibilem determinat & pingit. Et altera quidem informatio dicta, quæ simplex rei quidditas est, & incomplexa, ab intellectu sine temporis differentia accepit: talis enim acceptio est per simplicem rei speciem, quæ delectata est à materie conditionibus, quarum vna tempus est: nec in hac falsum esse contingit. Altera verò complexa, quæ est enuntiationis vel conclusionis, quam Arabes fidem vocant. In hac verum & falsum esse contingit. Est autem scientia aut intellectus incomplexus causa eius qui compositus est, in quo aliquid de aliquo annuntiatum vel negatur, seu aliquid cum aliquo componitur vel ab eo diuiditur.

17. Quare intellectus humanus intelligit semper cum tempore.

D. Hæc quidem scientia complexa, quam Arabes fidem dicunt, secundum quam intellectus componit & diuidit, non videtur humani intellectus per suum posse esse, cum compositio & diuisio sine temporis differentia non fiat: intellectus autem recipiendo perfectionem suam à tempore abstrahit sicut ab aliis materie conditionibus. P. Scire debes intellectum abstrahere à phantasmatis, quæ materialibus conditionibus annexa sunt, inter quas constat esse tempus, nihilominus actu intelligendo, se ad phantasmata conuertit: & ex hoc compositioni intellectus & diuisioni tempus adiungitur. Si enim voces componuntur & diuiduntur adinuicem, & conceptiones intellectuales quæ ad virtutem imaginatiuam terminantur & ibi aliquantulum indiuuantur & per voces exprimentur, componi necesse est adinuicem & diuidi.

18. Quare intellectus humanus necessarium est componere & diuidere non autem intellectus diuino & angelico.

D. Cum intellectus in apprehensione incomplexa quidditatis rei perficiatur & informetur, non videtur ei necessarium componere vel diuidere, ut sic scientia quadam complexa perficiatur. P. Intellectus humanus de potentia exit in actum, & non statim suam accipit perfectionem, sicut naturæ materie generabilius, quæ successiue perficitur. Unde intellectus humanus in prima rei apprehensione non statim capie perfectam rei cognitionem: sed primò apprehendit de ipsa rei quidditatem ipsius rei, quæ est primum & proprium obiectum intellectus: & inde intelligit proprietates & accidentia & habitudines circumstantes rei essentiam. Et ex hoc oportet intellectum vniui apprehensum componere alij, vel ab eo diuidere, & ex compositione vna vel diuisione procedere ad aliam, quod est ratiocinari: & ideo humanus intellectus cognoscit componendo & diuidendo sicut & ratiocinando. Quæ intellectui diuino vel angelico non conueniant, qui, sicut res incorruptibiles, à principio totam suam habent perfectionem seu perfectam rerum cognitionem. Quare cognoscendo quidditatem rei,

cognoscunt de re simul quicquid nos possumus componendo & diuidendo & ratiocinando cognoscere. Unde omnem cognoscunt compositionem & diuisionem & ratiocinationem, non componendo & diuidendo & ratiocinando, sed per intellectum simplicis quidditatis.

D. Scrupulosam dubitationem de modo quo diuinus & angelicus intellectus intelligunt, præcidisti. Sed audire desidero an informatio quam scientiam incomplexam, vel fides quam scientiam complexam esse docuisti, falsa esse possit. P. Si dicta adueris, quidditas rei quæ per diffinitionem ipsius rei significatur, perficit sicut obiectum ipsum intellectum: & perfectio talis informatio dicitur. Cum igitur non contingat potentiam animæ circa proprium obiectum decipi, informatio seu scientia incomplexa nunquam falsa esse contingit. Unde nec circa illas etiam propositiones errare potest intellectus, quæ statim cognoscuntur: & in terminorum quidditate, sicut circa principia accidit, ex quibus etiam in propositionibus error circa conclusionem certitudinem scientiæ excluditur. D. Colligo ex auditis errorem seu falsitatem excludi consequenter adinuicem à tribus, videlicet à formatione incomplexa, & à primis propositionibus, & à conclusionibus ex his illatis. P. rectè intueris: sed ulterius attende, quod licet falsitas circa quidditatem rei vel essentiam quæ proprium obiectum intellectus est, nec circa propositiones primas, nec circa conclusiones ex his illatas, tamen circa ea quæ circumstant rei quidditatem, proprietates videlicet & accidentia & habitudines circumstantes essentiam rei, potest intellectus falli: dum vnum ordinat in aliud vel componendo vel diuidendo vel ratiocinando: & ex parte compositionis interuenientis circa diffinitionem: & hoc vel dum diffinitio vnus rei est falsa de alia, puta diffinitio circuli de triangulo: vel dum diffinitio in seipsa implicans compositionem impossibilium falsa est, ut si hoc accipitur ut diffinitio alicuius rei, animal rationale quadrupes. D. Inspicio, quod in rebus illis solum in quarum diffinitionibus compositio interuenit, error contingere potest, non autem in simplicibus, cum in earum diffinitionibus compositio non cadat. P. Sic fatari oportet: sed licet intellectus non decipiatur circa res simplices, deficit tamen cum non totaliter eas attingat, à perfecta earum apprehensione. D. Conicio, quod est ex earum compositione falsitas non oritur, ex defectu tamen intellectus iudicium falsum quandoque contingit. P. Ex præmissis rationabiliter concludis.

19. Falsitas excluditur à formatione incomplexa, à primis propositionibus, & à conclusionibus ex his illatis.

D. Nonne huiusmodi simplicia, puta substantiæ separate, manifestissima sunt nature & ex se valde cognoscibilia? Unde ergo errorem ingerunt? P. In scientia deo considerata, ipsum scilicet scibile, & medium quo scibile scitur. Scientia perfecta igitur est, quando est de scibili ac medio nobis proportionatis. Licet igitur separata ex se maxime scibilia sint, medium tamen quo hæc accipiuntur, nobis non

20. Cum substantia separata sit simpliciter, quando potest error circa eam contingere.

12. De principia priora ex sua natura esse, natura manifestum est, & nota lumine agentis intellectus, quorum aliqua complexa sunt, ut dignitates: alia incomplexa, ut entis & vnus & similia ratio.

13. Quomodo dicis diffinitionem discipulo notam, si principium quod per se notescere debet, diffinitio dicatur?

14. An Deum esse sit per se notum.

15. De vnitate & diuersitate scientiarum.

est proportionatum, cum hæc ex sensibilibus non accipiatur, ex quibus omnis nostra cognitio ortum habet: sicut etiam contingentiæ habitus, ut prudentia & ars, per quos ut per modum nobis contingentium habemus scientiam, sunt proportionati, tamen contingentiæ scibilia ex defectu suo nobis non sunt proportionata, ut certa de eis scientia habeatur. D. Hæc latenter accipio: sed vellem considerationem hanc apertius enucleari. P. Scientia humana in certitudine perfecta est, ut iam ex parte loquitur, quando est de scibili necessario, non de contingenti, & per medium quod ex sensibilibus ortum habeat & causa sit proxima, quo quidem medio scitur simul quia & propter quid. Scibile quidem necessarium simpliciter est scibile mathematicum, quod quantitas est, de qua quadratum est, quod perfecta scientia est. Hanc autem imitatur, sed ad ipsam non pertingit scientia quæ est de his scibilibus quæ sunt ut in pluribus, ut est scientia naturalis. Post hanc verò est illa scientia quæ est de casualibus secundum quod redduntur in suas causas, sicut est scientia divinationum. Quantum verò ad medium perfectam scientiam imitatur, licet imperfectè, scientia quæ est per causam remotam, & quæ est per effectum proximum, & quæ est per signum convertibile. Huiusmodi enim scientiæ sunt scientiæ quia & non propter quid, & dehorant à scientia perfecta.

21.
Quædam de
mutabilibus
et scibilibus.

D. Hæc licet magna mihi plana fecisti, vna adhuc tamen superest dubitatio: mutabilia enim constat in fluxu esse, cum ipsorum esse sit in materia subiecta variationi: non igitur aliquo modo scientiæ certitudo illis convenit: ut nec verum de eis possit enuntiari, ut putavit Heraclitus, propter suam instabilitatem. Mutabilia sunt & contingentibus certitudo dupliciter convenire potest, vel secundum eorum esse, dum scilicet sunt in speculatione sensus qui accipit ea esse dum sunt: certum est enim ea esse dum sunt, licet hæc certitudo solum secundum quid constat esse: vel convenit eis certitudo secundum rationem ipsorum, secundum quam mutabilia immutabilia sunt, & contingentia sunt necessaria: rationes enim mutabilium & contingentium sunt perpetuæ & necessariae, secundum quas rationes est de ipsis scientiæ, & de eis verum enuntiari potest: hæc autem est certitudo simpliciter. Sic ergo de mutabilibus secundum eorum rationem quæ intellectu accipitur, est scientia, & non secundum eorum esse quod solo sensu cognoscitur. Heraclitus inter intellectum & sensum nesciit distinguere, & inter intellectualem & sensibilem. D. Quid rationem mutabilium esse dicis? P. Mutabilis rei seu naturalis rationem dico naturam rei communem vel quidditatem quæ per definitionem rei naturalis vel mutabilis significatur.

22.
Divisio scientiæ in metaphysicam, mathematicam, & naturalem.

D. Cum definitio indicet naturam rei, ut asseris, & natura rei naturalis mutabilis sit, sic & definitio mutabilis erit, non abstracta à materia & motu, sed continens in se materiam sensibilem quæ est causa morus omnis, scilicet secundum locum, & alterationis, & augmenti: & sic videretur, quod de huiusmodi re

non abstracta scientia esse non possit. P. Profundum quoddam me cogis aperire. Omnis res naturalis cuius natura est principium, potest considerari multipliciter, & secundum diversos considerationis modos de eadem re potest diversa esse scientia. Si enim res consideretur secundum essentiam suam abstractam à materia sensibili & intelligibili, licet illa essentia habeat esse in materia, sic spectat ad metaphysicum, qui etiam de essentiis omnino separatis considerat. Si autem eadem res consideretur secundum essentiam suam abstractam à materia sensibili, sed non ab intelligibili, quæ est quantitas vel magnitudo, sic pertinet ad mathematicum: huiusmodi tamen res habet esse in materia sensibili. Si verò ipsa eadem res consideretur secundum suam essentiam non abstractam nec etiam à materia sensibili, considerat enim carnem & ossa & huiusmodi quæ sunt materia sensibilis, sic naturalis eam tractat, materiam tamen sensibilem abstrahit ab hac vel illa determinata: quæ quidem abstractio ultima omni scientiæ est necessaria, quæ non est de particularibus, sed de vniuersalibus. Ex dictis igitur colligere potest, quod definitio metaphysica si aliquam concernat materiam, non tamen intelligibilem nec sensibilem: definitio autem mathematica solum materiam intelligibilem concernit: naturalis verò definitio materiam concernit sensibilem communiter & vniuersaliter acceptam, applicabilem autem ad materiam significatam vel determinatam, cum ipsam secundum quendam habitum in se includat. Corruptio igitur vel mutabilitas non convenit definitioni vel rationi rei naturalis, nisi applicatæ materiæ significatæ, quæ principium est mutabilitatis: solum enim individuum mutationis capax est: sicut enim actio tantum est singularium, sic & passio.

23.
Sufficiencia
huiusmodi
sionis.

D. Obicura clara fecisti: sed cum scientiarum modos distinxeris tam breuiter quam luculenter, sub nubilo mihi occurrit dictorum modorum sufficiencia quam enucleari rogo. P. Substantiam secundum suam essentiam prius esse aliis rebus constat: siue autem substantiam dicam puram formam, siue formam in materia, ipsam sequitur vnitatis: ab eodem enim res habet esse & vnitatem: ex vnitatem autem reduplicata super se causatur numerus: & sic immediate sequitur numerus ipsam substantiam. Facta verò vnione formæ cum materia prima, materia habet partem extra partem, id est, in actu, quæ antequam formæ vniretur, habebat tantum partem sub parte, id est, partem in potentia solum: & sic post vnionem eius cum forma habet magnitudinem. Vltimo in ipsa substantia sunt qualitates actiue & passiue. Cum ergo prius possit absolui à posteriori secundum intellectum & cognosci, quædam scientia est de substantia secundum essentiam suam considerata, & hæc est diuina: alia verò de numero, & hæc arithmetica erit: alia autem de magnitudine, & hæc geometrica: vltima de rebus motui subiectis, & hæc scientia naturalis.

24.
Scientia mathematica

D. Vbi quæso musicam relinquas & astrologiam? P. Arithmetica & geometria expressi

25.
An scientia
media ma-
thematis
subalternatur.

pressi: solas: quoniam pure hæc mathematicæ sunt: Inter pure mathematicas & naturalia scientiam, alia sunt mediæ, cum accipiantur sua principia abstracta à scientiis pure mathematicis, applicantes ea ad materiam sensibilem, sicut perspectiua ea quæ demonstrantur à geometria circa lineam abstractam, applicat ad lineam visualem: & musica ea quæ arithmetica considerat circa proportionem numerorum, applicat ad sonos: astrologia verò considerationem arithmeticæ & geometriæ applicat ad cælum & partes eius. Verum quodiam huiusmodi scientiæ & earum considerationes magis terminantur ad materiam naturalem, magis dicuntur naturales quam mathematicæ, licet procedant per principia mathematica, cum vnumquodque à termino speciem recipiat.

26.
De modo accipiendi scientiam.

D. Iam ambiguitas omnis absoluta est licet dubitem de alio, scilicet an scientiæ hæc quas medias dicis inter mathematicas & naturalia, ipsis mathematicis subalternentur, & ipsa etiam naturalis subalternetur dictis mediis scientiis. P. Questionem subtilem mouisti. Scito igitur, quod ad subalternationem scientiæ requiruntur plura. Primum est, quod aliqua differentia materialis addatur subiecto superioris scientiæ: quæ tamen differentia non causetur à principii subiecti scientiæ superioris: si enim à principii illius subiecti causetur, non requireret aliam scientiam, puta rectum additum lineæ, vel curuum, seu par vel impar numero additum: rectum enim à principii lineæ causetur, & par à principii numeri, & sunt eiusdem abstractionis cum linea & numero: & ideo ad eandem scientiam lineæ & lineæ rectæ, & numerus & par numerus pertinent, nec rectum contrahit subiectum geometricæ, aut par subiectum arithmeticæ. Alia autè differentia materialis addita non causetur à principii subiecti superioris scientiæ: puta mensuræ vel mensurabile esse additum lineæ, non causetur à principii lineæ. Secundum est, quod oportet, quod differentia addita cedat in vnam naturam cum subiecto scientiæ superioris: nam mensurabile additum lineæ seu continuo addit supra lineam conditionem materialem, quæ quidem cedit in eandem naturam cum linea: & ideo facit vnum subiectum: & oportet de illo subiecto sic contracto esse scientiam aliam subalternatam geometricæ, quæ dicitur perspectiua. Similiter relatio addita numero, trahit numerum in subiectum alterius scientiæ: quia cedit in vnitatem cum numero, & addit etiam differentiam materialem supra numerum non causetur à principii numeri, & vocatur musica. Per eundem modum quo fit additio in vtraque prædicta scientia subalternata, fit in astrologia, & ideo tam arithmeticæ quam geometricæ subalternatur. Tertium est, quod scientia subalternata expectat à scientia subalternante medium propter quid, sicut perspectiua à geometria, & sic de aliis sciendum. D. Colligo ex dictis, quod si album vel nigrum addatur lineæ vel continuo, cum non cedat in vnitatem cum ipso continuo, non erit continuum album, vel linea nigra subiectum.

D. Alb. Mag. lib. de apprehensione.

atum vnum. Liqueat etiam, quod scientia naturalis mediis scientiis non subalternatur, cum prædictæ conditiones in corpore mobili subiecto actioni & passioni respectu subiectorum prædictarum scientiarum non inueniantur. Sed nec diuina scientiæ alia scientiæ, ut pure mathematicæ & naturalis subalternantur proprie. P. Ex teipso rectè concludis.

26.
De modo accipiendi scientiam.

D. De modo accipiendi scientiam aliquid aperias. P. Aduertere potes ex determinatis, quod scientia ex principiis primis elicitur: sed & ipsa principia per sensum seu per experimentum sensu perceptiuo accipiuntur. Inductione igitur cognoscuntur principia vniuersalia quæ prima sunt, vbi oportet præcognoscere singularia. Syllogismo verò cognoscitur conclusio, quæ ex vniuersalibus principiis habetur, quæ scientia proprie dicitur. Et si contingat quædam principia syllogismo cognosci, hoc non est in quantum principia sunt, sed in quantum sunt conclusiones aliorum principiorum, sicut in mathematicis propositio vel conclusio tertiæ probatur per secundam, & probat quartam.

27.
De scientia practica.

D. Iam procedas vterius & declares, an hæc scientia quæ nunc dicta est, quam & speculatiuam esse constat, practica fiat, aut qualiter hæc scientiæ differant? P. Si intellexeris differentiam intellectus speculatiui & practici, & differentiam vtriusque habebis scientiæ: cum intellectus scientia formatus dicatur speculatiuus: speculatiuus igitur intellectus extensione fit practicus: sic etiam scientia speculatiua ad opus extensa, fit practica. D. Rogo ut differentiam mihi aperias speculatiui & practici intellectus. P. Vterque intellectus differt ab altero. Primum quidem sine: finis enim practici est extra ipsum, siue sit opus ut in musicis causatur qui exercetur in agere, siue sit operatum in factibilibus quidem, ut in fabricari vas, in agibilibus autem operatio perfecta secundum virtutem prudentiæ. Sed finis speculatiui est intra ipsum: habet enim verum speculatum in theorematis: huiusmodi enim verum est finis demonstrationis, quæ est instrumentum speculatiui intellectus, sicut principia demonstrationis sunt instrumenta agētis intellectus. Huiusmodi autem verum est de his quæ propter se volumus in speculatiuis quæ essentialiter sunt de philosophia, ut naturalia, mathematica, & diuina, non autem logicalia, quia hæc sunt de modo philosophiz: nec ethica, quoniam verum in talibus querimus propter opus: & ideo speculatiuus habens in se finem, perfectior est & nobilior quam practicus qui non habet in se finem. Vnde penes speculatiuum est felicitas speculatiua, præcipue quando adeptus fuerit agentem ut formam. Secundò differt alter ab altero forma: practicus enim accipit formam ut est principium operis ipsa forma: & ex hoc tria accidunt practico. Vnum est, quod ipse decurrit ab vniuersali ad particulare: tò quod operatio est circa particularia. Secundum est, quod ipsa forma est compositionis: practicus enim formam quam in se habet, intendit componere cum opere, ut in moribus patet: vel cum opere, ut in artibus.

De differentia intellectus speculatiui & practici. 3. de anima. tra. 4. c. 4.

bue. Sed forma speculari est abstrahenda: quoniam separatur a febris eius. Et tunc sequitur tertium: quia forma practica est in re, speculari a re. Tertio vult in alio modo acquisitione: practica enim non vult corpore in acquirendo, sed in vultu, vultu enim corpore ut instrumentum applicando totam materiam extra. Et speculari vult corpore in acquirendo, non autem in vultu. Quare etiam causa: predictus enim est causa rei tam in agilibus quam in factilibus. Specularius autem est causa rei. Et hinc est quod intellectus causa prima & intellectus secundus separatum magis illi quam huic assignatur.

PARS VI.

De apprehensione qua fit per sapientiam, & per prophetiam naturalem, per somnia, & per visiones.

De nobilitate conditionum habitus sapientia, qua sunt sex. 1. met. trac. 2.

De qua differunt ex luce quam aperuisti, iocunditatem afferunt non modicam: sed si apprehensio fiat alio habitu altiori proficere. P. Sicut intellectus est habitus cognitivus principiorum primorum, & scientia eorum que ex principiis ipsis educuntur, sic sapientia est habitus cognitivus causarum altissimarum, nobilior intellectu & scientia. D. Explica quæso quod dicis. P. Iste habitus qui sapientia dicitur, nobilissimas habet conditiones præ aliis habitibus intellectualibus, qui ex nostra pullulant natura. Principalis enim est aliorum respectu: cum enim non ignoret scientiam simpliciter de naturæ principis esse, ut ex predictis colligere potes, scientia que dicta est, naturæ principia considerat secundum se, & absolute diuina est: que verò dicta principia concretive ad materiam intelligibilem considerat, mathematica est: que autem ad materiam sensibilem, naturalis: scientia igitur tam mathematica quam naturalis habet ordinem immediatum ad diuinam, que sapientia nuncupatur: quod enim de re occurrit intellectui, prius secundum naturam est entitas aut esse super quo concretive alie forme consequentes fundantur, & ad ipsum ordinem habent, de quo & dicta scientia est. Cuius principalitatem adhuc addebat liquidius: scientia enim quolibet particularis sua supponit subiecta & definitiones & passionis: & ideo oportet illa probari ab aliis superiori scientia, que & contradicentibus resistit: non enim perfectum scire est scire principia & ea que ex principis sequuntur, nisi & principia probare sciat omnium scientiarum: & hoc est opus diuine scientiæ, que ex hoc ordinat & dat cuilibet particulari scientiæ principia, definitiones & subiecta. Unde & omnes scientiæ particulares diuinæ supponunt quantum ad principia prima que ab ipsa accipiuntur: non tamen subalternantur ei, ut supra tibi declaratum est. Sapientia igitur que de ente simpliciter considerat non contractio ad mat-

teriam, & ab eodem modo in se habet per se in se habet. Et hoc est opus diuine scientiæ, que ex hoc ordinat & dat cuilibet particulari scientiæ principia, definitiones & subiecta. Unde & omnes scientiæ particulares diuinæ supponunt quantum ad principia prima que ab ipsa accipiuntur: non tamen subalternantur ei, ut supra tibi declaratum est. Sapientia igitur que de ente simpliciter considerat non contractio ad mat-

teriam, & ab eodem modo in se habet per se in se habet. Et hoc est opus diuine scientiæ, que ex hoc ordinat & dat cuilibet particulari scientiæ principia, definitiones & subiecta. Unde & omnes scientiæ particulares diuinæ supponunt quantum ad principia prima que ab ipsa accipiuntur: non tamen subalternantur ei, ut supra tibi declaratum est. Sapientia igitur que de ente simpliciter considerat non contractio ad mat-

teriam, & ab eodem modo in se habet per se in se habet. Et hoc est opus diuine scientiæ, que ex hoc ordinat & dat cuilibet particulari scientiæ principia, definitiones & subiecta. Unde & omnes scientiæ particulares diuinæ supponunt quantum ad principia prima que ab ipsa accipiuntur: non tamen subalternantur ei, ut supra tibi declaratum est. Sapientia igitur que de ente simpliciter considerat non contractio ad mat-

De tribus conditionibus habitus sapientia, qua sunt sex. 3. de anima. tra. 4. c. 16.

tantem modum: & si aliquid ei turpe accideret, verecundum, & tandem usque ad heroicam seu purgatoriam se eleuantem virtutes, ut ipsius ratio iam passionibus non transmutetur: passiones enim concupiscentie aut iræ non sentire faciunt. Quarum una, videlicet continentia, prudentem passionibus superponit quasi in mente morantem, nec mentis regulas egredientem, & seipsum immergentem turpibus. Altera vero eundem patri animali superponit, quæ libertas dicitur, quæ à naturæ impetu non agitur, ut in brutis contingit, sed potius naturam agit secundum rationis iudicium. Ultima verò heroica aut dominativa virtus amicitia est, secundum quam prudens communicationibus superponitur: honesto enim innititur & non lucris.

D. Ut cerno tres ultimæ virtutes quas heroicæ seu purgatorias vocasti, alienant à passionibus prudentem, & sub regimine redigunt rationis, quantum possibile est, ut passionibus quasi oblitus totum se ad intellectualia erigar. Rectè inspicis: sed ex dictis collige, quod innaturalia & naturæ corruptiva, superfluum videlicet & diminutum tam in passionibus innatis quam illarum & in damnis & lucris communicationum & distributionum civilium & in aliis quæ prædictis adiunctæ sunt dispositionibus, medio virtutis moralis ad naturam reducuntur. Rectificata autem sic natura per virtutes morales, ad bonum naturæ superioris, quæ mens vel ratio dicitur, eò quod vires regat inferiores, per virtutes reducit heroicæ. Inde verò totum bonum rationis perfectè regentis ad summum sui ordinatur diuinum bonum, quod est intellectus bonum, qui solus in homine diuinus est. Primum itaque bonum quod in homine est ex virtute morali, eius est naturæ quæ in homine est communis seu generis. Secundum verò bonum quod ex virtute heroica est, naturæ est specialis quæ secundum rationem est. Tertium verò bonum quod ex virtute intellectuali est, eius est naturæ quæ secundum intellectum hominis est qui diuinus dicitur. Cum igitur ab anima accipitur id quod ordinis est in passionibus & operationibus iustitiæ, ex bono morali, id autem quod regulæ rationis est, ex bono heroico, iam ipsa anima felix effecta per actum prudentiæ, quæ omnium virtutum moralium forma est, in omnibus medium secundum rectam rationem ponens, felicitate, inquam, quæ civilis dicitur, suffulta, ad bonum intellectuale siue diuinum surrecta, mirabiles attingit delectationes puras & firmas, quales Deus nouit, ad contemplatiuam eleuata felicitatem, ad quam natura peruenire potest, sedicatem eliminans passionum moralium exercitio virtutum, ac ignorantie cecitatem, intellectualium intendens studio.

D. Hæc altissima ac suauissima sunt & quasi metas excedentia naturæ: & ut puto, vix vquam ad id gaudij vllus ex tuis peruenit saluipnis. P. Aristoteles in libro quem commentatur de natura deorum, dicit Socratem cui inter deos mortales, ut asserit, maxima fuit cum diis immortalibus conuersatio, fa-

ctam esse diuinum diuina in commodiis singulis colligendo. In moralibus enim adeptus est medium, quod sapiens determinauit per sapientiæ rationem. In heroicis autem est adeptus omnem mentis mensuram. In intellectualibus verò rationem rectam per artem quidem in factilibus, sed in agilibus per prudentiam. In diuinis autem, quantum sibi possibile fuit, adeptus est lucem & delectationem diuinam: ex quibus omnibus diuinus effectus, ut Plato tradit, viuit felix secundum intellectum, & in eo quod mortale fuit in ipso deposito. Nihil tamen ex horum reuelatione fidei detractum pures: secundum enim suasionem naturalis intelligentiæ declaratio est.

D. Quid igitur erit de passionum sectatoribus, sarcina carnis deposita? P. Tales, inquam, quoniam lumen diuinum quod in ipsis est, ad sensum conuertunt, & brutali impetu intellectus vigor: extinguunt, corrupta in eis natura ex passionum excellentiis, cum ipsorum animæ resoluuntur à corpore, remanent in eis desideria passionum & tristitiæ in æternum: eò quod intellectuale ipsarum non illuminatum & vigoratum in corpore existens, nullius bonitatis post mortem suscipium est. De felicitate autem animæ & infelicitate hæc pertractata tradit Socrates de immortalitate agens animæ, ut de ipso Plotinus recitat philosophus.

D. Hæc præclarissima sunt: sed antequam de prudentia, æconomica & politica profaqueris, quoniam de felicitate civili quæ in perfectæ prudentiæ actu consistit, & de contemplatiua quam in sapientiæ supra docuisti consistere actu, cum de sapientiâ differuisti, plura declarasti, quæso ut differentiam illius duplicis felicitatis clarius aperias. P. Rem petis difficilem, quam non breui, sed prolixo explicari oportet sermone: & primò communem earum intuearis diffinitionem felicitatum, ut ad ipsarum differentiam postmodum facilius transeas. Communiter enim utraq; sic diffinitur: felicitas est humanum bonum optimum, perfectum, per se sufficiens, eligibile non connumeratum alij. Optimum bonum dicitur: eò quod optimum est id propter quod omnia alia operata sunt: propter felicitatem autem omnis sit operatio: igitur ipsa quid est optimum. Ex hac ipsa conditione, quia optimum quid est, sequitur ipsam quid perfectum esse: id enim quod propter se queritur & propter aliud nunquam, illud constat perfectissimum esse, quale bonum felicitas est, propter se solum & non propter aliud expectata. Ex conditione verò immediatè dicta patet eandem esse per se sufficiens bonum: quod enim perfectissimum est, per se sufficiens est: tale autem est qui & sibi sufficit in sui ipsius regimine æconomico, & ciuibus in regimine politico. Ex hac etiam conditione sequitur felicitatem bonum esse eligibile: quod enim per se sufficiens est, illud eligibile est. Et hoc quidem alij non connumeratur: alia enim bona, virtutes videlicet quæ dispositiones sunt ad finem qui est felicitas, eidem non connumerantur felicitati. Fine siquidem habito

3.
Homo perfectus virtutibus, heroicis, & intellectualibus secundum naturam superioris.

7.
Socrates opinio de felicitate & infelicitate.

8.
De diffinitione felicitatum civilium & contemplatiuum & earum connumerationem. Lib. 1. ethic. 12. 6. c. 1. & seq.

habito, non potest ad finem dispositio addi. Unde in suis Aristot. scripsit topi. Quoniam duo bona non magis quam unum eligenda sunt.

9. *De differentia practica- rum felicitatum.*
 D. Hæc omnia mihi plana fecisti: sed ad differentiam suspensus sum. P. Hæc duplex felicitas multis differt à se inuicem modis. Primum quidem de ratione dirigentium virtutum: quoniam civilis felicitas est secundum prudentiæ actum, contemplatiua verò est secundum sapientiæ operationem. Ex hoc videre potes, quia ambæ differunt ratione subiecti: civilis enim felicitas est rationis optimum, in quantum ratio in se considerata est non secundum sui ipsius summitatem, sic enim exteriorum operum principium est, & & passionum directiua: contemplatiua autem felicitas rationis optimum est secundum ipsius summitatem, secundum quam intellectualis efficitur intelligentiæ participatione. Unde intellectus speculatiuus subiectum est contemplatiuæ felicitatis: ratio verò felicitatis civilis, non quidem speculatiua quæ in quadam consistit collatione, de operandis enim consiliatrix est, sed practica quæ nobilior existit, eò quod ad practica speculatiua ordinatur ratio. Inde aduerte aliam differentiam ex ordine: civilis enim ad contemplatiuam ordinatur felicitatem quemadmodum & ratio ad summum eius, & vile ad honorabile: materialis etenim est & dispositiua ad ipsam contemplatiuam, cum omne regimen quod per civilem queritur, propter quietem existat, in qua libera possit esse contemplatio: & civilis operatur humana, contemplatiua autem secundum suum perfectum esse supra humanam existit vitam. Vltimus in operatione differentiam attende: cum enim in homine rationabile sit per essentiam, & etiam per participationem, ut concupiscibile & irascibile, civilis felicitas perficiens rationabile per participationem, circa operationes existit passionibus permixtas. Contemplatiua verò rationabile per essentiam perficiens, circa operationes est passionibus impermixtas. Sumitur & alia ex earum obiectis differentia: civilis siquidem commune respicit bonum quod gentis est, contemplatiua verò quod vnius est tantum. Vltima ex terminis accipitur differentia: nam civilis in hac tantum existit vita, contemplatiua ad aliam protenditur vitam, ut non morte interimatur quantum ad ipsius esse perfectum: licet enim contemplatiua in hac habeatur vita quantum ad ipsius generationem ac confirmationem, etiam cum sedate sunt passionibus per morales habitus & heroicis, & stabiliti sunt contemplationis habitus, non tamen habetur hæc felicitas quædam purè intellectualem operationem, quæ est considerare simplices rerum quidditates sine continuo & tempore: hæc enim alterius est vitæ consideratio, et si in hac attingatur vita talis nobilissima operatio, secundum quod bonaturalitatem habet quandam ad inferiores potentias prout ipsa ad continuum obumbratur & tempus. D. Luculentissima sunt hæc: sed definitionem vtriusque felicitatis propriam exprimas, quamquam ex dictis facile sit colligere.

D. *Alb. Mag. lib. de apprehensione.*

P. Civilem sic describere potes, felicitas est opus hominis secundum rationem practicam secundum actum prudentiæ in vita perfecta: contemplatiua autem sic, felicitas est opus diuinum secundum intellectum speculatiuum secundum actum sapientiæ.

10. *De economi- ca prudentia & eius partibus.*
 D. Inexplicata mirabili declarasti ordine: de prudentia autem economica & politica aliquid distere, cum vtrique ad felicitatem sit necessaria civilem: non enim alias quis perfecte prudens est nec felix quis esse potest, nisi perfecte prudens. P. Recte assens: prudentiam enim quæ circa propria consistit, supra dixi personalem esse: personalia autem principium sunt economicorum ac politicorum, quoniam personæ bonum in domus & vltimus regni bonum redundat: & ideo perfecte prudens qui civilem attingit felicitatem, in propriis & economicis ac politicis prudens est: constat autem domum medio modo se habere inter vnam singularem personam & civitatem: persona enim singularis pars domus est, & domus pars est civitatis: & prudentia necessaria est non solum in regimine sui ipsius, sed & in regimine domus ac etiam civitatis vel regni: prudens itaque economicus circa economiæ partes prudens existit, circa nuptialem quidem iuxta aristocratiam modum, circa paternam regni seruando formam, circa dispositiuam etiam & chrymatisticam non errando: timocratiam insuper non excedit metas.

11. *Lib. 2. ethic. c. 4. & 5.*
 D. Sententia hæc de economiæ partibus & earum similitudinaria applicatione quam immediatè supposuisti, circa quas prudentia versatur economica, mihi obscura est, & peto à te clarius aperiri. P. Vt hæc tibi melius pateant, de prudentia politica aliquid explicabo. D. Vt liber. P. Noueris tres esse politice species in quibus politice dignoscitur prudens esse, corruptiones declinans eis oppositas. Harum prima regnum dicitur, cum vnus princeps existit prudentiæ ornatus splendore, non suam, sed subditorum intendens vtilitatem. Hæc autem optima politia existit, cuius oppositam tyrannidem dicam, quæ propriis inhiat lucris, reipublice vtilitate præposita, declinat prudens. Economiz igitur species quæ paterna dicitur, quæ paterfamilias filiorum intendit commodis, regali assimilatur. Si verò filius ut seruus vtratur ad proprium non filiorum vsum, iam tyrannus economicus non pater censendus erit. Secunda verò politice species aristocratia dicitur. Apertè enim Græcum in Latinum verbum, virtutem: sonat. Apertè verò principatum. Regimen igitur quo reipublica per virtuosos ciues gubernatur, aristocratia vocatur. Hæc in politis secundum obiectum locum. Huius opposita est oligarchia: dicitur enim Græcum dicitur paucum, eò quod pauci secundum hanc dominantur, videlicet potentes, non virtutes, sed malitia genita, aut diuites, à principatu ex suis egenis, licet virtutibus polleant. Aristocratiam itaque dicit prudens, oligarchiamque vitæ. Economiz autem species, quæ dicta est nuptialis, quæ inter virum & uxorem est aristocratia assimi-

D. *lata*

lata est, in qua plures in diuersis constituti sunt officiis secundum virtutem existentes, creditque alteri vnusquisque quod ei secundum suam conuenit dignitatem. Sic & vir principatur in his quæ ad domum spectant, uxori principatur relinquens in his quæ eius sunt, quemadmodum in alienis, in omnibus prudentiæ tenens limites. Sed si vir in omnibus dominari ambiat, iam à prudentiæ recedit terminis, & in oligarchiam transit æconomicam, in qua potentia præualet, non ordo virtutis. Tertia autem pars politiæ communi nomine dicta est politia, in qua multi secundum virtutes bellicam principantur ad reipublicæ defensionem: bellatores enim patriam defendentes inueniuntur multi, qui secundum politiam dominantur, licet secundum virtutem non multi, sed aut vnus vt in regno, aut pauci vt in aristocrachia, vt paulo ante ostendi. Hæc tamen politia alio nomine speciali timocrazia vocatur à pretiis: timos enim pretium dicitur: in hac enim politia dantur pauperibus pretia, & diuitibus inferuntur damna, si ad congregationes publicas non conueniunt: & in hac politia multi tam pauperes quam diuites, ordine iuris seruato, ex consensu multitudinis in honoribus præficiuntur æquales, tam pauperum quam diuitum bonum intendentes. Hanc autem democratia corrumpit, quæ libertatem intendit, renuitque dominium: non enim plebs subici patitur in multitudine confidens. Bonum quoque pauperum solum intendit: demos enim dicitur multitudo: tota enim plebs appetit dominari ex æquali, quemadmodum socij in hospitio commorantes, qui omnes sunt æquales: & si quis principatum habet ex eis, modicum habet principatum, puta qui ad expensas præficitur faciendas. Vnusquisque itaque sociorum dominantur, sicut in democratia quilibet de populo. Cauet itaque prudens ne timocrazia in democratiam corrumpatur. Fratrum autem regimena in domo, timocrazie sequitur modum: æquales enim sunt in domo, prudentiæ lege seruata, si ætas patiatur secundum parum distans, quemadmodum timocraticè in reipublica principantes, æquales existunt. Si autem contingat principatum debilitari in domo, aut etiam annullari, vt quilibet quod sibi rectum videtur, faciat, in æconomicam vergit democratiam: itaque democratizat domus. Prudens insuper despotes, id est, dominus in re familiari velut animatis organis seruis vitur ad sui ipsius utilitatem, non ipforum, sicut & anima corpore vitur vt perficiatur: anima enim corpori dominantur despoticè principatu, licet intellectus appetitui sensitio politico seu regali.

D. Differentiam huius duplicis principatus immediatè clarius aperit. P. Corpus seruiliter obedit anime vt semper ab ipsa agatur & nouagat, quemadmodum & seruis domino: sic enim ipsa anime ratio partes continet corporis secundum despoticæ legem, & continentia perficitur: appetitus verò sensitivus in concupiscibilem & irascibilem diuisus, rationi obedit, non quidem seruiliter, sed

quemadmodum à gubernatore liberi reguntur homines, à quo aguntur politicè non despoticè, cum ipsi contra agere aut mouere possint: appetitus enim sensitivus in contrarium ad rationem mouere potest. Vnde & aliqua ratio culpæ, scilicet venialis in ipso esse contingit. Secundum autem hunc modum dicta anime ratio irascibili & concupiscibili suum dispensat opus, suumque desideratum secundum distributiua legem iustitiæ: prudentiæque perficitur, vt sic eius fiat politicus aut regalis principatus, non despoticus aut dominariuus.

D. Plana prius obscura mihi fecisti. De-chrymatistica prosequere. P. Chrymatistica à *χρῆμα*, quod est aurum, dicta, thesaurizatio rerum est necessariorum ad vitam domesticam ac ciuilem, circa quam prudentia intendit æconomici & politici. Chrymatistica autem pars altera naturalis est, quæ est ciborum acquisitiua, siue per modum pacis, siue per modum belli, ad nutrimenti domus sufficientiam aut etiam ciuitatis, nec in infinitum protenditur: organum est enim æconomici aut politici: nullius autem artis organum infinitum est, aut multitudine, aut etiam magnitudine. Huius autem alia quidem pecudialis, puta equorum, aut boum, aut ouium possessio: alia verò agricultura est, alia piscatiua, alia venatiua: huius verò alia naucleria, alia verò forrigia, alia autem parastasis. Altera autem pars magis innaturalis est, quæ pecuniatiua maximè dicitur, aut etiam commutatiua. Rei enim duplex est vsus secundum se, sed vnus proprius, puta calceamenti, calceatio: alter verò non proprius, vt calceamenti commutatio: propter enim domus necessitatem calceamentum pro cibo commutatur, vt calceamentum numismatis locum suppleat, secundum eius usum non proprium quoniam commutationis gratia factum non est. Processit autem hæc quæ innaturalis dicitur, ab ea quæ secundum naturam est: propter usum enim rei proprium & naturalem domui necessarium intentus est vsus rei non proprius & innaturalis, qui est commutare, puta in triticum vinum: & idè nec omninò præter naturam est, quia in suppletionem est eius quæ secundum naturam erat: & ex hac quæ commutatiua dicta est, aut pecuniatiua, inuentus est numismatis vsus. Vnde & numismatis est factiua, vt facilius fiat commutatio: non enim bene portabiles sunt res vt numisma. Ex commutatiua itaque numismate facta, altera species pecuniatiua facta est, quæ campforia dicitur, in qua ab ipso numismate fit acquisitio: alia verò species *τύκος* est, quæ Latine vsura dicitur, in qua numisma similiter fit ex numismate: sed in campforia ex commutatione numismatis, in vsura verò ex mora temporis. Quare vtraque præter naturam omninò pecuniarum acquisitio est. Hæc autem in infinitum protenditur: finis enim huius est numismatis augmentatio, quæ termino caret. Oeconomici verò terminus est sufficientia rerum necessarium & vtilium domui: quare æconomia finita est, campforia autem & *τύκος* infinita: omnes

13.

De chrymatistica & partibus suis.

omnes enim nummifima augent in infinitum: sufficientia autem ad vitam domus non finita est. Chrymasticæ igitur pars prima quidem naturalis est, secunda vero non omnino naturalis, tertia autem innaturalis omnino, quarta intermedia est inter naturalem & innaturalem, cum & à natura sit & ab arte, puta metallica & incisiva sylvarum.

14.

De politica prudentia:

De Regni modis.

D. Quæ ad æconomicam spectant prudentiam tam breuiter quam dilucidè declarasti: nunc quæso de politica, licet à proposito nostro, quod circa apprehensionem versatur, etiam nunc declinare videaris, aliquid prosequaris. P. Politici prudentis est eligere politias bonas, & earum vitare corruptiones, causasque saluationis bonarum attendere, & ne bonæ politicæ in malas transmutentur: ac prius politiarum modos tam bonarum quam malarum earum etiam commixtionem tibi aliquatim aperiam. D. Rem mihi gratam promittis. P. Attende igitur, quoniam regni species quinque sunt, quarum prima Latonica dicitur: apud Latonos enim ciues Greciæ potestas regis limitata erat: eò quod solum, quando ciues pugnam habebant, rex erat belli dux: ac omnia sacra ad diuinum pertinentia cultum, potestati regis attributa erant. Vnde & tale regnum non nisi quidam erat ducatus exercitus potestatiuus & perpetuus. Quando autem dicti ciues in exercitu non erant, rex non habebat potestatem occidendi, quam in exercitu plenam habebat. Ideoque de Agamennone Homerus dixit, quod à domi à sua deprimebatur voluntate, qui ad bellum egressus, plenam habebat potestatem. Secunda vero barbarica seu despotica dicta est, aliquid tyrannidi simile habens, eò quod omnia potestati subijte regis: & aliquid simile regno, eò quod secundum paternam legem accipiunt per successionem regnum à patribus: & tale quidem regnum apud barbaros maxime existit, qui patienter solent tyrannidem pati ex climatis calidi, quod in Asia est, complexione: ibi enim exterior calor interiori exhalare facit: & idè minus animosi existunt ac sensiles magis quam in Europa, vbi vigor est frigoris. Tertia autem semnetica nuncupata est, quæ nihil aliud est quam tyrannis per electionem ciuium constituta. Semnos Græcè dicitur Latine honorabilitas: nam hoc tyrannis non accidit secundum paternam legem, vt in secunda accidit: species igitur sed per ciuium electionem: vtraque tamen secundum legis ordinem existit: & in hac quidem principantur quidam per totam vitam, quidam vero solum vsque ad aliquorum ciuium negotiorum expeditionem. Quarta vero heretica vocata est: quidam enim heroes propter beneficia quæ multitudinibus contulerunt, reges facti sunt: patricij etiam multitudinibus vltimè succedentes sibi in regem secundum traditionem patris. Horum autem potestas ex hereditate solum est, res bellorum ad eos pertinet, præterquam ad sacrosanctas res, quæ sunt, vt alibi notatum ac scriptum est, quæ sunt libertas sacerdotum: accedunt etiam in rebus domesticis: dicti reges dicitur, quorum quilibet membra rectas dant leges.

tias, alij vero non, propter bonam de eis confidentiam. Beneficia autem diuersa diuersi multitudinibus contulerunt. Saturnus enim nouas artes, puta agriculturam inuenit. Agamennon vero de Troianis victoriam obtinuit. Alij autem territorium aliquod multitudinibus donauerunt, & ex his tales facti sunt reges. Attende insuper, quod Latonica & heroica potestatem regalem habent diminutam, licet amplior sit heroica. Barbarica vero & semnetica regimina excedunt potestatem, ad tyrannidem accedentes. In hoc autem hæc ambæ differentes: quoniam barbarica ex successione est, semnetica autem ex electione. Quinta species est perfecta, quæ potestatem non habet limitatam sicut accidit in Latonica & heroica principatu, sed ad omnia simpliciter potestatem habet, non tamen despoticam vt vtatur subditis velut seruis, sicut in principatu barbarico accidit & semnetico, sed ad similitudinem æconomi: sicut enim æconomia nihil aliud est quam quoddam regnum domus, ita quidem regnum nihil aliud est quam quoddam æconomia ciuitatis: principales igitur inter has regni species est perfecta quæ nunc dicta est, & Latonica quæ prima est: tres autem aliæ mediæ sunt. Tyrannidis species similiter accipe, quæ regni corruptio est, cuius species autem inter regni species numeratæ sunt, barbarica scilicet, & semnetica. Tertia species perfecta regni speciei correspondet, quæ quidem tyrannidis monarchia quædam est, cuius proprium est vt non habeat à quo corrigatur: non enim legi subijcitur à qua emendetur. Principatur insuper similibus sui & etiam melioribus si enim optimus esset inter omnes, iam rex censeretur. Ad utilitatem etiam propriam, non ad eam quæ subditorum est, despotiam seu dominatur.

D. Hæc paucula super de reliquarum politiarum distinctionibus quæso prosequar. P. De aristocratico typo accipe. Cuius prima species quæ sola perfecta est, potestas dicitur optimorum virosum quæ quidem simpliciter secundam virtutem optima hæc, non per respectum ad multitudinem vel diuitias dominatur. Et in hac quidem potestate idem esse bonus ciuis & bonus vir constitutum, non spe ad virtutem ordinem, sed ad bonum, aliquis bonus vir constitutus dicitur. In politia autem aliis aliis bonis ciues dicitur, non quia simpliciter boni sunt, sed quia ad ad talem se habent potestatem, ut non ad alium quod est virtus, & in illis bonis patricijs dicitur, vt super dictum est, quæ sunt virtus simpliciter, & ad virtutem ordinem. Secunda autem species per electionem est ad oligarchiam, quæ potestas est, non ad multitudinem, sed ad diuitias, & in illis bonis patricijs dicitur, vt super dictum est, quæ sunt diuitias simpliciter, & ad diuitias ordinem. Tertia species per electionem est ad democratiam, quæ potestas est, non ad diuitias, sed ad multitudinem, & in illis bonis patricijs dicitur, vt super dictum est, quæ sunt multitudinibus simpliciter, & ad multitudinem ordinem. Quarta species per electionem est ad tyrannidem, quæ potestas est, non ad diuitias, sed ad multitudinem, & in illis bonis patricijs dicitur, vt super dictum est, quæ sunt multitudinibus simpliciter, & ad multitudinem ordinem.

De modis tyrannidis.

De Alh. Mag. lib. de apprehensione.

De oligarchia modis.

Excl. 11.

16. De tyrannia.

species per commixtionem ad solam fit democratiam, ut propter virtutem ex tribu determinata princeps eligatur. Quarta verò oligarchiam solam habet admixtam, cum in diuitiis & potentia excellentiores ad principatum assumuntur. Species prima huic oppositæ oligarchiæ est, cum soli diuites & potentes assumuntur, & inopes à principatu excluduntur. Secunda autem est, cum in mensis splendidi principantur, ab his quos pascunt electi: splendidum enim in panibus benedicti labia multorum. Tertia verò est, quando filij diuitum & potentum ob patrum gratiam & principatum eliguntur. Quarta est, quando pauci diuites vel potentes despotizant, non auctori legibus, sed secundum suæ arbitrium voluntatis. D. Nominis intellectum mihi aperi huius politiar. P. Oligarchiam ab oligon, quod Latine paucum dicitur, & archia quæ principatum sonat, scito dictam esse, eò quod principes, scilicet diuites pauci esse solent: per se enim ad hanc politiam requiritur, quòd diuites sint: per accidens verò quòd pauci.

D. Iam non restat, nisi de tertia politiarum parte differas. P. Tertia politiarum pars quæ communi nomine politia dicta est, vel speciali timocratia, ut supra docui, dicitur quidem politia quando multi dominantur, sicut in domo dominium est propter utilitatem propriam, quòd despoticum nominatur, quale est domini ad seruum: alud propter utilitatem communem seu subditorum, quòd æconomicum dicitur, quale viri est ad uxorem, & patris ad filium. Sic quidem in ciuitate principatus est vel ad utilitatem propriam, & hæc tyrannis est, vel ad subditorum utilitatem: & si vnus regeret, sic regnum erit: si pauci, aristocrata: si verò multi, politia, quòd tamen nomen politis omnibus commune est. Rectè autem nomine quòd multis conuenit politis, hæc vocatur politia: quoniam excédentes in virtute bellica quæ in multis reperitur, in hac principantur politia: multos enim perfectos secundum idem in ciuitate contingit esse virtutem. Ideoque sicut in regno principatur vnus populum excédens in virtute, & in aristocrata pauci, sic in politia hac principantur multi arma ferentes viri bellatores propter reipublicæ utilitatem. In hac igitur politia terminus est virtus bellica, quemadmodum in regno & aristocrata virtus simpliciter. Contingit autem hanc politiam cum oligarchia & democratia misceri, cum videlicet principantes sint simul diuites, quòd est oligarchicum, & pauperes, quòd est democraticum ad defensionem patriæ. Quado talis mixtio declinat magis ad democratiam, in qua præualet multitudo, à qua quidem huius nomen politie sumitur, ut paulò ante addisti, tunc specialiter dicta politia vocatur. Quando verò ad oligarchiam declinat magis, cum in diuitibus nobilitas ac virtutis disciplina magis soleat inueniri, tunc mixtio talis aristocrata vocatur: denominatio enim semper à nobilitate fieri solet. Contingit insuper in politia prædicta non solam dicitur, quòd oligarchicum est, & pauperum, quòd democraticum, sed etiam virtuosorum, quòd aristoc-

craticum esse liquet, ut sic ex tribus confecta sit politia, veluti ex duobus præcedens, tunc, inquam, politia talis ut à nobilitate & magis proprie quam immediatè dicta etiam aristocrata nuncupatur. D. Si bene attendi, huius politie secundum partem dictæ tres adueri modos. Quorum primus politie dictus est. Secundus verò aristocrata. Tertius autem adhuc proprie magis aristocrata. P. Quæ dicis, approbo. Restat democratiz modus, quæ huius politie corruptio est, aperire, cuius tibi supra aperiui nominis rationem.

D. Prosequere. P. Primus democratiz modus est, quando insignes ad principatum assumuntur, quòd oligarchicum videtur, sed democraticum est, eò quod breui principantur tempore. Non enim diu populares insignibus lubici patiuntur: iidem populares ad principatum, dummodo diuites fiant, confendunt. Secundus est, quando omnes ciues siue insignes siue populares principantur, dum tamen corrigibiles existant, ut valeant videlicet ratione uti recta, aut sua quidem, siue aliorum, non ita quòd secundum proprium despotizent arbitrium, sed secundum legem. Democratiz autem modus hic cum aristocrata commune aliquid habet: eò quòd dirigibiles per legem aut rationem propriam vel aliorum requirit, sicut cum oligarchia præcedens præminentes requirunt. Tertius autem modus est, secundum quem omnes ad principatum assumi possunt, dummodo ciues existant, secundum legem tamen principantes. Modus autem hic purè democraticus est, eò quòd præminetiam aliquam non requirit, sed rectitudinem habet quandam, eò quòd lege regatur. Quartus modus à præcedenti non differt, nisi in hoc quòd secundum legem dominari multitudo non patitur, sed secundum arbitrium: hic autem modus purè democraticus est, sed non rectus. Et aduertè, quoniam sicut regni corruptio tyrannis est, aristocrata verò oligarchia: sic huius secundum partem dictæ politie democratia quæ libertatem potius intendit, veluti in popularibus contingere solet, qui diuitibus & potentibus subesse renuunt, reipublicæ utilitate neglecta. Sicut itaque oligarchia terminus diuitis sunt, tyrannidis verò utilitas propria: sic democratiz libertas terminus est. Restant politiarum hæ tres corruptiones existunt, quas politicus secundum prudentiam agens desit, rectis intendens politis, & his quæ politias saluant, omnia videlicet sollicitè cauens timenda, ac ne principatus ad lucrum infitatur, atque quæ principem habere oportet considerans in magno constitutum principatu: principem enim amare conuenit politiam, ac esse ad magis perficienda potentem, & studiosum circa virtutem existere. Prudenter insuper aduertit seditionis causas, per quas rectæ politie in eorum transmutantur corruptiones, quarum una honor est vel dehonoriatio, seu sui, seu amicum, Altera verò lucrum vel damnum similiter, seu in se, vel in amicis. Amor enim honoris ac timor dehonoriatio, sic & lucrum & damnum inuoluntate mouent: quia alij iuste saltem

17. De democratia eius modis.

De corruptionibus politis qua prius dunt vitas, & de his qua in ciuitate ordinantur.

iniuste, plus de lucro vel honore habent. Sic & despectio, cum quis in ciuitate despicitur, seditionis existit causa, vel alterius excessus, cum supra suæ dignitatis proportionem quis in ciuitate excrecit, vel cum vnus plura quam alteri impenduntur. Timor etiam futuri mali ac præsens iniuriz irrogatio seditionem facere solet. Prouidet insuper ne demagogi, id est, multitudinis ductores, qui & oratores dicuntur, adulantes populo contra diuites plebem concitent ac nobiles, & oligarchiam in democratiam permittant: tumultum etenim prudens politicus sedare nouit populi, raro siquidem ipsum conueniri permittit, nec annonam ei deficere: communes etiam ciuitatis prouentus mendico distribuit vulgo, populique negotiationes liberas esse facit.

Alia insuper his familia prudentia coniectat politica, & ad ciuitatis complementum in ipsa agricolos & artifices ac mercatores necnon milites & iudices ac sacerdotes ordinans, singulas leges singulis imponit. Legis enim positura est architectonica: quare & principis virtus propria sola est, præceptiua siquidem est. Actus etenim inter se ordinati sunt, scilicet rectè de agilibus consiliari de his quæ ad finem sunt, videlicet ad humanæ animæ bonum, quòd est secundum rationem esse, & hic ebuliz est, & de inuentis consilio indicare rectè inter agibilia per hominem secundum communes regulas, qui actus synesis est, aut præter regulas communes, sed secundum priuatas, puta depositum gladium impugnatori patriæ non reddendum esse, qui quidem actus ad gnomen pertinet, quæ iudicij percipacitatem sonat. Principalis autem prudentie actus, ad quem consilium & iudicium ordinantur, est præcipere de consilio inuentis & iudicatis ut opere fiant, unde & præceptiua dicta est: & eidem leges ponere seu condere concessum intelligas, ac de his quæ ad finem sunt, disponere.

D. De prudentia subtilia edidisti: de corruptione ipsius breui explices sermone. P. Intemperantiz dilectio, æstimationis prudentie corruptio est. Æstimationem prudentie non ipsam accipias prudentiam, sed, prudentie dictamen ad operandum. Est autem dictamen huiusmodi primò quidè in propositione maioris, puta fornicandum non esse, quòd est in vniuersali scire, deinde in minori, quòd est in particulari scire, puta mulieri huic committeri est fornicari: & vltimò in conclusione, quòd in agere scire est, quando videlicet de faciendo vel non de faciendo sententiatur. Intemperantiz igitur delectatio, prudentie quidem habitum non corrumpit, sed dictamen ipsius, non in maiori quidem propositione, scit enim in vniuersali hoc non faciendum esse: in minori ex parte corrumpit, proponit enim particulare simpliciter, non secundum quòd sub vniuersali concluditur: puta quòd mulier pulchra est: & idè totaliter dictamen huiusmodi in conclusione corrumpitur, & cæcatur ratio practica ex minori simpliciter proposita: virtus enim vniuersalis propositionis in conclusione non venit, in minori ex parte corrumpitur.

D. Alb. Mag. de apprehensione.

18. De alia prudentia partibus.

19. De corruptione prudentie.

rupta. Vnde intemperatis sententiatur in contrarium, puta cum muliere pulchra fornicandum esse. Delectationes enim secundum tactum; circa quas temperantia est, simpliciter delectationes sunt: ideoque maximè æstimationem corrumpunt prudentie.

D. Vt de prudentia finem facias, hoc solum aperi si ad eam spectat eustochia ac solertia & dinotica: per has enim apprehensio aliqua fieri videtur. P. Eustochia coniecturatio est sine ratione, & cita de quibuscunque, sive contemplabilia sunt, siue agibilia: quare ab eubulia differt, quæ tantum circa agibilia versatur cum inquisitione consilij, quod raritatem annexam habet, iuxta proverbium antiquum: consiliata cito operari oportet, consiliari autem tardè. Solertia sub eustochia continetur: eò quòd facilis & cita inuentione medij est in demonstrabilibus, eustochia autem ad operabilia etiam se extendit, acceptio enim velocis est signorum quoruncumque ad coniecturandum. Si autem sumatur pro eustochia, sic solertia habitus dicitur cito inueniens quòd conuenit: sicque prudentie cognata est. Dinotica habitus naturalis quedam est ad prudentiam, quæ & naturalis industria dici potest: dinos enim industrios dicimus: per hanc quidem dinoticus vias inuenire potest ad finem, siue in bonis, aut etiam in malis consequendum: & in bonis quidem perficiens prudentie habitus est, in malis verò prudentie corruptio est astutia dicta. D. Vt aduerto, eustochia quoddam superius est. Eustochia enim coniecturatio quedam est circa contemplabilia & agibilia, eubulia verò circa agibilia solum, solertia autem circa inuentionem medij in demonstrabilibus tantum, dinotica circa operabilia solum humana: eustochia ad omnia quæ per coniecturas haberi possunt, se extendit. P. Si proprie sumantur, rectè intelligis. ambitum tamen eustochie quantum ad materiam circa quam est, esse perpendas. Prudentie enim partes integrales eustochiam & solertiam esse constar, cum ad prudentie actum perfectum necesse sit illas concurrere. Eubuliam verò & gnomen eiusdem potentiales partes. Adiunctæ enim sunt prudentie, non habentes totam ipsius, ut puta principalis virtutis, potentiam, ad aliquos secundarios ordinatæ actus. Ad præcipere enim tanquam actum principalem, consiliari & iudicare velur actus secundarij ordinati sunt. Dinotica verò ad prudentiam naturalis est dispositio in bonis, in malis autem ad prudentie corruptionem. Principalis enim virtus quælibet, ut temperantia & fortitudo habitatem habet naturalem ad ipsam secundum habitum perfectam, quemadmodum ad prudentiam dinoticam.

D. Iam ad alium progrediatis habitum apprehensiuum. P. Restat de arte aliquid dicere, quæ sicut habitus speculatiui circa scibilia, & prudentia circa agibilia, sic est ipsa circa factibilia. Scire enim quoddam pati est: agere autem est principiorum separatorum, quæ sine sui transmutatione operantur: facere autem cum motu operantis est: ideoque actio in operibus quæ animæ sunt tantum, factio in operibus

20. An eustochia & solertia & dinotica spectent ad prudentiam. Lib. 6. ethic. tract. 3. & 4. cap. 1.

21. De arte & eius distinctione. Lib. 6. ethic. tract. 3. c. 1.



operibus artis quæ circa materiam sunt extrinsecam, consistit. Est itaque ars ratio recta factibilium, sicut agibilibus prudentia, & scibilium habitus contemplatiui, intellectus videlicet & scientia & sapientia: mensura enim sunt scibilium & regula: pnta mathematica docens propria scibilia secundum rationem abstracta esse, non secundum esse: qui autem secundum esse abstraxit, superabundat, à recta recedens ratione: & qui secundum rationem non abstraxerit, deficit. Geometæ etiam suadens deficit, & rhetor demonstrans abundat. Ars enim habitus facilius est cum ratione: vel, ut melius inquit Tullius, principiorum collectio ad unum finem tendentium. Edificator enim principia directiua operis habet penes se, per quæ ad opus procedit artis in materia exteriori expressum. Et vide, quod diffinitio artis magis perficitur in operis ratione quam in opere ipso: ideoque artem dixit collectionem principiorum esse: principia enim huiusmodi rationes sunt operum: & operis ratio essentialior arti est quam opus ipsum quod ancillariter arti deseruit: sicut artis medicinae practicum in opere non consistit exteriori, sed in rationis operis notitia: principia enim seu rationes operabilium dicitur accipit practicum, secundum quod respectu operum accipiuntur, vniuersale ad particulare applicando, quæ quidem principia seu rationes operabilium speculatiua in vniuersali solum accipiunt.

22. Quomodo pnta pnta pnta ad intellectum...

D. Putabam principia ad intellectum solum, non ad artem spectare. P. Principia per se accepta in simplicitate sua ad intellectum pertinent, quæ ad conclusionem ordinata iam propositiones syllogismi sunt ad scientiã pertinentia: sed ad opus ordinata, rationem habent regulæ & spectant ad artem. Vterius potes aduertere qualiter antiquorum dictum sit verum, quod ars imitatur naturam: sicut enim natura per determinata procedit media seu principia ad finem determinatum, sic & ars: ideoque ars manualis quæ ad modum ignis comburentis operatur, quoniam sine ratione est operis, aut mediis, seu principii præfatis, secundum artis perfectam rationem arti non est, sed id quod ancillariter arti deseruit.

Quod ars est circa contingentia...

In nostro insuper ratiocinatio consistit circa ea quæ contingentia sunt existens: artificialium enim principium in faciente est, non in factis quemadmodum naturalia: horum enim principium intra est, artificialium verò extra. Verum in aliquo contingit opere artis actus & naturæ concurrere, sed actus artis principalis est, cui naturæ actus ut instrumentum adiungitur: cum enim secundum artem cibariam panis fit, panis positio in caloris loco est actus artis principalis, & alij huic actus similes: commixtio autem farinae & aquæ ad commassationem quandam & calefactio actus sunt naturæ instrumentales ad artis clinariæ opus: in omni enim artis opere, artis actus principalis est ac regularis: in naturæ verò opere, naturæ actus principalis ac regularis est, licet aliquando artis actus ut coadiuans ei annectatur, puta in agricultura, vbi naturæ opus principale est, licet ad fructum

terre aratio & huiusmodi coadiuuet. Vnde & astrologus inquit artem inuare effectum celestem, quemadmodum arationem terram ad fructificandum. Ars enim cum corpus ad contrarium disponit, impedit: cum verò ad idem, coadiuuet. Est autem habitus arti contrarius factius cum ratione falsa: ponit enim principia falsa, ex quibus inordinatum sequitur opus: estque cum ignorantia dispositionis dicta. Diciturque est habitus talis artechnia id est, sine arte: est enim Græcè techna, Latine dictum ars. Est insuper ars communiter dicta scientia omnis ad opus arctans proprium, siue speculationis sit, ut speculatiui habitus sunt, siue actionis, ut prudentia, siue factionis, ut ars proprie dicta quæ est ratio dirigens in opere quod circa factibilia est, sicut que accepta de solis mechanicis dicta est, quæ & septem embrem recipit sectionem. Alia enim vocata est lanificium siue vestitura, quæ omnia continet quæ ex lana & lino, pelle & pilis & aliis huiusmodi fiunt. Alia verò armatura quæ instrumenta facit bellica & nautica. Ad hanc autem pertinet lapidum, lignorum & metallorum materia. Sed hæc in duas secatur partes, in adificatoriam scilicet cuius partes sunt cæmentaria & carpentaria, & fabrilem, cuius partes sunt malleatoria, fusoria, & sculptoria, & huiusmodi. Alia autem nauigatio vel mercatura, & hæc tam in emendis mercibus quam vendendis negotiationem omnem continet. Tres autem hæc ad corporalem bonum extrinsecum spectant. Alia verò est agricultura, quæ in colendis agris, nemoribus, pascuis & horris consistit. Alia verò venatio seu cibatiua est, cuius est ciborum apparatus ac portuum, pistorum officium & carnificum, coquorum & cauponum. Alia medicina, quæ infirmitatis ac sanitatis causas considerat, putata aëris dispositionem, motum vel quietem, & huiusmodi, operationes etiam inspiciat, puta potiones, emplastra, vnguenta, chyrgica & talia quæque. Alia autem theatrica est, quæ scientia est ludorum secundum entrapeliam, à theatro sic dicta, vbi populus conueniebat ad ludos. Hæc autem quatuor ad bonum corporale intrinsecum ordinatæ sunt. Hæc autem de arte tibi dicta sufficiant.

De habitu est ratio arti, & de partibus artis. Lib. 6. ethic. tract. 1. c. 8.

PARS VIII.

De apprehensione que fit per habitus infusos.

Hæc luculenter diserta sunt: quæso vt ad apprehensionem quæ per habitus fit infusos, transeas. P. Placet, & à fide exordium sumamus: sed hoc accipe præambulum & gradus quosdam per quos ad fidem conscenditur. Est enim dubitatio quæ est rationis motus indeterminatus super vtramque partem contradictionis. Est & ambiguitas eiusdem rationis motus ambiens vtramque partem contradictionis per æqualia media. Est & suspicio acceptio vnius partis ex aliquo leui signo. Est opinio quæ acceptio est vnius partis non ex signo

De fide, & primo de quibusdam actibus animæ. Lib. 6. ethic. tract. 1. c. 4. & lib. 7. tract. 1. c. 1. d. 3.

signo leui, sed ratione probabili cum formidine alterius: ira tamen quod ad illam quam formidat, non habetur ratio expressa: formidatur tamen propter debilitatem rationis alterius præsentis quam accipit seu cui adhaeret. Est autem fides perfecta suasio vnius partis per multa probabilia. Non autem hæc fides est illa quam modo quærimus. Hæc enim fides probabilibus & humano intellectui apparentibus innititur: quam autem quærimus, primæ veritati illa acquiritur, sed hæc infunditur à diuina luce, quæ & scientia certior est, quæ humanæ innititur rationi, sed fides diuinæ. Est autem altera fides infra scientiam: quoniam scientia eorum est quæ per causam cognoscimus, & quoniam impossibile est aliter se habere: fides autem hæc eorum est, quæ probabile est tantum non aliter se habere. Hæc itaque fides humana est, quæ infra scientiam est: illa autem quæ supra scientiam est, de qua ad præfens intendimus, diuina est.

Explicatio de actu intellectus...

D. Vellim vt præmissos gradus latius explicares, & qualiter fides hæc infusa de qua intendimus, certior sit scientia. P. Ad hoc præintelligas, quod in operatione intellectus humani, quæ simplices rerum comprehendit quidditates, quæ quidæ formatio seu simplex vocatur intelligentia, cui vox respondet incomplexa, talem significans conceptionem, nec enuntiatio est, nec veritas, vel falsitas, nec consensus per consequens, nec dissensus ipsius intellectus: & ideo fides in hac prima intellectu operatione non inuenitur, cuius est assentire. In secunda itaque intellectu operatione secundum quam intellectus enuntiatio componit subiectum cum prædicato, aut diuidit alterum ab altero, veritas inuenitur & falsitas, & per consequens assensus & dissensus: & quoniam in operatione hac secunda intellectu assentit, cum enuntiationi conceditur, vel dissentit, cum negatur, in ea fides inuenitur quæ creditis assentit. Vnde etiam hæc intellectu secunda operatio à quibusdam fides dicta est. In fide igitur assensum quemdam aduertit intellectu. Aduertit etiam alterum, scilicet ipsius intellectu determinationem, qui aliquando ex sola intelligibilis rei præsentia determinatur, quæ admodum ex formæ præsentia materia, & ex rei sensibilis præsentia iudicium sensus, vt in principii patet per se notis, quæ statim lumine intellectu agentis intelligibilia fiunt, quorum principiorum notitia visio dicitur. Aliquando verò idem intellectu ex ratione determinatur, quæ ad ipsum terminatur intellectu, dum conclusiones in principia resoluunt per se nota, & earum efficit certitudinem: & hic est scientiæ assensus. Aliquando autem idem intellectu ex voluntate determinatur, quæ intellectu mouet ad aliquid quiddem quod nec per seipsum notum est, nec ad per se notum resoluti potest, sed ex solo ipsa determinat intellectu, quia dignum putat illi adherendum fore propter rationem aliquam quæ bonum ei videtur illi adhaerere rei, licet ratio illa non sufficienter intellectu determinet propter ipsius intellectu imbecillitatem, cui per se notum non est id cui ad-

heret ex solo voluntatis imperio, nec ad per se notum resoluere potest. Ratio autem illa intellectu insufficienter determinans, prima veritas est, siue Deus per scripturas seu per inspirationem intellectu instituens: determinabit autem sufficienter, cum ad apertam primæ veritatis eleuabitur apprehensionem dictus intellectu se paratus à carne. Præfata autem veritati interim assentire, licet sufficienter ex vniione ad corpus, credere dicitur. Vnde & consequenter videre potes qualiter fides intellectu capitur, dum ipse intellectu determinatur ad id quod credendum est, non secundum modum proprium ex inspectione per se noti vel eius quod ad per se notum resoluatur, sed secundum solum voluntatis imperium. Quare in credente ratio intellectu non determinat nisi voluntate mediante. His itaque prælibatis iam perpendere potes prædictorum graduum differentiam. Actus enim credentis assensum habet seu adhesionem firmam ad credita propter veritatem primam & cogitationem simul siue inquisitionem rationis non demonstrantis quidem id quod creditur, sed ad credendum inducentis: puta quoniam hoc Deus dixit, & miraculis confirmauit. Opinans autem habet assensum, sed imperfectum: plus enim vni adhaeret parti, licet imperfectè ei assentiat, quam alteri, non enim intellectu determinatur opinantis ex per se noto, vel alio quod ad tale resoluatur, sed ex probabilibus tantum: ad alteram contradictionis partem cogitationem insuper habet seu inquisitionem rationis. Suspiciens autem qui in alteram partem aliquo leui signo declinat, & ambigens qui per æqualia media vtramque ambit partem, ac dubitans rationis habens motum indeterminatum ad partem vtramque, assensu caret: sola cogitatione contenti: & sic se habent, vt ex dubitatione quis ad ambiguitatem, ex ambiguitate verò ad suspicionem, ex suspicionem ad opinionem, ex opinione autem ad fidem perueniat. Sed aduerte ulterius, quod intelligens habet assensum, cum intellectu sit principiorum, quæ quisque probat audita: sed cogitatione caret cum discursum non habeat rationis. Sciens verò cogitationem habet inquisitionem & consequentem assensum: ratio enim ad principiorum intellectu resoluendo perducit, vt sic conclusioni assentiat. Et ex his colligere potes, quod credens perfectam cognitionem non habet, cum ipsius intellectu per aliquid per se notum vel per aliquid quod ad tale perducatur, non determinetur, in quo cum dubitante, ambigente, suspicante, opinante conuenit: sed assensum habet perfectum seu adhesionem firmam ad partem vnam, & in hoc cum intelligente & sciente habet conuenientiam.

D. Primam meam dubitationem clarè reserasti. Secundam quæso dissoluas: nam scientis cognitio certior esse videtur, cum perfectiorem eam fore constet: credentis enim notitiam imperfectam esse paulò antè dixisti. P. Certitudinem nihil aliud esse quam intellectu determinationem ad vnum intellectu intelligas, tantòque maiorem certitudinem fore,

De fide in... 17. Item...

quanto fortius est id quod talem certitudinem facit. In principiorum autem habitu hæc determinatio ex agentis intellectus lumine causatur ex eo quod aliquid per ipsum lumen sufficienter inspicitur: nam licet ex sensu principia prima distinctionem accipiant, ex solo tamen prædicto lumine cognoscuntur. At in scientiæ habitu prædicta determinatio ex conclusione efficitur ex hoc quod ipsa in principia per se visa rationis actu resoluitur. In fide verò ex eo quod intellectui imperat voluntas, ut ipse firmiter ipsi inhaereat, quod creditur. Voluntas itaque intellectum determinat, credendis faciens firmiter inhaerere. At Deus seu veritas prima in scripturis loquens, aut corda mouens, voluntatem inclinatur, ut humanæ imperet menti credendis firmiter adherere. Attende igitur cum veritatem primam certiore esse constet, qua inhaeretur credendis, quam lumen intellectus agentis, quo prima inspicuntur principia, & quam rationem humanam qua conclusiones in principia resoluntur, perspicuum est fidem maiorem habere certitudinem aut firmitatem quam principiorum habitum vel scientiam, licet horum certitudo ex eorum quæ circa rem sunt, sit euidencia, fidei autem certitudo ex ipsa sola adhesionem ad ea quæ creduntur, constat: maiorem enim firmitatem veritas prima habet, cui fides innitur, quam intellectus agentis lumen, cui innitur principiorum habitus, aut ipsa ratio humana, per quam in principia conclusiones reducuntur, super quam conclusionum fundatur scientia. Nihilominus ulterius attende ex his quæ audisti, quoniam ea quæ fidei sunt, imperfectè tamen cognoscuntur, licet non ignorentur omnino, et si maiorem habeant certitudinem: nam ut perfecta sit intellectualis cognitio, oportet ut cognitum intellectui proponatur, & ut ipsi cognito adhaereat intellectus, & tandem ut intellectus cognitum videat. Quæ igitur fidei sunt, intellectui quidem proponuntur humano, non autem in seipsis, sic enim in patria videntur, sed sub quibusdam verbis, quorum significatio ad credendum siue eorum quæ fidei subsunt, expressionem non sufficit. Vnde & Apostolica theoria docet hominem in carne existentem per speculum & in enigmate videre, carne autem posita facie ad faciem. A viatore itaque credenda non videntur, eis tamen intellectus assentit & firmiter adhaeret, ut supra dixi, ex imperio voluntatis à veritate prima inclinante. Vnde ex dictis liquet & imperfectio cognitionis in fide & firmitas adhesionis.

4. D. In fide quatuor ex dictis à te aduerto, illud videlicet quod creditur, & veritatem primam inducentem voluntatem hominis ad credendum, & voluntatem ipsam imperantem intellectui, & ipsum intellectum exequentem voluntatis imperium. P. Rectè collegisti, ac ulterius inspicere, quoniam fides licet habitus sit infusus, tamen quantum ad ipsius actum qui in homine est, ex quatuor dicitur esse: credendorum enim determinatio in homine est per locutionem interiorem, qua Deus menti loquitur, vel per exteriorum qua

prædicator erudit. Quantum verò ad primam veritatem quæ voluntatem hominis ad credendum inducit, ex visione alicuius quod ostendit Deum esse in eo loquentem qui fidem annuntiat, esse dicitur. Sed quantum ad voluntatis imperium, ex voluntate fides est. Quantum verò ad intellectus executionem, actum fidei in intellectu esse constat.

D. Quomodo quod creditur, ex auditu potest esse, cum diuus Dionysius dicat fidem circa simplicem & semper existentem veritatem fore? P. Fidei & cuiuslibet cognoscitiui habitus obiectum id quod formale est continere, & id quod materiale intelligas: & id quod materiale est, est id quod cognoscitur: id autem quod formale, quo cognoscitur: sicut in obiecto visus videre potes: in colore enim quod materiale est, in superficie existens color est, idque est quod videtur: formale autem lumen est, idque quo videtur color. Sic & in habitu principiorum distincta acceptio terminorum quæ sensu accipitur, est id quod materiale est, & quod intelligitur: intellectus verò agentis lumen, id est quod formale est, & quo principia intelliguntur. Sic etiam & in scientiæ habitu id quod materiale est, est ipsa conclusio, & est id quod cognoscitur: quod autem formale est, est ipsum medium quo conclusio intelligitur. Sic etiam & in fide id quod materiale est, est ipsum creditum, siue quid creatum sit, siue quid increatum, quod à fidelibus creditur, & ei adhaeret sine aduersa formidine partis: quod autem in fidei obiecto formale est, est ipsa prima veritas, quæ medium est quo credendis assentitur. Quod igitur in fidei obiecto formale est, est ipsa prima simplex & semper existens veritas: quod autem materiale est, complexum est, & est id quod auditur: humani enim intellectus proprium est componendo & diuidendo veritatem accipere: & ideo ea quæ simplicia sunt, secundum complexionem quandam accipit, sicut diuinus intellectus quæ complexa sunt, incomplexè accipit. Id etiam quod materiale est in fidei obiecto secundum se considerata est incomplexum, res enim ipsa est de qua fides habetur: considerata autem secundum quod à credente accipitur, sic enim auditur, complexum est continens subiectum & prædicatum, quod articulus dicitur.

D. Videtur ex his consequi articulum quid enuntiabile fore, cum complexum quid sit subiectum habens & prædicatum. P. Fateor articulum quid complexum fore, ut paulo antè dixi, subiectum continens & prædicatum, ordinatum quidem ad omne tempus: quod quidem complexum, quod articulum dico, cum ab homine significatur, actus animæ significantis ipsi complexo accidentale quoddam, notam videlicet compositionis, apponit, cuius quidem compositionis essentialiter est certa temporis differentia. Illud ergo complexum prout ab homine significatur, & de eius essentia, temporis est differentia, enuntiabile dicitur. Idemque complexum non ut ab homine significatur, sine nota videlicet compositionis ac temporis differentia, essentialiter articulus est. Enuntiabile itaque articulus

5. Cap. 7. de diuinis nominibus.

6. An articulus sit quid enuntiabile. In 3. d. 14. a. 5. item de sacramento Mistic. tract. 2. c. 10. n. 13.

eulas non est, nec temporis differentia de esse-
tia est articuli, licet de enunciabilis sit essentia:
dicta tamen temporis differentia quamvis articu-
lo accidentalis, est de necessitate salutis, post-
quam ex predicacione ipsam constat determi-
natam esse. Ideoque passio & alia huiusmodi vt
præterita sunt credenda.

De articulis
fidei & erro-
ribus circa
eos.
In 1. d. 4. a.
6. item de sa-
crificio Mil-
se. tract. 1.
cap. 9. & 10.

D. Quæ tam alta quam obscura sunt, mihi
plana fecisti: sed de ipsis articulis qui obiecta
sunt fidei, doctrinam à te expecto pleniorum.
P. Vt de articulis notitiam habeas, attende
quod sicut in scientia quæ per rationem ha-
betur naturalem, se habent principia per se
nota, sic quidem in fidei doctrina se habent fi-
dei articuli. Et in principiis quidem per se
notis quidam inuenitur ordo, vt principia
quædam in aliis principiis contineantur im-
plicitè, quemadmodum & in conclusionibus
contingit, quarum prior in sequenti includi-
tur, & conclusio posterior ad priorem, ac prin-
cipium posterius ad prius reducitur: nam si-
cut ad primum principia omnia reducuntur,
ad hoc videlicet, impossibile est simul affirma-
re & negare: sic & omnes articuli in primis
duobus credibilibus implicitè continentur,
puta scilicet quod credatur Deus esse & pro-
uidentiam habere circa hominum salutem, vt
diuinus testatur Apostolus. Accedentem, in-
quit, ad Deum oportet credere quia est, &
quod inquirentibus se remunerator sit. In esse
autem diuino includuntur omnia quæ æterna-
liter in Deo existere credimus, in quibus no-
stra consistit beatitudo: at in prouidentia fi-
de omnia includuntur, quæ à Deo temporaliter
ad hominum salutem dispensantur, quæ ad
beatitudinem ipsam via esse noscuntur. Sic
etiam & aliorum subsequentium articulorum
quidam in aliis continentur: nam in redem-
ptionis humanæ fide incarnatio Dei, passio
conceptio, ac etiam passio; & alia huiusmodi
implicitè continentur. Vt ad primum itaque
articulorum reuertar radicem, illa ad fidei ar-
ticulos pertinere dico, quorum visione in
æterna vita perficemur, quæ in esse diuino
includa esse dixi, & per quæ in eandem ducemur
vitam, quæ ad Dei prouidentiam reducenda
fore ostendi. Duo igitur sunt de quibus arti-
culi expressi sunt, deitatis Christi scilicet my-
sterium, & humanitatis eius sacramentum, in
quorum contemplatione vita consistit beata:
dicit enim theologia: Hæc est vita æterna,
vt cognoscant te solum verum Deum & quem
misisti Iesum Christum. Articulorum itaque
alij ad diuinitatis mysterium, alij ad humani-
tatis sacramentum spectant. Sed circa diuini-
tatis mysterium credenda occurrunt essentia
diuinæ unitas, & personarum trinitas, deita-
tisque opera propria; circa quæ distinguan-
tur diuinitatis articuli. Circa humanitatis sa-
cramentum sic etiam alij sunt expressi arti-
culi:

Hebra. 11.

D. Hæc vtilia sunt, & ideo ea clarius aperi.
P. Articulis tibi & errores qui eliduntur cir-
ca eos existentes explicabo. Alij articulos
duodecim, alij quatuordecim esse dicunt.
Qui duodecim eos esse putant, primum de
diuinæ essentia unitate ponunt: credendum
est enim Deum vnum esse. iuxta illud, Audi

8.
Alij articulos
12. alij 14.
esse dicunt.
Deus 6.

Israël, Dominus Deus tuus vnus est. Quem-
libet autem articulum exprimendo, à quolibet
propriis elidam errores, vt breuiori expedi-
antur sermone. Hic autem articulus erro-
rem Gentilium excludit, qui plures posue-
runt deos, & alium Manichæorum duo sin-
gentium principia, vnum boni, alterumque
mali, quos damnat Dei sententia per Prophe-
tam expressa. Ego, inquit Dominus, & non
est alter Deus formans lucem & creans tene-
bras, faciens pacem & creans malum. Malum
autem dicitur pœnæ quæ ordinat culpæ ma-
lum. Item alium Antropomorphitarum, qui
licet vnum credant Deum, ipsum tamen cor-
poream, & ad humani corporis modum for-
matum, quos theologus impugnat Euangeli-
sta. Spiritus, inquit, est Deus Sic & alium
Epicureorum negantium Deum de humanis
rebus scientiam aut prouidentiam habere. Hos
autem diuinus elidit Petrus. Omnem, inquit,
sollicitudinem vestram prouocantes in eum:
quoniam ipsi cura est de vobis. Sic etiam
alium Philosophorum, qui Dei omnipotentiam
inficiantur, dum solum ea quæ naturaliter
sunt, ipsum posse credunt, quos sententia
damnata prophetica. Omnia, inquit, quæcun-
que voluit Deus fecit. Predicti autem omnes
errores vel diuinæ essentia, vel eius derogant
perfectioni. Ideoque sancta sanæ Ecclesia:
Credo in vnum Deum patrem omnipoten-
tem:

1sa. 45.

1sa. 4.

1 Pet. 5.

2 Pet. 134.

D. De secundo prosequere articulo. P. Se-
cundus symboli articulus est de personarum
trinitate secundum theologum. Tres, inquit,
sunt qui testimonium dant in celo, Pater &
Filius & Spiritus sanctus, & hæ tres vnus
sunt. Hunc autem articulum impugnat Sa-
bellius, essentiam ponens in diuinitate vnâ,
trinitatem negans personarum: personam in-
quies vnâ, quæ sit Pater, quandoque
Filius, quandoque Spiritus sanctus dicit.
Arius etiam eadem contradixit: tres ponens
personas, unitatem essentia inficiens, Filium
tamen æternis esse substantia dixit à Patre, &
æternam fore, Patreque immorem, non con-
temporem; nec coeternum esse, incipientem
postquam non fuit. Hos autem ambos diuina
confutat sapientia inquit: Ego & Pater
vnum sumus. Vnde egregius doctor dicit Au-
gustinus. Quod dicit vnum, liberat te ab A-
rio: quod dicit, sumus pluraliter, liberat te
à Sabellio. Eunomius hostis fuit etiam arti-
culi, Filium ponens Patri diuinitatem, cui
diuinus obuiat Apostolus de Filio arguens:
Qui est imago inuisibilis Dei. Sic & Macedo-
nius Spiritum sanctum creaturam esse allo-
rens, contra quem Apostolus dicit: Dominus
autem Spiritus est, & procedens
hunc impugnat articulus. Spiritum sanctum
sanctum à Patre non Filio procedentem,
quos eorum magister contumaciter
dicens, procedens autem Spiritus sanctus
quem misit Pater in nomine meo, id est
quem misit Pater tanquam Spiritum Filij &
à Filio procedentem. Et Filius dicit. Ille me
clarificabit, quia de meo accipiet. Contra hos
omnes errores dicitur in symbolo: Credo in
Deum Patrem, & in Filium qui genuitum
est.

9.
Secundus ar-
ticulus perti-
net ad Chris-
ti diuinita-
tem.

1. 1sa. 5.

1sa. 28.

1. 1sa. 2.

1. 1sa. 5.

1sa. 28.

1. 1sa. 6.

1. 1sa. 28.

culos & errores qui circa eos contingunt. Verum quia supra innuisti secundum aliquos ipsos per septenarium distingui numerum, & hoc aperias. P. Qui septem esse dicunt articulos circa deitatis, fidem primum de essentia ponunt unitate, de persona vero Patris secundum, de persona Filij tertium, de persona Spiritus sancti quartum, de effectu autem creationis quintum, de effectu iustificationis sextum, septimum vero de remunerationis effectu, in quo mortuorum resurrectio ac vita comprehenditur æterna. Et sic dum prædictorum sex articulorum secundus in tres diuiditur, quintus vero & sextus in vnum coniunguntur, septem sunt articuli circa deitatis expressi fidem.

15.
De articulis pertinentibus ad Christi humanitatem.

16. 7.

Rom. 9.

Luc. 14.

Matth. 14.

Galat. 4.

16. 7.

16. 40.

16. 10.

Quæro ut articulos ad Christi humanitatem pertinentes distinguas, ut de tam vtili materia plena habeatur doctrina. P. Ut de præcedentibus dictum est articulis, quidam sex, alij septem esse ponunt articulos. Qui igitur sex, primum ponunt circa Christi conceptionem ac natiuitatem articulum, iuxta illud: Ecce virgo concipiet & pariet filium. Hunc autem impugnant articulum, qui Christum posuere hominem purum non existentem semper, sed à materia exordium sumpsisse. Hic autem Carpocratis & Cherinchi, Hebionis & Pauli Samozetani & Phorini error esse conuincitur, quos Apostolica conuincit doctrina inquit: Ex quibus est Christus secundum carnem, super omnia Deus benedictus in secula amen. Sic Manichæi eundem impugnant, qui Christum non verum corpus, sed phantasticum habuisse asserunt, quibus contradicit veritas ipsa discipulos redarguens, qui conturbati & perterriti existimabant se spiritum videre. Et alibi eundem videntes ipsum supra mare ambulans, turbati sunt, dicentes, Quia phantasma est. Sed opinionem hanc falsam remouit veritas dicens. Habere fiduciam, ego sum, nolite timere. Ab eodem Valentinus dissentit articulo, docens Christum corpus attrahisse caeleste, nihilque assumpsisse de Virgine, sed tanquam per riuum seu fistulam per illam transisse, nulla assumpta carne ex ea. Hunc Apostolus conuincit inquit: Misit Deus Filium suum factum ex muliere. Accessit & Apollinaris eidem rebellis articulo, dicens aliquid Verbi in carnem conuersum aut transmutatum, non autem carnem de Matris carne susceptam, ei quod scriptum est innitas. Verbum caro factum est. Sed ab eadem proferuntur scriptura dicente: Et habitauit in nobis. Non enim in humana integrè habitasset natura, si in carnem verbum fuisset conuersum. Ideoque accipe verbum factum carnem, id est, hominem, ut caro pro homine ponatur, sicut & illud propheticum: Videbit omnis caro pariter, quod os Domini nominauit. Accessit & Arius huiusmodi inimicus symboli, Christum humanam animam non habuisse dogmatizans, sed loco animæ fuisse verbum, contra quem verbum ipsum protestatur. Nemo, inquit, tollit animam meam à me. Accessit iterum & Apollinaris, animam in Christo ponens, prædicto conuictus testimonio, sed non intellectum humanum, cuius loco verbum esse

putauit diuinum, conuictus & in hoc errore ab ipso verbo dicente: Quæritis me interficere hominem. Non enim sine anima rationali quæ intellectus humanus est, homo esse potest. Exinde Eutices veritatis hostis surrexit, naturam in Christo ponens vnã, sed ex diuina & humana compositam, quem Apollolus, duas in Christo distinguens naturas, confutat, loquens de Christo: Qui cum in forma Dei esset, formam serui assumpsit. Formam enim naturam dixit. Deinde Monotelicarum error inualuit, in Christo vnã operationem, scientiam, & voluntatem ponentium, cum alia voluntas sit diuina communis Patri & Filio, & alia humana. Non sicut ego, inquit veritas, volo, sed sicut tu. Necnon & Nestorius hunc impugnat articulum, qui Christum ponens Deum perfectum ac hominem perfectum, tamen aliam personam Dei dixit, & aliam hominis, nec vnionem Dei & hominis factam esse in vna Christi persona, sed solum inhabitationem gratiæ: hincque negat Virginem beatam matrem esse Dei, sed hominis Christi tantum. Quod sanctum confutat Euangelium dicens: Quod ex te natus est sanctum, vocabitur Filius Dei. Error Carpocratis eidem inimicatur articulo, dicentis hominem Christum ex utroque natum parente, contra id quod scriptum est: Antequam conuenerent, inuenta est in vtero habens. Sic & Eluidius in præfatum surrexit articulum, dicens beatam Virginem post Christi partum plures ex Ioseph filios suscepisse, sententiæ contradicens propheticæ dicenti: Porta hæc clausa erit, non aperietur, & vir non transibit per eam: quoniam Dominus Deus Israël ingressus est. Contra omnes autem hos errores symbolum dicit Apostolicum: Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus est ex Maria Virgine. Et aliud patrum: Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de caelis, & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, & homo factus est.

16. 8.

Philip. 2.

Matth. 26.

Luc. 1.

Matth. 1.

Exch. 46.

16.

Secundum articulos pertinentes ad Christi humanitatem.

16. 55.

1. Pet. 3.

17.

Tertium articulum pertinentem ad Christi humanitatem. Marc. 10. 2. Cor. 15.

D. In hac re magis opus est contextu doctrinæ quam obuiatione quæstionis, vncepisti prosequere. P. Secundum articulum accipe de passione Christi ac morte, cui Manichæi detrahunt: nam sicut corpus Christi phantasticum esse asserunt, sic & Christi passionem non veram esse, sed phantasticam arbitrantur, contra Prophetæ doctrinam dicentis: Verè langores nostros ipse tulit. Eidem etiam detrahit error, in Christo vnã ponens naturam incorporalem quidem & immortalem. Sed hunc Petrus remouet errorem dicens: Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Contra hos autem errores dicit symbolum: Crucifixus, mortuus est & sepultus.

Tertium deinde habes articulum de Christi resurrectione, sicut ipse de se loquens de filio hominis dicit. Tertia die resurget. Hunc autem non suscepit Cherinthus articulum, Christum asserens non resurrexisse, sed esse resurrecturum, contra Apostolum loquens, qui ait: Resurrexit tertia die secundum Scripturas. Nec Origenes, ut ei imponitur, qui Christum putauit pro demonum salute iterum passurum, contra præfatum sentiens

riens Apostolum, qui ait: Christus resurgens a mortuis iam non moritur. Contra hos autem errores docet symbolum: Tertia die resurrexit a mortuis.

18. Quartum verò de descensu ad inferos habes articulum: corpore enim Christi in sepulchro latente, credendum est eius animam ad inferos descendisse, ut diuinus docet Apostolus. Descendit, inquit, primum in inferiores partes terræ. Hunc autem quidam oppugnaverunt articulum ponentes Christum non per seipsum ad inferos descendisse, contra Petrum sentientes, qui ait Christum non derelictum in inferno esse. Contra hos itaque dicit symbolum: Descendit ad inferos.

19. Quintum autem de Christi in cælum ascensione accipe, ut ipse de seipso dicit: Ascendit ad patrem meum & patrem vestrum. Sed hunc Sententiani impugnant, negantes Salvatore in carne sedere ad dexteram Dei Patris, carnemque exutam in sole posuisse Christum autumantes. Sed hos confutat Euangelium dicens Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cælum. Ideoque in symbolo dictum est: Ascendit in cælum, sedet ad dexteram Dei Patris.

20. Sextus verò articulus de aduentu est ad iudicium, ut ipse Dominus de se ait: Cum venerit filius hominis in maiestate sua. Et de eodem Petrus dicit: Hic est qui constitutus est à Deo iudex vivorum & mortuorum, bonorum videlicet & malorum, aut eorum qui iam mortui sunt, & eorum qui in Christi aduentu reperientur vivi. Impugnant autem hunc illi de quibus Petrus dicit: Venient in novissimis diebus in deceptionem illusores iuxta proprias concupiscentias ambulantes, & dicentes: Vbi est nunc promissio, aut aduentus eius? Hos verò Scriptura convincit dicens: Fugite à facie gladii, quoniam visor iniquitatis est gladius, & scitote esse iudicium. Et ex hoc in symbolo dicitur: Inde venturus iudicare vivos & mortuos. Qui autem, 7. de Christi humanitate credunt esse articulos, vnum ex dictis in duos diuidunt: conceptionem enim dicunt & natiuitatem Christi duos esse articulos.

21. D. Cur alij. 6. alij. 7. posuerunt articulos? P. Obiectum fidei non visum esse constat: de non apparentibus enim fides est, quibus ex sola voluntatis electione à veritate increata inclinatur intellectus assentit, ut supra tactum est. Non nota autem distinguuntur ab eo quod per seipsum cognitum est, ut in primis patet principis, quorum intellectus est: vel per aliud, ut in conclusionibus notum est, quarum est scientia. Vbi ergo aliquid non visum speciali ratione occurrit, ibi specialis est articulus. Vbi verò secundum rationem eandem plura cognita sunt vel incognita, ibi articuli distinguendi non sunt. Aliam siquidem habet difficultatem ad videndum, quod passus sit Deus, & aliam, quod mortuus resurrexit: idèdque & articuli sunt diuersi. Quod autem passus, mortuus, & sepultus, eandem difficultatem habet: altero enim horum suscepto, difficile non est alia suscipere. Idèdque omnia hæc ad vnum spectant articulum. Sic ex-

D. Alb. Mag. lib. de apprehensione.

go vno modo conceptio & natiuitas sub vno comprehenduntur articulo, ut videlicet illa duo ordinantur ad vnum. Aliq. vero modo sub diuersis, cum ibi diuersæ difficultates occurrant: incarnatio enim vel conceptio difficultatem habet in hoc quod Deus factus homo est, & quod sine semine viri factus est. Natiuitas verò in hoc: quod peperit virgo. Consecutio autem similis est de resurrectione & vita æterna. Sic etiam Patris & Filij & Spiritus sancti cognitio qua in nostram venerunt notitiam, vna est quantum ad essentiam unitatem, ad primum spectans articulum. Sic quantum ad personarum distinctionem que per relationes est originis, in cognitione Patris cognitio includitur Filij: non enim Pater esset si Filium non haberet, quorum nexus est Spiritus sanctus: hacque consideratione rectè vnus trium personarum ponitur articulus. Verum quia circa personas singulas aliqua sunt attendenda, circa quæ contingit errorem esse, sic de tribus personis potuerunt tres esse articuli: supra enim aperui quomodo contradicentes propriis cuilibet personæ singulæ errores singulæ susceperunt personæ.

D. Aduerit apprehensionem non solum tam per potentias exteriores sensuum quinque, quam per interiores sensibiles fieri, aut per habitus naturales principiorum & acquisitos, ut scientiæ & aliorum qui dicti sunt, sed etiam per habitus infusos, ut per fidem, quæ modo suo non visa apprehendit: nisi enim aliquo modo non visa apprehenderet, ipsis tanquam credendis non assentiret: assentit autem eis: apprehendit itaque non visa sub communi ratione credibilis; non autem sub speciali secundum quam non videntur, eisque assentit non ex euidencia eorum quæ creduntur, sed ex imperio voluntatis, ut superius prolixius declarasti. Nunc autem querò an per alios habitus fide excellentiores in hac vita presentis apprehensio fiat? P. Habitus quidem sunt qui dona Spiritus sancti dicuntur, per quos nobilior fit apprehensio, & per eos apprehendentes mentes diuinas faciunt: & hoc quidem sic accipe. In homine dupliciter motus est principium. Vnum quidem interius quod est ratio: aliud verò exterius, quod Deus est. Et hoc etiam Aristoteles docuit. Omne insuper quod mouetur ab aliquo, oportet proportionatum esse suo motori: hæc autem proportio mobilis inquantum mobile est, dispositio est, qua mobile disponitur ad hoc ut bene & promptè moueatur à suo motore: quanto igitur motor altior est, tanto oportet mobile perfectione dispositione motori suo proportionatum fore. Vnde si ratio oportet dispositum esse dispositione perfectione ut altiorum capiatur doctrinam à peritiorum Doctore. Vltimus attende, quod vltimas virtutes humane hominem perficiunt secundum quod homo natus est moueri per rationem in his quæ interioribus vel exterioribus agi. Erunt igitur perfectiones altiores, secundum quas idem sit dispositus homo, ut moueatur à Deo qui altior eius motor est: perfectiones autem istæ dona vocantur: quia secundum ea disponitur homo, ut efficiatur promptè mobilis ab inspiratore.

E ratione

Quartus articulus pertinet ad Christum humanitatem. Ephef. 4.

1. Pet. 1.

19. Quintus articulus pertinet ad ascensionem eius. Ioh. 20.

Mar. 16.

20. Sextus articulus pertinet ad iudicium. Luc. 9. Act. 10.

1. Pet. 3.

1. Cor. 15.

21.

22

De dicitur in 3. 4. 9. & 11. lect. lib. 3. contra gentes. cap. 36.

10. 11.

ratione divina ad hoc infusa à Deo. Hinc ait Propheta : Dominus aperuit mihi aurem : ego autem non contradico, retrorsum non abij. Et Aristoteles etiam dixit, quoniam his qui mouentur per instinctum diuinum, non expedit consiliari secundum rationem humanam, sed quod sequuntur instinctum interiore, quoniam à meliori mouentur principio quam humana sit ratio. Hocque modo dona perficiunt ad actus altiores quam actus sint virtutum hominem ipsum, sicut & virtus heroica vel diuina in homine existens, à meliori mota principio quam ipsa sit ratio ad virtutem mouens communem, ad nobiliores perficit actus quam virtus communiter dicta: secundum enim heroicam virtutem aliqui dicti sunt diuini. In his itaque in quibus instinctus non sufficit rationis, sed necessarius est Spiritus sancti instinctus, consequenter necessarium donum est. Ratio autem hominis à Deo dupliciter perfecta est, naturali scilicet perfectione secundum naturale rationis lumen, & supernaturali secundum virtutem theologiam, licet perfectio secunda quæ per fidem est, maior sit, prima tamen quæ per lumen est rationis, perfectiori habetur modo : prima enim habetur ab homine quasi plena possessio, secunda verò vt imperfecta habetur, imperfecte enim Deum cognoscimus sicut & imperfecte diligimus. Vnumquodque perfecte naturam habens vel formam aliquam aut virtutem, potest per se secundum illam operari, non tamen Dei operatione exclusa, qui in omni natura & voluntate interius operatur : imperfecte autem habens naturam vel formam aliquam aut virtutem, per se operari non potest nisi motum ab altero. Vides enim solem, quia perfecte lucidum, posse per se illuminare : lunam verò, in qua imperfecte natura lucis est, non illuminare posse nisi illuminata : & medicum perfecte instructum posse per se operari, discipulum autem imperfecte instructum non posse operari per se nisi à magistro instruat. Sic etiam quantum ad virtutes morales seu ea quæ humanæ subsunt rationi in ordine ad finem boni connaturalem, potest homo operari per rationis iudicium. Si tamen in hoc etiam homo à Deo iuuatur per specialem instinctum, hoc erit superabundantis bonitatis, vt in habentibus virtutes contingit heroicæ vel diuinæ : non enim quicumque virtutes habent morales acquisitas, virtutes habent heroicæ vel diuinæ. Sed in ordine ad finem vltimum, id est, supernaturalem, ad quem mouet ratio secundum quod est aliquantulum & imperfecte formata fidei habitu & aliis theologis virtutibus, non sufficit ipsa rationis motio nisi desuper adsit instinctus & motio Spiritus sancti, per quem eleuatur homo in finem illum supernaturalem, iuxta illud : Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, terram scilicet beatorum qui recti sunt. Ideoque ad hunc consequendum finem dona homini sunt necessaria : per virtutes enim morales vel theologicas nunquam sic homo perficitur in ordine ad præparum supernaturalem finem, quin semper indigeat moueri superiori quodam instinctu Spiritus sancti ratione prædicta.

7/ol. 141.

23. An dona sint virtutibus nobiliora.

Nihilominus virtutes theologicas, etsi non alias donis præfero. Cum enim quatuor sint habituum genera, morales habitus appetitiuas perficiunt vires, & disponunt ad obedientiam rationi cuius reguntur imperio: Intellectuales verò habitus, de quibus supra dictum est, ipsam perficiunt rationem inferioribus imperantem viribus sensitibus, & ex hoc moralibus habitibus præferuntur. Donorum autem habitus omnes animæ vires tam racionales quam appetitiuas perficiunt ac disponunt, vt promptè Deo mouenti obediant. Habitus autem theologici ipsam rationem vires regulantem inferiores Deo motori supernaturali coniungunt. Ideoque necesse est quæ admodum moralibus habitibus intellectuales, sic & donis theologis habitibus præferri : non enim ad perfectionem denarij perueniunt, 7. filij Tob, id est, septem dona, nisi in fide & spe & charitate fuerit omne quod agunt. Moralibus tamen & intellectuales oportet dona præferri, quæ omnes animæ vires perficiunt in comparatione ad sancti Spiritus motionem. Præfatæ autem virtutes morales quidem sensitivas perficiunt vires ad rationem imperantem, intellectuales verò rationem ipsam : ad altiore autem motorem oportet nobiliori perfectione mobile esse dispositum : perfectiora sunt itaque dona prædictarum utroque virtutum genere. Sed non solum prædictas virtutes morales & intellectuales, quin etiam theologicas excellunt in alio dono : ad actus enim proprios virtutes omnes præfatæ aliquo modo humano perficiunt modo : dona autem non humano, sed diuino potius modo perficiunt. Virtus enim humaná dicitur, eò quod ad operationem perficit humanam : humana autem operatio ex obiecto quandoque dicitur, vt quæ circa passiones siue operationes humanas existit, hocque modo sola morales dicuntur virtutes humanæ : quandoque verò ex subiecto, vt quæ in ratione eliciente aut imperante operationes, siue in potentia rationi obediens consistit, & sic omnes habitus perficientes ad operationes aliquas in quibus cum brutis non communicat homo, humani dici possunt. Quandoque autem ex modo humana dicitur operatio, vt cum quis ea quæ hominis sunt, secundum modum exequitur humanum. Si autem supra modum exequitur humanum, iam non humana dicitur operatio, vt in virtute etiam patet heroica, quæ propter sui excellentiam in operante non humana, sed diuina dicitur. Vides enim etiam in fide, quæ theologica est virtus, modum humanum, non diuinum, dum per speculum creaturarum & ænigmata similitudinum diuina participat. Intellectus verò donum de auditu per fidem illustrat mentem, vt in hac etiam vita prælibationem futuræ accipiat manifestationis. Sic & in aliis contingit donis.

Quæro vt explices per singula. P. Dona quatuor quæ potentiam perficiunt cognoscitiuam, ad supernaturalem ordinantur cognitionem, quæ in homine per fidem fundatur : fides autem ex auditu est : ideoque homini aliqua oportet credenda proponi sicut audita, non autem sicut visa, quibus per fidem assentiat

tiat homo primæ innitens veritati. Ad primam itaque veritatem primo se fides habet. Deinde ad quædam circumspecturas consideranda, quæ etiam credenda sunt. Vltimo autem ad operam directionem humanarum : per dilectionem etiam operatur. Illa igitur quæ credenda fidei proponuntur, intellectus dono præferuntur : sed de eisdem certum habetur iudicium vt inhereatur eis, & ab eorum recedatur oppositis : & si res quidem diuinæ fuerint, sapientia erit officium : si verò creatæ fuerint res : hoc ad scientiam spectabit donum. Ad singularia autem opera applicatio ad donum equalitè pertinet. Vt autem clarius liqueat quæ dico, singulo immorandum est dono.

25. De dono in intellectu.

Intellectus itaque quadam importat cognitionem intimam : penetrat enim vsque ad rei essentiam : obiectum siquidem eius quod quid est : sensus autem tantum circa qualitates sensibiles exteriores occupatur : nam intrinsecus latent multa, ad quæ intellectus quasi incutus legendis ingreditur : sub accidentibus namque rei latet natura, & sub verbis ipsorum significata, sed similitudinibus veritas figurata, in causis etiam effectus & in effectibus cause latent : & ad hæc omnia penetrat intellectus lumine, & naturali quidem lumine ad ea quæ natura non excedunt metas, ad excedentia verò non nisi lumine supernaturali quod donum intellectus vocatur : homo enim ad supernaturalem ordinatum beatitudinem, veritatem circa finem vltimum apprehendere habet intellectus dono : & nisi vsque ad hoc à Spiritu sancto moueatur hominis intellectus, vt de sine illo rectam habeat æstimationem, eidem charitatis visculo conuadendus, nondum intellectus donum affecturus est, licet circa finem illum optimum plura attingat præambula : æstimatio autem recta intellectus dono de sine obtrahitur, cogit fini optimo firmiter inhzere, quod sine gratificante non contingit gratia. Et ad hoc vltimus inspicit, quod intellectus donum licet circa necessaria & æterna versetur, illa etiam secundum quod humanorum sunt regulæ actuum, considerat : & ideo præfatum donum etiam ad operabilia se extendit, non quidem vt circa ea principaliter existat, sed solum in quantum præfatæ operabilia rationibus regulantur æternis, quibus inspicendis & consulendis superior inhzret ratio quæ intellectus perficitur dono. Humanorum namque actuum regula & ratio existit humana, ac etiam lex æterna : at lex æterna humanam excedit rationem : & ideo humanorum actuum cognitio, secundum quod à lege regulantur æterna, rationem naturalem excedit. Quare ipsa ratio supernaturali indiget lumine, quod donum intellectus iam dictum est. Ex his collige intellectus donum ad finem vltimum pertinere, gratificante etiam informari gratia, & etiam ad humanos defectus actus regulandos.

26. De dono scientia.

Consequenter de scientia inspicit donum, quod sicut intellectus donum ad fidei certitudinem ordinatur. Sicut autem humana mens alicui assentit veritati in cognitione naturali, ipsam videlicet capiendò veritatem, & de ea

D. Alb. Mag. lib. de apprehensione;

dem certum habendo iudicium : sic & in gratia seu supernaturali contingit motus a fidei vt enim perfecte assentiat veritati fidei, oportet ipsam hominis mentem quæ proponuntur credenda sanè capere, quod ad intellectus doni spectat officium, & de eisdem certum habere iudicium, credenda scilicet à non credendis discernendo, quod ad scientiam pertinet donum : fidem autem manifestare & contradicentes continere, alterius scientiæ officium est, quæ quidem non omnium est facultas : sic hæc sunt inter gratuita, sed inter data gratis ostentatur dona. Hanc autem discursum esse contingit scientiam : scientiæ verò donum minime : assimilatur enim scientiæ diuinæ, quæ simplici intuitu, non discursu aliquo certum habet de omni veritate iudicium. Vt cum iudicium certum ex causa accipiatur rei quæ iudicium patitur, scientiæ donum non per causam primam iudicat, hoc enim scientiæ est donum, sed per secundas causas seu per res creatas de rebus iudicat diuinis : res itaque creatas scientiæ donum pro medio accipit, sicut scientiæ donum res increatas. In scientiæ itaque dono id quod formale est, siue medium quo cognoscitur, res sunt creatæ : id autem quod materiale, siue id quod cognoscitur, res diuinæ esse possunt, vt ipsius notitia Dei. In scientiæ verò dono è conuerso est : id enim quod formale est, res sunt diuinæ : quod materiale, res creatæ esse possunt, vt actus humani cum secundum regulas diriguntur æternas : scientiæ igitur pars rationis inferior deputatur, sapientiæ verò superior. Hoc etiam scientiæ donum soli habent iusti, qui ex gratiæ infusione certum circa credenda habent iudicium & agenda.

Vltimus de scientiæ dono. Huius autem doni est causam considerare altissimam, & secundam eam de aliis iudicare certissime, & ordinare omnia, quemadmodum & in quolibet rerum genere nuncupatur sapiens, qui secundum causam in illo genere altiore de omnibus in eodem contentis genere rectè iudicare potest, puta in medicina perfectus de medicinalibus rectum habet iudicium. Hanc itaque causam Deum dico, quem cognoscens, sapiens quis est, potens secundum diuinæ regulas omnia iudicare & ordinare : & diuina quidem contemplans ipsa secundum æternas iudicare regulas & humana, tam de diuinis quam de humanis per diuina certum habens iudicium : in contemplatione æternam rerum diuinarum & humanarum & rerum ordinatione, quantum ad salutem necessarium esse constiterit, per diuinæ regulas infallibile habet iudicium gratiæ distamine gratificantis. Vnde scriptum est : Vnctio docebit vos de omnibus. Qui verò altiori gradu diuina contemplans, altiora cognoscit mysteria, aut humana, dirigens non seipsum tantum, sed alios etiam ordinare potest secundum regulas eadem alterius gratiæ gratis datae dono sapiens est, de qua diuinus ait Apostolus. Alij, inquit, datur per Spiritum sermo sapientiæ. D. De certitudine iudicij huius doni laudius audire vellem. P. Cum omnis effectus in suam possit resolui causam, ex ipsa causa de

27. De dono scientia.

1. 2. 3.

1. 1. 1. 1.

extremitas dicta: lumen autem cum quasi forma sit permanens, ideoque difficile mobilis, ad habitus reducitur rationem. Cuius etiam signum est: quoniam intelligens in præfato intellectu lumine, aliquam firmam habet de eis notitiam, eò quod illa inspiciat in principiis connaturalibus & permanentibus per modum habitus dum cognita in ipsa resolvit principia, quæ etiam principia ab ipso lumine certitudinis habent firmitatem, quemadmodum & ipsum lumen à patre luminum recipit firmitatem certitudinis: quoadmodum vero non sit resolutio cognitorum in sua principia, non firmatur cognitio in vno, sed apprehendit ea intellectus quæ cognoscit quasi probabilitatem quandam, ut potè ab aliis dicta: unde oportet ut de singulis ab aliis habeat. Veluti si quis nesciret geometriæ conclusiones ex principiis deducere, habitum geometriæ non haberet: sed quæcunque de conclusionibus geometriæ sciret, apprehenderet quasi credens docenti: & sic oportet ipsum de singulis instrui, eò quod nequiret ex quibusdam in alia devenire firmiter, facta resolutione in principia prima. Principium autem in quo cognosci possunt contingentia futura, & huiusmodi quæ naturalem excedunt cognitionem, de quibus prophetiam esse constat, ipse Deus est lumen inaccessibile. Ideoque cum propheta Dei essentiam non videat, non potest ea quæ prophetice videt, cognoscere lumine aliquo quod quasi forma sit habitualis menti eius inhaerens, sed oportet prophetam de singulis sigillatim instrui. Unde & lumen propheticum habitus non est, sed in anima sit prophetæ potius per modum passionis cuiusdam, quemadmodum lumen solis in aëre, quod quidem in aëre non remanet, nisi apud solis irradiationem, sicut nec lumen propheticum in mente remanet prophetæ, nisi quando diuinitus inspiratur actualiter. In stellis autem idem lumen est ut qualitas aut ut forma quædam in eis permanens, secundum quem modum lumen in intellectu existit humano, ut prædixi. Iam ergo videre potes quomodo species per sensum accepta, si lumini intellectus agentis, quod per modum est habitus, iungatur, habitum constituit, non autem si prophetico lumini, quod per modum existit passionis solum & non habitus. In vnaquaque enim re id quod materiale est, ad conditionem eius quod in ipsa re formale est, assumitur. Liqueat etiam in ipso solo lumine prophetico, quod per modum existit passionis, aliquando scientiam constare propheticam, omni specie remota. Non igitur habitus erit, licet habitus quædam dici possit: inspiratione enim diuina abeunte, qua aliquid in mente imprimetur prophetæ, ipsa mens habilior remanet ad recipiendum iterato diuini luminis impressionem. Sicut etiam fixerunt quidam scientiæ habitum solam habitatem fore humanæ mentis ad recipiendum illuminationem intelligentiæ agentis, & species intelligibiles ab ipsa effluentes. Sicut & in rebus corporalibus videri potest: quoniam aqua prius calefacta, post infundationem habilior existit ad

iteratam calefactionem. Sic licet prophetia, ut dixi, habitus quædam sit, tamen præquisio ipsa prophetæ actus est, licet imperfectus: ac ideo ex habitu ipsum procedere non oportet. Lumen autem diuinum, quod & à propheta raptim recipitur, simile potius passioni est, pro ut intelligere quoddam pati est.

D. Grata sunt hæc quæ disseruisti & suauitate plena, & aduerto quomodo differre prophetia dicatur tam habitus, quam etiam actus aut passio: sed hæc me mouent, quod Prophetam dixisti non videre essentiam diuinam, cum in speculo æternitatis inspiciat, quod Deum esse videtur, & quod etiam ipsum Prophetam dixisti sine speciebus lumen suscipere propheticum, hæc etiam explicari clarius exopto. P. Fateor Prophetas non videre diuinam essentiam, nec in quantum beatitudinis obiectum est, nec in quantum in ea sunt rationes futurorum euentuum, ut quidam irrationabiliter putauerunt: non enim Propheta in diuina essentia rationes creatorum aliquorum videre potest, cum ipsam diuinam non videat essentiam, & ratio idealis supra diuinam nihil addat essentiam, nisi ad creaturæ respectum solum. Vident tamen in speculo æternitatis. Species enim omnium rerum in Deo præexistunt antequam contingant, & sunt quidem diuine, & idem quod Deus: postquam autem euenerint res, earum species à diuinis exemplatæ, creatæ sunt vel concreatæ, & naturales quidem sunt seu miraculosæ ad esse reale determinatæ. Sed in mente Prophetæ rerum species à diuinis originatæ sunt, & exemplatæ, ac determinatæ ad esse intellectuale secundum modum cognitionis propheticæ. Ut igitur speculi transumptio vera fiat, non ipse Deus speculum dicitur, sed potius exemplar, cum species in eo sint ad res: sed creatura dicitur speculum, in qua species resultant ab ipso exemplari æterno, ut diuinus ait Apostolus. Videmus, inquit, per speculum, scilicet creaturarum: sed obscure quidem propter debilitatem luminis naturalis ipsius intellectus qui agens dicitur, qui ad manifestissima naturæ se habet ut nocturnæ oculus: ideoque forte subiunxit in ænigmatæ. Sic & mens Prophetæ speculum dicta est, in qua species seu rerum similitudines à diuinis resultant rebus secundum diuini illustrationem luminis: ideoque minus in ænigmatæ Propheta videret, quam qui secundum naturalis tantum potestatem luminis, rationes intuetur creaturarum, naturalia inquirès Philosophus. Rectè igitur Prophetæ mens speculum dicitur, in qua veritatis primæ similitudo resultat: sicut & Dei Filius, in quo deitatis species recipitur à Patre, speculum nuncupatur sine macula. D. Ex luculenta tua doctrina ultra expectationem meam triplex speculum aduerto, scilicet, diuinum quod est Dei Filius, in quo Dei natura, & creatum in quo rei natura, & intellectuale, scilicet mens Prophetæ in quo rei notitia præsentatur: sed quare huius speculum æternitatis dicatur, audire cupio. P. Mens Prophetæ dicitur speculum æternitatis, non quod Deum videat æternum, sed quia species seu rerum similitudines in eius mente à di-

2.
Quomodo propheta videtur in speculo æternitatis, & quomodo homo in speculo & ænigmatæ.

1 Cor. 13:

uina

quidem secundum species aut similitudines aliquas corporales vel indiuiduales, sed intelligibiles tantum: habet enim animus seu intellectus nonnullam speciei notæ similitudinem, vt Augustinus docuit, quæ intelligibilis similitudo in reuelatione prophetica aliquando immediatè à Deo imprimitur, aliquando ex imaginariis resultat idolis, secundum prophetici luminis auxilium: ex eisdem enim imaginariis formis subtilior conspicitur veritas secundum altioris illustrationem luminis. Prophetæ insuper hi de omni specie accepta vel representata, siue in se, siue in aliis, tam sensibili, quam imaginaria, quam etiam intelligibili ex prophetico lumine iudicare sufficiunt.

4.

D. Me mouet an hoc propheticum lumen tantum à Deo descendat in Prophetæ mentem, an etiam ab Angelis, cum per eos lex ordinata dicatur, & diuinas visiones gloriosi patres adepti sint per medias cælestes virtutes, vt diuinus asserit Dionysius. P. Constat lumen propheticum à Deo originaliter procedere, quo mens Prophetæ illustratur: tamen ad tanti luminis susceptionem congruam, ipsa mens Prophetæ angelico confortatur lumine: cum enim diuinum lumen simplicissimum sit & vniuersalissimum in virtute, non erit humane menti proportionatum, vt ab ea in statu viæ percipiatur, nisi quodammodo contrahatur & specificetur per coniunctionem ad angelicum lumen, quod magis contractum est ac menti humane magis proportionatum. Fiunt itaque diuina reuelationes per medios Angelos ad homines ab ipso Deo: medij enim inter Deum & homines existunt Angeli. Specierum tamen formatio in imaginatiua virtute attribuenda est Angelis: tota enim corporalis creatura per spirituales administratur creaturam, vt Augustino placet, & vis imaginatiua organo vititur corporali. Eo itaque ipso quod Angelus suo lumine humane confortat intellectus lumen, hominem illuminare dicitur: & eo ipso quod organum phantasie commouere potest, potest visionem imaginatiua formare prout Prophetæ competit.

Galat. 3.

Quod lumen propheticum non tantum à Deo, sed etiam ab Angelis dicitur descendere.

An solum mens prophetæ cum aliquo speculo et similitudine sita per prophetiam de triplici diffinitione sentiat.

Hæc licet alia sint, humili coarctati intellectus sunt, sed dubitatio suborta est. Prout supra dicitur acceptio simul & iudicium quodammodo supernaturalia esse, & proportionem habere: quæ tamen verò solum per diuinum lumen illustratur. Prout etiam quod rationi non tantummodo in se, sed etiam in aliis, tam sensibili, quam imaginaria, quam etiam intelligibili ex prophetico lumine iudicare sufficiunt.

supra dixi, species cum lumine prophetico speculum dici æternitatis: talisque visio ad imaginariam terminata propriè Prophetam constituit: nam prophetia obfcuritatem dicit quandam, quemadmodum & fides, & ab intelligibili trinitate remotionem. Reuelatio tamen aut visio intelligibilis veritatis supra naturalem facultatem existentis nobilior quam prophetia existit propriè dicta. Sed infra prophetiam reuelatio illa est, in qua lumen intellectuale datur diuinitus, non ad cognoscendum ea quæ facultatem excedunt humanam, sed ad iudicandum potius secundum veritatis diuinæ certitudinem ea quæ ratione humana cognosci possunt. Prophetia itaque media est inter illam superiorem, & hanc inferiorem intellectualem reuelationem: & à prophetia in qua supernaturalis veritas conspicitur sub similitudine corporalium rerum secundum imaginariam visionem, omnes Prophetæ sic vocati sunt: ab vtraque verò intellectuali reuelatione agiographi suum nomen acceperunt: sancta enim conscripserunt eorum infusa mentibus: & supra prophetiam quidem Dauid diuina mysteria, Salomon verò moralia infra prophetiam, tam hæc quam illa secundum contemperationem nudant intelligibilis veritatis accepta sine imaginationis officio aut alicuius similitudinis corporalis.

6.

Gradus reuelationis quo infra prophetiam existit.

Ex hac insuper triplicis reuelationis differentia tuum erige obrutum ad intelligentiam graduum reuelationis infusa. Reuelatio enim quæ infra prophetiam existit, duos habet gradus, quorum primus est cum quis ex influxu diuino aut instinctu, qui eo quod supernaturalis est, ad reuelationem reduci potest, ad aliqua exterius facienda mouetur, vt Sanfon in quem Spiritus Domini dicitur irruisse, vt vincula dissolueret. Secundus est, cum quis ex lumine diuino illustratur ad cognoscenda aliqua quæ naturalis cognitionis limites non excedunt, veluti Salomon qui locutus est parabolas, & disputauit super lignis à cedro quæ est Libano, vsque ad hysopum quæ egreditur de pariete, & disseruit de iumentis & volucribus & reptilibus & piscibus. Hi autem gradus ad supernaturalem veritatem non attingunt, licet ex supernaturali concedantur influxu.

7.

Gradus reuelationis quo prophetia ipsa est.

Reuelatio quæ prophetia ipsa est, plures habet gradus prædictis altiores, quorum primus est somnium, quo anima à sensibilibus abstracta, dormiendo ex supernaturali lumine ad supernaturalem eleuatur veritatem secundum imaginariam visionem. Secundus verò visio est, quo vigilando simili modo eleuatur. Hic autem prædicto altior est gradus: quia maior prophetici luminis virtus esse videtur, quæ animam circa sensibilia vigilando occupat ad supernaturalia rapit. Tertius autem consistit in expressione alicuius signi imaginabilis, puta rei quæ videtur, significatiua intelligibilis veritatis, & hoc siue in dormiendo siue vigilando contingat, vt spicarum plenum fertilitatis annos significantium visio: & inter hæc rerum signa aliud etiam altero expressius est: vnde & prophetia altior etiam existit, vt illis succensio, quam Ieremias vidit.

dis

dic, cunctis incendiis expressis significatis. Quartus vero consilii gradus in expressione signi imaginabilis, puta verbi verba enim maxime expressiva sunt intelligibilis veritatis signa magis eorum quam res. Ideoque altior Propheticus gradus est, cum Propheta verba in die captivitas intelligibiliter veritatem, sive dormiendo, sive vigilando hoc accidit, quam si res videret significatis veritatis, et in procedenti conringit gradus. Quintus autem altior gradus est, quando videt Propheta non solum signa verborum aut factorum, sed etiam ipsam personam colloquentem sibi, vel aliquid sibi demonstrans; ostenditur enim ex hoc, quoniam Propheta mens ad eum qui loquitur, appropinquat. Sextus autem adhuc altior gradus est, si loquens vel demonstrans videtur, sive dormiendo, aut vigilando, in specie Angeli quasi in specie hominis. Septimus iterum altior est, quando sive vigilando, sive dormiendo, in specie Dei videtur, quem admodum Ilias vidit Dominum sedentem super solium excelsum. Sunt autem hi gradus septem, secundum intellectualem et imaginariam visionem que prophetam constituit.

Super omnes autem hos gradus, tertium genus revelationis est, prophetiam excedens, in quo intelligibilis veritas et supernaturalis imaginaria visione ostenditur: et in hac quidem revelatione gradus non distinguuntur: discretio enim luminis intelligibilis ad hominem nequit cognosci, nisi secundum quod per aliqua signa imaginaria vel sensibilia indicatur: ideoque ex discretione imaginatum diversitas intelligibilis luminis perpenditur ab homine, et sic valeat gradus distinguere: et si intelligibilis ac supernaturalis veritas non in se a quoquam etiam in hoc altissimo revelationis genere existente, sed in suis intelligibilibus effectibus accipitur, tales etiam effectus gradus non distinguunt, nisi dicta veritas signis corporalium rerum applicetur: cognata enim homini est per sensibilia gradus veritatis acceptio.

Et ex dictis intueri Moyse excellentiam, et primo quidem quantum ad imaginariam visionem quam quasi ad autem habuit; non solum videns res significativas, nec solum audiens verba, sed etiam loquentem videns, in specie, inquam, ipsius Dei, non sive dormiendo, sed vigilando, loquebatur enim ei Dominus facie ad faciem, sicut solet homo loqui cum amico suo. Etiam etiam quantum ad visionem intellectualem: veritatem enim intelligibilem contempit non solum sicut David, in effectibus quibusdam intelligibilibus, sed in specie Dei effectus; ad quam hoc medio intendendum optus fuit: palam enim non per aliquam Deum vidit.

D. Hoc omnia memoratis plenius sunt: sed sicut de prophetia gradibus habetur distinctio, sic et de eius speciebus intelligitur distinctio: cum prophetia dividatur in prophetiam a divinis personis et prophetiam a divinis personis. Prophetia a divinis personis dividitur in prophetiam a divinis personis et prophetiam a divinis personis. Prophetia a divinis personis dividitur in prophetiam a divinis personis et prophetiam a divinis personis.

De revelatione in qua prophetiam excedens

De excellentia intueri Moyse

De hoc omnia memoratis plenius sunt

ne considerat ordinem causarum ad suos effectus, et sic virtus creata cognitionem habere potest de futuris, ut medicus futuram dicitur perire proferre mortem, et astrologus pluviam futuram: in quantum scilicet naturalia principia ad tales ordinata esse effectus: Vnde si tales sunt cause quantum effectus impediendi possunt, non semper tenent quod sic prescitur esse futurum. Deus autem non solum precongnoicit futura ratione ordinis causarum, sed etiam quantum ad ipsum exitum vel executionem ordinis: et hoc quia eius intuitus aternitate mensuratur; que omnia tempora comprehendit in nunc uno indivisibili: et ideo vno simplici videt ad quid cause ordinate sint, et qualiter ordo ille impletur. Quod quidem creaturæ impossibile est; cuius intuitus ad aliquod determinatum tempus limitatur: vnde que in illo tempore sunt, cognoscit: sed futura in tempore quo adhuc futura sunt, non sunt nisi in ordine causarum futurarum: vnde sic solummodo ab homine precongnoisci possunt. Vnde etiam cum homo dicitur precongnoiscere futura, magis prescitur, qua futurorum scientiam habere dicitur in ordine enim causarum suarum sicut presentia preexistunt, que postea futura sunt. Solum igitur Dei proprium esse relinquitur verè scire futura, cui nihil preteritum aut futurum, sed omnia sunt presentia, et quantum ad causarum ordinem; et quantum ad huiusmodi ordinis executionem; intuitu simplici vno ac in vno indivisibili nunc comprehendit, et pariter ante dixi. Quandoque igitur prophetia derivatur a presentia divina ratione ordinis causarum, et sic est prophetia conminationis: tunc enim nihil aliud Propheta revelatur, nisi quod secundum ea que nunc sunt in causis suis; hoc ad hoc vel ad illud ordinatum est: vnde prophetia hac non semper impletur: per eam enim tantum pronuntiatur ordo cause ad effectum suum, qui tamen quandoque aliis supervenientibus impeditur. Quandoque vero prophetia derivatur a divina presentia ratione executionis sine impletione luminis: quæ quidem impletio si ex solis divine virtutis operatione fiat, prophetiam predestinationis erit. Tale quidem fuit casus suscipio, Virginis conceptio, et huiusmodi: ea enim Deus predestinat que in nobis non sunt; ut ex nostris Damascenus dicit: ideo que predestinatio quasi quidam Dei presentio dicta est: hoc enim que pariter quod futurum est ipse, non quod alius. Si autem impletio fiat operatione etiam aliorum causarum, sive naturalium, sive voluntariorum, pota liberi arbitrii, sic prophetia predestinatio erit: talia enim in quantum per alios causas impletur, predestinatio non sunt, que predestinata per scripturam solum sunt Deus, presentio dicitur esse. Virtus que potestatem predestinat homines sic, ideo prophetia predestinatio principii casus que per homines libero arbitrio, contingit. Prophetia hac cum honorum quantum ad futurum est, cum predestinatione tantum ex illis honorum: Deus enim non nisi bona solum homo vult et bona solum.

De prophetia predestinationis

D. De prophetia predestinationis

licæ curiæ & intrans sanctuarii Dei nouissima intelligeret. Ex his igitur videre potes, quoniam primi hominis apprehensio inter cognitionem hominis beati & eiusdem post lapsum media existit, ac propheticam in aliquo excellit.

15. D. Cum Angelos constet per intelligibiles apprehendere species vel effectus, vt nunc parum ante supponis, & Prophetas etiam, vt supra declarasti, & hominem primam in statu innocentie, vt modo asseris: si differre eorum apprehensio intelligenda est, quæso aperias. P. Angelorum apprehensio tam Prophetarum quam hominis primi innocentis apprehensionem excedit in aliquo. Cum enim Prophetæ anima ac hominis in innocentie etiam statu acceptio data sit ad corporis perfectionem & gubernationem secundum animalem vitam, quare Scriptura memorat primum hominem factum fuisse in animam viuentem, id est, vitam animalem corpori dantem: idem modus humanæ animæ intelligendi etiam in statu innocentie est per conuersionem ad phantasmata. Vnde licet præfati intelligibiles effectus à rebus non fumantur sensibilibus eo modo, tamen propter dictum intelligendi modum, qui animæ competit ex suæ conditione nature, figuris corporalium rerum applicantur: nam propter humani intellectus naturam sic intelligens imagines formare potest quibus utatur. Intelligendi verò modus qui Angelis competit, longè eminentior est: quoniam non per conuersionem ad phantasmata. Sic etiam apprehensio prædicta Prophetarum in aliquo excedit primi hominis notitiam. Primus enim homo omnium eorum scientiam habuit quæ in primis principiis per se notis virtualiter existunt, & etiam aliquorum quæ naturalem excedunt cognitionem, quæ ad vitæ gubernationem spectabant secundum statum in quo conditus fuit: vita enim hominis ad quendam supernaturalem finem ordinata est, sicut & homini ea quæ fidei sunt, necessarium est cognoscere ad gubernationem talis vitæ. Alia igitur quæ naturaliter sciri nequeunt, nec ad gubernationem vitæ humanæ sunt necessaria, primus homo non cognouit, puta hominum cogitationes, ac futura contingencia, & quædam etiam singularia, vt quæ dicuntur in nomine lapilli, & huiusmodi alia. At prophetica apprehensio ad hominum cogitationes attingit ac futura contingencia contemplatur. Verum primi hominis apprehensio propheticam excedit etiam in aliquo: nam sicut primi hominis apprehensio, prophetica quidem, libera non est ab ænigmate seu obscuritate quæ ex peccato contingit, vt à sensibilibus distahatur Propheta, & circa ea occupetur, corporis mole corruptibilis grauatus, quod eius animæ non totaliter subditum est: Prædictis autem horum trium apprehensionibus hoc commune est, secundum nouas quotidie posse proficere reuelationes in his quæ supernaturalia existunt. Naturalium verò omnium Angelis innatas, primus homo infusus, sed quorundam Prophetæ acquisite accepit species.

15. *Ad in statu innocentie, Angeli & Prophetæ quæ diuersa sunt apprehensiones per effectus intelligibiles.*

Genes. 2.

P A R S X.

De apprehensione quæ est per raptum.

D. De raptu etiam eius supra meministi, tuâ expecto doctrinam. P. Potest homo intelligi multipliciter rapti. Primo quidem modo cum ab eo quis auertitur circa quod eius ferebatur intentio: sic enim rapitur qui mentis euagationem patitur, licet talis non propriè raptus dicatur. Alio autem modo quis rapti dicitur, cum à termino vel fine ad quem naturaliter inclinatur, remouetur, quemadmodum lapis sursum iactus rapti dicitur. Sic & hominis anima in pœnas quæ præter eius sunt naturam, rapti dicta est. Alio etiam & propriè magis rapti quis dicitur, cum præter modum connaturalem sibi agit. Modus homini connaturalis est, vt per sensibilia intelligat diuina: inuisibilia enim Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, vt diuinus ait Apostolus: & hic quidem modus hominis est in quantum homo est, cuius operatio propria est mediante imaginatione & sensu intelligere: ac imaginatione & sensu prætermittis intelligere, operatio hominis in quantum est homo, non est, sed in quantum aliquid in eo existit diuinum. Talis utique melior est vita contemplatiua quam secundum hominem: non enim secundum quod homo est, utet sic, sed secundum quod aliquid diuinum in ipso existit, vt in suis moralibus Aristoteles scripsit. Cum quis igitur sine imaginationis & sensus adminiculo aliquid intelligit, rapti dicitur. Talis autem abstractio quandoque fit ex causa corporali, vt in patientibus contingit, aut phreneticis, aut furiosis. Quandoque ex dæmonum virtute, vt in arreptitiis accidit. Quandoque vero est ex diuina, vt cum quis diuino spiritu ad aliqua intruenda eleuatur, & talis propriè rapti dicitur, quemadmodum Ezechiel qui ait: Spiritus eleuauit me inter terram & celum, & adduxit me in Ierusalem in visionibus Dei. Verum humana mens diuinitus rapitur ad contemplandam veritatem diuinam quandoque per similitudines imaginarias: & talis fuit mentis excessus qui super Petram cecidit. Quandoque verò per intelligibiles effectus: & hic Prophetæ Dauid excessus fuit. Quandoque autem per diuinam ipsam essentiam: & hic fuit Pauli & Moyli raptus, licet quidam minus rectè putauerint Paulum in raptu vidisse Deum per resultationem intelligibilis alicuius luminis in ipsius mente, non per diuinæ essentia intuitum, quod beatorum est: nec per sensibilem ænigma, quod viatorum esse constat, sed media inter has cognitione quadam, qualis Angeli existit cognitio naturalis, qui Deum vidit, non per essentiam, sed per aliquas intelligibiles species. Considerando enim suam essentiam, intelligibilis essentia increate similitudinem existentem, diuinam intellexit: sicut enim scriptum est, omnis intelligentia scit, quod est supra se, in quantum est creata ab eo.

1. *De tribus modis raptus, & de eius triplicis differentia.*

Rom. 1.

Ezech. 18.

Lib. de cau. fr. propo. 3.

Sed

Lib. de em-
lis propo. 1.

Sed hæc cognitio non placet Aug. qui Paulum vidisse Dei essentiam affirmat.

Quod raptus fuit per modum passionis in quo Paulus vidit divinam essentiam.

D. Quid igitur? Videtur Paulum beatum fuisse si Deum vidit. P. Lumen glorie theotici Apostolicæ infusum fuit per modum cuiusdam passionis transeuntis: sicut solis lux in aëte recipitur, sicut supra dictum est lumen propheticum per hunc modum recipi in mente Prophete: ideoque Paulum secundum quid non simpliciter beatum fecit, nec dotem habuit glorie, nec in corpus eius talis redundavit glorie lumen: cumque in ipso fuerit Dei visio secundum actum solum, non autem secundum habitum, sic & fides & spes in eo tunc fuit secundum habitum solum, non autem secundum actum. Sic etiam licet tunc Paulus in statu fuerit merendi, quia talis visio non ei reddita tanquam premium fuit, non tamen in merendi extrinseco actu: tam visionis enim quam charitatis primæ actum qui meriti actui non competit, habuit. Beatorum verò mentibus idem glorie lumen infusum est per modum habitus aut formæ, quasi cōnaturalis effectæ ac permanentis, ut in stellis lux solis: hocque modo beatus simpliciter facit, dotemque confert glorie, ac in corpus reddabit, statumque auferet merendi, non actum solum: istoque modo Apostolus nequaquam lumen recepit glorie aut beatus fuit, sed primo, ut egregius sensit Aug. inquit. Cur non credimus, qui tanto Apostolo doctoci genium rapto usque ad ipsam excellentissimam visionem, voluerit Deus demonstrare vitam in qua post hanc vitam viuendum est in æternum? Idemque alibi asserit, quod ipsa Dei substantia à quibusdam videri potuit in hac vita positis, sicut à Moyse, & Paulo, qui raptus audiuit ineffabilia que non licet hominibus loqui.

3.

D. Difficile videtur intelligere id quod Augustinus supponit, hominem mortali vita simul & æterna vivere posse: qui enim mortali degit vita, sensibus utitur corporis: quibus vel non posse videtur mens divinam cœmentis substantiam. P. Visionem divinæ substantiæ actum intellectus constat esse perfectissimum, & in maiori qua potest intentione consistere. Ideoque oportet intellectum in tali existentem actu ab omnibus extrinsecis fore, que eius vehementiam impedire possunt. Unio autem anime cum corpore cui ut forma coniungitur, cum talis unio ex natura potius & non ex voluntate dependet, & attentionem non requirit, prædictam non impedit vehementiam, in qua maxime est intellectus attentio: nec etiam ex unione huius puritas inquiratur intellectus, que ad prædictam exigatur visionem. Virtus siquidem intellectiva ab essentia non procedit anime ea parte qua corpori unio, sed ea qua à corpore libera remanet: talis enim forma non totaliter suæ immergitur materiæ: ac ideo anime ad corpus unio ad intellectus non pertingit operationem, ut ipsius impediat puritatem, cum medianibus potentiis suis que ab ea procedunt ea parte qua corpori iuncta est rationalis anime ut forma, suæ non iungatur materiæ: nullo enim inter formam & materiam existente medio anime per suam unio-

Qualis ab-
fractio fuit
Paulo raptus
serio in re-
pente.

D. Alb. Mag. lib. de apprehensione.

essentiam. Possibile est itaque mortali degen-tem vita, anime & corporis existentem unione, divinam videre substantiam, seu æterna vita vivere: cum ex tali unione alia quam intellectus requiratur attentio, nec intellectus ipsius puritas inficiatur. Verum cum operationes vegetabilis anime à prædicta inseparabiles sint unione, ipsis enim vivens necessatio utitur, nec huiusmodi operationes præfatum intellectui actus vehementiam aut intentionem impediunt: non enim in talibus operationibus requiritur attentio aliqua, quasi enim naturales sunt, cum calidi & sicci, frigidi ac humidi cōmpleantur virtute: nec eisdem actionibus intellectui admiscetur operatio, cum ab eis intellectus nihil accipiat, à solis sensitiuis accipit potentiis. Per actiones igitur vegetabilis anime nihil intellectus præiudicatur puritati: cum in vegetatiuis itaque operationibus attentio locum non habeat, nec per eandem intellectus inquinatur puritas, sicut nec unio anime ad corpus, sic nec actiones vegetabiles intentionem illam summam actus intellectui, quo Deus videtur, impediunt. Compatiuntur itaque se actus primus quo anima corpori ut formæ iungitur, & actus secundus vegetabilis anime cum isto nobilissimo actu, quo per essentiam cœmitur Deus, qui dictus est raptus. Operatio autem sensitiua tam exterior quam interior & intellectualis inuicem se impediunt. In cuiuslibet enim potentie cognoscitiue tam sensitiue quam intellectiue actu attentio actualis exigitur. Cum igitur anima ad actum unius potentie totaliter intendit, ab actu alterius potentie abstrahitur: non enim potest simul ad multa intendere, nisi illa multæ adinuicem ordinentur & accipiantur ut unum, sicut operationis aut theoris unius dieo termini esse non possunt nisi adinuicem ordinari. Quando igitur raptus ad intuitum divinæ substantiæ intellectus, totum eius intentionem aut attentionem in huiusmodi oportet visionem colligi, cum intelligibile vehementissimum sit, in quod intellectus fertur, & ad quod pertingere nequit, nisi copiam totò in illud tendat. Ideoque necesse est tunc ab omnibus corporis sensibus fieri abstractionem, ut sicut secundum attentionem elevatus est intellectus, sic etiam ab usu omnium sensuum aut potentie sensitiue tam exterioris quam interioris sit abstractus. In mortali itaque constitutus corpore Deum per essentiam videre non potest, nisi à corpore alienetur sensibus: Rursus cum intellectus humanus species intelligibiles recipiat à phantasmatis, sensibilibus admiscetur operationibus: ideoque ex illis eius inquinatur puritas: talis autem infectio intellectus humani sinceritati visionis divinæ substantiæ non congruit: quare saltem in actu illo artificiali veluti modum cōtinuam existenti, oportet ipsum ab omnium materialium intuitu phantasmatum abstrahi intellectum, in quo etiam certus ad huiusmodi abstractionem aptitudinem: licet enim, ut dictum est, ex sua ad phantasmata connaturalitate eius inficiatur puritas, non tamen obsecratur omnino, quemadmodum sensus corporeo alligatus ob-

F gino,

cum optimum quid sit, alium finem habere non potest: operans vero sic: delectationem enim habet finem, quæ simul est cum operatione ipsa, eod quod delectatio hæc mentis diffusio est operantis in operatione hac: & talis quidem diffusio semper operationi superuenit, sicut pulchritudo iuuentuti: sicut enim pulchritudo quidam hōs est iuuentutis, faciens ipsam appetibilem magis: sic delectatio quidam hōs naturæ est, qui super operationem propriam refloret: ut quemadmodum simitas propriam concernit subiectum, scilicet nasum, cuius est passio propria: sic delectatio operationem sic acceptam: est enim reflorentia vel diffusio, scilicet voluntatis aut affectus super operationem optimam, & inseparabilis ab ea, sicut a naso simitas: ut secundum modum hunc in beatitudine quasi materiale sit ipsa operatio propria, formale vero tpa delectatio: delectatio itaque ad operationem per se vel secundum se acceptam ordinatur, quæ est optima in natura & finis ultimus ac perfectio: quare & natura etiam delectationem operationibus adiungit, propter operationes ipsas ut optimum existentes, ne intermittantur. Sic & intellectiva operatio delectationem habet annexam, quæ rationem scilicet voluntatis in bonitate seu perfectione operationis talis: appetitque voluntas in operatione huiusmodi quietari propter operationis bonitatem. Principaliter itaque bonum est operatio ipsa in qua voluntas quietatur, quam delectatio seu quietatio voluntatis in operatione prædicata. Si vero operatio secundum quod in operante est accipitur, e contrario est: operans enim ordinat opus ad delectationem quam habet in operatione: & operationes humanæ ad felicitatem ordinem habent, in qua delectatio formale est. Hoc iterum modo operationem acceptam delectatio auge: propter delectationem enim operans magis operationi insistit & operationes multiplicat: auge tamen essentialiter sicut causa causatum operatio secundum se accepta delectationem: operationi enim ut causæ iuncta est delectatio.

18.
An delectatio sit passio vel perfectio.

D. Ex coniunctione conuenientis cum conuenienti delectatio sit: talis autem coniunctio cum receptio quadam sit, passio esse videtur: ex passione ergo erit magis. P. Id quod per sui coniunctionem delectationem facit, si in motu esset, nondum conueniens foret, sed ex parte contrarium: quare recipiens in fieri perfectum existeret recipiendo: nec delectatio inerit. Si autem in termino motus fuerit, iam à contrariis deputatum erit, & perfectio fiet conueniens in recipiente, secundum quam propria fiet operatio delectabilis existens: immediatè igitur operatio causa erit delectationis: cumque iam perfectè assimilatum fuerit quod coniungitur, in coniunctum esse erit, non in coniunctum fieri: ideoque non passio coniunctio talis conuenientis videbitur esse, sed perfectio: multoque magis continget hoc si quod coniungitur, intellectuale aut diuinum per naturam fuerit omnifariam ab omni relegate motu.

19.
D. Erunt delectatio in tempore delecta-

no enim motus est, ut Aristoteles scripsit, & Plato eam generationem dixit. P. Fateri oportet aliquam delectationem in tempore esse per se, aliquam verò per accidens, aliquam autem nullo modo, & hoc erit secundum exigentiam operationis à qua causa: ut motus enim iuxta terminum à quo est, operatio esse non potest propter contrarij vi. oriam: quare nec delectatio, sed lassitudo ibi erit magis: iuxta terminum verò ad quem est acceptus, iam aliqua operatio, licet imperfecta existit: forma enim ad quam est motus, in vincendo est, quam sequitur operatio: ideoque & delectatio erit, licet imperfecta, quemadmodum in motu sit & in tempore existens: licet delectatio talis rationem aliquam desiderij habeat, quia non solum præsentis boni aliquid adeptio est, sed futuri etiam expectatio: quemadmodum audiens primam versus partem, & in hoc delectatur, desiderat aliam partem versus audire: & sic in amborum delectationibus contingit: successiva enim talis est delectatio, & ideo in tempore est, quod successiuorum mensura est secundum se: ea enim de quorum ratione successio est, vel aliquid ad successionem pertinens, ut motus, & quies, & locutio, & huiusmodi alia, secundum se in tempore sunt: ea autem de quorum ratione successio non est, successiuo tamen alicui subiaccnt, ut hominem esse, quod de sui ratione successionem non habet: terminus enim motus vel mutationis seu generationis ipsius est, & non motus vel generatio: hæc, inquam, secundum se in tempore non sunt. Verum quia hominis esse transmutabilibus subiacet causis, iam per aliud, per causas scilicet secundum transmutationis successionem existentes, hominis essentia in tempore erit. Sic & delectatio in solo bono consistens adepto, quod terminus motus est, secundum se in tempore non est. Si autem tale bonum transmutationi subiaceat, iam delectatio per accidens in tempore erit. Si verò hoc bonum omnino intransmutabile sit, nec per se, nec per accidens delectatio erit in tempore. Talis autem est delectatio intellectualis, quæ in adeptione increati boni omnino intransmutabilis consistit. Delectatio igitur primo modo dicta improprie generatio quadam est, aut motus, qui actus imperfectus est existens in potentia & via in perfectionem. Secundo vero modo dicta terminus generationis est & motus, qui actus est perfectus existens in actu: nam finis motus est sicut in quo motus quiescit. Vltimum enim est consequens formam & operationem. Quemadmodum ergo intelligere & velle, sic & delectari actus est perfecti aut operatio delectabilis quidem ex sui habitus natura. Tertio autem modo dicta, nec terminus est motus, sed simplex ac delectabilissima operatio, aut delectatio concomitans operationem.

An delectatio sit in tempore.

20.
An beatitudo sit operatio intellectus praedicti vel speculatiui.

D. Iam ex dictis mihi liquet beatitudinem operationem intellectus esse, non voluntaris, & de delectatione operationem hanc consequente plura disseruisti quasi bono ipsius beatitudinis completiuo: sed an speculatiui vel practici intellectus præfatam operationem intelligas

reiligas aperi. P. Operationem intellectus speculatiui non practici esse oportet beatitudinem. Optima enim operatio beatitudo est: illa autem operatio optima est, quæ optime est potentia respectu obiecti optimi: optima autem potentia intellectus est, & inter omnia intelligibilia diuini ratio boni, obiectum est optimum: quare operatio speculatiui intellectus beatitudo erit. Est & beatitudo stabilis, quare operatio continua magis beatitudo erit: speculatiui autem intellectus magis diuturna est quam practici operatio: diuinorum enim contemplatio totum in se appetitum rapit altitudinis suæ causa absque omni experientia fastidij: semper enim contemplationes inueniuntur nouæ, potensque intellectus ad diurnitatem redditur ex theophaniis diuinis à fonte luminis in ipsum descenditibus intellectum ac confortantibus eundem: diuina siquidem essentia præfens & supereminens bonum simplex & totum simul mentem rapit beatam, ac perfectè totam replet ac saturat, eademque essentia infinitum ac incomprehensibile medium illius visionis beata existit: ideoque in contemplationum inuentione nouarum fastidium omne excluditur, talisque fastidij exclusio, non appetitus rei non habite, beatarum mentium desiderium est: practici verò intellectus operatio corporeis indiget instrumentis: ad materiam enim terminatur exteriorum: instrumentorum autem debilitas lassitudinem inducit: & ideo in operatione tali diurnitas esse non potest. Beatitudo etiam delectabilissima est: talis autem est & operatio speculatiui intellectus: admirabiles enim firmas ac puras delectationes habet operatio huiusmodi, nullumque contrarium aut penuriam habet: nullus enim de cõtemplatione & maxime Dei penitet. Ciuilibus autem operatio propter circumstantiarum defectum ut frequenter penuriam habet, quæ intellectus practici est operatio. Nihilominus contemplatiua delectatio admirabilis est, eod quod scientiam quia habens & non eam que est propter quid, admittit. Firma vero: eod quod habens scientiam propter quid, de ea que est quia non ambigit. Pura autem: quoniam scientia propter quid in simplici rei quidditate accipitur. Beatitudo insuper sufficientissima per se est: talis est operatio speculatiua: speculatiuus enim præter vite necessaria per se sufficiens est: vbi que enim speculatio potest, cum natura super quam est speculatio, semper ei præfens existat. Operatio verò practica multis indiget auxilijs exterioribus: prudens enim præter vite necessaria propter materiam moralem super quam intendit, circa multa indigentiam patitur, sic & iustus. Est & beatitudo per se diligibilis: huiusmodi autem est contemplatiua operatio: in speculatione enim & ipsius præcipue Dei nihil aliud quam ipsum speculatiui queritur: finis enim est hæc humanæ vite: & ideo hoc maxime diligibile est: quare & speculatiui hoc diligibile maximè est: in operatione vero practici intellectus queritur aliud quod per opus accipitur: quare beatitudo in speculatiua

operatione potius quam practica consistet. Ut intelligas quod dico, attende quod supra dixi, quoniam per operationem intellectus speculatiui prima coniunctio in nti est ad suum finem exteriorem qui Deus est, cui mens coniungitur in quantum ipsum cognoscit: per intellectum autem practicum cognitum non potest huiusmodi vltimus finis esse: cognitum enim intellectus practici ad cognitum suum ordinatur, sicut causa ad effectum: effectus autem alicuius non potest esse vltimus eius finis: perfectio enim causa ab effectum non dependet, sed e conuerso: & ideo beatitudo in actu intellectus practici nullo modo erit, sed speculatiui solum. Hinc enim est, quod cognitio practica semper propter aliam appetibilem est, speculatiua verò propter se ipsam diligibilis, ut in ea beatitudo consistat potius quam in practica operatione, ut supra dixi. Quare etiam ex hoc liquet, quoniam beatitudo propter se diligibilis est, cum vacatione existit: non enim in vltiorem ordinem habet aut transit actum, & cum vacatione est operatio speculatiui intellectus, non otiosa autem, sed non ad vltiorem ordinata actum: quare & propter se diligibilis est operatio hæc, quare magis beatitudo erit operatio speculatiua quam practica.

21.
An operatio intellectus sit per se diligibilis.

D. Operatio hæc intellectus que speculari est, per se diligibilis non esse videtur. Dilectio enim in volentem est. Voluntatis ergo operatio potius per se diligibilis esse videtur, quam intellectus. P. Operatio intellectus præcipue Dei contemplatio finis vltimus est, & bonum humanæ vite, & ideo valde desideratum. Questio enim maxime scire desiderata est questio de diuino intellectu, id est, ut sciatur diuinus intellectus, ut scripsit Aug. & quoniam obiectum tale valde est desideratum & diligibile valde est, ideo & operatio qua apprehenditur, est valde diligibilis: obiectum enim qualitas operationem quæ circa ipsum est, & in speciem trahit: quare si finis vltimus vel obiectum tale propter se diligitur, & apprehensio talis finis simili erit. Voluntas enim que naturalis motor est omnium animarum poterit ad actus proprie, circa propria obiecta intellectum mouet ad apprehendenda finem vltimum: quare actu voluntatis idem habet intellectus ut finis ille tanquam bonum ipsius intellectus, propter se diligatur. Vnde & apprehensio hæc per se diligibilis reddatur ac laudabilis ex voluntatis actu operationi intellectus immixto: omnis enim speculatiuus habitus rationum virtutis, & eius actus laudis præconium ex voluntatis sortitur imperio. Ut clarius liqueat quod dico, accipe distinctionem passionum in sensitiua parte secundum diuersam obiecti rationem. Bonum enim secundum sensum delectabile, eod quod appetitum sensitiuum sibi adaptat informans ipsum, causat amorem. Idem verò bonum ut absens consideratum, concupiscentiam inducit: sed ut præfens acceptum, efficit delectationem. Sic & bonum secundum intellectum delectabile secundum prædicte rationis diuersitatem dilectionem, desiderium & gaudium producit: sed que in

sentituo sunt appetitū, passiones quidem sunt : quæ autem in intellectu, simplices voluntatis motus vel actus. Ultimus igitur finis exterior qui Deus est, ex voluntatis actu immixto operationi intellectus, ut bonum eiusdem intellectus acceptus, per se diligibile, desiderabile ac lætificatum bonum existit, & talem reddit idem finis ipsam intellectus operationem circa talem finem existentem.

22.

D. Memini te supra docuisse voluntatis actum qui est delectatio, præsupponere intellectus actum qui apprehensio est, delectatur enim voluntas in bono apprehenso : nunc autem contrarium doces, aliter enim actum intellectus præsupponere voluntatis actum, eod quod intellectus à voluntate motus sum apprehendit obiectum. P. Fateor actum voluntatis præsupponere se in se includere intellectus actum, & e conuerso, ut obtinuit : sed hoc alia & alia contingit ratione. Bonum enim apprehensum vel intellectum ut finis mouet ipsam voluntatem, eiusdem voluntatis obiectum existens : hoc itaque modo intellectus voluntatem mouet, & actus intellectus præsupponitur & includitur in voluntatis actu. Voluntas etiam mouet intellectum sicut agens aut motor vniuersalis : in potentia enim ordinatis aut virtutibus potentia aut virtus respiciens vniuersalem finem, potentias mouet respicientes fines particulares. Cælum enim ad generabilium & corruptibilium conseruationem vniuersalem agens, omnia inferiora mouet corpora, quorum vnumquodque ad priora speciei vel indiuidui conseruationem agit. Et rex totius regni commune bonum intendens, ciuitatum singularium præpositos per suum mouet imperium, ut singulis ciuitatibus curam regiminis impendant. Sic & voluntas, cuius obiectum & finis est bonum commune, omnibus impetare potentis, quarum vnaquæque ad bonum commune proprium sibi conueniens comparatur, ut videtur ad coloris inspectioem, & intellectus ad cognitionem veri, hoc igitur modo voluntas ut motor vniuersalis omnes particulares mouet potentias, & cuiuslibet potentie actus præsupponit & includit in se voluntatis actum.

Quomodo actum voluntatis præsupponit actum intellectus, et à conuerso.

23.

D. Si voluntas mouet intellectum ad intelligendum aliquid, non video quin etiam isto modo illud aliquid iam aliquo modo apprehensum sit, ut ad ipsum apprehendendum voluntas mouere possit intellectum, ut sic hoc etiam modo voluntatis actus in se includat actum intellectus. P. Hæc discussio inuisibilis non est, ut plenius videatur in quo principaliter actus consistit gloriæ, in actu scilicet intellectus, an voluntatis. Attende igitur, quoniam tam intellectus quam voluntas considerationem dāphicam habent. Vno enim modo intellectus consideratur secundum quod apprehensio est entis & veri vniuersalis : alio vero modo secundum quod res quedam est, & potentia particularis particularem habens actum. Similiter voluntas vno modo consideratur prout est appetitua communis boni : alio vero modo secundum quod quedam est potentia determinata habens actum determinatum. Obiectum ergo intellectus est communis boni

In quo principatim consistit actus gloriæ.

ratio quam verum vniuersale dico : bonum vero ipsum commune, cuius ratio in intellectu est, obiectum est voluntatis quod in re existit : bonum enim & malum voluntatis obiecta in rebus sunt verum & falsum intellectus obiecta in ipso intellectu. Cum igitur obiectum intellectus simpliciter sit quam voluntatis, obiectum nobilior & prius erit secundum naturam : quare & intellectus voluntate : propria enim potentie ratio secundum ordinem ad obiectum est : secundum communitatem igitur obiectorum intellectu & voluntate adinuicem comparatis, intellectus voluntate nobilior ac prior inuenitur. Sic etiam si intellectus secundum communitatem sui obiecti consideretur, voluntas autem non, sed secundum quod determinata potentia est, sub ratione entis & veri quam intellectus apprehendit, continetur ipsa voluntas ac actus & obiectum ipsius, quemadmodum alia intellecta specialia, ut lapis aut lignum. Si autem voluntas secundum sui obiecti communitatem consideretur quod commune bonum est, intellectus vero secundum quod potentia quedam est specialis, sic sub communi bono velut quoddam speciale bonum intellectus ipse & eius actus ac obiectum quod est verum continetur : horum enim quodlibet speciale bonum est : hoc autem vltimo modo voluntas nobilior intellectu existit, & intellectus imperare potest, & ipsum mouere. Ecce videre potes qualiter intellectus & voluntas suis actibus diuersimodè se includunt inuicem : nam intellectus intelligit voluntatem velle ea ratione qua nobilior & prior voluntate inuenitur, & voluntas etiam vult intelligere ea ratione qua voluntas inuenitur intellectu nobilior & prior : sic etiam commune bonum sub vero continetur : huiusmodi enim bonum est quoddam verum intellectum. Verum similiter sub communi bono continetur : est enim huiusmodi verum quoddam desideratum bonum. Simpliciter tamen intellectus voluntate nobilior & prior est : tanquam enim in primo intellectu stabit. Voluntas enim motum omnem oportet quod apprehensio præcedat : non autem omnem apprehensionem præcedit voluntatis motus. Præcedit tamen apprehensionem omnem, alterum principium nobilior ac prius intellectu humano : hoc autem Deus est intelligendi ac consiliandi omni intellectui principium existens.

24.

D. Iam omnia dicta est ambiguitas & tua confirmata doctrina quam præmisisti, ut in actu intellectus tanquam principioris potentie, non autem in voluntatis aut practici intellectus sed speculatiui actus delectabilissimo beatitudo consistat, diuinam apprehendit essentiam : sed dubitatio adhuc restat an huiusmodi beatitudo quæ in coniunctione mentis ad Deum consistit, ad corpus aliquo modo diffundatur. P. Mens quia mago Dei est, beatitudinis est particeps. Imago autem Dei principaliter in mente inuenitur. Deriuatur autem etiam & ad corpus imaginis dignitas, ut in corpore sit quedam imaginis representatio. Erectæ enim stature corpus humanum est, menti congruens humanæ, quæ in Deum erigitur

Quomodo beatitudo mensis ad corpus diffunditur, & de actu corporis.

erigitur, eod quod Dei est imago. Ideoque mentis humanæ beatitudo in corpus redundat humanum, ut beatitudo corporis dicatur, secundum quam corpus animæ, Deo per visionem apertam coniunctæ subditum totaliter efficitur, eiusdem beatæ animæ influentiam suscipiens, ac perfectè exequens eius imperium : necessaria enim erit talis corporis gloria aut perfectio : naturalem enim habet ad corpus inclinationem : & ideo perfectius esse habet corpori iuncta quâ à corpore separata : & sic consequenter eius erit perfectior operatio qua Deo iungatur. Ex hac etiam plena corporis subiectione non iam retrahitur corporeis impediens aut corruptionis grauamine ab inhærentia diuina. Spirituale enim corpus totaliter effectum est spiritui totaliter subiectum. Hinc egregius dicit Augustinus : Tam potenti natura Deus fecit animam, ut ex eius plenissima beatitudine redundet in inferiorem naturam incorruptionis vigor. Sicur igitur dispositiones quæ in anima sunt beatæ, ad perfectam operationem qua Deo coniungitur, dotes sunt animæ, sic dispositiones quæ in corpore sunt glorioso, ex quibus corpus perfectè efficitur animæ subiectum ac obediens, corporis dicuntur dotes. Ut hæc ratione speciali magis rata pateant, vide quoniam anima corporis forma est ac motor. Cum igitur ad hoc sint corporis dotes ut animæ corpus perfectè subiiciatur, hoc erit ut subiiciatur ei ut formæ & ut motori. A forma autem causantur in materia esse substantiale ac accidentia, & amborum horum conseruatio. Corpus ergo gloriosum in quantum perfectè subditur animæ quantum ad esse substantiale, dos erit subtilitatis : ex hoc enim corpus gloriosum dicitur subtile, quia perfectè informatur ab anima, & ei anima perfectè dominatur gloriositate. In quantum vero anime subicitur ut formæ quantum ad accidentiales formas quæ in corpore sunt ab anima, sic dos est claritatis : claritas autem quæ in mente beata est ut spiritus, in corpore ab anima glorificata ut corporalis recipitur : quare in corpore claritate claritas mentis perpenditur, quemadmodum in vitro color vini. In quantum vero corpus gloriosum ab anima perfectè conseruatur ut eius forma, sic dos erit impassibilitatis : ex hoc enim impassibile dicitur, quoniam ex vi animæ immune ab omni lesione seruatur. In quantum vero corpus animæ ut motori subiicitur, sic dos est agilitatis : corpus enim secundum hoc agile dicitur, quod ad omnes animæ actus expeditum & paratum est.

25.

D. Ex dictis colligo, quod delectatio seu magis gaudium concomitans apprehensionem mentis qua Deus per suam videbitur essentiam, in coniunctione mentis ad Deum consistit, & in redundancia beatitudinis in corpus, ut felix anima de Deo gaudeat & sui corporis claritate. Quæso autem an aliud gaudium ad beatam spectet vitam. P. Est gaudium de Deo quod præmium essentialis est, & aurea dicitur, omnibus commune saluandis, quod charitati debetur. Est & gaudium de corporis gloria, essentiali superadditum præmio,

De multiplici gaudio gloriæ.

omnibus quidem commune saluandis, quod ex gloria redundat animæ. Est & gaudium de spiritualitate per recessum à carnis desideriis, quod fructus dicitur : ex semine enim fructus procedit. Sic ex diuini semine verbi fructus pullulat spiritualitatis secundum gradus diuersos, matrimonialis scilicet continentia, vidualis, ac virginalis, fructus videlicet t. i. i. g. f. i. m. u. s. & ceteros. Et hoc quidem gradium essentiali superadditum præmio, non omnibus quidem commune saluandis, his videlicet qui in fine vitæ poenitent suæ, in continentem dum viuerent ducentes vitam. Est & gaudium de quorundam operum perfectione, quæ excellentis rationem habent victorie, quod aureola dicitur, quod essentiali similiter superadditum est præmio : quare virginibus qui contra venereas prævalent concupiscentias innatas, propositum non nubendi sed interruptum habentibus, ac carnis integritatem absque propositi interruptione seruauitibus, & martyribus qui contra passionem illarum morti continuatas fortes extiterunt, ac doctoribus seu factæ scripturæ expositioribus, qui diabolum de auditorum expellunt cordibus, aureola debetur : tales enim actus virtutum excellentes, temperantie scilicet ac fortitudinis & misericordie, præmij prærogatiuam merentur, quod non omnibus, sed paucis reseruetur saluandis.

PARS XI.

Quomodo mens humana diuinam potest apprehendere essentiam.

D. Video per te conclusum esse beatitudinis creatam in apprehensione diuinæ essentia consistere, quam delectatio spiritualis, quæ dicitur gaudium de Deo de corporis gloria quædam ad omnes, gaudium etiam de anime spiritualitate quantum ad aliquos, de quorundam vero operum perfectione quantum ad paucos constituit. Sed hoc inueni potest, appropinquando deus humanam animam posse apprehendere essentiam, quæ est quidditas quæ per diuinitatem apprehenditur diuinæ naturæ carnis beatæ in intellectu creato non potest accipi quod est aut diffiniti, cum ipsa etiam essentia diuina simpliciter sit : si ergo quid de ipsa capitur, totum capitur ab intellectu, quod impossibile videtur, ne intellectum maiorem ipsa fieri necesse sit. Præterea cum ipsa eadem humen sit vniuersalissimum, determinatam non videtur facere notitiam. P. Aggressus es altæ questionis arcem, attentione non modica indigentis, ac conclusionem nostram breuiter collegisti. Sed ut obiectio nitur satisfactam, attende quoniam intellectus creatus ad Deum attingere perfectè nequit, ita ut cognitione Dei nihil extra intellectum maneat, sed sub confusione potius quadam intellectus Deo iungitur quasi excedenti : de Deo enim quid accipi non potest : terminationem enim non habet nec propter quod, eod quod careat causa

Quid de Deo mens humana cogitare possit.

ccc

nec etiam quia, eò quod causam non habeat remotam, nec effectum conuertibilem ac sibi proportionatum. Vacant enim omnes modi naturales in Dei cognitione, quibus humana mens cognitionem accipit. Sulcipit autem eadem mens lumen quoddam diuinum, ut dictum est in præcedentibus, supra propriam ipsius eleuans naturam, supraque omnes naturales cognoscendi modos, & per illud ad Dei conscendit uisionem, de ipso Deo cognoscens quoddam quia, licet confusè ac indeterminatè propter effectuum improportionabilitatem: quare per non uidere naturale uideretur supernaturaliter Deus. Hoc itaque lumen uiam habet inconfusam Dei cognitionem. **¶** Ut colligam media quæ proposuisti, concludere uideris, quod diuina essentia ab humano intellectu accipi non possit: eò quod ipsa essentia diuina quidditas eius est, diffinitionis carens terminis, cuius intellectus creatus capax non est: & quia infinita est, quæ nullo capi potest finito: quia etiam simplex est, quod non nisi totum capitur, quod diuina essentia congruere non uidetur: quomodo enim potest comprehendere tota ab intellectu? & quod si intellectus creatus ad diuinam attingit essentiam, nihil de ea accipere potest determinatum.

2.
¶ D. Media breuiter collegisti: quæso ut eorum solutionem apertius mihi enuclees. P. Placet quod peris: & primo accipe quomodo Dei accipitur quidditas uel essentia. Deus per suam essentiam uel quidditatem accipitur ab intellectu creato: non autem per suam diffinitionem, licet quidditas rei sit id quod diffinitur: eò quod Dei quidditas uel essentia ab intellectu creato non comprehenditur, eò quod apprehendatur, solum enim illud quod comprehenditur, cuius termini circumscribuntur, per diffinitionem accipitur. **¶** Deus autem ab intellectu creato non comprehenditur, quia circumscribitur aut terminatur, non enim intellectus maior Deo est. **¶** Hinc egregie Boëtius dixit.

¶ Angelicus: *Uideri Deum per se comprehendere non possumus, illud enim uideri, quod est, non accipimus: comprehendimus autem illud, cuius fines circumscribimus.* **¶** Hinc et Chrysostomus dicit: *Omnis sensus Deum: substantiam uel uultum non uidet, sed quod est: nisi solus ipsi generis est ex se.* Ex hoc uide nomen factu de Deo quid est, scilicet, per diffinitionem. Intellectus itaque creatus ad Deum intelligens poterit apprehendendo per attingendo eam essentiam, uel eius quidditatem, non autem comprehendendo, quoniam hoc effect per diffinitionem Deum in intellectu includere creato. Solus autem Deus suiipsius comprehensor est. Intellectus itaque creatus uidere potest Deum immediatè attingendo ad ipsum: non autem uidere potest ipsum pertranseundo. Uideri enim dicitur visu rem uisam pertranseire. Probat enim Euclides, quod illud quod uidetur, uidetur sub angulo cuiusdam trianguli, cuius angulus est in oculo, & basis in re uisa, siue uisus fiat extra mittendo, siue intus suscipiendo: uidetur autem res per lineam diuisentem triangulum: & ideo non uidetur res tota simul, sed sub discursu de

Lib. de uisendo Deo ad Paphiam.

Homil. 14. in Ioan.

uno in aliud: & quando tota res pertranseunt, dicitur tota uideri. Sic autem non potest uideri Deus pertranseundo totum quod est, licet possit uisū attingi: aliud enim est attingere per intellectum & diffundi in intelligibili increato, & aliud est capere siue comprehendere ipsum intelligibile: Et hoc tibi liquere potest exemplo corporali. Uisus enim corporeus qui in oculo est, quando est in litore maris, litus terminans mare comprehendit: remotus autem à litore, in ipsa maris superficie figitur, & in infinitate sua diffunditur, nihil uidentis quod pelagi terminet infinitatem. Sic & fecit Euangelista Iohannes dicens, In principio erat uerbum, contemplatiuè nos uindicque remouens à creatis, & in diuinam immensitatem inducens, & ipsam immateriali oculo contemplans, & in ea se diffundens, cum dicit, In principio erat uerbum, ut Chrysostomus dicit. Non enim determinat quid uel quale principium, quid uel quale uerbum, quid uel qualis Deus: & sic relinquit contemplantes in infinito non comprehensa. Dionysius uero idem ratione probat: intellectus enim creatus Deum non cognoscit nisi symbolico modo, uel mystico. Symbolica autem in Deo solum causaliter, mystica uero causaliter & essentialiter existerent & intelligere. Symbolico quidem modo cognoscitur Dei proprietatem proportionem proprietatis corporeæ: & cum in infinitum emineat proprietatis diuina proprietatibus causalitatis, procedendo symbolice stat intellectus in infinito, & diffunditur in illo, nullum comprehendens terminum. Mystico uero modo intellectus in Deum procedit per eminentiam: mystica enim sunt quæ per se Deo conueniunt, per aliud uero & secundario causalitatis, puta essentia, uita, & intellectus, quæ non innotescunt intellectui creato nisi secundum quod sunt genere uel specie uel numero in creatis: & secundum hoc quidem esse Deo non conueniunt, sed eminenter & excellenter in infinitum Deo conueniunt: sicut si dicatur, Deus est essentia, & statim idem negetur dicens, Deus non est essentia, eò quod non est essentia prout essentia intellectui creato innotuit genere uel specie uel numero, & potest inferatur, est essentia super omnem essentiam: nec dicere potest ipse intellectus quantum est super omnem essentiam, eò quod intellectus resoluendus in aliquod primum peruenire non potest, quod non sit de resolutorum essentia, & eis inmixtum: Deus autem nihil creatorum est, sed omnibus creatis eminet excellenter in infinitum: & ideo intellectus sic procedens stat in infinito, & diffunditur in illo. Et hoc Aristoteles ait dicens: Adhibuimus nos ipsos magnificare Deum gloriosum eminentem proprietatibus eorum quæ sunt causata. Et in libro de causis habes. Causa prima superior est omni narratione, & non deficiunt linguæ à narratione eius, nisi propter narrationem esse eius: quoniam ipsa est super omnem causam, & non narratur nisi per causas secundas, quæ illuminatur à lumine causæ primæ. Et alibi in eodem dictum est: Causa prima est super omne nomen, quo nominatur: quoniam

Homilia 14. in Ioan.

Propo. 6.

Propo. 22.

quoniam non per tiner ei diminutio. Ex his ergo uidere potes, quod intellectus creatus substantiam attingit diuinam per intuitum simplicem, & in ipsa diffunditur, sed eam non capit per comprehensionem: comprehensio enim est contactus intellectus super terminos rei: diuinæ autem immensitatis terminos solus increatus non creatus attingere potest intellectus. Tripartitè sibi soli nota est, & homini assumpto, eò quod ipse uerus est Deus, qui solus suiipsius comprehensor est, ut supra dixi. Cognitione igitur certa & finita quæ est cognitio comprehensionis solus Deus se ipsum cognoscit ac comprehendit. **¶** Uisione uero quæ per simplicem fit intuitum & diffusionem intellectus in infinito, intellectus creatus Deum apprehendit. Et hoc Apuleius tibi dicit in libro de Deo Socratis. Plato, inquit, celesti facultate præditus, hunc solum Deum deorum, maiestatis incredibilis quandam ineffabili nimietate non posse sermonis humani quauis oratione uel modicè comprehendere, sed uix à sapientibus uiris cum se uigore animi, quantum licuit, à corpore remouerunt, accipi intellectum huiusmodi Dei. Quasi dicat Apuleius: Per solum intuitum simplicem potest Deus attingi, non autem comprehendere ab intellectu creato. Et si omne quod intelligitur, ab intelligente comprehendatur, ut Boëtius placuit, dicas comprehensionem unam esse ipsius motus qui comprehenditur terminum, in quo est in motum esse, quando ipsum contingit: aliam uero comprehensionem esse ipsius uasis, quando totum quod in uase est, claudit ad eò quod nihil sui extra ipsum est. Et primo quidem modo intellectus creatus diuinum comprehendit intelligibile, in quod finaliter tendit, quando per simplicem uisionem ipsum contingit: & hoc modo uerbum accipit Boëtij. Alio autem modo non comprehendit, quantum Deum intelligit: non enim totum capit & claudit, quia finitum capere nequit id quod infinitum est. Ad hoc ideo aliquid accipere exemplum habet: sicut enim lumen quod actus est omnium uisibilium, in omni attingitur uisibili quod per uisum accipitur, nec tamen secundum immensitatem quam in rota solis habet, aut secundum suæ potestatis excellentiam quæ omnia uisibilia comprehendere potest, à visu capi aut comprehendere potest: sic diuinus intellectus secundum excellentiam quæ in seipso excellit, & secundum potestatem quæ super omnia etiam infinita intelligibilia illustrare potest, ab intellectu creato capi nequit uel comprehendere, licet sit ab omni creato intellectu sciri desideratus, eò quod maxime intelligibilis est, & omnis intellectus & intelligibilitatis causa, in omni intelligibili attingatur.

Vide August. lib. 9. de ciuitate Dei. cap. 16.

¶ Quomodo in finis Dei ab intellectu creato accipitur. 1. par. sum. theo. quæst. 13. m. 2.

etiam placuit, quod in aliquo est sicut in suscipiente est in eo secundum suscipientis possibilitatem & non suscepti: ideoque suscipibile infinitum in suscipiente non est, secundum infiniti potentiam, sed secundum capacitatem potius possibilitatis suscipientis finiti. Cognoscitur itaque diuina essentia, non per capacitatem infiniti, sed per rationem eminentiæ: quia in infinitum excedit omne quod fecit: & hoc est cognoscere, quia infinitum est, & non capere infinitum in quantum infinitum est: & hoc est infinitum attingere & diffundi in ipso, & non comprehendere. Uidetur itaque infinitum, in quantum infinitum est, per simplicem mentis intuitum, quia infinitum est: non tamen infinitas infiniti est ratio uidentis infinitum in eo quod finitum est, seu in intellectu qui finitum est: sed potius id quod infinitum est, uidetur per comparationem eius ad finitum: cognoscitur enim infinitum esse, eò quod infinitum excedit omne creatum quod finitum est. Uidetur itaque mens humana diuinæ essentia secundum rationem quæ obiectum est intellectus attingentis ad ipsam, non autem secundum totum ambitum seu rationem suæ infinitatis. Sic enim intellectus eam cognosceret, & nihil de ipsa extra intellectum existeret, ut ab ipso comprehensa intellectu. Talis igitur uisio quæ intellectus creatus ad id quod infinitum est, attingit, incipit ab eo quod infinitum est in se, finitum autem huic, & terminatur in infinitum.

4.
D. Sententia hæc altissima est, & uellem eandem alii mihi explicari uerbis: sæpe enim per circumlocutionem profunda magis clarescunt. P. Recollige quæ tibi superius tetigi: lumen namque gloriæ intellectum creatum eleuans, ut diuina essentia ab ipso cognoscatur intellectu immediatè, & ut essentia diuinæ tanquam formæ uniat intellectus, quatenus per ipsam essentiam diuinam intelligat intellectus, ut sic diuina essentia sit quod intelligitur & quod intelligitur, seu sit obiectum ipsius intellectus & medium quo intelligit. Quoniam autem lumen gloriæ finitum est, per quod intellectus iungitur diuinæ essentia tanquam formæ, quæ medium est & principium intelligendi, sicut forma actionis principium est, ideo intellectus creatus intelligens per diuinam essentiam, intelligit per modum finitum, qui ex parte est intelligentis, licet diuina essentia sit infinita, per quam Deus intelligens, per modum intelligit infinitum: quoniam ad talem non eleuatur actum per aliquid creatum finitum, sed per naturam suam quæ infinita est.

5.
D. Hæc addita declaratio luculentissima est & necessaria: sed apertius adhuc uidere cupio quomodo intellectus creatus per diuinam intelligens essentiam, quæ infinita est, quasi formam intellectus existens, per modum intelligat finitum. P. Ut quod postulasti, tibi liquidius clarescat, præfatio dupliem esse formam: aliam quidem nos per se substantentem, aliam uero per se substantentem. Actus itaque non tantum formæ per se non substantenti attribuitur, sed composito: calefactio enim

dentem & rem visam interpositus. Est & medium conditum seu ad videndum perficiens, & hoc quantoque quidem visibile adiuuat, ut lux colorem, ut videatur actu: quandoque verò videntem, quemadmodum oculi claritas, & recta humorum, tunicarum & figuræ & interlectionum positio qua interfecant se ipse, & circuli tunicarum, & alia huiusmodi quibus oculus perficitur ad videndum sine impedimento. Sed hi duo ultimi modi non tam media quod visibile rei & videntis actus seu perfectiones dicuntur. Beatæ igitur mentes sine intentionali medio ostendente, aut etiam deferente, vel desistente, & prohibente, mole scilicet carnis, & visibile etiam adiuuante vident lucem diuinam: non enim lux intelligibilis sicut nec corporalis alia indiget luce ut videatur, ne processus in infinitum fiat: lux enim omnis seipsa visibilis est. Indigere autem medio ultimo videntem coadiuante. Videns enim omnis perfectè non videt, nisi ad videndum perfectus sit: nam visione naturali videns, mediis naturalibus ad visum perfectus erit, ut perfectè videat: & videns visione artis vel scientiæ, suis mediis similiter, scilicet habitibus artis & scientiæ: & videns visione gratiæ, habitibus gratiæ: & videns visione gloriæ, habitibus gloriæ, qui luce perficiuntur intelligibili, quemadmodum scientiæ habitus luce agentis intellectus. Hæc tamen media videntem & rem visam distare non faciunt, nec regunt, sed potentiam visivam aut intellectuam confortant & perficiunt ad videndum: & ideo sic per medium videre non opponitur ad immediatè videre, sed ita cum ipso.

D. Dubitationem meam plenè recidit tua distinctionis explicatio: & ut epilogum de prædictis faciam, in quibus quamplurima me docuisti de apprehensione, primo declarasti quæ per sensum sit exteriores, ac de illa quæ per sensum sit interiores sensivæ partibus, exinde intellectuæ, & huiusmodi quam multos apprehensionis modos distinxisti, quoniam per intellectum principiorum habitum sit apprehensio, & per scientiam quæ conclusionum est, ac sapientiam quæ altissimarum est causarum, necnon & prophetiam naturalem, somnium, ac visionem, insuper & per prudentiam, siue monasticam, ac economicam, & politicam, inde & per artem, per fidem quoque ac dona intellectualia, per prophetiam etiam infusam, & habitum primi hominis in statu innocentie, per raptum tandem, & habitum gloriæ quo diuina à beatissimis videtur essentia ac trinitas personarum. Sed ambigo an sine gloriæ habitu huiusmodi trinitas personarum solo lumine cerni valeat naturali. P. Nequaquam ab intellectu creato videti potest trinitas personarum solo naturali lumine, cum intellectus nullius rei accipiat scientiam, nisi cuius principia prima apud se habet, quæ quasi instrumenta sunt, quibus seipsam erudit & à potentia sciendi in discendi actu actum: habet autem apud se intellectus, quod una natura simplex & indivisa secundum unam essentiam & unum esse non est in tribus suppositis à se invicem personali-

9.
Epilogatio
prædictorum,
& ad trinitatem
posse videri
et per naturalem
visionem.
In 1. dist. 3.
art. 8.

ter distinctis: & ideo supra hoc vel præter hoc vel contra hoc, nihil accipitur nisi aliqua illuminatione superioris, vel altioris luminis subleuatus sit intellectus.

P A R S I I X

De apprehensione, imo beatifica apprehensione diuina essentia à seipsa, partem qualiter diuina essentia beatifice se comprehendit.

D. Residuo meæ dubitationis plenè satisfecisti, & iam quantum ad negotium præsens, nihil agendum restat, nisi ut tuæ clarissimæ ac iocundissimæ doctrinæ agantur gratiæ, quæ me ex imis in altum subuexit per quosdam apprehensionis gradus seu processus usque ad deliciarum paradysum, ubi est vita intellectualis & perfecta, ac fons viuus, verbum Dei, in cuius contemplatione semper manant illuminationes nouæ, & gaudia ineffabilia sine fastidio multiplicanur, cui cum Patre & Spiritu sancto semper sit gloria in secula seculorum. Verum quia de beatitudine quæ per participationem est, plenè differuisti, quæ ad creatas ac beatas intellectuales spectat substantias, de ea quæ per essentiam est, quam solius constat Dei fore, à te audire & edoceri vehementer desidero. P. Quæstio hæc altissimi ac alterius est negotij, nec paucis explicanda verbis: & ideo differenda, ne durior cibus cibo nondum digesto superaddatur, & tuæ impediatur animæ nutrimentum. Audira ergo meditare, ut in habitum conuertantur, ut exinde doctrinam aptius suscipias altiore.

D. Fiat ut placet, dummodo suo tempore promissa reddantur. P. Ut quasi altioris negotij exordium sumam, intueri, quoniam sicut beatitudo quæ per participationem est, consistit in hoc quod intellectualis seu rationalis substantia summum bonum principium & finem boni ut beatificans, seu essentiam vel rationem ipsam boni beatificantis apprehendit, & apprehendendo, ipsum summum participat bonum ut finem ipsius apprehendentis substantiæ exteriori existentem: sic beatitudo quæ per essentiam est, consistit in hoc quod ipsum bonum summum seipsum intelligit, & intelligendo comprehendit, nihil participans exterius, sed seipsum solum totum capiens fontem lucidissimum omnis boni.

D. Profundam in hoc tuo exordio sententiam præmisisti, & multarum grauida dubitationum: quis enim est participationis modus ante alia aperi quæso, quo mens beatæ diuina intelligendo essentiam ipsam participat, & quo Deus se intelligendo, seipso non participat. P. Ad huiusmodi expressionem quæstionis, de participatione declarationem præmittam: nam multiplex est modus aliquid participandi: participare enim est partem capere: & ideo quando aliquid particulariter recipit id quod ad alterum vniuersali-

3.
Quod mens
beatæ diuina
intelligendo
essentiam
ipsam
participat
sed Deus se
intelligendo
non participat
seipso.
Vary participandi
modi.

ter pertinet, dicitur participare illud alterum: sic enim homo participat animal, qui non habet rationem animalis, secundum communitatem totam eius, & Sortes participat hominem eadem ratione, & subiectum accidens, aut materia formam: forma enim tam substantialis quam accidentalis quae de sui ratione communis est, determinatur ad hoc vel illud subiectum. Sic etiam effectus participat suam causam, & praecipue quando non adhaeret virtutem suae causae: aer enim participat lucem solis, non tamen recipiens eam in ea claritate qua in sole est. Concretum etiam participat abstractum: nam id quod est quod significatur concretè, participat esse quod significatur abstractivè, quemadmodum album albedinem, & homo humanitatem: extractum enim nihil significat admixtam vel extraneum, quod sit praeter essentiam suam: humanitas enim solum id significat quo homo est homo formaliter, & albedo quo album est album formaliter: non est autem homo formaliter per aliquid nisi per id quod pertinet ad rationem seu essentiam hominis. Similiter nec album album formaliter nisi per id quod ad rationem spectat albedinis. Sic etiam esse abstractivè significatum, nihil habet admixtum praeter essentiam suam. Homo autem concretivè significatus, extraneum aliquid admittit, quod ad rationem vel essentiam hominis non pertinet: significat enim non puram humanitatem, sed ut habens humanitatem, & album ut habens albedinem, & id quod est ut habens esse. Unde tam homo quam album & id quod est, potest aliquid praeter suam essentiam habere: & illud quidem participat essentiam suae naturae. Non igitur putes, quod mens beata divinam participat essentiam ut particulare suum univernale, puta homo animal: simplicitas enim divinae naturae in nullius rei creaturae cadit ratione: nec ut subiectum participat accidens, aut materia formam: determinabilis enim communitas accidentis aut formae per subiectum aliquod, divinae non potest applicari naturae, quae alicuius rei creaturae pars substantialis aut accidentalis esse nequit, nec per materiam vel subiectum determinari. Participat autem divinam essentiam mens beata, sicut quilibet res creata secundum suum gradum, sicut effectus causam suam: procedit enim effectus per quandam assimilationem à sua causa, quae in se praehabet similitudinem sui effectus, qui similitudinem suae causae participat exemplatam: quare omnis creatura divinae essentiae participat similitudinem aliqualem, siue magis expressam per modum imaginis, siue per modum vestigij expressam minus. Ut autem clarius videas quomodo quilibet res creata similitudinem ipsius divinae participat essentiae, inspice quoniam aliquid causa est alterius secundum suam speciem vel naturam, puta homo secundum suam naturam generans hominem, hominis causa existit: tuncque effectus, homo videlicet generatus, in se habet cum generante similitudinem in natura. Potest etiam aliquid causa alterius esse non secundum naturam, sed secundum dispositionem aliquam naturae su-

D. Alb. Mag. lib. de apprehensione.

peraditam, puta aedificans causa est domus, non per naturam humanam quam in se habet: sed per dispositionem artis superadditam: & tunc similitudo domus quae effectus est aedificantis, non in natura aedificatoris, sed in eius arte consistit. Cum autem Deus causa sit rerum sicut artifex, viderentur forsitan res ipsae non in se similitudinem divinae naturae aut essentiae, sed cuiusdam potius divinae artis habere. Ideoque adveniat, quoniam causandi ratio primum competit bono: bonum enim rationem habet finis, ad quod omnia illud appetunt, & finis prima causarum est. Secundum igitur quod aliquid se habet ad bonum, secundum hoc se habet quod sit causa. Deus autem bonus est, non quasi bonitatem participans, sed sicut ipsa bonitatis essentia: unum quodque enim bonum est secundum quod est res actu: Deus autem proprium est, quod sit suum esse: quare se ipse est sua bonitas: & ideo per essentiam suam non per aliquam dispositionem superaditam vel participatam est rerum omnium causa per intellectum & voluntatem agentis, & intelligere ipsius ac velle eius est essentia. Ex his autem tibi patere potest, quoniam in ipsa sua essentia praehabet Deus omnium existentium similitudinem, omnesque effectus exemplaris sui participat similitudinem: licet rerum similitudo multo eubentius non per eandem rationem seu non univernale, sed secundum analogiam quandam in sua praexistat causa, quae divina est essentia quam in effectibus emanantibus ab ipsa in quibus diminuit non perfecte, diffinitive non univernale, compositè non simpliciter illius exemplum inveniatur: perfectio enim simpli primae causae omnium suorum effectuum perfectionibus supereminet: nec illi aequari possunt, aut ipsam perfecte exprimit, vel representare, sed imperfectè & particulatè secundum differentiam graduum rerum causarum: & per hunc modum quilibet effectus partem capis illius divinae perfectionis, & hoc est participare in quantum deficienter derivatur à divina perfectione: ab eo enim quod per essentiam dicitur, derivat quae per participationem dicuntur, derivat oportet. De his autem exemplum finis: sicut enim Plato posuit species separatas, quae ideas vocavit, ut ideam hominis quae dicitur bonitas separatum, ad modum in materia non sit sensibile, & ipsam hominem, ad quod nihil habet nisi id quod est humanitas, & principalem hominem, ad quod humanitas ad homines sensibiles derivatur ab homine separato per modum participationis, ut in homine sensibili inveniatur aliquid quod non pertinet ad speciem humanitatis, ut materia sensibilis, & alia huiusmodi: in homine autem separato nihil nisi quod ad speciem pertinet humanitatis, ut hinc possit dici homo separatus super homines esse, & quod sit similitudo omnium hominum sensibilium ab ipsis participata. Sicut etiam idem Plato circa maxime convenientiam quae sunt bonum, unum, & ens, abstractionem ponebat huiusmodi, quae in singulis rerum naturalium speciebus ab ipso posita est: posuit enim bonum primum quod est ipsa essentia

C 2 bonitatis,

boni estis, & primam vnam quod est ipsa essentialiter unitatis, & ens primum quod est ipsum esse seu essentia pura, & huiusmodi primum Deus dicitur, & quod alia omnia bona, vna & entia dicuntur per derivationem ab ipso primo. Unde illud primum dicebat per se bonum, & ipsum bonum, & principaliter bonum, & super bonum, & bonitatem omnium bonorum: sic & per se vnum, & per se ens, & ipsum vnum, & ipsum ens, & principale vnum, & principale ens, & super vnum, & super ens, & unitatem omnium unitatum, & essentiam vel substantiam omnium causarum ab ipsis participatum: eo modo quo de homine separato est dictum. Hæc autem Platonis opinio licet veritatem non habeat quantum ad rerum naturalium species, quantum tamen ad primum rerum principium verissimam consistit fore ipsam. Hic ergo participationis modus, quo effectus participat suam causam, maxime rebus causatis convenit secundum fluxum earum ab omnium causarum principio: ex quo etiam fluxu omnia in esse producta bona essentialiter sunt, ordinem enim habent ad divinum & essenziale bonum.

4. *Quomodo res creata sunt essentialiter bonae.*
 D. Si solum primum bonum est per essentialitatem bonum, quomodo dicis res creatas essentialiter bonas? P. Quod per se bonum est, imò ipsa bonitatis essentia quæ Deus est, est id ad quod omnis res causata appetit, sive intellectivo, sive sensitivo, sive naturali inclinatur: tale igitur naturaliter est appetens, quale est id quod appetitur: non enim nisi simile appetitur: nam omne quod est, suam appetit perfectionem, quæ est bonum vniuersumque rei, & est semper proportionata perfectibili, & ex hoc habet talis perfectio similitudinem ad ipsum. Hæc autem naturalis ad bonum inclinatio sequitur essentialitatem rei, sicut graue appetit esse deorsum secundum rationem suæ essentialis naturæ: sequitur & quandoque naturam alicuius formæ superuenientis, ut cum habens habitum acquisitum, appetit quod ei convenit secundum habitum talem. Quoniam igitur esse rei creatae fluxit ab eo quod est bonum per essentialitatem, sive ipsa bonitas, semper in habitudine & dependentia ad ipsam primam bonitatem inuenitur: quare & tale esse licet à primo participatum, essentialiter in quantum est, bonum est. Nec tamen esse causati eodem modo essentialiter bonum est, & esse causæ primæ: esse enim primæ causæ secundum rationem primæ essentia bonum est: eò quod natura & essentia eius est ipsa bonitas: esse autem causati bonum quidem est, sed non secundum rationem propriæ essentia: eò quod eius essentia non ipsa bonitas est, sed humanitas, vel aliquid huiusmodi: sed esse eius habet, quòd sit bonum ex habitudine ad primam bonum quod eius existit causa, ad quod quidem comparatur sicut ad primum principium & ultimum finem: eo modo quo aliquid dicitur medicinale, quia est à principio effectivo medicinae artis: & aliquid sanum, eò quod ordinem habet ad sanitatis finem. Sic igitur epilogando colligere potes, quòd res causatae fluxerunt à bono per se, cuius essentia est ipsa

simplex & pura bonitas, à qua non potuit fluere nisi simile ei. Et inde oportet, vt causatum appetat sibi per se bonum simile: est autem id quod productum est, esse causati: quare ipsum bonum est per essentialitatem ex habitudine ad Deum, atque habet rationem causæ finalis, quæ in se boni rationem includit: tale tamen esse est participatum ab eo cuius esse est eius essentia, & eius essentia est ipsa simplex bonitas, non aliam participans bonitatem. Primum itaque bonum est bonum secundum omnimodam simpliciter: quia in eo nihil est nisi essentia bonitatis: causatum bonum non secundum omnimodam simpliciter est bonum: quia eius essentia, vt dictum est, non ipsa bonitas, sed est humanitas, vel aliud tale: esse autem eius habet, quòd sit bonum etiam essentialiter ex habitudine & dependentia ad finem ultimum per se bonum, ad quem quidem finem ipsum esse essentialiter dependens, rationem finis & per consequens boni, vt dictum est, sortitur.

D. Alta & obscura fatis declarasti: sed aduerto in super, licet hoc non expresseris, quòd si daretur per impossibile primum rerum principium non esse bonum, aut bonitatem ipsam, iam esse rerum ab ipso effluxum non erit essentialiter bonum, cum à per se bono non dependeat, cuius in se habeat similitudinem, ex qua per essentialitatem bonum censeretur: poterit tamen intelligi bonum esse intellectu consideratum per se sine habitudine aliqua vel dependentia ad sui bonitatem principii, cum datum sit principium bonitate carere: eritque talis bonitas causati absoluta sine respectu ad sui principii bonum: & accidentaliter non in esse causati consistens, sed in aliquo superaddito quod est virtus vel habitus, sicut graue dici potest vel aliud huiusmodi quod primam etiam respicit bonitatem, magisque per participationem bonitatis supra ipsum esse addita dicitur bonum quam per essentialitatem. P. Iam consequentiam subtiliter prehendiisti, & ulterius collige, quoniam primum bonum præhabet omnimodam perfectionem in ipso suo esse, non per additionem, & ideo diuinum esse est secundum se & absolute bonum: vt sic bonitas essentialis & absoluta sit in primo bono, sed bonitas essentialis non absoluta, per relationem ad primum bonum in bono causato, bonitas verò accidentaliter & absoluta in causato considerato quod à primo non fluxerit bono.

6. *Quomodo mens beata diuinam participat essentialitatem.*
 D. Tua additio licet breuis sit, multum aperit dicta: iam tuæ prosequere seriem rationis. P. Vltimum inspicere participationis modum, quo videlicet concretum participat abstractum: vt inde tibi magis liqueat quomodo mens beata diuinam participet essentialitatem: nomen enim abstractum, vt supra accepisti, solam speciei naturam sicut rei rationem significat, nihil admittens alienum, concretum verò alienum aliquid recipit ad essentialitatem rei non pertinens: abstractum siquidem formam quæ res est in rerum natura, concretum verò id quod recipit formam talem dicit: id autem quod formam recipit quæ constituit essentialitatem habentis, huiusmodi formam participat

cipat & esse eius simpliciter: quare subiectum recipiens formam, participat ipsum esse quod confert forma suscepta. Subiectum itaque compositum est ex aliquo potentiāli quod formam recipit, & esse: & ipsum quidem potentiāle ex se infinitum est, & ex aliquo actuali, ipso videlicet esse, finitum est: & ipsum quidem potentiāle ab actuali in compositis realiter differt: ipsum enim esse participatur, vt dixi, & non participat aliquid, vt eius ratio constituitur ex multis: sicut enim dicere non est vt ipsum currere currat participando currum, vt sicut subiectum currui subiiciatur: sic natura vt ipsum esse sit participando aliquid dici non potest, sed id quod est vt subiectum essendi significatum, velut id quod currit subiectum currus, recte dicitur vt sit participando actum essendi. Cum igitur compositum sit ipsum participando esse, res composita non erit suum esse quod nihil participat. In omni itaque composito aliud est realiter esse ens quod non participat aliquid, & aliud ipsum compositum quod ipsum videlicet participat esse. At in simplicibus id quod potentiāle est de re & quod actualiter, realiter non differunt: vnum enim sunt & idem: si enim realiter aliud esset in eis id quod est, & ipsum esse, iam non simplex res esset, sed composita. Omne tamen creatum aliquam habet compositionem quantumcunque simplex sit: ignis enim suo modo simplex dicitur, quod caret ex contrariis compositione quæ in mixtis reperitur, quæ tamen corpus compositum ex forma est & materia & quantitatis partibus. Sic & forma non in materia existens, ex hoc siquidem simplex est, quia materiam non habet, nec quantitatem materiz dispositionem: eo tamen quod forma qualibet est ipsius determinatiua esse, nulla earum est ipsum esse: sed est habens esse: vt quid sit concretum, non autem abstractum talis forma: vt si ponatur secundum Platonem forma hominis per se subsistens immaterialis idea & ratio sensibilium hominum, & alia simili modo bonis, ipsa immaterialis forma subsistens, cum sit quid ad speciem determinatum, non est ipsum commune esse, sed participat illud. Vnaquæque enim formarum illarum ab altera distinguitur: & ex hoc quædam specialis forma est, ipsum esse participans, sicque earum nulla erit natura simplex. Nec refert si secundum Aristotelem prædictæ formæ altioris ponantur gradus, quam vt horum sensibilium sint rationes. Id autem solum natura erit simplex, quod non participat esse, non quidem in hærens, sed subsistens. Hoc autem nisi vnum esse non potest: quoniam si ipsum esse nihil aliud habet admixtum, quod præter id quod est esse sit, abstractum enim est, impossibile est illud quod est ipsum esse, multiplicari per aliquid diuersificans: & quia nihil aliud præter se habet adiunctum, consequens est, quòd nullius accidentis sit susceptivum. Hoc autem vnum simplex & sublime est ipse Deus gloriosus, cuius esse indeterminate est id quod est simplicissimum, solaque abstractionis & concretionis intentione, seu solo significandi

D. Alb. Mag. lib. de apprehensione.

modo differunt, non realiter: hocque vnum esse purus actus existens, in se nihil potentiāle includit, ab omnique alicuius admixtione segregatum ad instar se habet abstracti, quod cuncta causata participant in eorum processu in esse, ad instar concretorum se habentia, cum in eis id quod est, quasi subiectum actui subiiciatur essendi: ipsum verò primum esse ab omnibus participatum nihilo participare potest: est enim ipsa boni ratio, seu ipsa bonitatis essentia omnium causa: quæ in suo processu bonitatem contrahunt ex eorum habitudine ad ipsam causatiuam bonitatem, quam omnia quasi concreta participant, ac bona censentur ex eorum ab ipsa emanatione: at ipsa aliud non participat bonum ad instar se habens abstracti, cum ipsa sit ipsa bonitatis ratio, nihil admittens alienum. Sicut itaque ab hoc supereminenti principio esse ac bonitatem causata participant, sic in suam originalem tendentia causam tanquam finem consummatiuium, beatitudinem participant ab ipsa, ex vniione ad ipsam, vt sicut ex processu ex ipsa bona sunt, sic ex accessu ad ipsam beata sunt. Causarum autem ad suam originem accessus, eorum assimilationes ad illam intellige, cum ipsum rerum principium purus, vt tactum est, sit actus, assimilatio hæc in actione consistit, non quidem corporea, aut vegetatiua, aut sensitua: quia nec quasi natura corporea corporaliter, aut quasi virtus alligata corpori vegetatiuæ, aut sensitivæ operatur Deus, sed intellectuua, quoniam idem Deus intellectus est: nihil in se potentiāle includens, purus actus existens.

7. *De defectu in rerum gradibus.*
 Ex vide in rebus deferentem ad hunc diuinum actum assimilationem secundum diuersum ipsarum gradum rerum: omnis enim natura ex primi actualis esse participatione, esse desiderat appetit quo dicitur naturali, qui inclinatio quædam est & ordo ad esse tale, actum existentem rei. Et quæ vult, eodem feruntur impetu: cum enim in individuali esse corruptantur & deficiant, in suo esse specifico, sui ipsorum propagatione permanentiam appetunt. Sic & quæ sentiunt sensitiuo appetitu, quem præter apprehensio, in sua natura aut speciei esse saluari desiderat. Quæ in ratione vigent incorporea ac intellectualis expertia corporis, intellectuua desiderio, quod voluntas dicitur, ad suam esse in natura perfectum, quod non corruptant quod ex participatione primi & diuini esse. Tale etiam commune esse causatiuium existit diuinum: differens autem eorundem causarum, esse ex differentia pendet formæ: forma enim principium est essendi. Forma autem mixta minus nobilis est: tota enim materie immateriali est: nec supra materiam eius elevatur operatio: quare & mixtorum esse minus excellentie nobile. Vientium verò forma in nobilitate secundum tenet gradum: cuius operatio ex forma magis quam ex materia pendet: nam propagatio ex vi sententia nature, ac augeat actua sunt non passiva. Hæc tamen non nisi in materia expleunt: quare & eorum esse eundem nobilitatis habet gradum. Stententium autem forma tertium possidet gradum: horum

G 3

non enim operatio, quæ est apprehensio, & appetus eadem materiam protenditur, & aliqua immutatio materiae absente, licet à materia non sit nuda apphensio: quare esse certo grata nobilior existit. Intelligentium forma sapientum in rerum natura tenet locum: primus enim est operatio nobilissima, quæ est sine materia & materialibus omnibus appetitibus causarum intelligere naturas: ac corruptibili separata materia, hæc forma immortalis existit: quare & intellectiuorum esse nobilissimum tenet locum, ad primum ab omnibus participatum appropinquans esse diuinum, & similitudinem gerens ad ipsum expressiorem. Assimilatio itaque hæc in causatorum esse consistit, ut res ipsa essentialiter bona sit à bono effluxa principio, ut prædictum est, secundum diuersum essentia & bonitatis gradum in causatis. Consistit etiam in eorum actu nobilissimo qui est intelligere, ut accidentaliter beata sit intellectiva substantia, cum tali perfecta fuerit actu, diuinam superaddido lumine immediate apprehendens essentiam, cuius apprehensione fit assimilatio maxima inter mentem bearam & deficientem bonitatem apprehensam: ex qua etiam assimilatione intelligentis & diuinæ intellectæ naturæ, condescensio quædam fit, ut fas est dicere, ipsius essentia & inaccessibilis intelligibilis rei & cooperatio ad apprehendentem intellectum: & ut possibile est, ad eundem adæquationem, quæ est veritas suauissima, diuinorum intelligibilium cognitio perpetua, radio carens, temperque nouas gignens delectationes. Hæc igitur beatitudo est participata ab intellectu creato diuinam apprehendente bonitatem: in quam etiam voluntas omnis necessario fertur. Cunque omnis creatura ad modum magis sit concreti: non enim ipsa natura est, sed habens naturam, nec ipsa bonitas est, sed habens bonitatem, nec ipsum esse, sed id quod est habens esse: Deus autem sit ipsa natura sua, ipsa sua bonitas, ipsum suum esse: hæc participatio intelligi potest secundum modum quo concretum participat abstractum, siue intelligat de participatione qua Deus participatur velut exemplar omnium ab ipsa re creata, seu de participatione qua ut obiectum beatificans à beatis participatur mentibus. Nihilominus ad modum effectus causam suam participantis, omnis natura secundum suum esse acceptum, participat diuinum exemplar ut efficientis cause, omnisque mens beata diuinam bonitatem ut obiectum beatificans ac finem consummatium in modum finalis cause mouentis participat. Hoc autem modo impossibile est Deum scilicet participare: omnis enim natura creata ex participatione extraneæ sibi rei, quæ Deus est, beatificatur: Deus autem ex nullo extraneo, sed ex seipso beatus est, intelligendo enim se beatus est: substantia verò intellectualis intelligendo aliud, quod scilicet Deus est, beata efficitur.

8. D. Hæc tam necessaria quam altissima ac suauissima sunt quæ de participationis modis ac rerum differenti gradu differuisti. Sed tum voluntas libera sit, quomodo necessario

ferretur in tam excellens bonum? Nunquid naturalis & sensitiuus appetitus ad idem attingit, aut in idem tendit bonum? P. Ad id quod vltimò quæris, primo responsum accipe: & deinde solutio primæ quæstionis tibi magis elucescet. In re appetibili ipsam rem considera, & etiam appetibilitatis rationem, puta delectationem, aut vtilitatem, vel honestatem, aut aliquid huiusmodi. Naturalis itaque appetitus in appetibilem tendit rem ipsam, siue apprehensione rationis appetibilitatis: nihil enim aliud est talis appetitus quam inclinatio quædam ad rem conuenientem sibi, ut lapidis ad locum deorsum. Quia verò huiusmodi res naturalis determinata est in suo naturali esse, vna est eius inclinatio ad rem aliquam determinatam. Vnde nulla præregitur apprehensio per quam secundum rationem appetibilitatis res appetibilis à non appetibili distingatur. Præregitur autem huiusmodi apprehensio in insitiente naturam, qui vniciueque naturæ dedit inclinationem propriam ad rem sibi conuenientem. Appetitus verò intellectiuus qui voluntas dictus est, in ipsam tendit rationem appetibilitatis absolute: voluntas enim ipsam appetit bonitatem primo & principaliter, aut vtilitatem, aut aliquid huiusmodi: hanc verò rem vel illam appetit secundario, in quantum appetibilitatis prædictæ rationem participat. Hoc autem ideo contingit: quoniam natura rationalis tantæ extitit capacitatis, quòd inclinatio ad rem vniam determinatam ei non sufficeret, sed rebus pluribus & diuersis indiget: ac ideo inclinatio eius in aliquid est commune, quod inueniatur in pluribus: & sic per apprehensionem illius communis, in rem appetibilem in qua huiusmodi rationem appetibilitatis esse cognoscit, tendit. Appetitus autem sensitiuus, qui sensualitas dicitur, in ipsam rem appetibilem tendit, prout in ea inuenitur id quod est appetibilitatis ratio: appetitus enim hic ipsam bonitatem aut vtilitatem seu delectationem non appetit, sed vile vel bonum aut illud delectabile: & in hoc hic appetitus infra rationalem existit. Et quia non tantum in hanc rem tendit, vel tantum in illam, sed in omne id quod vile efficitur vel delectabile, ideo supra naturalem existit appetitum: & ideo etiam apprehensione indiget, per quam delectabile à non delectabili distingatur.

D. Aduerto ex tua doctrina, quòd obiectum intellectiui appetitus, qui voluntas dicitur, est ipsa bonitas seu bonitatis ratio, vel quidditas, commune quidem omnibus bonis, cuius etiam participatione omnia singularia bona sunt bona. Sic delectatio vel vtilitas aut aliquid huiusmodi quod in se appetibilitatis communem rationem includit, voluntatis est obiectum in quod ipsa fertur, quod & abstractè magis significatur. Appetitus verò sensitiui obiectum in quod tendit, non est communis ratio bonitatis aut delectationis vel vtilitatis, sed res ipsa singularis bona aut delectabilis vel vtilis, communem participans rationem appetibilitatis quæ concretè magis significata est. Et vterius, ut mihi videtur, sicut

De differentiâ triplici appetitus.

sicut sensus & intellectus differunt, sic & huiusmodi appetitus: sensus enim apprehendit hoc coloratum, intellectus verò naturam coloris: & sensitiuus appetitus in hoc tendit bonum, intellectiuus verò in bonum absolute. Appetitus verò naturalis obiectum in quod tendit, res ipsa est appetenti conueniens, nec appetibilitatis rationem apprehendit, siue abstractè, siue concretè significatam: inclinatio enim sola est & ordo in rem sibi conuenientem appetitus iste, non distinguens rem appetibilem à non appetibili: quare apprehensio non præregitur. P. Plenè collegisti quæ digesta sunt. Aduerte igitur consequenter cuiuslibet appetitus necessitatem: hæc enim prima fuit dubitatio tua. Appetitus quidem naturalis necessitatem habet, ipsius rei, in quam tendit, respectu: graue enim necessitudo appetit locum deorsum, & leue locum sursum. Appetitus autem sensitiuus in rem non habet necessitatem antequam apprehendatur sub delectabilis vel vtilis ratione: at postquam ut delectabilis vel vtilis apprehensa est res talis, necessitudo appetitus in rem non habet necessitatem: non enim potest animal brutum, delectabile apprehensum non appetere, agitur & non agit. Appetitus verò intellectiuus respectu ipsius bonitatis quæ participatur, necessitatem habet: de necessitate enim vult homo bonum: respectu autem huius rei vel illius quantumcunque ut bona vel vtilis aut delectabilis apprehendatur, necessitatem non habet: quælibet enim potentia necessariam, quandam habitudinem ad suum proprium habet obiectum. Voluntas igitur quantum ad aliquod bonum libera est, potest enim ipsum eligere si vult: quantum verò ad bonitatem ipsam quam necessitudo appetit, libera non est.

10. De diuino & nobili actu qui est intelligere. D. Dubitationis meæ residuum tam breui quam aperta præcidiisti ratione: sed de actu illo nobilissimo qui est intelligere, quo Deus beatus est seipsum intelligendo, iam edisserere; ut de beatitudine non participata seu quæ nihil participat extraneum, aliquid percipiunt. P. Intelligere est actus nobilissimus perfectissimus intelligentem, & beatorum faciens qui Deo & substantiis separatis ac hominibus conuenit, licet in Deo supereminenter inneniatur.

11. De duplici assidue. D. Intelligere est actus in alterum transire videtur, & ipsum perferre potius quam intelligentem. P. Vt in suis docuit Arist. metaphysicè; duplex est operatio. Vna transit in alterum extrinsecum ab ipso operante: calefactio enim ab igne in lignum transit: & hæc quidem operatio non operantis, sed operati perfectio est: non enim igni aliquid ex hoc quod calefactus est, sed calefactio calor acquiritur. Altera est non transit in aliquid extrinsecum, sed in ipso manens operatio, ut intelligere, velle, ac sentire & huiusmodi: & operationes talis operantis sunt perfectiones: intellectus enim perfectus non est, nisi per hoc quod intelligens est in actus, nisi per hoc quod sentit actus. Sic etiam intelligere & sentire metaphoricè dicuntur motus quidam, secundum quod motus dicitur

actus perfectus, non autem secundum quod actus dicitur imperfectus in potentia existentis. Intelligere igitur actus quoad est intelligibilis perfectio, ut dixi quæ in eodem Deo attribuitur actionem perfectam, eò quod ipsum dicitur intelligens & volentem actus: nisi enim intelligens ac volens esset actus, imperfectus esset: & substantia intellectiua & rationalis. Nihilominus etiam primum operationis genus Deo attribuitur: dicimus enim quòd creat & conseruat & gubernat omnia, ex qua quidem operatione nulla acquiritur Deo perfectio, sed creatur: ex diuina enim perfectione creaturæ perfectio prouenit.

D. Quæso reliquum declara quod dixisti, an vniuersimodè vel differenter conueniat Deo & substantiis separatis & hominibus intelligere, ut eodem modo vel differo tali perficiantur actu: nam ex tua ad actiora responsum subiecit, sublimiora adhuc peti discendi auctori. P. Inter actus trium prædictarum substantiarum, qui in ipso consistunt intelligere, magna est differentia. Deus enim est sua essentia vel natura, quòd homini non conuenit in compositis enim ex materia & forma differre oportet essentiam & suppositum: essentia enim solum illa comprehendit quæ in rei diffinitione cadunt; materia verò individualis cum accidentibus ipsam individualibus in diffinitione rei non cadit diffinitionem enim hominis hæc carnes & hæc ossa non intrant, aut albedo, vel nigredo, vel huiusmodi alia quæ ad suppositum spectant trit: quare id quod homo est, in se aliquid habet quod non habet humanitas. Deus autem ex materia & forma compositus non est: quare oportet quod ipse sit sua essentia vel natura, quòd de qualibet etiam intellectuali substantia, quæ huiusmodi compositionem non habet, concedere necesse est: quidditas enim simplicis est ipsum simplex seu simplicis suppositum. Est & diuina essentia etiam suum esse: esse enim est actualitas omnis forme vel naturæ: non enim bonitas aut humanitas signatur in actu, nisi prout significans tam esse, esse igitur comparatur ad omne id quod est aliud ab ipso, sicut actus ad potentiam in Deo autem nihil est potius: quare oportet, quòd in Deo non sit aliud essentia & suum esse. Dei igitur essentia est suum esse. Hoc autem intellectuali substantia non conuenit: intelligentia enim habet essentiam & esse, quod, quasi per accidens se habet; quænammodum cuiuslibet substantia vel nature actualitas. In omni enim eo quod est extra primum, aliud est esse & quod est, sicut proposuisti Boetij, dicitur prædicari enim esse de omni creatura per participationem, sicut de corpore illuminato lux: de solo autem Deo essentialiter, ut lux de luce aliqua separata data per intellectum; seu si contingeret talem esse. Et quantumcunque aliquid de altero prædicatur per participationem, oportet ibi esse aliquid præter id quòd participatur. In corpore enim illuminato præter lucem corpus est. Sic & in omni re creata quæ habet esse præter ipsum esse, est aliquid quod participat esse vel ens: quod

11. Quomodo in Deo idem sit essentia & suppositum & hinc non sunt idem in creatura.

quod ens, cui nec genus sit, nec differentia, nec eadem in definitione rei: de substantia...

13. Quomodo substantia et suppositum esse et alia differunt in actu.

Quomodo in Deo et intellectus et hominis differunt in actu.

nis reuertamur. Resume igitur, quod modo est ultimò conclusum, quoniam intelligere Dei solius sua essentia est & suum suppositum ac suum esse, quod dici nequit de aliquo creato intelligendi actu.

D. Tres aduerto gradus, quorum primus est excellentissimus qui in Deo est. Intellectus enim diuinus speciem habet intelligibilem, & ipsa species est eius substantia.

Quomodo anima se intelligit per speciem sensibilem.

quod intellectus humanus intelligibilis est sicut alia intelligibilia. Quasi dicat, quod intellectus intelligit se per intentionem seu per speciem intelligibilem que in eo est, sicut alia intelligit intelligibilia.

15. Quod intelligentia intelligit se per suam essentiam.

D. De specie qua anima seipsum intelligit differuisti, quæ alia est ab ipsa anima; in Deo autem non alia est ab eius substantia: sed de specie qua intellectus substantie separata seipsum intelligit, quid dicemus? Nunquid alia est à substantia intelligentie ipsius quæ Angelus dicitur, sicut dictum est de anime specie, an eadem sicut in Deo contingit esse?

16. Quod intelligentia non intelligit alia se per essentiam suam sicut Deus intelligit.

D. Quis cause pura esse ut Deus & non intelligentia per suam essentiam omnia etiam alia à se intelligat? Intelligentia per speciem rerum res ipsas intelligit non per suam essentiam? P. Id quo intellectus intelligit, ad intellectum comparatur intelligentem ut eius forma: forma enim est quod agens agit.

sufficiens principium esse eadem res cognoscendi, quæ per ipsam sunt, non tantum in vniuersali, verum etiam in singulari: non enim per suam scientiam solam formam producit à qua ratio accipitur vniuersalis, sed etiam materiam ex qua singularia sumuntur.

17. An Deum pugnet simplicitati intellectus, creatio in seipso.

D. Diuina videtur repugnare simplicitati, si Deus in seipso tantam rerum diuerfitatem concipiendo intelligat: multas enim rerum rationes in seipso colligere videtur. P. Vniuersi ordo est à Deo per se creatus & ab ipso intentus: non enim per accidentis processum in esse secundum agentium diuersitatem successione, ut vane putauerunt quidam, ut aliquo primo creato à Deo, inde tanta rerum processit multitudo non immediate à Deo producta, ut sic solius primi creati idea in Deo preexistere: oportet igitur ut ordo vniuersi quid optimum in rebus existens à nobilissimo intentum agentis, qui Deus est, ideam in ipso habeat vel rationem. Totius autem idea vel ratio non habetur, nisi rationes eorum prima ex quibus totum constituitur, habeantur: nisi enim propria cuiuslibet partium domus rationes edificatorum essent, non ipsius speciem vel rationem domus conciperet. Singularum igitur rerum rationes omnes, que idea dicuntur in mente oportet esse in Deo. Vt enim August. docuit, idea sunt principales quedam forme vel rationes rerum habituales, que incommutabiles, quæ & ipse formam non sunt (ac per hoc æternæ ac semper eodem modo sese habentes) quæ in diuina intelligentia continentur: & cum ipse nec oriatur, nec increas, secundum eas tantæ formæ dicitur omne quod oritur & interire potest, & omne quod oritur & interit. Ideæ tamen huiusmodi, siue exemplaria dicuntur, que in esse producta sunt, siue rationes, non sunt licet que in esse non proficiunt nec præstant, multæ quidem sunt in mente, licet res diuina, tanquam id quod intelligitur, quod intelligitur, quod (species) est intellectum, in actu faciens formam eam, licet in se habet, totis mente aliquid est ab ipso intellectu, ad cuius similitudinem materiam in donum format. Multa itaque intelligere simplicitati non obstat, intellectus diuinus obuiat autem si per species plures eas formaturus intellectus, quibus intelligitur, quemadmodum in intellectu contingit creatum, qui per species non per essentiam suam intelligit alia à se: Deus autem per essentiam suam simplicissimam vno ac simplici intuitu, non discursiuo aut secundum successione temporis, aut secundum

secundum deductionem conclusionis à suis principis, vel secundum effectuum in suas causas resolutionem, formas omnium in seipso intellectas tam existentium actu in natura propria quam non existentium nisi in actua Dei, vel creaturæ, passiva, seu activa potentia, penes se habet, & eas inspicit, materialia scilicet immaterialiter, composita simpliciter, enuntiabilia simplici intelligentia, intelligendo essentiam uniuscuiusque rei, intelligendo enim essentiam suam, essentias omnium rerum intelligit & quæcunque eis accedere possunt, ut non opus sit ei de subiecto enuntiare prædicatum. Idez igitur sunt id quod intelligitur, ut in Deo plures esse possint, ut dixi, diuinæ non derogantes simplicitati. Sapientia verò & ars id sunt quo Deus intelligit: quare nec plures sapientias aut artes plures in Deo dices esse.

18. *Unde est quod idea sunt plures in Deo.*
 D. Clarius videre cupio si idea diuina est essentia, quomodo in Deo plures dixeris esse ideas: & si per ideas Deus res cognoscit, erunt ne id quod cognoscitur, vel à Deo ut asseris intellecta. P. Idea rei creatæ, essentia diuina est, non in eo quod essentia simpliciter, sed in eo quod diuina essentia similitudo, vel ratio huius rei est vel illius. Secundum hoc igitur quod diuinus intellectus suam essentiam, quæ est ipse, intelligit similitudinem vel rationem rerum multarum esse, multi sunt ab ipso intellecti ad res respectus ac rationes, quæ idez vocantur rerum. Ex hoc videre potes, quia respectus ideas multiplicat, non à rebus causati, sed à diuino intellectu suam essentiam ad res comparante, distincti respectus non in rebus sunt, sed in Deo: nec tamen reales sunt, sicut quibus personæ distinguuntur diuinæ, sed respectus sunt à Deo intellecti. Ex his inspicere secundæ solutionem quæstionis. Cum enim Deus suam perfectè cognoscat essentiam, eam secundum omnem quo cognoscibilis est modum intelligit. Deus autem non tantum in se, sed secundum quod à creaturis secundum aliquem similitudinis modum participabilis est, cognosci potest: creatura enim qualibet propriam habet speciem, secundum quod aliquo modo diuinæ essentia similitudinem participat, essentia enim Dei cum in se habeat quicquid in rebus est perfectionis, habet essentiam cuiuscunque rei alterius: & adhuc amplius Deus in seipso potest omnia cognitione propria cognoscere: propria enim natura uniuscuiusque consistit secundum quod per aliquem modum diuinam perfectionem participat. Deus igitur in quantum suam cognoscit essentiam, ut sic imitabilem à creatura tali, essentiam suam ut rationem propriam ac ideam creaturæ huiusmodi intelligit, rem quamlibet in propria considerans ratione secundum quod ab aliis distinguitur: sicque de omnibus in re creaturis: hoc igitur modo plura rationes proprias, quæ plures sunt idez, intelligit Deus. Vide ulterius quod dico. Intelligit Deus per essentiam suam multas res, & intelligit etiam se multa intelligere per suam essentiam: hoc autem est intelligere plures rerum rationes vel ideas esse in intellectu

suo intellectas, ut sic Deus res intelligat, & rationes rerum vel ideas in intellectu suo intellectas esse conspiciat: sunt igitur ideæ ut id quod cognoscitur intellecta.

19. *An idea sunt à Deo intellecta.*
 D. Videris dicere, quod Deus cognoscit res secundum esse intellectualem quod in ipso habent: omnia enim in seipso intelligit siue in essentia sua. Cuius contrarium in oculo apparet: oculus enim lapidem non cognoscit secundum esse intentionale quod lapis habet in oculo, licet per huiusmodi esse seu per speciem lapidis quam in se habet, lapidem cognoscat secundum esse quod habet extra oculum. P. De oculo rectè obuias, qui organo alligatus est corporali. De intellectu autem qui à corpore absolutus est, nullius enim partis corporis actus est, non tenet obuiatio. Intellectus enim cognoscit rem cognitam secundum esse intellectualem quod in ipso habet intellectu: nihilominus eandem rem intelligens secundum esse suum proprium quod extra intellectum habet, intellectus enim lapidem cognoscit secundum esse intelligibile quod in intellectu habet in eo quod se intelligere cognoscit, & etiam in propria natura lapidem intelligit. Et etiam ulterius attende, quoniam ex hoc quod de actu suo facit obiectum, intelligens se intelligere, fabricat secunda intellecta, quæ intentiones dicuntur logicæ, ut generis, & speciei, ac differentia.

20. *D. Aduerto, quod species intentionalis est id quo potentia sensitua suum accipit obiectum: non autem ipsam intentionem potentia sentit, non enim oculus videt nisi suum obiectum proprium quod extra oculum est: speciem autem videre non dicitur intentionalem, qua suum percipit obiectum, non enim oculus videt se videre. Species autem intelligibilis est id quo potentia intellectua intelligit quod quidem proprium intellectus obiectum est, & id quod eadem potentia intelligit dum intelligit se intelligere, speciem enim tunc intellectus intelligere dicitur. P. Quæ diffusus diserta sunt, quodam constrinxi compendio: sed iam immoremur circa illum nobilissimum actum quo Deus seipsum intelligit, in quo essentialis consistit beatitudo, nihil participans alienum.*

21. *In quo differat beatitudo creatæ & increatæ.*
 D. Post diuersam multorum collationem hæc ardeti expecto desiderio. P. Supra ostensum est, quoniam beatitudo in actu consistit intellectuino. Vbi etiam duo attendas, videlicet ipsius actus intellectuini essentiam, ac eiusdem actus obiectum quod diuina est essentia. Obiectum autem semper quid increatum est in omni beatitudine, actus autem intelligendi non semper: in beatitudine enim quæ per participationem est, quid creaturæ actus est intelligendi: hoc enim animæ est ac intelligentia. At in beatitudine quæ per essentiam est, quæ soli conuenit Deo, utrumque quid increatum est, intelligere enim Dei diuina est essentia. Si huiusmodi obiectum quod increatum est, tam magnam beatitudinis suauitatem, quæ bonum perfectum est, intellectualis nature, in intellectu existentem in actu ipso extraneum refundit, quanta erit in ipso intellectu diuino, qui idem est quod obiectum ipsum,

complementum non habet sine conceptu. Et si, cum intellectus conceptus sit in his qui intra est, vel terminus: conceptus tamen increati intellectus, quæ verbum Dei dicitur, non extrinseca est ab essentia diuini intellectus, sicut nec ab intelligendi actu intelligere enim Dei, eius essentia est: non igitur verbum Dei extra essentiam eius est, sed vnum maxime cum eò à quo procedit.

D. Mirum in modum alta ad ima deducis, & mentem meam ad sublimia tollis. Intelligo in hac diuina processione quam conceptionem ac verbum appellasti, id quod procedit essentialiter eò à quo procedit, & nihilominus ab eo distinctum: & primo quare processionem ipsam conceptionem dicas, edicere: prolem enim quandam esse ipsam inuis: nunquid in diuinis esse generationem asseris? P. in Deo accipienda est generatio secundum quod intellectuali conuenit naturæ: hec enim creatus intellectus à diuino deficit intellectu, de ipso tamen aliter loquendum non est, nisi ad instar eorum quæ in creato inueniuntur intellectu. Intellectus itaque humanus quandoque in potentia intelligens est, quandoque verò in actu. Quando autem actu intelligit, quoddam format intelligibile, quod quædam est ipsius proles, quæ & mentis dicitur conceptus, voce exteriori significatus, & verbum etiam dicitur mentis. Idem autè conceptus mentis non ipsa est mentis essentia, sed quoddam ei accidens: non enim ipsum intelligere, cuius finis intra talis est conceptus, ipsum est intellectus esse, alioquin nunquam intellectus esset nisi actu intelligeret. Verbum igitur intellectus secundum similitudinem quandam dici intellectus filius vel proles potest, & præcipue cum seipsum intelligit in quantum quædam similitudo est intellectus, ab eius intellectuali virtute procedens, sicut & filius similitudinem habet patris ab eius generatiua procedens virtute. Verbum tamen intellectus creati non propriè proles vel filius dicitur: non enim eiusdem naturæ est cuius intellectus creatus est. Nam non quod procedit ab aliquo si simile est ei à quo procedit, filius dicitur: alioquin imago sui quam pinget alius, propriè diceretur filius: sed ad hoc quod filius sit, oportet ut procedens similitudinem eius à quo procedit, habeat, & eiusdem etiam cum eo sit naturæ. Quia vero in Deo aliud non est intelligere & suum esse, consequenter nec verbum quod in eius conceptu intellectu, est accidens aliquod, aut aliquod ab eius natura alienum, sed eo ipso quod verbum est, rationem habet procedentis ab altero, & ut similitudo eius sit cuius verbum est: hoc etenim in verbo etiam reperitur humano. Ac Dei verbum ulterius habet quod accidens non sit, nec Dei, qui simplex est, pars aliqua, nec alienum aliquid à diuina natura, sed quiddam completum subsistens in natura diuina, rationem habens procedentis ab altero: sine hoc enim verbo intelligi non potest: hoc autem secundum locutionis humanæ consuetudinem filius nominatur, quod ab altero procedit in similitudinem eius, sub-

sistens in eadem cum ipso natura. Vt ex dictis igitur colligere potes, secundum quod diuina humanis verbis nominari possunt, diuini intellectus verbum Filium Dei dicas: Deum verò cuius verbum est, Patrem nominabis, processionem verbi, Filij generationem, non materialem quidem, sed intellectualem esse dicas.

D. Ex humanis ad diuina intellectum meum subleuasti, ut ex humani processione verbi, illam ineffabilem diuini verbi quæ generatio dicitur, aliquantulum mente attingam. At quæso ut humanæ ac diuinæ processionis differentiam, quam in hac luculenta ratione tua tetigisti, latius explices, ut tuæ adminiculo doctrinæ, ingenioli mei conatus ad tam excellentem omnia veritatem facilius assurgat. P. Assentio tuo flagranti desiderio. Vide igitur primo, quoniam humanum verbum prius formale est quam formatum. Cum enim quis rationem concipit lapidis, ad ipsam ratiocinando necessariò peruenit, sicut & in aliis omnibus inspicere potes, nisi in principiis primis, quæ sine rationis discursu naturaliter notantur. Indeque est, quoniam in anima humana est & cogitatio per quam inquisitionis discursus significatur, & verbum quod iam formatum est secundum veritatis contemplationem. Sic igitur verbum humanum in potentia prius est quam in actu. At diuinum verbum in actu semper existit: ideoque diuino verbo cogitationis nomen propriè non conuenit, iuxta Augustini sententiam qui ait: Ita dicitur illud verbum Dei, ut cogitatio non dicatur, ne aliquid quasi volubile credatur in Deo. Idque quod Ansel. dicit, impropiè dictum sumatur. Dicere, inquit, summo spiritui nihil aliud est quam cogitando intueri. Verbum etiam humanum imperfectum est, Dei autè verbum perfectissimum: quoniam enim nequit omnia quæ in anima concipit vno exprimere verbo, oportet plura verba esse imperfecta, per quæ omnia diuina exprimantur quæ in animæ continentur scientia. In Deo autem non sic est: cum enim ipse seipsum & quicquid intelligit, per suam essentiam vno intelligat actu, vnum tantum verbum diuinum est totius quod in Deo est expressum, non solum esse patris, verum etiam creaturarum: alias imperfectum censeretur. Quare Augustinus dicit. Si aliquid minus esset in verbo quam in dicentis scientia contineretur, verbum imperfectum esset: perfectissimum autem est: ergo tantum vnum est, iuxta illud sancti Iob: Semel loquitur Deus. Verbum insuper humanum non eiusdem naturæ est cum intellectu ipso ex quo procedit: diuinum autem verbum cum Deo eiusdem est naturæ, ac in natura diuina subsistens: ratio enim intellecta quam de re aliqua intellectus format humanus, in anima esse habet intelligibile tantum: intelligere autem animæ non est idem quod esse naturale esse animæ, anima enim non ipsa est sua operatio: ideoque verbum quod intellectus format humanus, de essentia non est animæ, sed accidens ei est. In Deo autem intelligere & esse idem est: ideoque verbum diuini intellectus non aliquod accidens est, sed ad eius

27.

De differentia processionis diuini & humani verbi.

Lib. 11. de Trin. ca. 6. In mensura loq. 60. p. 60.

Lib. 11. de Trin. ca. 14.

Cap. 33.

pertinet

continet naturam : quare oportet, quod subsistens sit : quicquid enim in natura Dei est, Deus est. Hinc Damascenus ait, quoniam diuinum verbum est substantiale & in hypostasi ens, reliqua verò verba virtutes sunt animæ.

D. In alium me deduxisti pelagus, in quo sinum laxavi mentis, ac ex eius profundo profundas conclusiones collegi : iam enim intueor, quoniam verbum in diuinis semper personaliter accipitur propriè sumpsum : non enim importat nisi quid ab intelligente expressum : ac etiam similitudo eius à quo procedit, existit. Insuper ipsum oportet esse coeternum ei à quo procedit, cum non prius formabile fuerit quam formatum, sed semper in actu existens : ac æquale dicenti seu Patri, cum perfectum sit, & totius esse Patris expressiuum. Coessentialia etiam Patri, cum in eius natura sit subsistens. Cumque in natura qualibet id quod procedit habens similitudinem & naturam eius à quo procedit, filius vocetur, hocque verbum in similitudinem eius à quo procedit, prodeat, eiusdem habens naturam, rectè filius dicitur, eiusque productio generatio. P. Ex his que tibi proposui, veras conclusiones accepisti : sed & aliam contemplare theologiam : aliam enim in diuinis processionem accipere oportet quam illam que verbi est. Intelligenti enim actum omnem sequitur actio appetitiua : inter appetitiuas autem operationes amor principium est : appetitiuus enim motus circulo agit : appetibile enim mouet appetitum, & appetitus motus tendit in appetibile tanquam ad suum principium. Prima itaque immutatio appetitus ab appetibili amor vocatur, qui nihil aliud est quam appetibilis complacentia : ex hac autem complacentia, que amor est, sequitur motus in appetibile, qui desiderium dicitur, quod est boni non adepti : vitio est quies que gaudium nominatur, quod boni est adepti. Hæc autem sic dicta sunt, vt videas qualiter amor principium est, licet amor & desiderium ac gaudium aliter in diuinis suscipiantur, quam secundum humanum accepta sunt modum, secundum quem amor passio est in diuinis autem actio intra se manens quædammodum intelligendi actus. Cum igitur in Deo perfecta sit cognitio, in eo erit & amor perfectus, in quo processio quædam secundum operationem appetitiuam exprimitur, sicut in verbo per operationem intellectus. Est autem inter operationem intellectualem & appetitiuam differentia. Intellectus enim appetitio ac etiam omnis cognitio operatio per hoc completur, quod cognoscibilia quomodocumque cognoscere existunt, vt in sensu sensibilis, & intelligibilia in intellectu. ac appetitiua operatio secundum ordinem quendam vel motum appetentis ad res appetitui obiectas completur. Cum igitur que obiectum habent sui motus principium, omnem accipiunt spiritus, vt venti dicti spiritus, quia afflictionis eorum principium non apparet, & respiratio & arteriarum etiam motus ab intrinseco & occulto principio procedens spiritus vocatur, congrua, secundum quod diuina humanis significari possunt, ipse diuinus amor nomen

D. Alb. Mag. lib. de apprehensione.

Virum sit in diuinis alia processio à generatione verbi. 7. par. sum. theo. q. 11. dist. 36.

27.

28.

29.

30.

accepit spiritus. Amor autem quandoque ex corporea & materiali natura procedit, & hic immundus est, quia per eum mentis turbatur puritas : quandoque verò ex spiritualis nature proprietate, vt cum intelligibilia amantur bona, & que rationi conueniunt, & hic amor purus est. In Deo autem materialis amor locum non habet. Rectè igitur diuinus amor non solum dicitur spiritus, sed spiritus sanctus, vt diuini amoris puritas exprimitur.

D. Video quare diuinus amor dicatur spiritus sanctus : adhuc intelligere cupio an hic amor qui, vt dixisti, secundum operationem appetitiuam processio quidam est, ab vno solo procedat. P. Pareat quoniam quis nihil amare post intelligibili & sancto amore, nisi quod actu per intellectum concipitur : conceptio autem intellectus verbum est : oportet igitur, quod amor oriatur à verbo : verbum autem Dei Filium dici necesse est, vt supra dictum est : oportet igitur spiritum sanctum esse à Filio : verbum autem quod Filius dicitur est, vt ostensum est, à Patre procedit, ab intellectu enim verbum prodit : quare oportet spiritum sanctum à Patre procedere per filium.

D. Videtur, quod spiritus sanctus à Patre, Filio, mediante procedat : non ergo immediate procedit à Patre. P. In qualibet actione suppositum agens & virtutem qua agit, attende : ignis enim calefacit calore. Si igitur in Patre & Filio consideratur virtus qua spirant spiritum sanctum, nullum ibi cadit medium : est enim vna & eadem numero virtus spirativa in Patre & Filio : & ideo equaliter ab vtroque secundum hanc procedit spiritus sanctus. Nec reuocetur si aliquando dicatur principaliter vel proprie de Patre procedere spiritus sanctus : hoc enim dictum accipere quoniam filius hanc virtutem habet à Patre. Si autem ipse persone spirantes considerentur sicut cum spiritus sanctus à Patre & Filio communiter procedat, inuenitur spiritus sanctus immediate à Patre procedere in quantum ab eo est, & mediate sequentem à Filio est, sicque dicatur spiritus sanctus procedere à Patre per Filium, sed hanc vocem materialis processionis extrinsecam non intelligens accipere ad significandum materiam processionis personarum processionem, sed cum immediate procedit ab vno, sequentem à Filio sicut mater eius fuit, & mediate dicatur procedit in quantum hanc hanc mater eius que ab Adam processit.

D. Tua ratio meæ plene satisfacit questionem : adde quæso & aperij, an illa summa idemque quam inter verbum & dicentem, vel vt aliis vtr nominibus, inter Filium & Patrem esse doquisti, inter spiritum sanctum procedentem & Patrem & Filium spirantes accipienda sit. P. Sic diuinum intelligere est eius esse, sic de amore eius est ipsius esse : & sicut Deus semper actu intelligit, & seipsum intelligendo omnia intelligit, sic semper actu amat se, & seipsum aut hanc suam amando omnia amat : & sicut Dei Filius, qui est verbum Dei subsistens in natura diuina, coeternus

H

Species

de

de

28. Deum spiritum sanctum procedat à Patre per Filium. In dist. 12. art. 1. & seq.

29.

30. De identitate qua est inter personam dicentem. In dist. 19. art. 1. item 1. p. sum. theo. quest. 47.

coaternus est Patri, perfectus, & vnicus: sic & hæc omnia de Spiritu sancto fateri necesse est. Ex hoc etiam intelligere potes, quod cum omne subsistens in natura intelligere, apud Latinos persona dicatur, apud Græcos autem hypostasis, dicere oportet, quoniam verbum Dei quod Filius nominatur, quædam sit hypostasis siue persona: idemque de Spiritu sancto dicere oportet. Nulli autem dubium est, quin etiam Deus à quo verbum & amor procedit, res sit subsistens, vt dici queat hypostasis vel persona, hocque modo in diuinis congruè tres ponuntur personæ, personæ scilicet Patris, personæ Filij, personæ Spiritus sancti. Nec has tres personas per essentiam diuersas intelligas esse: sicut enim intelligere & amare Dei eius est esse, ita verbum & amor eius ipsa sunt Dei essentia. Quicquid autem absolutum de Deo absolute dicitur, non aliud est quam Dei essentia: non enim Deus vel magnus est, aut potens, aut bonus accidentaliter, sed per suam essentiam. At tres personæ vel hypostases in diuinis non dicuntur per aliquid absolutum condistinctæ, sed per solas relationes, quæ ex verbi & amoris processione procedunt.

37. D. Quoniam hæc omnem transcendunt mentem humanam, quæ so larius explicâ distinctionem hæc quam in diuina accipis simpliciter: hæc enim quæ tractas, per necessitatem esse videntur humanæ menti: principia enim sunt, circa quæ modicus error non modicum obest. P. Processio verbi generatio dicitur: ex generatione autem paternitatis ac filiationis relationes procedunt. Persona itaque Filij à Patris persona solummodo paternitate ac filiatione distinguitur: omnia vero alia communiter ac indifferenter de vtroque dicantur: sicut enim Pater dicitur verus Deus, omnipotens, æternus, & quæque talia, sic & Filius. Processio autem Spiritus sancti generatio non est: inter intellectum enim & voluntatem hæc differentia est: intellectus enim actu fit eo quod res intellecta secundum similitudinem suam in intellectu existit: quare processio quæ secundum rationem intellectus consideratur, secundum rationem similitudinis est, ac ideo generationis nomen accipit: quia omne generans sibi simile generat: talisque est verbi processio. At voluntas in actu fit, non per hoc quod aliqua voluti similitudo in volente fiat, sed quia voluntas inchoationem habet quandam in sua voluntate: processio itaque quæ secundum voluntatis actionem attenditur, non secundum rationem similitudinis, sed impellente potius ac mouente in aliquid, qualis processio est quæ per amoris modum in diuinis, non vt genitum, aut vt filius procedit, sed vt spiritus, quo nomine non solum occultum motus principium, vt supra tetigi, sed quædam etiam vitalis motus & impulsio designatur, secundum quod ad faciendam aliquid moueri vel impelli ex amore aliquid dicitur. Processio itaque amoris non dicta est generatio, nec nomen proprium habet. Vnde nec relationes quæ secundum hæc accipiuntur processionem, nomina habent propria: verum relatio principij processionis huiusmodi in-

Primum processio Spiritus sancti sit generatio.
In 1. dist. 13. art. 2. item 1. p. sum. theo. q. 30. m. 4.

nominare spiratio: relatio verò à principio procedentis processio vocatur. Persona itaque Spiritus sancti à persona Patris & à persona Filij solum spiratione ac processione distinguitur: omnia alia verò communia sunt: nam sicut Pater omnipotens est, perfectus Deus, æternus, bonus, & huiusmodi alia, & similiter Filius, hæc eadem de Spiritu sancto enuntiantur verissime. Quia igitur Pater & Filius & Spiritus non distinguuntur in natura deitatis, sed solum relationibus, conuenienter tres personæ non dicuntur tres dii, sed vnus verus ac perfectus Deus. In hominibus enim tres personæ tres dicuntur homines, & non vnus homo: eo quod humana natura quæ tribus communis est, differenter conuenit eis, secundum diuisionem materialem, quæ omnino in Deo locum non habet. Quare cum in tribus sint humanitates tres numero differentes, sola humanitatis ratio in eis inuenitur communis. In tribus autem diuinis personis non tres deitates numero differentes, sed vnâ simplicem deitatem esse oportet, cum non alia sit verbi essentia, & alia amoris in Deo ab ipsius Dei essentia. Quare non tres deos, sed vnum Deum propter vnâ simplicem deitatem in tribus personis confiteri necesse est.

27. D. Breui & aperto sermone sacramentum mirabile referasti Trinitatis ac vnitatis diuinæ: at prædictarum relationum sufficientiam & rationem à te intelligere desidero. P. Vt in philosophia prima expressum est, relatio omnis vel supra quantitatem, vt duplam & dimidium, vel supra actionem & passionem, vt faciens & factum, pater & filius, dominus & seruus, & huiusmodi talia fundatur. Quantitas autem cum in Deo non sit, qui sine quantitate magnus est, sicut Augustinus ait, constat realem relationem in Deo esse non posse, nisi super actione fundatam: non autem super actionem, secundum quas aliquid extrinsecum à Deo procedit, relationes enim Dei ad creaturas reales non sunt in ipso, sed relationis tantum: relationes igitur reales in Deo accipi non possunt, nisi secundum actiones secundum quas est processio in Deo, non extra, sed intra. Tales autem processionem duarum sunt, quarum vna secundum intellectus actionem accepta est quæ verbi est processio: alia verò secundum voluntatis actionem quæ est amoris processio. Secundum autem harum quamlibet processionum relationes oppositas accipere oportet duas, vt vna sit procedentis à principio: altera verò principij ipsius. Processio itaque verbi, vt supra ostendi, generatio dicta est. Relatio itaque principij generationis paternitas est: relatio verò procedentis à principio filiatio: processio autem amoris generatio non est, nec nomen habet proprium, vt ante dixi, hæc relationes quæ secundum ipsam sunt: spirationis tamen nomen relationi quæ principij est, accommodatum est: processio verò relationi quæ procedentis est à principio, quod virtus spiratiua vna & eadem in Patre & Filio, licet processio ambabus commune nomen sit processionibus, appropriata est: spirationis tamen ac processionis nomina prædictis accommodata

27.
Primum in Deo sunt tantum relationes.
In 1. dist. 6. item 1. par. sum. theo. q. 39. m. 1.

Lib. 1. de Trinitate.

De apprehensione. Pars XII.

data relationibus, ad processionem ipsas vel origines, non ad relationes pertinent.

33.

Utrum origo vel relatio constituitur & distinguitur personam.

D. Distingue videtur inter originem & relationem quasi origo non sit relatio, cum spirationis & processionis nomina ad origines potius quam ad relationes spectare dicantur, licet sint relationibus accommodata. P. In diuinis personis duo inueniuntur, origo scilicet & relatio, secundum quae personae differunt: duo tamen haec inter se se non differunt, sed modo tantum significandi: origo enim per modum actus, ut generatio: relatio vero per modum formae, ut paternitas significatur: sic & natiuitas per modum actus, per modum vero formae filiatio. Quoniam igitur origo prior relatione esse videtur secundum intellectum, videtur enim relatio ad originem sequi, opinari sunt quidam, quod in diuinis hypostasis constituantur & distinguantur origine, secundum quod significatur cum dicitur, qui est ab alio, à quo alius, & quod relatio paternitatis & filiationis consequatur ad constitutionem & distinctionem personarum, ac quod per relationes praefatas constitutio & distinctio personarum ostendatur: ex hoc enim quod Pater dicitur, ostenditur à quo alius: & per hoc quod filius, ostenditur qui ab alio, ut dicunt hi: & si non relationibus hypostasis constituantur & distinguantur, non tamen, ut putant per aliquid absolutum sit hypostasis constitutio & distinctio, cum origine, ut aiunt, relationes importent, cum generans ad genitum sicut pater ad filium dicatur. Est autem haec opinio falsa: constitutum enim ac distinctum hypostasis intelligi potest, aut formaliter ut quo constituitur & distinguitur, quemadmodum constituitur homo & Socrate Socrates: aut quasi via ad constitutionem & distinctionem, ut si dicitur, quoniam Socrates est homo, vel Socrates generatione sua quae via est ad formam, quo constituitur potest ut constitutum ac distinctum eius nisi propter id quod formaliter constituitur & distinguitur. Si enim generatione non inducitur humanitas, nunquam homo constitueretur generatione: non enim hypostasis filij constituitur natiuitate sua nisi in quantum intelligitur, quod eius natiuitas ad aliquid terminatur quod ipsam hypostasis formaliter constituit. Relatio autem quae filiatio dicitur, est ad quam natiuitas terminatur. Est igitur filiatio formaliter constituens & distinguens filij hypostasis, non autem origo, nec relatio in origine intellecta, quae sicut & origo ipsa non significat aliquid adhuc subsistens in natura, sed in naturam tendens. Verum quia omnium hypostasis eiusdem naturae eadem ratio est constitutionis ac distinctio, ideo sicut in Filio, sic & in Patre intelligere oportet, quoniam hypostasis Patris constituitur & distinguitur paternitate ipsa, non autem generatione actiua, neque relatione in generatione inclusa.

34.

D. Haec omnia humanum intellectum excedunt, quae tam ineffabili amoenitate quam utilitate incomprehensibili plena sunt, ac ideo maiori indigent declaratione: infirmi
D. Alb. Mag. lib. de apprehensione.

enim oculi debilitas excellentem non patitur claritatem. Ut circa hanc alio theologiam verum attingas, intellige quoniam relationes non origines hypostasis constituant & distinguunt, quod tali poteris aliter capere ratione: paternitas enim est ipsa diuina essentia: pari autem ratione Pater est idem quod Deus: paternitas igitur constituendo Patrem constituit Deum: & sic paternitas licet sit essentia, tamen communis non est sicut essentia: ita & Pater licet sit idem quod Deus, non tamen commune est ut Deus, sed proprium. Pater itaque Deus in quantum Deus est, est diuinam habens naturam: in quantum vero Pater, est proprium ab aliis distinctum: unde est hypostasis quae signat aliquid subsistens in natura aliqua ab aliis sumptum. Per hunc itaque modum paternitas constituendo Patrem constituit hypostasis. Adhuc alia declarationis via idem inspicias. De ratione hypostasis duo sunt. Primum quidem est, quod per se subsistens sit, & in se indiuisa. Secundum vero est, quod ab aliis sit diuisa hypostasis eiusdem naturae, si etiam contingat in eadem natura alias non esse hypostasis: non enim Adam minus erat hypostasis quando aliae hypostasis in humana non erant naturae. Semper igitur oportet intelligere hypostasis generantem ante generationem, quantum ad id quod subsistit hypostasis in se una existens, non tamen in quantum est ab aliis hypostasis eiusdem naturae distincta, licet per solam huiusmodi generationem quae post hypostasis intelligatur, aliae hypostasis eiusdem naturae originem habeat. Adam non fuit distinctus ab aliis hypostasis eiusdem naturae priusquam mulier ex eius costa formaretur, & eius filij per generationem ab ipso. In diuinis autem non multiplicatur hypostasis ante processionem aliarum personarum ab una. Primum igitur est intelligere hypostasis Patrem in quantum subsistens est, quam generationem: non tamen prius in quantum est distincta ab aliis hypostasis eiusdem naturae quae non procedunt nisi hac generatione supposita. Relationes autem in diuinis est constituant hypostasis, hoc tamen faciunt in quantum diuina sunt essentia: relatio enim in quantum est relatio, non habet quod subsistat, vel quod subsistere faciat: hoc enim solius substantiae est: distinguat vero relationes in quantum relationes sunt, sic enim oppositionem habent. Relinquitur igitur, quod ipsa paternitatis relatio in quantum est constituens hypostasis Patris, quod habet in quantum est idem substantiae diuinae, praetelligatur generationi: secundum vero quod distinguit, sic generatio praetelligatur paternitati. Eodem autem modo natiuitas secundum intellectum praecedat hypostasis nati, cum intelligatur via ad ipsam hypostasis, est enim via in substantiam generatio.

Præterea: tur originem, in l. d. 27. a. 2.

D. Concludis, quod relatio diuina in quantum idem est quod diuina essentia, constituit personam aut hypostasis, & praetelligitur origini seu generationi: in quantum vero dicta relatio est ad alium respiciens extra, sic oppositionem habet, & ab aliis distinguitur.
H 2 hypostasis

36. *Haec: Sabellij, quod persona diuina sola, & non constituitur, & distinguitur.*

41. Virtus in diuina proprietate non personam non personam sed idem cum personam.

personam, non autem essentiam. Vtremus autem attende, quoniam simplicitas diuina compositionem materie & forme que in creatis est, excludit, idem in diuinis est abstractum & concretum, vt deitas & Deus abstractum enim formam, concretum ex forma & materia compositum significare solet. Secundum autem hanc in diuinis simplicitatis diuinæ identitatem proprietates personalis siue personæ constituitur, tum persona idem est, eadem ratione qua abstractum cum concreto est idem. Est enim personalis proprietates ipsa persona subsistens: paternitas enim ipse Pater est, & filio Filius est, & processio Spiritus sanctus. Diuina iterum simplicitas compositionem subiecti & accidentis excludit: quare quicquid Deo attribuitur, eius est essentia: sapientia enim & virtus idem in Deo sunt: ambo enim diuina sunt essentia. Secundum vero hanc diuinæ simplicitatis identitatem proprietates non personalis cum persona idem est, eod quod omne quod Deo attribuitur, eius est essentia. Sic enim communis spiratio cum persona Patris & cum persona Filij idem est, non quod vna persona sit per se subsistens, sed sicut vna essentia est in duabus personis, sic & vna in duabus personis est proprietates.

42. Virtus in diuina proprietate non personam non personam sed idem cum personam.

D. Doctrinam tuam saluberrimam sic epilogando colligo, quoniam in diuinis relatio est, vt Arrij hæresis locum non habeat, qui secundum aliquid absolutum personam voluit differre. Est & hæc relatio realis, non secundum rationem tantum, vt Sabellij confutetur error. Est & hæc realis relatio, non tantum assistens, sed inherens, vt ipsa diuina sit essentia ac persona, vt Porretani tollatur deuiatio. Est & præfata relatio realis inherens, vt essentia sit ac persona diuina, in personis existens ad modum extracti in concreto, vel formæ in supposito: licet hæc differenter expresseris. Sic enim personalis relatio in persona est, vt ipsa sit persona per se subsistens: non sic autem de relatione illa que personalis non est, vt sit persona per se subsistens, sed vt in duabus sit personis, sicut essentia in eisdem existit diuina. Ex hoc autem antiqui theologi præpositi suppletur defectus, qui personarum simplicitati derogare metuens, proprietates vel relationes vt in abstracto significatas in personis non posuit, sed personas esse tantum: non aduertens, quoniam licet personæ simplices sint, possunt tamen absque simplicitatis præiudicio propriæ personarum rationes in abstracto significari, vt tua tetigit declaratio. P. Breuiter determinata collegisti: sed adhuc quod dixi, aperius intellige, aliquam relationem in persona, non autem personam fore: constat enim personam Patris ad duas referri personas, scilicet Filium & Spiritum sanctum, non autem relatione vna, vt præfatus antiquus intellexit Theologus: sic enim vna & eadem relatione illæ duæ personæ referuntur ad Patrem: & cum in diuina simplicitate sola trinitatem multiplicet, iam personam Filium & Spiritum sanctum. Quod ille dicebat, quoniam sicut modo se ad creaturas habet, que se diuersimodè habent, sic Pater vna

Virtus in diuina proprietate non personam non personam sed idem cum personam.

relatione ad Filium & Spiritum sanctum refertur, qui tamen ad Patrem duabus referuntur relationibus: in Deo enim relatio realis ad creaturas non requiritur: rationis autem relationes in Deo multiplicare inconueniens non est. At in Patre relationem oportet esse realem, qua ad Filium & Spiritum sanctum refertur: quare secundum duas relationes Filij & Spiritus sancti, que sunt filio & processio, quibus ad Patrem referuntur, in Patre erunt relationes duæ prædictis duabus correspondentes, que sunt paternitas, & spiratio, que etiam filio communis est: hisque duabus Pater ad Filium & Spiritum sanctum refertur. Harum autem vna in Patre est & Pater est, que est paternitas, relatio quidem personalis: altera vero in Patre quidem est, sed Pater non est, que est spiratio, relatio non personalis. Cum igitur nisi vna non sit Patris persona, necesse fuit seorsum relationes in abstracto significari.

43.

D. Hæc additio prædeterminatis non inuicilis fuit, sed necessaria: quæ lo autè vt præfatarum relationum seu proprietatum sufficientiam ac rationem quibus vtuntur Theologi, aperias. P. Tam relationes quæ proprietates notiones vocantur. Notio autè dicitur id quod cognoscendi ratio propria est diuinam personam. Diuina autem personæ secundum originem multiplicantur, quæ est alterius ex altera processio, vt à quo alius, & qui ab alio: secundum enim hos duos modos innotescere persona potest. Persona itaque Patris per hoc quod ab alio sit, innotescere nequit, sed ex hoc quod à nullo est, ex quo innascibilitas eius est notio. In quantum vero aliquis ab eo est, & notione que paternitas est innotescit, que ad Filium dicitur, & notione que communis est spiratio, qua ad Spiritum sanctum refertur. Filius verò per hoc quod ab alio est nascendo, innotescit, & hoc quidem filiatione: per hoc verò quod alius ab eo, notione quam cum Patre communem habet. Spiritus verò sanctus per hoc quod ab alio vel ab aliis est, processione innotescit, non per hoc quod ab ipso sit alius, non enim personalis existit emanationis fecundus. Harum autem notionum quinque sunt solæ quatuor proprietates proprie loquendo: communis enim spiratio duabus conuenit personis, quare proprietatis ratione caret. Sunt & solæ quatuor ex his relationes, innascibilitas enim relatio non est, nomine ingeni signficata, nisi reducta: negatio enim ad affirmationis genus, vt non homo ad substantiæ genus reduci solet, aut non album ad qualitatem. Filij autem relatio, ac consequenter Spiritus sancti processio, naturæ ordine Filij generationem præsupponens, nomine ingeni aut innascibilis de Patre negatur: remoto etenim à Patre quod genitus sit, cum tamen generationis sit principium, consequenter habes quod processione Spiritus sancti procedens non sit: eod quod Spiritus sancti generationis non est principium, sed procedens à genito. Hacque causa innascibilitas Patris proprietates per Filij natiuitatis priuationem potius, quam per Spiritus sancti processione remotionem significatur: vtraque

Virtus in diuina proprietate non personam non personam sed idem cum personam.

utque enim processio tam Filij quam Spiritus sancti in se habet... negatur... Consistentia... Patris proprietatem Filij... Spiritus sancti processio... niam hanc speciale non habet... nomen... Præterea autem notandum tres quidem personales sunt, id est, personarum constitutio... ut patremis quidem Patris, filialis vero Filij, patrisque item Spiritus sancti. Dicitur vero non personiter, sed personarum dicuntur: et personarum spiritus ratio est distinctam cognoscendi personam, et si personam non constituit.

D. Hæc notio distinctio, vtilis est: cur igitur situr dicitur Deus vnus propter essentia vnitatem, et propter trinitatem personarum trinus, non etiam quibus dicitur, quoniam quinque sunt notiones: P. Essentia diuina, et sex quædam significantur, sic et personæ diuine: notiones vero ut rationes quedam, non ut res personarum notificantes significantur: et ideo non quibus dicitur Deus, licet vnus dicatur vel trinus.

D. Ambiguitatis nihilam breui amoustratione. De relationum itaque distinctione, et an relatio essentia ac persona sit diuina, declaratis restat ut edifferas, an relatio vna in diuina sit idem quod altera vel realiter distinguatur ab ea. P. Relatio secundum rationem eorum propriam solum ad aliud respectum significant, cum alia nouem genera secundum eorum rationem propriam inherens aliquid subiecto significant, et in quantitate mensura est, et in qualitate dispositio. Respectus igitur quantificans ea que ad aliquid dicta sunt, in rebus accerta quandoque consistunt, alique enim res secundum suam naturam aduentionem inclinationem habent et ordinem, et alique relationes reales esse oportet. In corpore siquidem vni inclinatio est, et modo ad locum medium, et quare talis respectus in corpore vni est respectus loci medi. Quandoque vero respectus non in ipsa rebus mensura, sed in rationis contentis vnus alteri apprehensione transiunt, et talis relationes tantum rationis esse dicuntur, ut ratio hominem animali comparat, et spiritum ad genus. Cum igitur aliquid ad aliud sit principio procedit, in ratione autem omne conuenient: omnesque reales sunt aduentionem respectus. Personarum autem in diuina in identitate sunt in se, et relationes secundum processionem acceptæ aduentionem reales erunt, et in se in natura distincte a Deo aliqui procedat, ut patet ex natura, Deus vnusque cuius creatura ordinem erit, nec ex eius natura ad creaturam habundat: et ideo nec relatio realis. Verum quoniam sub di-

44. Quare Deus non dicitur vnus a quo vnus notio. In i. d. 30. art. 9.

45. Revelatio ab alio relatione distinguatur realiter.

uno creaturæ continentur ordine, et in earum natura est dependentia ad suam causam, in creaturis ipsi ad Deum relationem oportet esse realem. Cum igitur in diuinis relationes, ut dixi, constet esse reales, et oppositio in diuinis realis erit: de ratione enim relationis est ad alterum respectus, secundum quod aliquid aliquid relatione opponitur: oppositio autem in ratione sui distinctioem includit: quare et in Deo realis erit distinctio, non quidem secundum rem absolutam, in qua vnitas ac simplicitas summa est, sed secundum rem relatum in qua distinctio inuenitur. Quoniam igitur de ratione relationis realis est realis oppositio, realitque consequenter distinctio, in diuinis reales erunt relatio et oppositio ac distinctio, ut fieri necesse sit, quoniam relatio vna ab altera realiter distinguatur, licet eadem relatio idem realiter sit quod essentia ac persona diuina.

D. Adhuc dubium de relationibus restat diuinis: aduerto enim in Deo tam ex processione extrema, quam ex idearum multitudinem, quam etiam ex creatorum temporali productione oportere respectus ac relationes quasdam assignari, quod diuina simplicitati consequi non videtur: diuersitas huiusmodi rationem etiam si qua est, et intelligere capio. P. Vt in hoc quibus incipiam rationem questionis reddere proponere, relationem noueris quandam inter Deum et creaturas esse: relatio enim, ut Boetius etiam docuit, non significat ut in subiecto manens, sed ut in transitu quodam ad aliquid aliam accidentia ut in subiecto manentia significant, ut supra tetigi. Quare Porretanus non sine ratione relationem dixit aduentionem, non inherens esse. Quod igitur aduentionem attribuitur ut ab eo in alium procedit, cum ipso compositionem non facit, sicut nec cum genere actio que in transitu consistit quodam: ideoque probatum est, quodammodo ad aliquid motus esse non potest: sine mutatione enim eius quod ad alterum actetur, potest relatio delinere ex alterius mutatione sola. Sic etiam motus non est secundum actionem, licet metaphorice mutari dicatur de otio extens in actum. Hæc autem in actione aut relatione non contingerent, si aliquid in subiecto manens significarent. Contra rationem igitur simplicitatis non est relationum multitudinem que inter ipsum Deum est et alia a se, imò quod aliquid simplicitatis est, ratio eius virtus minus limitata existit, ac ad plura se eius extendit causaliter: omnis enim virtus vnita plus infusa est quam virtus multiplicata, ut in libro legis de causis. Vide in exemplo, quod magis simplex maius est virtutis et principium plurimum, ac per hoc multiplicis relationum intelligitur: punctus enim plurius est quam linea participium;

46. De diuersitate relationum diuinis trinitatis. Et primo de rebus omnibus que sunt inter creaturas et Deum. 2. p. sum. theol. 55.

de inuentione. 57.

Non derogat diuina simplicitati, quod multa de Deo dicuntur relationum ad creaturas.

principium, & linea quam superficies. Hoc igitur ipsum quod multa de Deo relatiue dicitur, eius summæ simplicitati non videtur derogare. Inter principium itaque & ea quæ à principio emanant, relationem aliquam intelligere oportet, non originis solum secundum quod à principio oriuntur plura, sed etiam diuersitatis: oportet enim effectum à causa sua distingui, cum sui causa nihil existat. Ad summam igitur Dei simplicitatem consequitur, quoniam infinitæ habitudines seu relationes inter creaturas & ipsum Deum existunt, secundum quod ipse creaturas producit à seipso diuersas, sibi tamen aequaliter assimilatas.

47. *Relationes Dei ad creaturas non sunt realiter in Deo*
In 1. dist. 10. art. 1. item 1. p. sum. theo. q. 1. m. 1.

7. metaph. text. 10.

Relationes autem huiusmodi quæ in Deo sunt ad suos effectus, in Deo realiter nequeunt esse: esse enim omnium entium est vna prima mensura quæ Deus est: comparatur autem Deus ad alia entia sicut scibile ad scientiam humanam quod eius est mensura: ex eo enim quod res est vel non est, dicitur oratio vera vel falsa: scibile autem licet relatiue ad scientiam dicitur, tamen relatio in scibili secundum rem non est, sed tantum in scientia: scibile autem ad scientiam non refertur, sed scientia ad ipsum. Quare Aristoteles dixit, quoniam scientia relatiue dicitur, non quia ipsa referatur, sed quia alia referuntur ad ipsam. Non sunt igitur relationes dicte realiter in Deo. Et attende: cum enim relatio realis in ordine vnius rei ad aliam consistat, in solis illis inuenitur huiusmodi relatio mutua, in quibus ex vtraque parte eadem est ordinis ratio vnius ad alterum: hæc autem in omnibus relationibus quantitatem consequentibus reperitur: cum enim quantitatis ratio ab omni abstracta sit materia scibili, eiusdem est rationis in omnibus naturalibus corporibus quantitas: & ideo pari ratione quæ vnum habentium quantitatem & aliter ad alterum refertur, & alterum ad ipsum: habet autem vna quantitas ad aliam ordinem secundum mensuram & mensurati, totius & partis rationem, & aliorum huiusmodi quæ quantitatem consequuntur. In relationibus autem quæ actionem & passionem, seu virtutem actiuam & passiuam consequuntur, non semper mutua ordo est ex vtraque parte: oportet enim id quod rationem habet patientis & moti seu causati, habere ordinem ad agens vel mouens seu causans, cum temper effectus à causa perficiatur, & ab ipsa dependeat: quare ad ipsam sicut ad suum perfectiuum ordinatur: agentia autem etiam siue mouentia aut causæ aliquando ordinem & ipsa habent ad patientia vel mota seu causata, in quantum in effectu ipso vel passione vel motu quoddam attenditur bonum & perfectio agentis vel mouentis, sicut in agentibus patet, quæ per actionem si-

militudinem suæ inducunt speciei, & per consequens proprium conseruant esse, secundum quod possibile est, per propriæ speciei esse. In omnibus aliis etiam hoc idem manifestum est, quæ mouent vel agunt ad causam: ex ipso enim suo motu ad effectus producendos, ad bonum causæ ordinantur. Idemque in omnibus aliis est, in quibus bonum causæ ex effectu prouenit. Quædam verò sunt ad quæ alia sicut effectus ordinantur vel qualitercunque ab eis mota vel passa, ipsa verò omnino ad eadem non ordinantur: quia sicut extrinseca omnino sunt ab illo actionum genere vel virtutum quas talis consequitur ordo, vt puta scientia est quæ ad scibile refertur: sciens enim per actum intelligibilem ordinem habet ad rem scitam quæ extra animam est: ipsa autem res extra animam existens, omnino non attingitur ab actu tali: actus enim intellectus non transit in exteriorem materiam mutandam: quare & ipsa res quæ extra animam est, extra genus intelligibile omnino est: & ideo relatio quæ consequitur actum intellectus, in re extra animam existente esse non potest. Eadem de sensu ad sensibile ratio est: licet enim sensibile organum immutetur sensus in actione sua, & per hoc relationem habeat ad organum ipsum, sicut alia agentia naturalia ad ea quæ ab eis patiuntur: huiusmodi tamen alteratio à sensibili in organo facta, sensum in actu non perficit, qui per actum virtutis sensitiuæ perficitur: cuius quidem actus expers omnino est sensibile extra animam existens. Sic etiam ad columnam comparatur homo vt dexter ratione virtutis motiuæ quæ in homine est, secundum quam competit ei dextrum, ante & retrò, sursum & deorsum: & ideo relationes huiusmodi in homine vel animali reales sunt, non autem in re quæ tali caret virtute. Sic & nummus extra genus illius actionis est per quam pretium fit, quæ est inter homines conuentio facta. Sic & homo extra artificialium actionum genus est, secundum quas sibi imago constituitur: & ideo nec homo relationem habet realem ad suam imaginem, nec nummus ad pretium, sed è conuerso. Deus autem non agit per actionem mediam, sicut omne naturale agens vel mouens agit actionem vel motum actione media, quæ inter agens & passum, mouens & motum media est. Agensque & passum, mouens & motum in huiusmodi media conueniunt actione: vt ex hoc agens in quantum agens est, extraneum non sit à genere patientis in quantum patientis est: vnde in vtroque realis ordo est vnius ad alterum, & precipue cum ipsa actio media sit quædam ipsius agentis perfectio propria: & per consequens id in quod terminatur actio, eiusdem est agentis bonum. Hæc itaque actio

51.
 Vnde dicitur
 quod dicitur
 causatur à
 re. ut dicitur
 Deo.

D. Vnde quæro causantur respectus isti: nunquid à rebus causantur vel à Deo, vel à rebus & à Deo? P. Respectus isti non à rebus causantur, sed à Deo comparante essentiam suam ad res: essentia enim diuina in quantum similitudo est vel ratio huiusmodi rei & illius, idea Græcè nominatur, Latine verò forma: creatura autem quælibet propriam habet speciem secundum quod aliquo modo similitudinem participat essentia diuina: sic igitur in quantum Deus cognoscit essentiam suam ut sic imitabilem à tali creatura, cognoscit suam essentiam ut propriam rationem & ideam huius vel illius creaturæ. Intelligit itaque Deus rationes proprias plurium rerum quæ plures sunt ideæ vel respectus aut rerum similitudines seu rationes: si enim tales respectus diuinos ideas aut formas siue rationes siue similitudines rerum appellaueris, non erras. Videre etiam iam liquidò potes, quoniam eo ipso quod Deus suam intelligit essentiam ab hac vel illa creatura secundum perfectionem aliquam imitabilem, essentiam suam comparat ad res participantes ipsius essentia perfectiones secundum diuersos rerum gradus: id eoque dixi hos respectus à Deo causari comparante essentiam suam ad res.

52.
 Primum idea
 sunt in Deo.

Eosdemque respectus, quos ideas seu rationes nomino, in Deo pono: cum enim ordo vniuersi per se à Deo creatus sit & intentus ab ipso, oportuit quòd ideam ordinis vniuersi haberet: oportuit enim in agente præexistere similitudinem rei fiendæ, siue secundum esse naturale præexistat, si agens fuerit naturale, ut cum ignis ignem & homo hominem generat: siue secundum esse intellectuale, si agens fuerit artificiale, seu per intellectum agens, ut cum ædificator domum fabricat. Sic igitur oportet in mente diuina præexistere formam, ad cuius similitudinem mundus sit factus: hæcque forma idea dicitur. Ratio autem alicuius totius perfecte haberi non potest, nisi rationes eorum proprias habeantur, ex quibus totum constituitur: ædificator enim formam domus non conciperet nisi apud ipsum ratio propria cuiuslibet partium eius existeret: oportet igitur in mente diuina proprias omnium rerum rationes, quæ vniuersum constituunt præexistere. Hoc etiam Augustinus asserit dicens, quòd singula à Deo propriis rationibus creata sunt.

Lib. 8, q.
 46.

53.
 Primum sunt
 plures ideae.

In Deo igitur idearum seu respectuum vel rationum multitudo existit, cum ideæ nomen principaliter impositum sit, ut ad creaturam respectum significet: quare nec personale nomen est, & pluraliter in diuinis dicitur. At verbi nomen ut ad dicentem principaliter notet respectum, institutum est, & ex consequenti ad creaturam, in quantum Deus intelligendo se, etiam creaturam intelligit: quare verbum vnicum antum est personaliter dictum. Idearum

tamen multitudo simplicitatem non tollit diuinam: operati enim forma in mente operantis est, sicut id quod intelligitur, non autem sicut species qua intelligitur, quæ forma est faciens intellectum in actu: forma enim domus in ædificatoris mente est aliquid ab eo intellectum, ad cuius similitudinem formatur materia in domum: contra simplicitatem autem non est intellectus diuini, quod multa intelligat. Si autem per species plures intellectus eius formaretur, simplicitati eius derogaret. Sunt igitur in diuina mente ideæ siue respectus plures ut intellecti ab ipso, non ut species quibus intelligat Deus, qui per suam simplicem essentiam ab ipso diuino intellectu comparatam ad perfectiones singulorum participatum super eminentem eiusdem essentia diuina bonitatem seu perfectionem, quæ sunt & quæ non sunt, quæ fuerunt & quæ non fuerunt, quæ erunt & quæ non erunt omnia intelligit. Non autem dicam plures in Deo artes aut sapientias: ars enim ac sapientia ut quo intelligit Deus significantur, non ut quod intelligat, quemadmodum idea quæ id est quod à Deo intelligitur: non enim solum multas res Deus intelligit per suam essentiam, verum etiam intelligit se multa intelligere per suam essentiam: hoc autem intelligere est plures rerum rationes aut ideas plures esse in intellectu diuino ut intellectas.

D. Hæc ardua plana fecisti: at hic remanet ambiguitatis residuum, quomodo quæ nullo sunt tempore, in Deo ideas habeant, quæ respectus dicuntur diuini ad effectus comparati. P. Idea à Platone posita ut principium generationis rerum ac earundem cognitionis, ad vtrumque prout in diuina ponitur mente, se habet: & ut principium factionis rerum est, exemplar vel similitudo dici potest, ad practicum pertinentem cognitionem, hocque modo se ad omnia habet quæ aliquo tempore esse acceperunt in rerum natura: ut autem principium cognitionis existit, proprie ratio dicitur, ad speculatiuum spectans scientiam, & se ad omnia habet quæ à Deo cognoscuntur secundum rationem propriam per modum speculationis, etiam si nullo fiant tempore: potentiam enim suam comprehendit Deus, quæ ad alterum importat respectum in ratione principij: est enim potentia actiua principium agendi in aliud, ut Aristoteli placuit. Patet igitur, quoniam potentia Dei dicitur per respectum ad facta secundum rei veritatem, vel etiam quæ ab ipso fieri poterunt, esse nunquam fiant: eorum enim quæ nec fuerunt nec sunt nec erunt, licet Deus practicum non habeat cognitionem nisi tantum virtute, nec ipsorum in Deo fuerit idea in quantum exemplar est: habuit tamen eorum cognitionem speculatiuum, eò quod suam infinitam

54.
 Primum omnium
 quæ
 Deus cognoscit
 seu, sunt
 ideae.

inquitam comprehendit potentiam, quæ divina essentia est, & eorum in Deo sui idea inquantum idea est ratio.

55.
De relationibus quibus distinguuntur personæ.

D. Dubitatio mea decisa est: si in Deo alie sunt relationes vel respectus ad alia, procedas. P. Relationes in Deo reales esse quibus divinæ distinguuntur personæ, supra latius disertum est: hæc tamen breviter iterum accipe: cum enim processionibus in divinis in identitate sint nature, oportet relationes secundum processionem divinas acceptas esse reales: omne enim quod à principio eiusdem procedit nature, in eodem convenit ordine cum eo à quo procedit: sicque reales adinque habebunt ambo respectus eam processionem quam id à quo procedit. Nonne advertis, quoniam ubicumque est origo unius ab altero, ibi realis ratio erit: vel tantum ex parte eius quod oritur, quando non eandem accipit naturam quam suam habet principium, sicut in creature exortu à Deo manifestum est: vel ex parte utriusque erit ratio realis, quando oriens ad naturam sui attingit principij, velut in hominum patet generatione: ratio enim realis & in patre est & in filio. At cum verbum in divinis quod divina est conceptio, quæ complementum & terminus aut finis intra actus existit intelligendi, ipseque actus seu intelligere divinum idem sit quod divinum esse vel essentia, oportet quod ipsa divinum verbum à divino procedens intellectu, extra divinam non fiat essentiam, sed essentia divina conceptualis existat. Quia igitur in Deo essentia unitate servata, invenitur origo verbi à profertente ipsum verbum, ratio realis erit tam ex parte verbi, quam ex parte ipsum verbum profertentis: ut in divinis quidem personis essentiali se fit unitas, relatione vero distinctio, quæ ab essentia divina se non differt, sed ratione propria relativa, quæ est ad aliquid extra se habere.

56.
Deo dicitur sunt personæ generatur.

D. Ex doctrina colligo tus in Deo relationes qualdam eternas esse ac reales, ut quibus personæ distinguuntur: qualdam vero eternas rationem non reales, ut quibus divinus intellectus essentiam suam ut imitabilem à rebus in perfectionibus diversis ad res ipsas comparat, ut rationes sunt rerum vel aliter que in mente sunt divina: qualdam rationem non eternas, sed temporales, cum ex tempore inveniuntur respectus vel dependentie quodam in rebus ad Deum, in ipsa existens rebus realiter, in Deo autem non realiter, sed secundum rationem solum, ut ratio humana Deum ut terminum dependentie creaturæ ad ipsum referat, ipsam Deum in ordine ad creaturam considerando: ac ideo nec reales hæc in Deo esse constet. Ut de relationibus hic sermo claudatur, unum D. Alth. ad lib. de apprehensione.

addas quæso, quare relativa oppositio potius ad divina transferatur quam ad alia oppositio. P. Relativa oppositio ab aliis differt oppositis, eò quod in aliis unum alteri opponitur inquantum ipsum tempo- uer: negatio enim affirmationem tollit, & ex hoc ei opponitur: oppositio etiam privationis & habitus & contrarietatis, oppositione conditionis inducitur, ut in acceptis procedunt est. Non autem hoc in relationibus est: non enim quæ opponit & fitis partem, ideo ei opponitur: sed relationis generis habitusque ipsa filius habet ad partem. Ratio enim differentie fundamenti, autem potest relative opposita fieri creaturæ à Deo & non alia oppositio: creaturæ Deo magis se creaturæ propria quam Deo opponit, ut tantum habitus aliquid creaturæ ad Deum: hæc differentia conditionis differentia sunt: creaturæ & alia in alia enim opposita sunt inquantum est habitus, quæ opponit se partem in relationibus: non est, sed inquantum ad perfectionem conditionis generis, ut relationis equiparatur, ut in parte & filio: & in relationibus generis, ut in parte & filio maxime patet ad. Ratio autem hæc secundum differentiam in ipsa personis divinis personis maxime patet in relationibus, ut patet ex hoc, in quibus nihil imperfectionis est: proinde quæ in men aliam non habentiam oppositio, eò quod aliam contrarietatem imperfectionis sit conexum. Alia etiam oppositio sine contraria, sine habitus & privatio, secundum propriam eorum naturam per modum significat inherentis ei cui insunt seu de quo predicantur, hæc quod libet de genere accidentium: ratio vero secundum rationem propriam non per modum predicantur inherentis, sed per modum se ad aliam habentia, licet inherentis tunc secundum rationem aliam quædam conditionem in habente ei se ad aliam referat, ut sunt alia accidentia in relationibus generis personarum: secundum rationem propriam in relationibus generis personarum, non accipiuntur per contrarietatem ad se cuiuslibet ratio, sed per respectum ad aliam: sicque ratio generis ad aliam non habentiam per contrarietatem, sed quod non ut inherentis tunc accidentia secundum rationem propriam predicantur: sic ex hoc Boetius dixit, quod seu que predicantur in divinam ver- cit predicantur, cuncta mutantur in substantiam que predicari possunt: ad aliquid vero omnino non potest predi- cari, scilicet ut inherentis: & ideo ipsum ad aliquid, cum accipitur ad divina, se- cundum

mini numerales illa solum significant de quibus dicuntur, solum addentes negationem: cum enim essentia dicitur una, una dicitur essentiam indivisam, & personam indivisam cum una persona dicitur: cum personae tres dicuntur, significantur per ternarium numerum in nullo genere existentem, sed transcendentem, ipsae personae, & circa unamquamque earum indivisio: hocque unum ac ei correspondens multitudine, cum transcendentia sint, pro substantia & pro relatione stare possunt in divinis. Quae autem in genere sunt quanti, accidentia significant materialia, quae ad divina transferri nequeunt. Hanc personarum pluralitatem vel ternarium significat nomen hoc, trinitas: quod enim pluralitas indeterminata, hoc trinitas determinata dicit: & cum trinitatem ponimus in unitate, personas numeratas ponimus in unitate naturae, & unitatem dicimus in trinitate, sicut natura in suis dicitur esse superpositis.

613. D. Hae metas humani videntur transcendere intellectus: & tamen quae de trinitate personarum & earum intellectuali processione declarata, ratione probare videris. P. Ad notitiam personarum divinarum ratione naturali nullus pervenire potest: non enim nisi ex creaturis naturali ratione in Dei cognitionem pervenire quis poterit: creaturae vero in Dei ducunt cognitionem, sicut effectus in causam: hoc ergo solum de Deo cognoscitur ratione naturali, quod ei convenit secundum quod omnium entium est principium: virtus autem Dei causativa, tota est communis Trinitati: quare ad unitatem pertinet essentia, non ad personarum distinctionem. Quod autem in libris Platoniorum reperitur, sicut Augustinus asserit se legisse, in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, licet aliis verbis his equipollentibus, non ex hoc credatur Platonici ratione naturali ad personarum distinctionem attigisse: non enim verbum esse personam generis intelle-

xerunt, sed idealem rerum rationem, per quam Deus omnia condidit, quae Filio appropriata tantum est, non autem ut exiens propriam personae distinctionem eam accipientes. Licet autem divinis appropriata personis noverint, in tertio tamen signo defecisse dicuntur: eo quod a bonitate quae Spiritui sancto appropriatur, deviauerunt, dum cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificaverunt: aut cum ponerent ipsi unum principium ens, quod totius univertitatis patrem esse dicebant, & aliam sub eo substantiam, quam mentem aut patrem vocaverunt intellectum, in quo omnium rerum existebant rationes, non posuerunt substantiam tertiam, quae Spiritui sancto responderet videretur. Rationes autem probantes unitatem divinae essentiae in doceri possunt, sufficienter autem trinitatem probantes impossibile, sed tantum suadentes aut congruentes: posita enim trinitate congruunt rationes multae, quae inducuntur: sicut etiam in aliis vides, quoniam ratio sufficienter inducitur ad alicuius probationem radice, ut quod motus caeli sit semper velocitatis uniformis. Aliquando vero ratio inducta non sufficienter radicem probat, sed ostendit effectus consequentes congruere radici, ut ratio eccentricorum & epicyclorum; eorum positio facta, probat apparentia sensibilia circa motus caelestes posse salvari, cum alia etiam positio sic facta forte salvari possent, in mysterio igitur summe ac venerandae Trinitatis naturalis fides ratio, doctorum sacrae Scripturae auctoritas, & loquatur fides, mens obloquatur Dei denota, & nihil haesitans tenet firmissimae veritatis fundamentum. Quod autem de ea quae per essentiam est beatitudine, quae in divina & in-bilissimo consistit actu, qui est intelligere, consensu patrum, qui sine processione divina non est, ex qua distinctio personarum, operatur de relationibus & aliis quae circa ipsam divinam processionem intelliguntur, tangere aliqua, ne omnino obliquum dimensum pelagus remaneret, quod disputationis remigio fulcat aut sit

Quod ad notitiam personarum divinarum ratione naturali nullus pervenire potest. In i. dist. 1. aut. 1.

Lib. 7. con. sel. cap. 9.

14.

mus. D. Aluus multum derumuit : sermo enim tuæ doctrinæ multos sapientia partus ad lucem produxit : nihilominus ingrauidat mentem : dum enim magna aperis , ad maiora suspirat mentis intentio : sed iam reddatur debitum , & bonitati prodigæ , communicabili luci , fonti in-

deficienti , gratiz semper agantur , & tibi quæ paruos doces , ac viris probatissimis , quorum rationes & sententia in medio sunt disputationis prolataz.



INDEX.



INDEX

Rerum notabilium , quæ in libro de apprehensione continentur.

A



ABSTRACTIONIS quinque gradus. 1. parte, numero 8
 In maiori abstractione est maior impassibilitas. 1. p. n. 9
 Actio duplex, transiens & immanens. 12. p. n. 11. & n. 24.
 Actio non significatur vt in agente, sed vt ab agente, quam tamen in agente esse constat. 12. p. n. 33
 Actio non tantum formæ per se non subsistenti attribuitur, sed composito. 11. p. n. 5
 Adz status ante peccatum fuit medius inter statum hominis post peccatum, & statum eiusdem in patria. 9. p. n. 14
 Adam quomodo cognouit Deum in statu innocentia. ibid
 Adz in statu innocentia, Angeli & Prophetæ, quam diuersæ sint apprehensiones per effectus intelligibiles. 9. p. n. 15
 Aer in aure tremens, non facit sonum. 2. p. n. 11
 Quare aer leuiter percussus, non reddit sonum, sed fortiter sic. 2. p. n. 8
 Aer qui est in aure, est continuus aeri exteriori. 2. p. n. 11
 Estimatiua non est imaginatiua, nec intellectus, nec opinio. 3. p. n. 10
 Estimatiua se habet ad phantasiam, sicut intellectus practicus ad speculatiuum. ibid.
 Estimatiua est hoc brutis quod intellectus est homini. ibid.
 Vnâqueque res agit in quantum est actus. 5. p. n. 2
 Ambiguitas est rationis motus. ambiens vtramque partem contradictionis per æqualia media. 8. p. n. 1
 Angeli medij inter Deum & homines existunt. 9. n. 4
 Triplex animæ rationalis intelligibile. 6. p. n. 5
 Anima non est tota natura speciei. 5. p. n. 3
 Anima intellectualis habet esse absolutum à materia & per se subsistens. 5. p. n. 2
 Anima non est complexio neque harmonia. ibid.
 Anima intellectualis est pars speciei & non tota speciei. 5. p. n. 3
 Anima intellectualis cognitionem immaterialem ex cognitione quæ est per sensum materialium acquirit. ibid.
 In anima intellectuali est intellectus agens & possibilis. ibid.

D. Alb. Mag. lib. de apprehensione.

Anima est composita ex quidditate & esse, siue ex potentia & actu. 5. p. n. 6
 Tres gradus quibus anima ascendere potest ad felicitatem. 6. p. n. 5
 Nullo inter formam & materiam existente medio anima per suam vnitur essentiam. 10. p. n. 3
 Quomodo anima se intelligit per species sensibilium. 12. p. n. 14
 Omne animal habens aliquem sensum de exterioribus, necessariò habet sensum communem, virtutem imaginariam, & affirmatiuam. 3. p. n. 12
 Animalia respirantia non odorant in aqua. 2. p. n. 14
 Animalia non respirantia terrestria & aquatica odorant in aqua. ibid.
 Quare animalia quæ sanguine carent, non respirant. ibid.
 Anthropomorphitarum error Deum statuentium corporeum, & ad humani corporis modum formatum. 8. p. n. 8
 Prima immutatio appetitus ab appetibili amor vocatur, qui nihil aliud est quam appetibilis complacentia. 12. p. n. 27
 Amor diuinus rectè dicitur Spiritus sanctus. 12. p. n. 28
 Appetitus triplex, scilicet naturalis, sensitivus & intellectivus. 12. p. n. 7
 Inter appetitiuas operationes amor principium est. 12. p. n. 27
 Appetitiuus motus circulo agit. ibid.
 Apprehensio est actio nobilissima. 1. p. n. 1
 Apprehensio an ad passionem reduci possit. 1. p. n. 2
 De Aristocrata & modis eius. 7. p. n. 15
 Aristotelis error mundum esse ab æterno. 8. p. n. 10
 Arrius Filium Dei alterius esse substantia dixit à Patre. 8. p. n. 9
 Ars est recta ratio factibilium. 7. p. n. 21
 Ars est principiorum collectio ad vnum finem tendentium. 7. p. n. 21
 Quomodo ars imitatur naturam. 7. p. n. 22
 Ars est circa contingentia. ibid.
 Quomodo opus artis & opus nature commiscetur. ibid.
 Septem artis species. ibid.
 Habitus contrarius arti, qui dicitur atechnia, est cum ignorantia dispositionis dicta. ibid.
 Arte iuuatur effectus celestis, sicut aratione terra ad fructificandum. ibid.
 Articulus fidei non est enuntiabile, nec differentia. 1



Index rerum.

- Sicut creata ex processu à Deo bona sunt, sic ex accessu ad ipsum sunt beata. *ibid.*
 De diuino & nobili actu qui est intelligere. 12.p.n.10
 In Deo essentia, suppositum, esse & actio sunt idem. 12.p.n.12
 Quomodo in Deo & intelligentiis & hominibus differunt intelligere. 12.p.n.23
 Dicere summo spiritui nihil aliud est quam cogitando inueniri. 12.p.n.27
 Dinotica estabilitas naturalis ad prudentiam. 7.p.n.20
 Dona Spiritus sancti homini necessaria ad consequendum finem supernaturalem. 8.p.n.22
 Donis Spiritus sancti præferuntur virtutes theologice, non alie. 8.p.n.23
 Dona Spiritus sancti non humano modo sed diuino animam perficiunt. *ibid.*
 Donum intellectus ad finem vltimum pertinet, & ad humanos desceditur actus regulandos. 8.p.n.25
 Doni sapientie est causam considerare altissimam, & secundum eam de aliis iudicare certissime. 8.p.n.27
 Donum consilij dirigit in omnibus que ad salutem necessaria sunt. 8.p.n.28
 Quomodo dona eleuant supra modum humanum. 8.p.n.29
 Tot sunt dona, quot reperiuntur virtutes. 8.p.n.33
 Dona intellectus, scientie, sapientie & consilij quomodo differunt. 8.p.n.24
 De dono pietatis, fortitudinis & timoris. 8.p.n.30, 31 & 32
 Donatistæ unitatem Ecclesie negantes. 8.p.n.11
 Dotés animæ & earum sufficientia. 10.p.n.13, & 24
 Dubitatio est rationis motus indeterminatus super vtramque partem contradictionis. 8.p.n.1

E

Echo est sonus reflexus. 2.p.n.9
 Semper fit echo, sed non semper auditur. *ibid.*
 Non est vera electio in brutis, sed electioni similibus. 4.p.n.2
 Epicureorum error providentiam Dei negantium. 8.p.n.8
 Id quod est ipsum esse, non potest esse nisi vnum. 12.p.n.6
 De unitate diuine essentie varij errores. 8.p.n.8
 Ebulie actus est recte de agilibus consiliari de his que ad finem sunt. 7.p.n.18
 Eunomius Filium Dei posuit Patri dissimilem. 8.p.n.9
 Eustochia est coniecturatio sine ratione & cita de quibuscumque. 7.p.n.20

F

Falsitas à tribus excluditur, à formatione incompleta, à primis propositionibus, & à conclusionibus ex his illatis. 5.p.n.19
 Falsitas potest contingere circa ea que circumstant rei quidditatem. *ibid.*
D. Alb. Mag. lib. de apprehensione.

Fides est perfecta suasio vnius partis per multa probabilia. 8.p.n.1
 Fides non inuenitur in prima mentis operatione, sed in secunda. 8.p.n.2
 Fides infusa est certior quam scientia. 8.p.n.3
 In fide sunt quatuor, & ex quatuor dicitur esse. 8.p.n.4
 Materiale in fide est ipsum creditum, formale vero est prima veritas. 8.p.n.5
 Filius Dei coæternus est Patri, perfectus & vnicus. 12.p.n.31
 Diffinitio felicitatum ciuiliu & contemplatiuarum, & earum conuenientia & differentia. 5.p.n.8 & 9
 Esse intentionale forme quomodo differt ab esse eius materiali. 1.p.n.7
 Inter formas corporum inferiorum tanto aliqua alter est, quanto superioribus principiis magis assimilatur. 5.p.n.2
 Omnis forma vniuersaliter agit & multiplicat seipsum. 1.p.n.10 & 12
 Forma duplex habet esse, scilicet intentionale & materiale. 1.p.n.12
 Quomodo forma celestis à substantia separata influxa & orbe in lumine stellarum sigillatur in anima prævidentis multipliciter, scilicet in somnio, & visione & prophetia naturali. 6.p.n.12
 Futura contingencia non possunt ab homine præcognosci, nisi in ordine causarum suarum. 9.p.n.9
 Dei proprium est vere scire futura. *ibid.*
 Futura contingencia diuersimodè in Dei præscientia & in causis creatis præexistunt. 6.p.n.9
 Futurum contingens præcognoscitur non in similitudine sue essentie, aut cause sue, sed per influentiam superiorum. 6.p.n.16

G

Gaudium multiplex gaudio glorie. 10.p.n.25
 Gaudium actus est de inuentis consilio iudicare recte inter agibilia per hominem, præter regulas communes, sed secundum priuatas. 7.p.n.18
 Gnome iudicij perspicacitatem sonat. *ibid.*
 De differenti rerum gradu. 12.p.n.7
 Greci olim fago pro campanis utebantur. 2.p.n.7
 Gustus est quidam tactus quantum ad materiale, sed formaliter differt à tactu. 2.p.n.15
 An gustabile ingerat se sensui secundum intentionem solam. *ibid.*
 Gustus indiget medio intrinseco quod est pars animalis, que est in lingua, vel extremitas factum, in qua diffusi sunt nerui gustatini. 2.p.n.16
 Humor salualis est medium ad bene esse gustus, & non ad esse. *ibid.*

H

Heretici qui ea que perfectionis sunt, de salutis necessitate dicebant esse. 8.p.n.11
 Heretici qui perfectionis opera non præferenda esse existimabant communi fidelium vitæ. *ibid.*
 Heraclitus nesciuit distinguere inter intellectum & sensum. 5.p.n.21

K 2 Homo

Index rerum.

Homo perficitur virtutibus moralibus, heroicis & intellectualibus secundum diuersos gradus. 7.p.n.5
 Homo est imago mundi ab intelligentia mori. 6.p.n.13
 Duplex in homine mouens principium, scilicet interius & exterius. 8.p.n.12
 Hymeneus & Philetus dicentes resurrectionem iam factam. 8.p.n.12

I

Ideæ sunt principales quædam formæ vel rationes rerum stabiles atque incommutabiles, quæ & ipsæ formæ non sunt, quæ in diuina intelligentia continentur. 12.p.n.17
 Ideæ dicuntur exemplaria eorum quæ producta sunt, rationes verò eorum quæ in esse non prodierunt nec prodibunt. ibid.
 Sapientia & ars sunt id quo Deus intelligit, & ideò non sunt plures in Deo: ideæ quò quia sunt id quod intelligitur, possunt esse plures. ibid.
 Idea rei creatæ essentia diuina est, non in eo quod essentia simpliciter, sed in eo quod similitudo vel ratio huius rei est vel illius. 12.p.n.3 & 51
 Respectus ideas multiplicat, non à rebus causari, sed à diuino intellectu suam essentiam ad res comparante. ibid.
 Ratio idealis supra diuinam nihil addit essentiam, nisi ad creatam respectum. 9.p.n.2
 Idea Græcè, forma Latine dicitur. 12.n.51
 Ideas esse est necessarium. 12.p.n.52
 Ideæ in Deo sunt plures. 12.p.n.53
 Ideæ nomen principaliter significat respectum ad creaturam, quare nec personale est, & pluraliter dicitur: at verò nomen principaliter significat respectum ad dicentem, & ex consequenti ad creaturam, quare vnicum est personaliter dictum. ibid.
 Idea à Platone posita ut principium generationis rerum à earamdem cognitionis. 12.p.n.54
 Idea ut principium factionis rerum est, exemplar vel similitudo dici potest, ad practicam pertinens cognitionem, & hoc modo est omnium quæ aliquo tempore esse accipiunt: ut autem principium cognitionis existit, proprie ratio dicitur, ad speculatiuam spectans scientiam, & se ad omnia habet quæ à Deo cognoscuntur secundum rationem propriam, etiam si nullo sint tempore. ibid.
 Imaginatiua multipliciter sumitur, & secundum hoc multa habet nomina. 3.p.n.6
 Quomodo imaginatiua retinet formas & non discernit. 3.p.n.7
 Actus proprius imaginatiuæ est imaginari, secundario autem virtutibus operantibus in ipsa præparat imaginationes quadrupliciter. 3.p.n.8
 Quomodo imaginatiua deseruit relationi quæ est in somniis. 3.p.n.9
 De duplici modo infiniti, & quod Deo conueniat. 11.p.n.6
 Quomodo influenza cælestis dicitur intelle-

ctualis. 6.p.n.18
 Sicut se habet sensus communis ad particulares, & phantasia ad sensum communem, sic se habet intellectus ad phantasiam. 5.p.n.1
 Intellectus est sine organo. 5.p.n.2
 Intellectus agens & possibilis sunt diuersæ potentie. 5.p.n.5
 Vterque intellectus dicitur intelligere, sed diuerso modo. 5.p.n.7
 Expossibili & agente est intellectus adeptus, & diuinus dicitur. 5.p.n.8
 Quare intellectus humanus intelligit semper cum tempore. 5.p.n.17
 Quare intellectui humano necessarium est componere & diuidere, non autem intellectui diuino & angelico. 5.p.n.18
 Intellectus circa res simplices non decipitur, tamen ab earum perfectâ apprehensione deficit. 5.p.n.19
 Differentia quadruplex inter intellectum speculatiuum & practicum. 5.p.n.27
 Intellectus speculatiuus est nobilior practico. ibid.
 Intellectus multipliciter determinatur. 8.p.n.1 & 2
 Ordo intelligendi & volendi aliter se habet in creatura & aliter in Deo. 12.p.n.59
 Intelligentia intelligit se per suam essentiam. 12.p.n.15
 Intelligentia non intelligit alia à se per suam essentiam, sicut Deus intelligit. 12.p.n.16
 Intelligere sine imaginationis & sensus adminiculo, non est hominis in quantum est homo, sed in quantum aliquid in eo existit diuinum. 10.p.n.1
 Omnis intelligentia scit quod est supra se, in quantum est creata ab eo. ibid.
 Intellectus humanus quomodo iungatur diuine essentia quasi formæ. 10.p.n.9
 Ex forma qua intelligit intellectus, & ipso intellectu fit vnum, non simpliciter, sed intelligendo solum. ibid.
 Quomodo actus voluntatis præsupponit actum intellectus, & è conuerso. 10.p.n.12
 An operatio intellectus sit per se diligibilis. 10.p.n.21
 Intemperantiæ dilectio, estimationis prudentiæ corruptio est. 7.p.n.19
 Quid producit intentiones in esse. 11.p.n.10 & 12
 Iouinianus virginitatem conubio non prætulit. 8.p.n.11

L

Lumen diuinum diuersimodè in mentem propheta, & rapci, & beati descendit. 10.p.n.7
 Lumen gloriæ est dispositio vltima ad vniouem intellectus humani cum essentia diuina. ibid.
 Quomodo lumen diuinum determinat aspectum notitiam. 11.p.n.7
 Lumen habet esse intentionale in perspicuo, sicut color in medio. 2.p.n.5
 Lumen est hypostasis colorum. 2.p.n.1
 Vtrum

Index rerum.

Vtrum luminosum videatur per lumen vel per aliud medium. 2.p.n.4
 Cur quædam luminosa, ut quercus putrefacta, & squamæ piscum, non apparent die, sed nocte. 2.p.n.3

M

Macedonius Spiritum sanctum creaturam esse asseruit. 8.p.n.9
 Magnes quomodo trahit ferrum. 1.p.n.12
 Manichæorum error duo fingentium principia, vnum boni, & alterum mali. 8.p.n.8
 Triplex medium ad videndum Deum. 10.p.n.8
 Medium multiplex. 11.p.n.8
 Melancholia & phlegmatici bene reminiscuntur. 4.p.n.14
 Membra mollia, ut hepar & cerebrum non sentiunt nisi merito panni inuoluentis. 2.p.n.18
 Memoria aliquando pro habitu memoratiuo, aliquando verò pro memorabili accipitur. 4.p.n.7
 Memoria est conservatrix harum intentionum quas apprehendit estimatiua. 5.p.n.7
 Tria in obiecto memoriæ concurrunt. ibid.
 Differentia inter memoriæ & reminiscentiæ. 4.p.n.8
 Memoria & reminiscencia sunt vna virtus subiecto, sed duæ secundum modum & rationem. 4.p.n.9
 Monachus Prophetas arreptitios dicebat. 8.p.n.11
 Motus fit in tempore, terminus verò motus intra temporis rationem non includitur. 1.p.n.3
 Motus qui fit secundum intentionem, reducitur ad motum qui fit secundum formam. 1.p.n.4
 Omne quod mouetur, oportet esse proportionatum suo motori. 8.p.n.22
 Moyses ad essentiam Dei sine medio intrinsecam captus fuit. 9.p.n.9
 Moyses Propheta præstantissimus. 9.p.n.8

N

N omni natura vniuersali & particulari reperiuntur agens & patiens. 5.p.n.4
 Nomina primæ & secundæ impositionis. 11.p.n.6
 Notio dicitur id quod cognoscendi ratio propria est diuinam personam. 12.p.n.43
 Notiones in diuinis sunt tantum quinque, scilicet innascibilitas, paternitas, filiatio, communis spiratio, & processio: & omnes sunt proprietates præter penultimam, & relationes præter primam: sed tantum tres sunt personales, id est, personarum consubstantiæ, scilicet secunda & tertia & quarta: duæ verò non personales, sed personarum, scilicet prima & quarta. ibid.
 Quare Deus non dicitur quinquus à quinario notionum. 12.p.n.44
 Numerus duplex, scilicet qui est ex genere quantitatis, & transcendens. 12.p.n.60
 Termini numerales transcendentes sumpti, sunt in diuinis, & ea solum significant de
D. Alb. Mag. lib. de apprehensi one.

quibus dicuntur, solam addentes negationem. ibid.

O

Obiectum habitus intellectualis duplex, materiale & formale. 8.p.n.5
 Oculi menstruæ quomodo inficiunt specula, & oculi basilisci quomodo spargunt venenum. 1.p.n.6
 Oculus fascinantis qua virtute lædit. 1.p.n.11
 Oculi quorundam animalium, ut lupi & gatti, per lucem innatam possunt immutare medium. 2.p.n.2
 Odor malè ab homine percipitur: vnde & ratio de odoribus somniat. 2.p.n.12
 Odores noscuntur & nominantur per sapores. ibid.
 Odor non est fumalis euaporatio, ut voluit Plato. ibid.
 Odor sicut omnis species sensibilis multiplicat se per esse intentionale in medio. ibid.
 Odores venenosi quomodo necant homines. ibid.
 Medium olfactus est aer & aqua. 2.p.n.13
 Organum olfactus sunt duæ pupillæ ad modum pupillarum quæ sunt in mamillis, & sunt in anteriori parte cerebri sitæ. 2.p.n.14
 Quædam animalia habent organa visus & olfactus velata, quædam discooperta. ibid.
 De oligarchia & modis eius. 7.p.n.5
 Ex operatione cognoscitur modus esse. 5.p.n.2
 Vnumquodque perfectè naturam habens aut virtutem, potest per se secundum illam operari. 8.p.n.22
 Omnis res propter suam operationem est. 10.p.n.16
 An operatio propter delectationem fit, vel delectatio propter operationem. 10.p.n.17
 Operatio potest dupliciter considerari, scilicet in se, & prout est in operante. ibid.
 Opinio est acceptio vnius partis non ex signo leui, sed ratione probabili cum formidine alterius. 8.p.n.1
 Quare oppositio relatiua potius ad diuinam transfertur quam alia oppositio. 12.p.56
 Origenes omnes animas simul cum Angelis creatas esse docuit. 8.p.n.11
 Origenes posuit demones & homines damnatos iterum purgari posse, & ad gloriam redire. 8.p.n.12

P

Participationis modis. 12.p.n.2
 Ab eo quod per essentiam dicitur, omnia quæ per participationem dicuntur, diuinarum oportet. 12.p.n.3
 Paulus vidit diuinam essentiam. 10.p.n.2
 Non fuit Paulo necessaria abstractio ab usu nutritiæ potentie. 10.p.n.4
 Quomodo Paulus recordatus est eorum quæ vidit. 10.p.n.5
 Pelagiani principium boni operis homini à semetipso inesse, consummationem verò à Deo dixerunt. 8.p.n.11
 De trinitate personarum varii errores. 8.p.n.9
 Identitas summa inter personas diuinis, non per aliquid absolutum condistinctas, sed per solas relationes. 12.p.n.31

K

3 Tres

Index rerum.

Tres personæ diuinæ non dicuntur tres dii, sed vnus vnus ac perfectus Deus. 12. p. n. 32
 In diuinis proprietates tum personalis quam non personalis est idem cum persona. 12. p. n. 41
 Diuinæ simplicitati non derogat, quod ponantur proprietates vel relationes in abstracto significatæ in personis. 12. p. n. 40. & 42
 Substantia, substantia, vsia, vsiosis, hypostasis, res naturæ & persona quomodo differunt. 12. p. n. 58
 Persona in diuinis hoc habet commune cum absolutis, vt de qualibet dicatur persona, & vt secundum nomen ad aliud non referatur. ibid.
 Persona diuina relationem significat vt substantentem, vel per modum substantiæ, non qua est essentia, sed qua hypostasis est. ibid.
 In diuinis sunt tantum tres personæ. 12. p. n. 59
 Trinitas personarum non potest cognosci per rationem naturalem. 12. p. n. 61
 Perspicuitas analogicæ communis aëri, aquæ & celo. 2. p. n. 5
 Phantasia componit & diuidit intentiones absente materia. 4. p. n. 1
 Phantasiæ duplex finis, scilicet cognitio particularum, & id quod intenditur ex cognitione. 4. p. n. 2
 Phantasia in homine dicitur cognitua. ibid.
 Phantasia se habet ad alios sensus interiores, sicut sensus communis ad exteriores. 4. p. n. 3
 Phantasia est motus à secundum actum factus. 4. p. n. 4
 Phantasia est potentia collateralis imaginum & intentionum per compositionem & diuisionem. ibid.
 An phantasia in homine & brutis differat. 4. p. n. 5
 Phantasia corrumpitur tripliciter, scilicet in se, in comparatione ad intellectum & in comparatione ad sensum communem. 4. p. n. 6
 Phantasma cur non efficit seipsum in intellectu possibili. 1. p. n. 13
 Platonis opinio de ideis quantum ad primum rerum principium verissima est. 12. p. n. 3
 Plato & Anaxagoras mundum ex præcæmentis materia factum posuerunt. 8. p. n. 10
 Plato tres distinxit prouidentias. ibid.
 Rectarum politicarum tres corruptiones. 7. p. n. 17
 De principatu viri & vxoris in domo. 5. p. n. 11
 De principatu fratrum. ibid.
 Differentia principatus despotici & regalis. 5. p. n. 12
 An prima principia sint naturaliter intellecta. 5. p. n. 10
 Quomodo prima principia sunt instrumenta intellectus agentis. 5. p. n. 11
 De differentia principiorum, & eorum diuersis nominibus. 5. p. n. 22
 Quomodo diuersimodè principia sunt per se nota, & quomodo differenter diuersis. 5. p. n. 13
 Ex principiis petitur vnitas vel diuersitas

scientia. 5. p. n. 15
 Principia remota secundum virtutem, proxima vero secundum substantiam in syllogismo continentur. 5. p. n. 16
 A primis principiis & à conclusionibus ex his illatis falsitas excluditur. 5. p. n. 19
 Quomodo prima principia ad intellectum & scientiam & artem pertinent diuersimodè. 7. p. n. 22
 Omnia principia reducuntur ad primum, scilicet impossibile simul affirmare & negare. 8. p. n. 7
 De differentia processionis diuini & humani verbi. 12. p. n. 27
 In diuinis est processio amoris. 12. p. n. 28
 Spiritus sanctus à Patre procedit per Filium. 12. p. n. 29
 Spiritus sanctus procedit à Patre immediatè, si attendatur virtus spiritalis: mediatè verò si attendantur personæ spirantes. 12. p. n. 30
 Spiritus sanctus dicitur principaliter & propriè à Patre procedere, quia Filius virtutem spiritaliam habet à Patre. ibid.
 Quare processio Spiritus sancti non dicitur generatio. 12. p. n. 32
 Processionis nomen primò inuentum fuit vt motum significaret localem. 12. p. n. 25
 Omnis emanatio ab aliquo dicitur processio. ibid.
 Non oportet id quod intelligibili processu emanat, diuersum esse ab illo à quo fit processus. ibid.
 Hæresis Arii, quòd Filius à Patre, & Spiritus sanctus ab vtroque procedat vt tres vna. ibid.
 Error Sabellij, Deum Patrem dici Filium secundum quod & Virgine carnem assumptis, eundemque dici Spiritum sanctum secundum quod creaturam sanctificat rationalem & ad vitam mouet. ibid.
 Quomodo processio est in diuinis quæ dicitur generatio. 12. p. n. 20
 Prophecia naturalis non se extendit ad diuinationem. 6. p. n. 7
 De ortu prophetiæ naturalis. 6. p. n. 8
 Quæ & quomodo prophetia naturalis cognoscitur futura. 6. p. n. 9
 Qualiter prophetia naturalis deficit à supernaturali & infusa. 6. p. n. 10
 Vnde prophetia naturalis habet suam perfectionem. 6. p. n. 11
 Quid sit prophetia naturalis. 6. p. n. 13
 De duobus gradibus prophetiæ. 6. p. n. 16
 Prophetia non est habitus licet habitus quædam dici possit. 9. p. n. 1
 Quomodo prophete vident in speculo æternitatis, & quomodo homo in speculo & enigmate. 9. p. n. 2
 Prophete non vident diuinam essentiam, nec in quantum beatitudinis obiectum est, nec nec in quantum in ea sunt rationes futurorum euentuum. ibid.
 Quo sensu mens Prophete dicitur speculum æternitatis. ibid.
 Quomodo prophete quandoque lumen sine speciebus suscipiunt propheticum. 9. p. n. 3
 Lumen propheticum non tantum à Deo, sed etiam

Index rerum.

etiam ab Angelis dicitur descendere. 9. p. n. 4
 Quæ visio propriè Prophetam constituit. 9. p. n. 5
 Triplex species prophetiæ, scilicet conminationis, prædeterminationis, & præscientiæ. 9. p. n. 9
 De tribus gradibus prophetiæ secundum potentiam diuini luminis. 9. p. n. 10
 Prophetiæ non potest subesse falsum. 9. p. n. 9
 An Prophete discernant quid per spiritum proprium, quid per propheticum dicant. 9. p. n. 11
 An Propheta vtatur corporis sensibus, aut exterioribus intendat rebus, quando reuelatio est expressa. 9. p. n. 12
 Propheta à sensibus abstrahitur multipliciter. 9. p. n. 13
 Maximè Propheta est, qui vtroque præcellit, vt videat in spiritu corporalium rerum significatiuas similitudines, & eas vnicitate mentis intelligat. Aug. 12. super Genes. c. 9. 9. p. n. 4
 Cayphas prophetauit nesciens quid diceret. 9. p. n. 11
 Prudentia est circa contingentia prædicte. 7. p. n. 1
 Quomodo prudentia est vniuersalium, & quomodo particularium. 7. p. n. 2
 Prudentia est eorum quæ sunt ad finem. 7. p. n. 3
 Prudentiæ multæ sunt. ibid.
 Quomodo prudentia dicitur politica, cuius duæ sunt partes. ibid.
 De monastica prudentia. 7. p. n. 4
 De œconomica prudentia & eius partibus. 7. p. n. 10
 De politica prudentia. 7. p. n. 4
 De aliis prudentiæ partibus. 7. p. n. 13
 Principialis actus prudentiæ est percipere. ibid.
 De corruptione prudentiæ. 7. p. n. 19
 Ad Prudentiam pertinent eustochia, solertia & diuicia. 7. p. n. 10
 Pupilla ex quatuor elementis composita & colorata, quomodo colores suscipit. 2. p. n. 6
 Cum duæ sint pupillæ, quare vna res non videtur duæ. ibid.
 Cum pupilla speciem recipiens sit circularis, cur non indicatur omnis res talis figuræ. ibid.
 Purgatorium negantium error. 8. p. n. 13

R

Res modi raptus. 10. p. n. 1
 Raptus sine abstractio à sensibus quandoque fit ex causa naturali, quandoque ex demonum virtute, quandoque ex diuina. ibid.
 Mens humana tripliciter rapitur ad diuina, scilicet per similitudines imaginarias, per intelligibiles effectus, & per ipsam diuinam essentiam. ibid.
 Raptus fuit per modum passionis, in quo Paulus vidit diuinam essentiam. 10. p. n. 2
 Qualis abstractio fuit Paulo necessaria in raptu. 10. p. n. 3
 Quomodo Paulus memor fuit eorum quæ vidit. 10. p. n. 5

Ratio naturalis quandoque conclusiones ex principiis educit per seipsam, quando addito exterioris magistri auxilio. 5. p. n. 11
 Regni quinque species. 7. p. n. 14
 Relationibus in Deo remotis per intellectum, sicut personæ sic nec hypostases remanent. 12. p. n. 37
 In Deo relatio realis. 12. p. n. 38
 Realis relatio non potest intelligi nisi consequens quantitatem, aut actionem seu passionem. ibid.
 In relatione est ratio communis accidentis, & ratio propria. 12. p. n. 39
 In Deo relatio secundum rem diuina est substantia, non tamen per modum prædicatur substantiæ. ibid.
 Relatio & persona in diuinis sunt idem re, ratione autem differunt. 12. p. n. 40
 Relationes sunt in essentia Dei per modum identitatis solum, in personis verò vt in supposito. ibid.
 Relationes seu proprietates personales in abstracto, ponendæ sunt in diuinis contra præpositum. 12. p. n. 40. & 42
 Relatio duplex, scilicet realis & rationis. 12. p. n. 45
 De ratione realis relationis est oppositio. ibid.
 In diuinis relatio vna ab altera necessario distinguitur realiter. ibid.
 Non derogat diuinæ simplicitati, quod multa de Deo dicantur relatiuè ad creaturam. 2. p. n. 46
 Sine mutatione eius quod ad alterum refertur, potest relatio definire ex alterius mutatione sola. ibid.
 Relationes Dei ad creaturas non sunt realiter in Deo. 12. p. n. 47
 In solis illis inuenitur relatio mutua realis, in quibus ex vtraque parte eadem est ordinis ratio, vt in omnibus relationibus quantitativam consequentibus. ibid.
 In relationibus quæ actionem & passionem consequuntur, non semper mutus ordo est ex vtraque parte. ibid.
 Relatio scientiæ ad scibile, est relatio realis, è conuerso autem est relatio rationis tantum. ibid.
 Relationes rationis quædam ab intellectu inueniuntur in rebus intellectis, quædam ex necessitate consequuntur intelligendi modum. 12. p. n. 48. & 49
 Ad hoc quod aliqua relationem realem habeant, oportet vtrumque fore ens, & vtrumque esse distinctum, & vtrumque ordinabile esse ad alterum. 12. p. n. 49
 Omne quod à principio eiusdem procedit nature, in eodem conuenit ordine cum eo à quo procedit, sicut reales adinuicem habent relationes. 12. p. n. 55
 Eiusdem ad seipsum non est relatio realis. 12. p. n. 58
 Vasa reminiscentiæ media. 4. p. n. 12
 Difficultas reminiscendi sumitur ex triplici capite, scilicet ex parte corporis, animæ, & ipsorum reminiscibilium. 4. p. n. 13
 Reminiscencia est ingenium reuoluendi quod oblitum est. 4. p. n. 9
 Reminisci est eius quod quodammodo est in anima & quodammodo non. ibid.
 Differentia

Index rerum.

Differentia inter reminiscenciam & iteram scientiam. 4.p.n.10
 Reminiscencia procedit quandoque ordine naturali, quandoque ordine probabili, quandoque ordine consueto. ibid.
 De remuneratione bonorum, & punitione malorum. 8.p.n.13
 De resurrectione varij errores. 8.p.n.12
 Tres modi reuelationum. 9.p.n.3
 Diuina reuelationes fiunt ter medijs Angelos. 9.p.n.4
 Reuelatio alia est supra, & alia infra prophetiam, & alia est prophetia ipsa. 9.p.n.5
 Gradus reuelationis quæ infra prophetiam exiit. 9.p.n.6
 Gradus reuelationis quæ prophetia ipsa est. 9.p.n.7
 Quare reuelatio quæ prophetiam excedit, non habet gradus. 9.p.n.8
 De excellentia reuelationis Moyfi. ibid.

S

Sabellius trinitatem personarum negauit. 8.p.n.9
 Sanitas interdum acquiritur sola operatione naturæ, interdum addito medicinæ adminiculo. 5.p.n.11
 Sapientia est habitus cognitionis causarum altissimarum. 6.p.n.1
 Sex conditiones sapientiar. ibid.
 Scientiæ vnitas vel diuersitas sumitur ex principiis. 5.p.n.15
 Scientia alia incompleta, alia completa. 5.p.n.16
 Scientiam complexam Arabes vocant fidem. 5.p.n.17
 Scientia incompleta non est falsitati obnoxia. 5.p.n.19
 Scientia perfecta est, quando est de scibili necessario ac medio nobis proportionatis. 5.p.n.20
 Gradus certitudinis in scientiis. ibid.
 Quomodo de mirabilibus est scientia. 5.p.n.21
 Eadem res diuersimodè considerata potest pertinere ad diuersas scientias. 5.p.n.22
 Semina scientiarum animis nostris insita. 1.p.n.1
 Diuisio scientiæ in naturalem, mathematicam, & metaphysicam. 5.p.n.22
 Sufficientia huius diuisionis. 5.p.n.23
 Scientiæ mediæ inter purè mathematicam & naturalem. 5.p.n.24
 Ad subalternationem scientiæ tria requiruntur. 5.p.n.25
 Scientiæ diuinæ aliæ scientiæ non subalternantur propriè. 5.p.n.25
 Modus accipiendi scientiam. 5.p.n.26
 Ordo in scientiis addiscendis. 6.p.n.5
 Scire quod omnes appetunt, est intelligere separata. 5.p.n.8
 Sensus communis principium est finis sensuum propriorum. 3.p.n.1
 Quare dicitur sensus, & quare communis: & quid habet in quantum sensus, & quid in quantum communis. 1.p.n.2
 Necessitas admittendi sensum communem. ibid.

Sensibilia non agunt in animam, sed in organa corporum. 1.p.n.5
 Triplex sensibile, scilicet sensibile per se & primò, per se non primò, & sensibile per accidens. 1.p.n.5
 Quomodo iudicium quo quis iudicat se videre, spectet ad sensum communem. 3.p.n.3
 De analogia quæ est inter sensum communem & intellectum. ibid.
 Triplex ratio communitatis sensus communis. 3.p.n.4
 Simon Magus & Menander mundi creationem non Deo, sed Angelis tribuerunt. 8.p.n.10
 Socrates diis familiarissimus. 7.p.n.6
 Socratis opinio de felicitate & infelicitate anima. 7.p.n.7
 Solertia est facilis & cita inuentio medijs in demonstrabilibus. 7.p.n.20
 Somnium quid sit. 6.p.n.13
 Somnium quare dicitur casus à prophetia factus. ibid.
 De septem gradibus sompni. 6.p.n.14
 De causis somniorum. 6.p.n.19
 Sonus quomodo generatur. 2.p.n.7
 Bene & malè sonantia. ibid.
 Sonus non est in aqua nisi sicut in medio, sed in aere sicut in medio & sicut in materia. 2.p.n.8
 Sonus vtrum in igne, vel in terra fieri possit. ibid.
 Vtrum soni obuiantes sibi in aere commutant se inuicem. 2.p.n.9
 Triplex speculum, scilicet diuinum, creatum & intellectuale. 9.p.n.2
 Substantia subsistens partem habens sui materiam, formæ locum tenere non potest, bene autem substantia quæ caret materia. 10.p.n.10
 Quod est in aliquo sicut in suscipiente, est in eo secundum suscipientis possibilitatem, non suscepti. 11.p.n.3
 Suspicio est acceptio vnus partis ex aliquo leui signo. 8.p.n.1
 Synesis actus est de inuentis consilio iudicare rectè inter agibilia per hominem secundum communes regulas. 7.p.n.18

T

Tactus quomodo sit vnus sensus & multiplex. 2.p.n.17
 Non est idem iudicium de tangibilibus & de alijs sensibilibus. ibid.
 Medium tactus à sentiente distinctum esse non potest. 2.p.n.18
 Medium tactus est caro vniuersaliter sumpta vel pro eo quod verè est caro, vel pro eo quod simile est carni, vt dentes, nerui, &c. ibid.
 Tangibile carnem tangit mediante aere, vel aqua, non tanquam medijs, sed tanquam concomitantibus superficies carnis & tangibilis. ibid.
 Organum tactus sunt nerui sensitiui in loco vbi sensum hauriunt. 2.p.n.9
 Theophania dicitur quatuor modis. 10.p.n.12
 De theorijs & theophanijs. 11.p.n.8
 De timocratia. 7.p.n.16

Index rerum.

Trinitas personarum non potest videri solo lumine naturali. 11.p.n.9
 Tyrannidis tres species. 7.p.n.14
 Tyrannus ad vtilitatem propriam non subditorum dominatur. 7.p.n.14

V

Vapores egrediens ab oculo lædit. 1.p.n.6
 Verbum est similitudo rei intellectæ. 11.p.n.6
 Verbi comparatio cum conceptione corporali. ibid.
 Qui intelligit, eo ipso quod intelligit, procedit intra ipsum aliquid, quod intellectu rei conceptio est, quam vox significat, ac verbum cordis dicit. 11.p.n.25
 Multiplex differentia inter verbum diuinum & creatum. 12.p.n.26 & 27
 Verbum Dei non dicitur cogitatio, ne aliquid quasi volubile credatur in Deo. 11.p.n.27
 Vigilantius diuinarum statum, statui pauperatis propter Christum assumptis æquatur. 8.p.n.11
 Qualiter virtus principalis habitantem habet naturalem ad seipsum, secundum habitum perfectam. 7.p.n.20
 Visio quid sit. 6.p.n.13
 De quatuor gradibus visionis. 6.p.n.13
 Visio fit sub angulo trianguli, cuius angulus est in oculo, & basis in re visa. 11.p.n.2
 Visio quomodo sit. 2.p.n.2
 Quare res visa propè, apparet maior seipsa. 3.p.n.13

visa longè. 2.p.n.6
 Quare ad visionem diuinæ essentia abstractio ab actibus potentia sensitiua non est necessaria Christo &c sanctis post resurrectionem. 10.p.n.6
 De visione patriæ. 10.p.n.7
 In visione beata Dei verbum est medium & obiectum. 10.p.n.12
 De triplici differentia medijs, & sub quo Deus videtur. 10.p.n.8
 Medium visus, aer & aqua. 2.p.n.5
 Virtus visiva non est in exteriori parte pupillæ, sed intus in neruo quodam concavo. 2.p.n.6
 Obiectum visus duplex, proprium & commune. 1.p.n.4
 Quomodo voluntas & intellectus suis actibus se includunt inuicem. 10.p.n.15
 Voluntas quantum ad aliquod bonum libera est, quantum vero ad bonitatem ipsam non est libera. 22.p.n.9
 Vox quomodo sit. 2.p.n.10
 Vox est sonus interpretatiuus ipsius conceptus cordis. ibid.
 Vox est percussio aeris respirati ad arteriam ab anima per imaginationem. ibid.
 Visus rei duplex, scilicet proprius & non proprius. 7.p.n.13

Z Eo patitur animam cum corpore mori. 3.p.n.13

INDEX

INDEX

Locorum Scripturæ, qui in libro de
apprehensione explicantur.

EX VETERI TESTAMENTO.

Genesis.

CAP. I.  *N principio creavit Deus ce-
lum & terram. 8. parte,
numero 10*

Deuteronomij.

6. *Audi Israel, Dominus Deus tuus unus
est. 8.p.n.8*

ob. I

16. *Fugite à facie gladij, quoniam ultor ini-
quitate est gladius, & scitote esse iudi-
cium. 8.p.n.20*

34. *Quem constituit aliam super terram, aut
quem posuit super orbem quem fabricatus
est? 8.p.n.10*

Psalmodum.

32. *Verbo Domini cali firmati sunt. 8.p.n.
10*

134. *Omnia quecumque voluit Deus fecit. 8.p.
n.8*

148. *Dixit, & facta sunt; mandavit, & crea-
ta sunt. 8.p.n.10*

Isaiz.

38. *Morieris tu, & non vives. 9.p.n.9*

7. *Ecce virgo concipiet & pariet filium. 8.p.
n.15, & 9.p.n.9*

40. *Videbit omnis caro pariter, quod os
Domini nominavit. 8.p.n.15*

45. *Ego Dominus, & non est alter Deus for-
mans lucem & creans tenebras, faciens
pacem & creans malum. 8.p.n.8*

50. *Dominus aperuit mihi aurem: ego autem
non contradico, retrorsum non abij. 8.p.
n.22*

53. *Verè languores nostros ipse tulit. 8.p.n.
16*

Jeremiz.

10. *A signis cali nolite metuerè, quia Gentes
timeant. 8.p.n.11*

26. *In veritate misit me Dominus ad vos, ut
loquerer in aures vestras omnia verba
hac. 9.p.n.11*

Ezechielis.

44. *Porta hac clausa erit, non aperietur, &
vir non transibit per eam. 8.p.n.15*

EX NOVO TESTAMENTO

Matthæi.

- CAP. I. **N**TE QVA M conuen-
rent, inuenta est in uetro
habens. 8.p.n.15
11. Tyro & Sydoni remissus erit in die iudi-
cij quam uobis. 8.p.n.13
14. Turbati sunt discipuli, Quia pbanca sua
est. 8.p.n.15
22. In resurrectione neque habent, neque am-
bentur. 8.p.n.12
26. Non sicut ergo uolo, sed sicut tu. 8.p.n.15

Marcæ.

10. Tertia die resurget. 8.p.n.17
16. Dominus quidem Iesus postquam loquutus
est eis, assumptus est in celum. 8.p.
n.19.

Lucæ.

1. Quod ex te nascetur sanctum, vocabitur
Filius Dei. 8.p.n.1
9. Cum uenerit filius hominis in mensam de
ferre. 8.p.n.20
16. Meritus est dicit & sepulchrum est in
ferno. 8.p.n.11
24. Palpato & uidete. 8.p.n.11
24. Spiritus carnis & ossa non habet. *ibid.*
34. Conturbati & perterriti existimabant se
spiritum uidere. 8.p.n.15

Ioannis.

3. Verbum caro factum est, & habitauit in
nobis. 8.p.n.15
4. Spiritus est Deus. 8.p.n.8
8. Queritis me interficere. 8.p.n.15
10. Ego & Pater unum sumus. 8.p.n.9
10. Nemo tollit animam meam à me. 8.p.
n.15
13. Paracletus autem Spiritus sanctus, quem
mittet Pater in nomine meo. 8.p.n.9
16. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet.
8.p.n.9
17. Hac est uita eterna ut cognoscant te solum
uerum Deum. 10.p.n.16
20. Ascende ad Patrem meum & patrem
uestrum. 8.p.n.19

Actuum.

10. Hic est qui constitutus est à Deo index
uiciorum & mortuorum. 8.p.n.20
17. Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in
eo sunt, hic celi & terra. cuius sit Domi-
nus. 8.p.n.10

Ad Romanos.

3. Iustificari gratis. 8.p.n.11
3. Arbitramur iustificari hominem sine opa-

5. Propter unum hominem peccatum in mun-
dum intrauit. 8.p.n.11
6. Christus resurrexit a mortuis, sicut scri-
ptum est. 8.p.n.17
7. Lex quidem facta est, & mandatum in-
fectum & inuictum. 8.p.n.11
8. Ipsa creatura libera est à peccato. 8.p.n.11
9. Ex quibus & Christus factus est, quem
scripsit Deus benedictum in
Anna. 8.p.n.11
9. Cum uideret quod non esset placuit bene-
dixit illi, & dicitur quod non esset
sicut dicitur. 8.p.n.11
11. Sciantis gratiam dei per se, quia gratia
sua non est per gratiam. 8.p.n.11

Ad Corinthios.

2. Multa sciam, sed non sciam exultare.
8.p.n.11
12. Quod dicitur per spiritum sermo sapientie.
8.p.n.11
12. Quod dicitur per spiritum sermo sapientie.
8.p.n.11
12. Quod dicitur per spiritum sermo sapientie.
8.p.n.11
12. Quod dicitur per spiritum sermo sapientie.
8.p.n.11
12. Quod dicitur per spiritum sermo sapientie.
8.p.n.11

Ad Corinthios.

3. Dominus autem spiritus est. 8.p.n.9
15. Resurrectio tertia die secundum scriptu-
ram. 8.p.n.17

Ad Galatas.

4. Ad hunc Deum filium suum factum ex ma-
liere. 8.p.n.15

Ad Ephesios.

4. Descendit primum in inferiores partes
terre. 8.p.n.18

Ad Philippenses.

1. Desiderium habens dissoles & esse cum
Christo. 8.p.n.13
2. Qui cum in forma Dei esset, formam serui
assumpsit. 8.p.n.13
3. Reformabis corpus humilitatis humanæ
conformationem corpori sue claritati. 8.p.
n.12

Ad Colossenses.

1. Qui est imago inuisibilis Dei. 8.p.n.9
3. In Christo Iesu non est Gentilis & Indus,
circumcisus & præputium, barbarus &
Scyris, seruus & liber, sed omnia in omni-
bus Christus. 8.p.n.17

1 ad Corinthio

Index locorum Scripturæ.

- † ad Timotheum.
2. *Hymnus s. Philonis a verisq. exide-
runt; dicentes resurrectionem iam factam*
8.p.n.11

Adi Hebræos.

11. *Accessionem ad Deum oportet credere
quis est, & quod requisitis se remane-
re oportet.* 8.p.n.7
21. *Fide intelligitur operata esse secula verbo
Dei.* 8.p.n.10.

1. Petri.

1. *Christus semel pro peccatis nostris mer-
uit.* 8.p.n.16
5. *Omnia salutandam vestram precien-
tes in eum, quoniam ipsi cura est de vo-*

bit.

8.p.n.3

2. Petri.

1. *Non enim voluntate humana allata est
aliquando prophetia, sed Spiritu sancto
inspirati locuti sunt Dei homines.* 6.n.11

1. Ioannis.

2. *Factis docetis vos de omnibus.* 3.p.n.27

Apocalypsis.

2. *Charitatem tuam primam reliquisti, me-
mor esto unde excideris.* 3.p.n.11
6. *Vidi factus altare Dei animas interfecto-
rum.* 8.p.n.13
21. *Vidi calum novam & terram novam.* 8.p.
n.12

FINIS





D. ALBERTI MAGNI,
RATISBONENSIS
EPISCOPI, ORDINIS
PRÆDICATORVM,

LIBER

De sacrificio Missæ.

PROLOGVS



IN quo omnia hæc ab æterno prædestinantur. Vnde etiam per quosdam commendatæ sunt contemplationis viam. Insuper etiam per quosdam dicitur: Quia non videtur, quod non videtur, sed non videtur, sed non videtur. Vnde etiam per quosdam dicitur: Quia non videtur, quod non videtur, sed non videtur, sed non videtur.

is quo omnia hæc ab æterno prædestinantur. Vnde etiam per quosdam commendatæ sunt contemplationis viam. Insuper etiam per quosdam dicitur: Quia non videtur, quod non videtur, sed non videtur, sed non videtur. Vnde etiam per quosdam dicitur: Quia non videtur, quod non videtur, sed non videtur, sed non videtur.

janam beatitudinis ostendit. Quodammodo est perceptio sui bonitatis. Secundo autem perceptio bonitatis, et carnis ad perfectionem. Tertio autem perceptio bonitatis ad nostram capacitatem. Quarto autem perceptio bonitatis ad nostram capacitatem. Quinto autem perceptio bonitatis ad nostram capacitatem. Sexto autem perceptio bonitatis ad nostram capacitatem. Septimo autem perceptio bonitatis ad nostram capacitatem. Octavo autem perceptio bonitatis ad nostram capacitatem. Nono autem perceptio bonitatis ad nostram capacitatem. Decimo autem perceptio bonitatis ad nostram capacitatem.



in Ierusalem consolabimini. Videbitis, & gaudebit cor vestrum. In hoc ergo quod dicit, ego, signanter & discretè, immensam suæ bonitatis perfectam copiam nobis influendam promittit.

Tertium autem est immensæ suæ perfectionis ad nostram capacitatem condescensio, siue commensuratio: & hoc notatur in hoc quod dicit, Declinabo in vos. Ac si dicat: Altitudinem meæ diuinitatis quam cæli cælorum capere non poterant, in nullo deponens, assumam inferiorem naturam, in qua ad vos declinabo, vt mei possitis esse participes sicut petit. *Psal. 143.* Domine inclina cælos tuos, & descende. Et *Isa. 64.* Vtinam dirumperes cælos, & descenderes. Sic enim nobis condescenderes, & nos tui faceres participes. Sic enim sui participationem dedit vnicuique seruatorum suorum fidelium & prudentium secundum propriam virtutem. *Matth. 25.* Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum, vnicuique secundum propriam virtutem. Sic declinavit ad nos misericors & miserator Dominus complens illud quod dicitur. *Ad Rom. 9.* & *Isa. 10.* Verbum abbreviatum faciet Dominus super terram. Quæ consummatio abbreviata nobis inuadavit gratiam & iustitiam, qua nos iustificauit, & gratificauit Christus Deus noster, & plus quam breuis factus est in sacramento, in quo totus in paruo percipitur ad iustitiam & gratiam complementum. Sic ergo in nos declinans coarctat & commensurat se Dominus immensus in seipso.

Quartum verò est affluentissima suæ bonitatis in nos influxio. Et hoc notatur in hoc quod dicit: Sicut flumen quod à fluendo iugiter deriuatur, & flumen dicitur: sicut enim dicit. *Psal. 64.* Flumen Dei repletum est aquis gratiarum: & non est factus fons arens sine aqua sicut fluxus creaturarum, sed ipse omni fluxu gratiæ, vt dicit *Cbry.* non deficit, sed proficit, & continuè in nos fluit, & ad Patris copiam refluit. Hic est fluius de quo dicitur *Psal. 45.* Fluminis imperus lætificat ciuitatem Dei, hoc est, sanctam Ecclesiam Catholicam. *Psal. 64.* Riuos eius inebrians multiplicat gemina eius, & stillicidiis eius lætabitur germinans. Omnes enim sancti riuus sunt huius fluminis, qui omnes ab ipso inebriantur, in quorum stillicidiis tota lætabitur germinans mater Ecclesia. *Ecccl. 24.* Dixi: Rigabo hortum plantationum, & inebriabo partus mei fructum: & ecce factus est mihi trames abundans; & fluius meus ad mare appropinquauit. Abundans igitur & semper affluens, in hoc notatur copia suæ gratiosæ bonitatis.

Quintum tandem est omnis nostri desiderij in influxu illo quietatio: & hoc notatur per hoc quod dicit, Pacis: pacificari enim erimus percepto illo bono perfecto, nihil amplius extra ipsum requirentes: & hæc tranquilla desiderij pax nobis influxa notatur: quia sicut dicit *August.* pax cordis non nisi in summo bono reperitur. Et hæc est pax de qua dicitur *Phil. 4.* Et pax Dei quæ exuperat omnem sensum: quia de illo bono dicit *Apostolus 1. Cor. 2.* quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ præparauit Deus

diligentibus se. Et quia tam altum & magnum est illud nostrum desiderium quietans bonum, ideo nulla est pax cordis, nisi cor ad ipsum deueniat & percipiat bonum illud. Vnde *August.* in libro confess. 1. cap. 1. Fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. Vnde *Psal. 75.* In pace factus est locus eius. *Isa. 26.* Domine dabis pacem nobis, omnia opera nostra operatus es nobis. Et de hoc bono quod sic influitur nobis ad pacis illius tranquillitatem, dicit *August.* libro confess. 10. In omnibus quæ mente percuro, non inuenio tutum & quietum locum animæ meæ, præter te in quo colliguntur sparsa mea: quia quicquid bonorum in creaturis est sparsum, inuenitur in æterno bono collectum. In his ergo quinque percipitur bonum diuinum in gratia.

Horum autem primum excitat fidem, quæ sicut dicit *August.* certitudo est inuisibilem. Secundum accendit desiderium: quia semper desideratur id quod in bonitate est perfectum. Tertium subleuat ad spem: quia id speratur quod nobis est commensuratum & proportionatum: quia spes, vt dicit *August.* est certa expectatio boni ex meritis & gratia proueniens. Quartum adimpliat mentem, & totius intentionis expandit finem. Quintum autem incitat ad clamandum & inuocandum. De primo horum dicitur ad *Hebr. 11.* Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. Argumentum enim ex certitudine arguit mentem, & conuincit de fidei veritate & certitudine. De secundo autem dicitur in *Psal. 38.* Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exarsit ignis. Et hoc facit feruens desiderium. De tertio dicitur. *1. Petr. 1.* Regenerauit nos in spem viuam. *Heb. 6.* Confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut animæ anchoram habemus tutam & firmam. Et hæc spes in expectando ex tædio affligitur. *Proverb. 13.* Spes quæ differtur, affligit animam. Lignum vitæ desiderium veniens. De quarto dicitur. *1. Cor. 6.* Cor nostrum dilatatum est; non angustiamini in vobis. *Psal. 118.* Viam mandatorum tuorum cupiui, cum dilatasti cor meum. *Isa. 60.* Tunc videbis, & affluens, & mirabitur & dilatabitur cor tuum. De quinto dicitur *Ierem. 33.* Clama ad me, & exaudiam te, & annuntiabo tibi grandia & firma quæ nescis. Sic igitur & talibus stimulis incitata Ecclesia clamat magnis clamoribus, vt bonum illud in gratia percipiat.

Amplius autem incitatur ex prægustatione dulcedinis & beatitudinis gloriæ diuinæ, quæ sequenti parte auctoritatis denotatur, cum dicit: Tanquam torrentem inundantem gloriam gentium quam sugeris. In his enim verbis tria notantur, scilicet: firmitas boni diuini, & admirabilitas, & puritas: quia enim firmum & potens est in afficiendo, ideo irrumpit in affectum penetrando & afficiendo per delectationem. Quia autem admirabile est in altitudine, ideo est illud quod est gloria omnium gentium, & in quo gloriatur omnes gentes, & sine ipso nihil est gloriosum. Quia verò purum est, ideo sugitur, vt nihil à masti-
Quod

Quod enim dentibus diuiditur & atteritur, vt vindique id quod purissimum est, ab eo sugatur: quod etiam in stomacho digeritur, & in hepate separatur, vel in venis eliquatur, vt ad puritatem omnimodam deducatur. Quod autem vltimò à membris sugitur, ita est purum, quod nihil abicitur. Est igitur firmitate bonum diuinum penetrans & afficiendo deuincens affectum. Admiratione & altitudine in se tenens intellectum. Puritate autem totum delectans hominem. De primo horum dicitur in *Psal. 35.* Inebriabuntur ab vberitate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Torrentis enim fortissimè irrumpit & affluit. De admiratione & gloriofitate dicit *Psal.* Gloriosus Deus in sanctis suis, mirabilis in maiestate. De puritate delectante dicitur. *Isa. 48.* Vt sugatis & repleamini ab vberibus consolationis eius, & mulgeatis, & deliciis affluatis ab omnimoda gloria. Et ideo dicit *Psal. 25.* Adimplebis me læticia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua sique in sinem. Delectatio enim sicut dicit Philosophus in 10. Ethicorum, est operatio propriæ & connaturalis habitus non impedita: quia delectatio est non sicut somnus, sed sicut vigilia; & quando potentia vel virtus est in operatione secundum naturalem habitum, tota natura in hanc operationem diffunditur: & quando est secundum proprium habitum, tunc natura illa singulariter in eam diffunditur, & nihil habet commune cum ea natura communis in genere vel specie sua sine aliena: quando autem non impedita est, tunc diffunditur non retracta ab aliquo, & tunc tota floret, & diffunditur sicut oculus in videndo, & intellectus intelligendo & delectando in bono diuino. Hoc autem sentientes aliqui Patres & Prophetæ tam in gratia quam in gloria, hoc est, gloriæ prægustatione, totum cor eleuantes in perceptionem boni diuini fide vera, desiderio accenso, spe alta, corde dilatato, clamores magnos extulerunt ad vocandum in se illud bonum diuinum, quod sic perfectè percipitur in gratia, & sic dulciter & firmiter & mirabiliter prægustatur in gloriæ prægustatio-

ne, & clamabant omnes affici dulcedine boni illius.

Talis autem perfecta perceptio boni & prægustatio gloriæ importatur in Missa: & ideo propter precos multorum suscipimus prægustanda mysteria Missæ, quæ secundum indicia in tres partes diuiditur, scilicet: in introitum, in quo est istius boni præ magnos clamores aduocatio & inuocatio: in instructionem, in qua de hoc bono perfecta ponitur illuminatio: & in oblationem, in qua est istius boni adeptio & distributio & communicatio. Introitus in voce clamoris desiderium significat patrum ad istius boni inuocationem & uocationem: quia ex his quæ dictæ sunt in participatione gloriæ & gratiæ ad clamandum sunt incitati. Instructio autem ad perfectam huius boni pertinet reuelationem. Oblatio autem pertinet ad perceptionem quantum de eo possibile est percipi. Sicut enim bonum illud expectabatur & inuocabatur ad aduentum in mundum, & veniens mundum illuminauit, & illuminatio ad sui cognitionem inuocando seipsum participandum præbuit, ita aduentus eius expectatur in sacramento, & de aduentu ipsius populi sic illuminatio, & post illuminationem perfectio gratiæ ipsius est sua in sacramento oblatio & communicatio, & in hoc est perfectum Missæ mysterium. Recta ergo fide accensi desiderio aduentus ipsius, spe alta & protensa ad ipsum, corde dilatato, clamore valido clamamus primò in Missa in desiderio patrum. Secundo representamus illuminationem populorum. Et tertio oblationem & communicationem omnium suarum gratiarum. Et hæc sunt quæ in Missa Ecclesia representat: Deus igitur quem vocamus vt veniat, cuius illuminationibus perfuimur, vt sciamus quid secundum veritatem quilibet in ipso inueniat, & in cuius oblatione percipimus quantum in ipso fidelis populus habeat, sic excitat ad clamandum corde & ore, quod in ipso mēs nostra expectatur omne quod desiderat, ipso præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto viuunt & regnant in secula seculorum. Amen.

8.
Dicitur Missa
in tres partes.



TRACTATUS I.

De prima parte Missæ.

CAPVT I.

De boni diuini per magnos clamores aduocatione. Et primo de introitu.



ISAIAE 26. Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritu meo in præcordiis meis de mane uigilabo ad te. Hæc uerba dicit *Isaias* in desiderio patrum suspirantium in carne Christi præsentiam. Omne tempus quod fuit à tenebris primi peccati parentum usque ad lucem qua est in tenebris exortum lumen rectis corde in ortu Saluatoris, quando sicut dicitur *Mal. 4.* & oriatur uobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius: uocatur tam densarum tenebrarum, quod lumen ueritatis Euangelicæ non luxit nisi in vmbris figurarum legis, & lumen gratiæ & bonitatis in uirtute caliginis peccati fuit obnubilatum, ita ut omnes sederent in tenebris & in umbra primæ mortis, sicut dicitur *Sap. 17.* Hæc catena tenebrarum conclusi, uinculis longæ noctis compediti nullam penitus habebant consolationem, nisi in spe futuri & orienti solis, qui sicut dicitur *Joan. 1.* erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Et ideo longæ noctis tetras umbras sustinentes omnes desiderio lucis cum quadam à Prophetis quærebant impatiencia, dicentes illud *Isa. 21.* Custos quid de nocte? Custos quid de nocte? Dixit custos: Venit manè, & nox: si quæritis, quærite, conuertimini & uenite. Prophetam enim quemlibet custodem appellabant Domini, & ob hoc quærebant tædio affecti quantum de nocte transferit, & quantum usque ad ortum ueræ lucis restaret de eadem. Respondit custos uerba simul consolationis & desolationis. Consolationis quidem: quia uenit manè, hoc est, in ueniendo est manè surgentis auroræ in noua lucis exortu. Verba autem desolationis in hoc quod addit custos, & nox est adhuc longius protelanda: & ideo si lucem quæritis, uerè quærite eam corde & ore & opere: quia tunc citius oriatur: & hoc ut facere congruenter possitis, conuertimini ad ortum, & uenite per deuotionem ad lucem, abiectis operibus tenebrarum, sicut dicitur *1. Rom. 13.* Abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sic ut in di: honestè ambulemus. In hac

1. Patres Christi presentiam suspirantes.

ergo nocte in desiderio dixit *Isa.* Anima mea desiderauit te in nocte. Nec mirum: quia noctis illius tenebræ, nec lux quæ interdum in uerbis & exemplis sanctorum emicuit, nec frigus eius aliqua charitate sanctorum consolari potuit. Vnde *Sap. 17.* dicitur: Ignis quidem nulla uis poterat illis lumen præbere, nec siderum lymphidæ flammæ poterant illuminare noctem illam horridam: quia etiam illa scintilla sanctorum post mortem in tenebris limbi infernalis absorpta fuit. Et ideo suspirans anima *Isaiæ* & sanctorum, Christum lucem ueram, qui tenebras fugaret, desiderauit. Et hoc est quod dicit: Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritu meo, qui est spiritus creatus, quem alloquitur in reuelatione spiritus increatus, & hic est spiritus qui est animæ pars purior & simplicior & superior, in qua imago Dei dicitur descripta, digito Dei depicta in præcordiis pectoris mei, de mane iuuentatis meæ, quando lux intelligentiæ primæ oriatur, quando uigilabo ad te desiderans & clamans ad te, ut uenias & nobis salutare tuum ostendas. *Psal. 12.* Deus Deus meus ad te luce uigilo. Sicut in te anima mea. Sic enim dicitur *Ecol. 39.* Iustus cor suum tradet ad uigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur.

Horum igitur patrum clamorem affectantium Christi aduentum Ecclesia Spiritu sancto afflata, representat in eo cantu, qui dicitur Missæ introitus, quando subito affectu interiori uicta, uocem extollit à clamore inchoans Missam, in qua celebratur Christi aduentus in sacramento. Dicitur autem introitus non tam ab introitu celebrationis Missæ, quæ in hoc cantu inchoatur, quam ab introitu salutis & gratiæ, cuius initium in clamore sanctorum commemoratur & representatur. Vnde *Hebr. 10.* dicitur: Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, qui inchoauit nobis uitam nouam & uentrem per uelamen, id est, carnem suam, & sacerdotem magnum super domum Dei, accedamus cum uero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda. Dicitur etiam hic introitus ab antiquis antiphona, quod est uerbum Græcum, & est idem quod reciprocus sonus, & componitur ab anti Græco quod est circa, & phonos quod est sonus: quia est sonus circuiens geminatus ad uersus Psalmi, & gloria Patri, quod post illum canatur. Et fuit in antiquis Ecclesijs aliquando consuetum, quod totus Psalmus per singulos uersus cantabatur, & ad quemlibet uersum ille sonus geminabatur,

2. Suspiria Patrum in introitu Missæ representantur.

nabatur, quod modo propter prolixitatem est dimissum, sed semel recipitur adhuc, ut ingeminatio & reciprocatio sæpius repetiti clamoris patrum & commemoratur & representetur ab Ecclesia, sicut dicitur. *Isa. 62.* Qui reminiscimini Domini, ne taceatis, & ne detis ei silentium. Et quia ardor suspirantium compulsi ad clamorem potius quam ad orationem, ideo Missa non incipit à precibus sicut aliz horæ canonicæ, ut dicatur, *Domine labia mea aperies, uel Deus in adiutorium, uel Conuerse nos Deus salutaris noster*: sed subito totus chorus prorumpit in clamorem ad desiderium aduentus Domini.

3. Sex præcipue cause, quæ Patres clamauerunt in desiderio aduentus Domini.

Excitantia autem & incitantia patres ad clamandum, sex fuerunt præcipue. Primum quidem est miseria conditionis. Secundum autem instantia hostis. Tertium, certitudo promissionis. Quartum, tedium longæ expectationis. Quintum, imperfectio interdum consolantis. Sextum autem ardor suspirij ad præsentiam liberatoris. Primum horum pungit, secundum stimulat, tertium trahit, quartum angit: quintum ab his quæ consolari uidentur, auerit: sextum ad clamandum fortiter igitur & accendit. De primo dicitur in *Psal. 87.* Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea: exaltatus autem & humiliatus sum & conturbatus. Pauper quidem: quia sibi homo ex suis non sufficit. In laboribus autem huius uitæ non proficit, sed deficit. Exaltatus autem phantastica mundi exaltatione, starim cadens humiliatus, ut uile lutum colliditur, & à miseris presentibus conturbatur. *Psal. 54.* Cor meum conturbatum est in me, & inde dolor: dereliquit me uirtus mea, & inde deficiendi timor: & lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum, & inde cæcitate error. *Iob. 14.* Homo natus de muliere, & inde plenus uerecundia: breui uiuens tempore, & inde uitæ deficiencia: repletur multis miserijs, & inde infelicitas & angustia: qui quasi flos egreditur, & inde efficitur uana omnis gloria eius: & conuertitur, & inde luctuosa & omnis deficiens ærumna: & nunquam in eodem statu permanet, & inde miserissima inconstantia. Quis hoc attendat, & non clamet, & dicat? Eius de carcere animam meam, ut constitatur nomini tuo, Domine, suspirans conuenit ad præsentiam liberatoris nostre nature. Et consideratio huius mouet patres ad clamandum, & nos huius clamoris mentores puncti cogimur clamare ad redemptorem: sicut enim dicit *Apostolus ad Philip. 3.* Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. Et tunc finem habebit omnis humane conditionis miseria.

4. De secundo, scilicet de instantia hostis dicitur *Iob. 61.* Do ore eius lapides procedunt, sicut tædæ ignis accensæ. De naribus eius procedit fumus, sicut ollæ succensæ atque feruente. Halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur. In collo eius inuocabitur spiritus, & faciem eius præcedet egestas. Membra carnis eius coherentia sibi. Os quidem hostis uerba sunt tentatoris impugnantis, quæ de cupiditate sunt munitæ.

D. Ab. Mag. lib. de sacrif. Missæ.

di & concupiscentia, succedunt sicut lampades: quia delectabilia promittit, & caro corrupta candet sicut tæda succensa. Nares autem asturiam persuasionis significant, quæ persuasio fomitem carnis tetrum fumum facit emittere, sicut fumar olla succensa & feruens, quæ olla corpus significat igne fomiti succensum. Halitus autem eius sine sufflatio significat incendium quod immiscens se sanguini excitat. Ille enim halitus calores nocivos iam aliquando sopitos recalcere facit ad illicita. Dicit enim *Beda*, quod incensores sunt demones malarum cogitationum, & concupiscentiarum, non immissores. De ore autem aspirationis eius dum in quo tenet corda, occulte suggerit, egreditur flamma libidinis, & in collo ceruicolo superbit superbia, quæ facit, quod nihil sibi in malis nostris sufficit, moratur, quæ nunquam transit formido malis: quia hoc est ualde formidandum de eius fortitudine: quia non sufficit persuasio nisi daret ad delectationem, & delectationem præcedit in moram, & morosam delectationem præparat ad consensum, & consensum ad uoluntatem, & uoluntatem ad imperium, & imperium ad opus, & opus ad consuetudinem, & consuetudinem ad contemptum & gloriam in peccato, & contemptum ad desperationem, & sic audiam ueram animam in æternam præcipit inferni poenæ. Facies autem est nociva demones in malis, quam semper omnis boni præcedit egestas: etenim gratuita tollit, & uicioria corrumpit, & ab æternis auerit, & temporaria ad inutilitatem conuertit. Membra autem hostis omnes iniqui sunt, qui licet diuini sunt uoluntate & opere, tamen intentione nocendi fortiter coherant, dum omnium uia est sententia Dei honorem extinguere & sanctum semen de terra tollere. *Psal. 81.* Contrauerunt uiam uiam, simul aduersum te templum tuum disposuerunt, tabernacula idolorum in concupiscentia carnis, & Ismael in ryanide oppressionis. Idem quippe sanguineus, carnis luxuriam: Ismael autem ferus, feritatem signat oppressionum. *Abac. 1.* clamauit propheta dicens: Quare non respicis super iniqua agentes, & taces deuorante impio iustorum? Et facies homines quasi pilces maris, & quasi reptile non habens principem. Totum in hamo suo subleuauit, traxit illud in sagena sua, & congregauit in rete suam. Super hoc letabitur & exultabit. Ita instant est hostis sicut dicit *Gregor.* quod insidians circumuolat, quod promittendo decipit, quod suadendo blanditur, quod minando terret, quod opprimendo rapit, quod omnibus factis facit lachrymæ sue panis die & nocte, dum ab insultante hoste dicitur eis quotidie: Vbi est Deus tuus? Ita quod quasi de preces dixerunt illi *Isa. 49.* Non quid tollitur à spei præda, aut quod captiuus fuerit à robore, saluum esse poterit? Ex istis uocibus uix uocem clamabant ad fortitorem, ut uentrem in illigant forte & dissipet in partem Dei uasa que ipsæ ante rapuerat, & hunc clamorem patrum commemorat in introitu, scilicet uocando fortitorem qui nos à potestate tyranni redimat & liberet, dicendo illud *Isa. 26.* Domine Deus

A. 3. hostis.

rum dulces fecit modulos, & dedit in celebrationibus decus.

14.
6. Psal. 126.

Sexto facit proximi ædificationem: quia populus audiens hoc, ædificatur ad omne bonum. Vnde Psal. 126. Circuibo & immolabo in tabernaculo eius hostiam vociferationis, cantabo & psalmum dicam Domino. Circuit enim omnes, quando omnium infer auribus laudem diuinam. *Isa. 12.* Notas facite in populis aduentiones eius, mementote quoniam excelsum est nomen eius. *Psal. 21.* Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesie laudabo te. Sic enim fratribus omnibus narratur, quando in medio Ecclesie laudatur, vt ab omnibus æqualiter percipiatur.

15.
7. Psal. 142.

Septimo facit etiam in terris cælestis iocunditatis similitudinem. Vnde beatus Bernardus. Nihil est quod adeo representat cælestis curie similitudinem, sicut alacritas laudantium Deum. *Psal. 83.* Beati qui habitant in domo tua Domine, in scula seculorum laudabunt te. Et ideo etiam Angeli laudem Dei diligentes, leguntur se immiscuisse choro laudantium. *Psal. 67.* Præueniunt principes coniuncti psallentibus in medio iuencularum tympanistrarum. Principes sunt Angeli, qui sæpè in locum sicut in chorum ante laudantes Deum præueniunt, vt ibidem laudantibus ad deuotionem excitandam misceantur. Iuenculæ autem tympanistræ sunt clerici, aut laici mortificatione carnis & voce modulationis Angelis continentes. Iuenculæ autem in sexu dicuntur propter bonorum affectuum, & operis fecunditatem, & in ætate dicuntur iuenculæ propter ætatis teneritudinem & amoris delicatationem. Vnde etiam quidam arguuntur *Matth. 11.* vbi dicit Dominus: Cecinimus vobis, & non saltastis: lamentauimus vobis, & non planxistis. Quia quidam inertes homines nec iubilant ad Dei laudem, nec compunguntur ad Ecclesie planctum & lamentationem. *Psal. 142.* Præcinite Domino in confessione, psallite Deo nostro in cithara. Hæc igitur & multa plura bona clamor ad Deum operatur. Et hic introitus est representatio & commemoratio clamoris Patrum, cum hic introitus, sicut dictum est, geminatur, vt geminatio clamoris Patrum commemoratur.

16.

Gloria Patri, &c. cur singulis Psalmis faceretur.

Versus autem Psalmi aliquis consonans cum gloria Patri interponitur, & ipse quidem versus profectum signat virtutis in merito: quia Psalmus bonam signat operationem, sicut dicit Cassianus. *Gloria Patri* autem, quod interponitur, gloriam dandam Deo de profectibus nostris signat, & hoc gloria Patri beatus Hieronymus fecit, & Damaso Papæ misit, vt singulis Psalmis faceret annexi, cui Papa ipse Damasus addidit, *Sicut erat*, &c. Vt æternitas in præteritum & futurum æqualis gloriæ esse crederetur, contra Arium qui Filium ponebat inglorium, & contra Nestorium & Euticem & Paulum fauolacensem, qui Spiritum sanctum dixerunt esse Patris & Filij seruum, & nullam habuisse gloriam in præterito, sed in futu-

ro consecuturos esse gloriam quam seruiendo Patri promeruerunt.

17.

Hic forte obiiciet aliquis, quod non omnis anni introitus in verbis Patrum desiderium representat, sed solum illi introitus qui sunt in aduentu, sicut, *Ad te leuani*. Et *Populus Sion*, & alij significant desiderium Patrum. In aliis autem Missis, tam de tempore quam de festis sanctorum nullum signatur Patrum ad Christi aduentum desiderium. Sed ad hoc dicendum, quod Christus à Patribus non expectabatur vt homo priuatus, sed potius vt Christus omnibus promissus, qui in seipso gratias infinitas afferret, & omnium cœtu sanctorum vallatus, veniret vt rex, in cuius curia omnes sancti facerent curie regalis frequentiam sicut in epistola sua Iudas dicit septimum ab Adam Enoch prophetasse, sic dicentem: Ecce veniet Dominus in sanctis millibus suis facere iudicium contra omnes impios, & arguere omnes de operibus impietatis eorum. *Isa. 3.* Dominus ad iudicium veniet cum senatoribus populi sui. *Daniel. 7.* Millia millium ministrabant ei, & decies milia centena millia assistebant ei. Propter hoc dicitur Dominus sabaoth, hoc est, exercituum: & hoc modo suspirauerunt Patres ad ipsum, vt in omni veniret decore regio & decore frequentie curie regalis: & quando sic venit, suspiramus vt veniat, & gaudeamus eum in bonis & gratis, quæ per totum annum celebrantur, venisse. Sic in eo auctoritas resultat Apostolorum, & cantamus, *Nimis honorati sunt amici tui Deus*. Sic coram eo extollimus victorias martyrum & cantamus, *In virtute tua letabitur iustus*. Sic in eo resultat sanctitas Confessorum & cantamus, *Sacerdotes tui induantur iustitia, & sancti tui exultent*. Sic etiam coram eo exultat chorus virginum, & cantamus, *Aduocentur regi virginet*. Sic ad salutem electorum ministrat chorus Angelorum, & cantamus, *Benedicite Domino omnes Angeli*. Sic in eo requiem recipiant animæ post virtutis & meritorum laborem, & cantamus, *Requiem æternam*. Sic enim rex venit in decore suo. *Isa. 33.* In decore videbunt regem. Sic Ecclesia assistit ei omni decore varietatis sanctorum adornata. *Psal. 44.* Assistit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Et sic omnis de toto anno introitus clamorem Patrum denotat ad Christi aduentum.

CAPVT

CAPVT II

In commemorationem deuoti populi ad misericordiam desiderii Patrum acclamantis cantatur, Kyrie eleyson.

Diximus autem in præhabitis, quod *Kyrie eleyson* populi representat acclamationem, cum clerus desiderium Patrum in introitu representat. Vnde etiam Petrus beati Gregorij Diaconi in benedictione cerei dicit. Letetur & mater Ecclesia tanti luminis adornata fulgoribus, & magnis populorum vocibus hæc aula resulet. Quia sicut dicitur *Iob. 1.* Boues arabum & asina pascuntur iuxta eos: quia dum clericus, qui per bonum signatur, arat, corda vomere prædicationis & laudis præcidiuntur, statim laicus populus genus oneriferum & simplex pascitur ad obediendum. Et ideo *Kyrie eleyson* est introductum ad representandum quomodo populus simplex clero per acclamationem obedientie facit consonantiam. Vnde Hieronymus dicit in quadam epistola de editione Psalmorum, quia quando Dauid Psalmos faciebat, quatuor cantores, scilicet Chore & Idithum & Asaph & Caath hos Psalmos editos cantoribus alijs præcinebant, quibus quatuor millia cantorum succinebant, quos totus populus in voce laudis subsequabatur. Et ideo in hoc ordine Episcopus vel sacerdos est in loco regis Dauid. Quatuor autem cantores, duo, scilicet in dextero choro, sed cantor & succentor, & duo in sinistro choro, scilicet secundus cantor & succentor, sunt in loco quatuor cantorum. Quatuor autem millia sunt sicut chorus totus clericorum, & hoc chorus in introitu representatur. Populus autem representatur vt acclamans *Kyrie eleyson*, & adhuc populus acclamat clero in Romana Ecclesia *Kyrie eleyson*. Et ideo in commemorationem boni & deuoti populi desiderio Patrum acclamantis *Kyrie eleyson* est inducitur in Missa post introitum.

Hoc autem nouies dicitur, vt quidam dicunt, propter nouem chotos Angelorum. Huius autem signum dicunt esse, quod ter ternis cantibus formatur: quia primo ter dicitur *Kyrie eleyson*. Et secundo ter dicitur, *Christe eleyson*. Et tertio iterum ter *Kyrie eleyson*. Quod quidam dicunt fieri propter tres hierarchias Angelorum, in quarum qualibet sunt tres ordines Angelorum. Huius etiam signum esse dicunt: quia in solemnibus diebus quando non est tempus luctus, statim post acclamationem *Kyrie eleyson*, inducitur hymnus Angelorum qui est, *Gloria in excelsis Deo*. Sed hoc valde mirabile est quod dicunt: quia in veritate non est ista acclamatio ad Angelos, sed ad Dominum. Et quod nouies clametur ad Dominum, quia nouem sunt ordines Angelorum, non videtur aliquam habere rationem: quia secundum eandem rationem septies cantaretur propter septemordines beatorum, qui sunt Patriarchæ & Prophetæ & Domini præcursores,

sicut Ioannes baptista, & Zacharias & Elizabeth, & beata Virgo, pastores & reges, & alij qui nobis Christum exhibuerunt & demonstrauerunt. Iterum sunt Apostoli, Martyres, Confessores, & Virgines. Quare enim propter ista beatorum distinctiones non multo magis septies clamaretur, vel propter septem dona quibus iungamur ex Domini misericordia, vel cantarentur octies propter octo beatitudines, quæ *Matth. 5.* enumerantur, vel sexies propter opera sex dierum, vt sic daremus magnificentiam Domino nostro Deo: quia Dei perfecta sunt opera. Vnde huiusmodi adaptationes quæ non nisi in numero concordant, pro certo parum valent & multum sunt derisibiles.

Nos igitur dicimus beatos Dionysium & Ambrosium sequentes, quod in ista acclamatione quatuor sunt notanda, propter quæ & ista acclamatio instituta esse dignolitur. Vnum quidem, quare ter *Kyrie eleyson* primo cantatur. Secundum, quare ter *Christe eleyson* subiungitur. Tertium, quare iterum ter *Kyrie eleyson* in hac subnectitur. Quartum, quare in voce Græcæ non Latina cantatur. Ad primum horum dicimus, quod sicut dicit Dionysius, Dominus nomen est superpositionis, & ideo est in genere relatiuorum. Ambrosius autem dicit, quod est nomen potestatis, & secundum hoc non est in genere relationis: quia sic correlatiuum ad quod dicitur, non haberet, vnde secundum primum nominis intellectum est nomen superpositionis, quia à superpositione est impositum, secundum consequentem intellectum est nomen potestatis, quia hoc nomen habentibus potestatem est datum. In omni enim nomine ista duo considerantur, & ideo significat substantiam cum qualitate: qualitas autem est illud à quo nomen impositum est. Et substantia illud cui est impositum: & quia qualitas finit substantiam, ideo primus intellectus nominis est sumendus à qualitate à qua impositum est nomen. Et hoc egregius doctor considerauit Dionysius, qui dicit ipsum esse nomen superpositionis. Superpositio autem perfecta, vt idem dicit, consistit ex tribus, scilicet quod superpositum excedat inferiora, à nullo depressum, & quod perfectam in se habeat superpositionis causam, & quod perfectam in se habeat in altis continentem se virtutem, ne ad infima possit deflecti vel inclinari. Primum horum est honoris & honestatis. Secundum diriffimæ possessionis. Tertium autem fortitudinis & virtutis, & ideo dignitatem suam & honorem aduertens, superpositionis & dominationis verus Dominus, vt dicit Dionysius, incessanter est appetitius, & indignum est ei, quod aliquid sit super ipsum sic quod sibi dominetur, & sic solus Dominus Deus est, de quo dicitur *Esai. 13.* Dominus omnium tu es, nec est qui resistat maiestati tue, de quo dicit *Apostolus ad Hebræos 1.* quod pater omnia subiecit sub pedibus eius. *Psal. 109.* Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. *Genes. 17.* Dominum tuum illum constitui, & omnes fratres tuos seruituti illius subiungam sic dicitur Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus sanctus: & tamen non tres Domini,

Quare ter Kyrie eleyson primo cantatur.

Dominus est nomen superpositionis quæ perfectum est primum.

Pax temporis, & pax pectoris, & pax æternitatis: vt prima sit in conuersatione, secunda in cordis dulcedine, & tertia in æternitatis prægustatione.

Pax temporis, & pax pectoris, & pax æternitatis: vt prima sit in conuersatione, secunda in cordis dulcedine, & tertia in æternitatis prægustatione. Pax autem temporis, non vt quidam putant, est temporis tranquillitas: quia illa nunquam fuit sanctis data in hoc mundo: vnde 2. Tim. 3. Omnes qui piè volunt vivere in Christo, persecutionem patientur. Apoc. 1. dicitur particeps tribulationis in Christo Iesu. Matth. 10. Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Oves autem in medio luporum pacem non habent. Vnde tranquillitas temporalium non potest dici pax temporis. Sed potius pax temporis est æquanimis suscepcio emergentium in tempore, vt quicquid tribulationis vel consolationis in tempore emergat, æquanimiter suscipiatur & in pace, tranquillitate animi nullatenus violata, sicut dicit Psal. 119. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Hoc est via pars veræ pacis, quam Christus cum Iuda habuit, quando eundem ad osculum recepit. Rom. 12. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Secunda pars pacis est in dulcedine cordis pacati, quæ conficitur ex quatuor, scilicet ex conscientia remissionis peccatorum, ex reconciliatione ad Deum, ex concordia conscientie cum voluntate, & ex perfecta affectuum cordis tranquillitate. Et hoc in diuersis locis dicunt Glossæ super Apostolum. De primo modo pacis intelligitur quod dicitur. Rom. 1. Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. Igitur pax est ex gratia, quæ est remissio peccatorum. De secundo modo pacis dicitur Ier. 27. Pacem faciet mihi, hoc est, se mecum reconciliabit. De tertio modo pacis dicitur in Psal. 121. Fiat pax in virtute tua. Quia pax illa non fit inter conscientiam & voluntatem, nisi magna virtute cor voluntatem contineat, ne ad malum, imperum faciat. Vnde sequitur, & abundantia in turtibus tuis, quæ turres sunt munitiones virum animæ rationalis, irascibilis, & concupiscibilis, in quibus si est abundantia boni, pax perficitur conscientie imperantis & voluntatis obedientis: si autem aliter sit, statim conscientia mouet bellum & remordet. De quarto modo pacis dicitur Phil. 4. Pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras: hoc enim est tranquillitas cordis dulcis, auertens omne quod sensus ingerunt ad cordis perturbationem, & tenens intelligentias nostras in contemplatione & delectatione boni interioris. Psal. 75. In pace factus est locus eius. Quia in tali pace habitat Deus. Pax autem æternitatis, vt dicit Aug. libro de ciuitate Dei 13. est pax cælestis ciuitatis, quæ vt idem dicit, est concordia fruendi Deo, & inuicem in Deo: nullo enim debemus frui nisi Deo, & omnibus bonis quæ in nobis habemus, debemus frui inuicem in Deo: tunc illam in dulcedine diuini boni in nobis & in proximo habiti, æternitatis pacem prægustamus. Matth. 5. Beati pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur. De hac autem triplici pace temporis, pectoris, & æternitatis dicit Christus ad suos. Ioan. 14.

Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat pacem, ego do vobis. Et reliquit quippe nobis pacem temporis. Dedit pacem pectoris non ad modum mundi, sed suæ propriæ dulcedinis indicium, dedit pacem æternitatis. Hæc enim pax congruit hominibus rationabiliter viuentibus, non feralibus se inuicem lacerantibus, de quibus dicitur Gal. 5. Si inuicem mordetis & comedetis, videte ne ab inuicem consumamini. Isti sunt enim qui in bestias mutauerunt similitudinem cordis sui, de quibus dicitur in Psal. 48. Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Hominibus igitur intellectum, iustitiam, & pietatem colentibus datur pax ista: quia illi sunt verè animal mansuetum natura, quod proprium hominum esse dixerunt Philosophi. Escher. 13. Volebam vt cunctis mortalibus operata pace fruerentur, maxime si sunt bonæ voluntatis, quæ bona non est, sicut dicit August. nisi sit præuenta gratia operante vt bonum velit, & sit subsecuta gratia virtutis, quæ gratia vocatur cooperans, vt bonum efficaciter & non frustra velit. Phil. 2. Deus est qui operatur in vobis velle & perficere pro bona voluntate. Velle enim operatur gratia quam ipse operatur, quæ voluntatem informat vt bonum velit, & à malo se auertat. Perficere autem operatur gratia cooperante, quæ nobiscum operatur in opere virtutis & meriti, ne frustra dicamus nos habere voluntatem, quando nihil operamur. 2. Cor. 8. Si voluntas prompta est, secundum illud quod habet, accepta est. Talis enim voluntas tranquillitati diuinæ similis est, & pax congruit sibi. Sic benignè facit nobis Deus in bona voluntate sua, homines ad imaginem suam reformans, vt homines sint & differentis gratiæ suæ operantis & cooperantis bonam voluntatem perficiens, vt tranquilla sit & huius paci congrua: feralibus enim malæ voluntatis non erit pax. Vnde Ier. 17. Non est pax impijs, dicit Dominus. Cor enim impij quasi mare feruens: quia quiescere non potest, sed redundat in conculcationem fluctus eius. Hi sunt quibus non sufficit Angeli dæuisio, vt ipsi pacem habeant & gloriam Deo attribuant, sed gloriam Deo volentes auferre, pacem sciunt, & ideo gloriam perdunt. Osea 4. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. 1. Mach. 2. Quia gloria eius sterco & vermibus est. Hodie extollitur, & cras non inuenietur: quia conuersus est in terram suam. Sic igitur dicitur, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

Laudamus te. Hæc sunt quæ à sancto Papa Theophoro sunt adiecta in commemorationem concinentium cum Angelo cælestium exercituum. Et intellectus istorum consistit in duobus, scilicet in concentu laudis & in laudis causa. Concentus autem iste in tribus consistit: bona enim nostra considerantur tripliciter, scilicet prout sunt à Deo, & prout à nobis, & prout referuntur ad ipsum. Prout autem sunt à Deo, dupliciter considerantur, scilicet in forma siue in specie datorum, & in modo quo dat ea Deus. Prout igitur considerantur in specie

specie datorum, dicitur, Laudamus te, Benedicimus te. Considerando autem modum quo dat ea Deus, dicitur, Adoramus te, Glorificamus te. Referendo autem bona Dei in ipsum, Gratias agimus. In prima consideratione duplicia Dei dona in nos ab ipso fluentia consideramus, scilicet dona virtutum & gratiarum, & dona quæ sunt bona naturæ, vel ad naturæ conseruationem ordinata. Pro virtutibus igitur & gratiis dicimus, Laudamus te. Pro bonis autem naturalibus dicimus, Benedicimus te. Quod autem pro virtutibus & gratiis laudamus, probatur per Philosophum in primo ethi. dicentem, quod virtus est laudabile bonorum. Et idem dicit in libro de laudabilibus bonis: laus enim, vt dicit Tullius, est proprium virtutis præconium. Et ideo considerando collationem virtutum suarum & gratiarum, dicimus, Laudamus te. Hinc est quod dicitur Psal. 31. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eum in portis opera eius: fructus enim manuum Domini opera sunt virtutis: quia dextera Domini fecit virtutem, & opera illa prædicant eum in portis ciuitatum omnium sanctorum. Psal. 23. Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. Sic in Psal. 47. dicitur, Magnus Dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. Magnus enim Dominus virtute, laudabilis nimis virtutum collatione, in ciuitate sanctorum, quia laudatur in omni sanctorum ciuitate quæ tota est in splendore honestatis, virtutis & gratiæ: in monte sancto eius, in eminentia honoris eius qui debetur operationi virtutum. Omnes enim sui diuites sunt in virtute, sicut dicitur Eccl. 4. Homines diuites in virtute pulchritudinis studium habentes. Sic igitur, Laudamus te, propter virtutes in te ostensas & nobis exhibitas: virtus enim, vt dicit August. est bona qualitas mentis, quæ rectè viuatur, quæ nemo malè vitur, quam Deus operatur in nobis sine nobis. Benedicimus autem te in bonis naturæ collatis nobis, quæ sunt intellectus, ratio, sensus, vita, substantia, & huiusmodi, & in his quæ ista in nobis conseruant, sicut est sanitas, & bona fortuna, & honor, & fama, & huiusmodi. Et de his duobus bonis dicitur Ier. 1. Omne datum optimum & omne donum perfectum desorsum est descendens à patre luminum. Data enim optima sunt ordinata ad naturam, dona autem perfecta sunt dona virtutum & gratiarum. Sed quid est quod dicit, Benedicimus te, cum Ier. 7. dicatur absque vlla contradictione: quod minus est, à meliore benedictione videtur ergo, quod nobis Deus benedictione habeat, & non nos ipsum. Idem continetur Num. 6. Inuocabimusque nomen meum super filios Israel. Ego autem benedicam eis. Ad hoc dicendum, quod duplex est benedictio. Vna quidem sacra illa quod benedicitur. Altera autem est laus & præconium dati & accepti. Et de priori dicitur, quod minus est, à meliori benedictione, & ea benedictione nobis Deus benedicit, & ipsi sacerdotes hoc modo benediciunt. Et ideo in ratione manuum sacerdotum dicit Episcopus, Consecrare & sanctificare dignare Domine manus istas per istam orationem & nostram benedictionem, vt quicquid benediciunt, benedicatur, & quicquid consecrant, consecretur & sanctificetur in nomine Domini. Alia autem benedictione qua bona Dei laudamus & prædicamus, nos Deo benedicimus, & non Deus nobis. Tobia 12. Benedicite Deo cæli, & coram omnibus viuentibus consistimini. Psal. 111. Benedicite Domino omnia opera eius, in omni loco dominationis eius benedic anima mea Domino.

Laus est proprium virtutis præconium.

Virtus quid.

Benedictio duplex.

Adoramus te. Tangit hic modum collationis quo Deus confert & laudabilia & benedictabilia. Duo autem sunt modi potestatis, scilicet quæ talia conferendi habet facultatem, & modus magnificentie quæ in talia conferendo magnificam ostendit liberalitatem. Primum est maiestas quam adoramus. Secundum est magnificentie liberalitas, quam glorificamus. Ex maiestate facultatem & ex magnificentia liberalitatis gloriam. In epistola Ierem. dicitur: Dicitur, quia te oportet adorare Domine. Maiestas autem adoratur prostratione totius corporis, vt dicit Damascus ad significandum, quod nihil sumus nisi puluis & cinis, nisi per ipsam Trinitatis maiestatem in aliquid erecti essemus. Psal. 131. Adorauimus in loco vbi steterunt pedes eius. Exod. 4. Audierunt Hebræi, quod Dominus visitasset filios Israel, & quod respexisset afflictionem eorum, & ipsum adorauerunt. Sic ergo, Adoramus te, sicut veri quæ maiestatis professores. Ioan. 4. Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Nam & pater tales querit, qui adorant eum. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare.

Propter magnificentiam autem liberalitatis, Glorificamus te: quia sicut dicitur Ier. 1. Das omnibus abundanter, & non improperat. Escher. 2. Largitus est munera iuxta magnificentiam principalem. Et hæc est gloria & magnificentia digna. Eccl. 43. In omnibus glorificantes Dominum ad quid valebimus? Ipse enim omnipotens est super omnia opera sua. Exod. 15. Iste Deus meus, & glorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum.

Gratias agimus tibi, hoc est secundum relationem bonorum in ipsum. Hæc enim quæ ab ipso fluunt per gratiarum actionem redduntur sibi, vt abundantius fluant, sicut flumina quæ redeunt ad mare. Eccl. 1. Ad locum vnde oriuntur flumina, reuertuntur, vt iterum fluant. Ingratitudo enim, vt dicit beatus Bernardus, est ventus vrens exicans fontem pietatis & rorem gratiæ & misericordiæ. Dicit enim beatus Dionysius de cælesti Hierarchia cap. 1. quod omne lumen gratiæ procedens à patre luminum venit in nos, & sui abundantia nos replet, & sui simplicitate nos congregat: & quia omnia ad suum festinant redire principium, ideo conuertit nos ad patrem luminum finem, quia omnia in se congregat bona, quæ ab ipso procedunt. Hæc autem dicit his verbis: Omnia à patre mota manifestationis luminum processio in nos optime ac largè promouens, nos replet, & vt vificam virtus nos congregat & conuertit ad deificam supersimplicitatem & congregans Patris vnitatem. Et hoc per gratiarum actionem, in qua

8.

Quæ in adoratione præconium est.

9.

10.

nos grati cum donis Dei redimus ad Patrem omnium fontem gratiarum. 1. Theof. 5. In omnibus gratias agite. 2. Cor. 9. Gratias ago Deo super inenarrabili dono eius. Sic ergo expleta est laus concinentiam in memoriam eius quod dicitur. Luc. 2. Facta est cum Angelo multitudo caelestis exercitus laudantium & dicentium, Gloria in excelsis Deo.

11. Causa autem huius tantæ laudis exponitur, cum dicitur, Propter magnam gloriam tuam. Hæc autem causa dupliciter exponitur, in comuni, & in speciali per singularum attributa personarum. In communi quidem cum dicitur, Propter magnam gloriam tuam. In quo sermone tria dicuntur, scilicet causa laudis, causa magnitudo, & quod gloria est Deo propria. Causa est gloria quæ quatuor modis demitur: duas enim definitiones dat Fulgentius in fine primæ Rhetoricæ, quarum una est, quod gloria est ore multorum prædicata laudatio. Secunda est, quod gloria est larè patens præconium. Tertiam dat Aug. & ponitur in Glosa in fine ad Rom. ult. Cui est honor & gloria, ubi dicit sic, Gloria est clara cum laude notitia. Philosophus autem dicit in topicis, quod per gloriam fit, quod nullo conscientie non festinaret in esse, & secundum illum gloria est, quod sui nobilitate & honestate conscientis hominum se manifestat. Hoc igitur modo gloria Deo conuenit: quia ipse solus ore multorum prædicabilis, qui virtute vniuersali se omnibus laudabilem præbuit. Vnde dicitur Psal. 116. Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. Ipse enim est quem Pater omnibus gloriam in qua gloriantur, exhibuit. Luc. 2. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. Ipse ore multorum prædicatur. Isa. 12. Cantate Domino, quoniam magnificè fecit: annuntiate hoc in vniuersa terra. Ipse est qui clara laude omni notitæ exponitur: quia nihil nisi laudabile in eo inuenitur. Daniel. 3. Laudabilis & gloriosus & superexaltatus in sæcula. Hic nobilitate, & honestate sua hominum omnium se conscientis manifestat. Psal. 150. Laudate Dominum in sanctis eius, laudate eum in firmamento virtutis eius. Sanctis est ibi neutri generis, hoc est, laudate eum in sanctis, hoc est, quæ sancta sunt eius, quæ omnia nobilia sunt & honesta. Hæc est igitur gloria. Est autem magna, & maxima: quia nihil sibi comparari potest. Psal. 112. Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat. Vnde dicitur Luc. 2. Gloria in altissimis Deo. Eccles. 41. Glorificantes Dominum quantumcunque poteritis, & superualebunt adhuc. Hæc autem gloria magna tua est proprie: quia alij non debent gloria nisi soli Deo. Isa. 42. Gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculpeilibus. 1. Tim. 1. Solum Deo honor & gloria: Hæc est ergo causa laudandi & benedicendi & adorandi & glorificandi & gratias agendi Domino.

12. Dominus Deus, &c. Hic tangit in speciali attributa personarum. Et primo tangit ea quæ sunt Patris. Secundo ea quæ sunt Filij. Tertio ea quæ sunt Spiritus sancti. Quarto subiungit id quod est vnitatis essentia in tribus personis. Ea autem quæ sunt Patris, tangit

Quadruplex definitio gloria.

tripliciter, scilicet secundum quod considerantur in ipso, & secundum ea quæ operatur in Angelis, & secundum ea quæ operatur in nobis. Ea autem quæ sunt in ipso, tangit dupliciter, scilicet secundum auctoritatem, & secundum gubernationem. Auctoritatis enim est quod dicit, Domine, non quod solus Pater sit Dominus, cum sit scriptum in symbolo Athanasij, Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus sanctus: & hi tres simul non tres Domini, sed unus est Dominus. Sed quod commune est secundum operationem, per appropriationem auctoritatis, quia Pater non est de alio, Patri attribuitur, de quo dicitur Esai. 13. Dominus vniuersorum tu es. Hinc est, quod Filius vocat eum Dominum. Math. 11. dicit, Confiteor tibi Pater Domine caeli & terre. Act. 17. Hic caeli & terre cum sit Dominus, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, indigens aliquo. Non indiget, qui omnium pulchrorum & bonorum est fons & origo. Deus autem est nomen gubernationis, quæ etiam Patri attribuitur: quia etiam Patres ab antiquo dicebantur, qui alios vt reges gubernabant, & etiam Patris est gubernare familiam in domo: Deus enim Græcè dicitur Θεός, quod nomen si deriuatur a verbo Græco θεωρο, quod est video, vides, idem est quod omnia videns oculo providentiæ. Esai. 23. Oculi Domini multo plus lucidiores sunt super solem, intrantes in absconditas partes. Hebr. 4. Non est aliqua creatura inuisibilis in conspectu eius. Si autem Θεός deriuatur a Græco θεωρεσθαι quod sonat circumire, iterum signat Deum qui omnia circumcirca sua prouidentia. Eccles. 24. Gyrum caeli circuiti sola, dicit Patris sapientia, cuius est tota prouidentia. Si autem deriuatur a Græco θεωρημα, quod calorem sonat, amorem prouidentis significat, sicut dicitur in Psal. 18. Non est qui se abscondat a calore eius. Sic igitur vniuersis luce, curæ velocitate, & amoris calore omnibus prouidet & omnia gubernat: & ideo dicit Psal. 14. Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te eruet. 1. Pet. 5. Omnem sollicitudinem vestram prouidentes in eum: quia ipsi curæ est de vobis.

13. Rex caelestis. Ecce quid faciat in Angelis: quia per metonymiam rex dicitur caelestis: quia rex est Angelorum mirabiliter ex ministris sibi assistentibus regnum suum restituitans. Rex autem est: quia fines intentionum, & bona operationum, & leges in præceptis iustitiarum, & ordines ministrorum Angelis primo, & per Angelos hominibus distribuit. Dicit enim Dionysius, quod regnum est omnis finis & ornatus legis & ordinis distributio. Isa. 32. Ecce in iusticia regnabit rex, & principes, hoc est, Angeli in iudicio præstant. Isa. 33. Dominus regis noster, Dominus rex noster, ipse veniet & saluabit nos. Ierem. 10. Non est similis tui Domine, magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te & rez gentium: tuum enim est decus inter cunctos sapientes gentium, & in vniuersis regibus eorum nullus est similis tibi.

Deus pater omnipotens. Hoc dicitur secundum

Dominus nomen auctoritatis.

Deus nomen gubernationis.

13.

Cap. 12. de diuina ueritate. Regni quæ.

dum attributa Patris in nobis, & dicitur Deus nobis prouidens. Psal. 31. In via hac qua gradieris, firmabo super te oculos meos. Pater autem dicitur in gratia adoptionis nos formatus. Isa. 64. Nunc Domine Pater noster es tu, nos vero lutum: & factus noster, & opera manuum tuarum omnes nos. Psal. 32. Qui finxit sigillatim corda eorum, & intelligit omnia opera eorum. Dicitur autem omnipotens: quia cum tria sint in nobis respectantia reformationi ad bonum, scilicet inferioris nature inobediens grauitas, infirmitatis humane deprimens fragilitas, spiritualis nequitie reluctans iniquitas, nihil horum obstrare potest, quin ipse nos in filios formet. Rom. 9. Voluntati eius quis resistit? Luc. 1. Non erit impossibile apud Deum omne verbum. Genes. 18. Num Deo quicquam erit difficile?

15. Dominus filij unigenitus. Hic tangit ea quæ attribuantur Filio. Hæc autem tangit sub sex differentiis. Primo enim tangit ea quæ habet in seipso, ex quibus est potens saluare & debitor salutis. Secundo tangit modum exhibitionis quo gratiam salutis adhibuit. Tertio tangit gratiam gratificationis. Quarto tangit gratiam gratificationis. Quinto tangit gratiam glorificationis. Sexto & ultimo horum singulorum sigillatim tangit causam. Dicit igitur, Dominus filij, &c. & duo tangit. Primum est vnde saluare poterat. Secundum vnde saluare debuerat debitum nostrum in se suscipiens. De primo horum dicit: Dominus filij. Tria dicit, quorum primum importat salutis facultatem, secundum facultatem illarum hereditatem, tertium facultatem salutis indiuisam importat plenitudinem. Per hoc enim quod dicit Dominus, cum Dominus dicit omnimodam pulchritudinem & honorum possessionem, signat eorum vnde saluare potest facultatem: hoc autem quod dicit, filij, cum filius ex hereditate habeat omnes patris facultates, signat illarum facultatum hereditatem. Per hoc autem quod dicit, unigenitus, cum unigenitus sit, qui, sicut Basilus dicit, cum secundo genito gloriam paternam non diuisit, signat facultatum illarum indiuisam, & plenitudinem plenitudinem, & ex his habet vnde poterit saluare plenam & perfectam facultatem. De primo dicitur in Ps. 8. Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Hoc enim mirabile est in terra, quod facultatem habet omnes saluandi. Ipse enim est de quo dicitur Rom. 10. Idem Dominus omnium diues in omnes qui inuocant eum. Vnde Paulus 1. Cor. 1. dicit: In omnibus diuines facti estis in illo in omni verbo & in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis, ita quod nihil desit vobis in vlla gratia. Ex his igitur facultatibus omnes saluat. Fili autem dicit: quia hereditate naturali omnia possidet. Luc. 15. Fili tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Hebr. 1. Quem constituit heredem vniuersorum, per quem fecit & secula. Ieron. 16. Omnia quæ habet Pater, mea sunt. Vni-genitus autem, quia indiuisè possidet. Ieron. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vni-geniti a Patre, plenam gratiæ & veritatis. Sic ergo ex his quæ deitatis sunt, facultatem habet sal-

D. Alb. Mag. lib. de sacrif. Missæ.

uandi: sed quia apud iustum iudicem non satisfaciunt nisi qui debet, ideo ex nostro assumptis, vnde pro nobis satisfacere deberet. Et hoc est quod sequitur.

16. Iesu Christo. Quod autem quidam addunt, Altissime, non est de litera & a præsumptibus est additum: quia nihil addendum erat tantæ auctoritati quam fecit Angelus & vicarius Iesu Christi. Sunt autem hæc duo nomina, Iesu Christo. Iesus quidem, vt dicit Dam. dicit Deum humanatum, & Christus dicit de conuerso hominem deificatum: quia nature duæ in vna persona filij se circumcedunt: quia deitas potentiam excedit in adibus hominis, dum humanitate tactus leprosus sanatur, mortuus tactus viuificatur, cæcus tactus illuminatur, & sic de aliis, & humana natura propria seruans in potestate diuinitatis se ostendit, dum solem obsecutus moritur, cum petram incidens crucifigitur, dum potestate propria ponens animam & iterum suspensam se pelitur. Iesus ergo dicit Deum humanatum, & Christus, sicut dictum est, dicit hominem deificatum. Et hoc est vnde pro nobis satisfacere debuit: dicit enim Anselmus & probat Anselmus in libro, Cur Deus homo, quod Christus pro nobis satisfacere non potuit, nisi qui debuit, & qui potuit. Potuit autem in quantum Deus Dominus Filius Patris unigenitus: debuit autem in quantum homo fuit: debuit potuit in quantum Deus humanatus, & in quantum homo deificatus. Hoc autem probat Anselmus. Adam enim in quo omnes peccauimus & damnaui sumus, originale iustitiam omnium hominum qui ex ipso nasci poterant, perdidit. Possunt autem infiniti nasci ex ipso, qui omnes illam Deo tradidissent iustitiam originalem, quæ in infinitis esset infinitum bonum, quod restitui non potuit, nisi qui infinite fuit bonitatis, & hoc non erat nisi Deus Dominus filius unigenitus infinite bonitatis. Exigere autem ab eo qui nihil debet, non est iusti iudicis. Cum ergo Deus iustus iudex sit, non exigit hoc nisi ab homine qui debuit: & sic oportuit, quod saluare homo esset, qui debuit non ex debito culpa, sed ex debito quod voluntarie suscepit: ergo oportuit quod homo esset Deus & Deus homo, & Deus in homine, & homo in Deo. Et sic sicut dicitur 1. Tim. 2. Mediator est Dei & hominum homo Christus Iesus. Quod ergo debuit & potuit, importatur per hoc quod dicitur, Iesu Christo. Et de Iesu quidem dicitur Math. 1. Vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Eccl. 46. Fortis in bello Iesus, & Iesus fortis in salutem gentis secundum nomen suum. De Christo autem dicitur Isa. 45. Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subiciam illi gentes, & dorsa regum vertam, portas areas coiretam, & vices ferros confingam: ego autem i bo & gloriose terre humiliabo. Cyrus autem hæc interpretatur: quia hic Christus primo heres est Dei Patris, cuius Pater dexteram apprehendit: quia virtutem salutis in nobis fecit, cui etiam gentes saluatas in fide Ecclesie subiicit, dorsa regum mundi vertit, & eis omnia suorum mandatorum imponit.

16.

Christus pro nobis debuit pro nobis satisfacere.

B 3

portas arcas inferni contriuit, vesces in peccati repagulis confregit: ante cum in miraculis magnis iuit, omnia quæ fecit, confirmando & contestando, & sic gloriam mundi strauit, & gloriosos & inclytos in humilitate spiritus inclinauit. Hoc est ergo quod dicit: Domine Fili vniigenite Iesu Christe,

17
Christus saluauit potenter, mansuete & obedienter.

Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris. Hic tangitur totus saluandi modus. Saluauit potenter, mansuete, & obedienter. Potenter vt faceret opus salutis efficaciter, mansuete vt laudabiliter, obedienter vt salus nostra habeat auctoritatis in contradicibilitatem. Primum tangit per hoc quod dicitur, **Domine Deus**, qui potens est ad saluandum. Secundum per hoc quod dicit, **Agnus Dei**, qui mansuetus est ad patiendum. Tertium tangit per hoc quod dicit, **Filius Patris**, qui obediens est Patri ad pretium pro Adæ debito soluendum. **Domine** qui potens, **Deus** qui sapiens es, & cuncta prouidens: ex hoc enim poteris saluare, quoniam nec fortitudo aliqua resistit Domino, nec versutia aliqua post decipere vel latere sapientis visionem. De primo petimus, Exaltare Domine in virtute tua, vt salues potenter: & tunc gratias agentes cantabimus & psallemus virtutes tuas. De sapientia autem dicitur **Iere. 23.** Regnabit rex & sapiens erit. Agnus autem dicitur propter patiendo mansuetudinem. Dei autem ideo quia in passione fuit sacrificium. De mansuetudine dicitur **Iere 11.** Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam **I. 4. 53.** Sicut ovis ad occisionem ducitur, & non aperiet os suum. Dei autem sacrificium est, cuius sanguine tincti liberamur ab Angelo exterminatore. Iste agnus est, qui immolatus est in figura arietis ab Abraham. **Genes. 22.** pro filio Isaac. Iste est agnus, qui occisus est pro omnibus electis ab origine mundi. **Apoc. 5.** Iste est agnus qui catamane immolatus est in membris, quæ præcellerunt aduentum eius, qui immolari præcipitur. **Num. 28.** Catauespere in se, & in suis qui offeruntur Deo post aduentum ipsius. Iste est agnus, qui agni nomen non in vacuum accipit: quia agnus ab agnoscendo dicitur: quia iste agnus dicit **Ioan. 10.** Ego cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Iste est agnus quem omnes agnini in vellere sequuntur. Hæc enim est natura agni masculi, quod omnes quos generat, generantem agnum sequuntur in bonitate lanae & velleris. Et hoc signatum est **Iudic. 6.** vbi legitur, quod signum de descensu roris quod apparuit in vellere, defluxit in concham & deriuatum est ad aream: gratia enim quæ in deitate Christi fuit, & bonitatis thesaurus defluxit in humanitatem eius sicut in concham, & diffusa est in aream sicut in Ecclesia. Sic igitur est agnus Dei. **Filius Patris:** in quo ostenditur, quod obediens soluit debitum pro nobis, vt solutio haberet auctoritatem & vtilitatem, quæ si ex obedientia Patris auctoritatem non habuisset, à Patre refutari poterat. Nunc autem quia ex obedientia Patris processit, Patri fuit acceptabilis **Phil. 2.** Factus obediens Patri vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est su-

per omne nomen: Vnde vadens ad satisfactionem dicit **Math. 26.** Non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Hoc enim sibi fuit cordis refectio, vt Patris perficeret voluntatem. **Ioan. 4.** Meus cibus est vt faciam voluntatem Patris mei, & perficiam opus eius. Hæc obedientia fuit sibi omnium operum & passionum necessitas. **Luc. 2.** Nesciebatis, quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse. In his ergo consistit in sanctificatore nostro sanctificationis perfectus modus, vt perficeret sanctificationem potenter, sapienter, patienter, & vtiliter.

Qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Hic tangitur sanctificationis opus quod in tribus consistit, operatio scilicet redemptionis, gratificationis, & glorificationis: & hoc indicant tres versus qui per ordinem hic inducuntur. Tanguntur autem duo in primo, scilicet redemptionis perfectio, & misericordiae imploratio. Redemptionis perfectio dupliciter describitur, scilicet ex parte redimentis, & ex parte debiti à quo redimimur. De primo dicit, **Qui tollis.** Et hoc secundum **Priscianum** habet exponi, hoc est, quia tu tollis, hoc est, habes vnde tollas, hoc est, abollas vt non sit: & id ex hoc habes facere, quia infinitum bonum pro debito infinito habes facultatem soluendi, hoc est, oleum vntionis de quo solutum est totum debitum viduz propheta, hoc est, Ecclesie. **Prover. 21.** Thesaurus desiderabilis & oleum in habitaculo iusti. Ex quo thesauro absoluta est vidua. **Reg. 4.** Peccata mundi. Hoc signat vnde absoluitur Ecclesia. Peccatum autem mundi est peccatum originale, quod totum mundum inicit per priuationem iustitiae originalis, quod quamuis vnum fuerit in origine, tamen multiplicatum est in vitiosa propagine, quia & omnes inicit & querlibet multis modis: & ideo dicitur pluraliter, peccata mundi, **Psal. 1.** Ecce in iniquitatibus concepit sum, & in peccatis contempsit me mater mea. **Sap. 12.** Semen erat maledictum ab initio, & naturalis malitia eorum immutari non poterat. Hoc ergo peccatum tulit auferendo, quando Adæ debitum soluit **Genes. 31.** Quicquid furto peribat, à me exigebas. **Psal. 129.** Copiosa apud eum redemptio. **Osai. 13.** De manu mortis liberabo eos, & de morte redimam eos. Vnde **Ioan. 1.** Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Subiungitur imploratio misericordiae Dei, cum dicitur, **Miserere nobis,** vt scilicet nobis valeat redemptio in hoc quod nos de peccato mundi inicit. Hoc enim malum nascentes omnes sine gratia consumit, sicut dicitur ad **Eph. 2.** Omnes nascimur filij ire: quia ira consumpti essemus, nisi misericordia redemptionis pro nobis soluisset. **Tren. 3.** Misericordiae Domini, quia non sumus consumpti: quia non defecerunt miserationes eius. Non enim deficiunt miserationes quæ pro omnibus soluant. **Sapient. 6.** Non enim subtrahet personam cuiuscunque Dominus, qui est omnium dominator: quia pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter est cura illi de omnibus: quia pro omnibus soluit.

18.
Opus redemptionis.

Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. Hic tangitur opus gratificationis

19.
Opus gratificationis.

nis: & dicuntur duo, scilicet facultas gratificationis in Christo, & imploratio, vt ad nos beneficium gratificationis deriuetur. Facultas tangitur cum dicitur, **Qui tollis peccata mundi, hoc est, qui habes tollendi facultatem ex gratiarum tuarum infinitis diuitiis.** Mundus aliquantulum hic aliter sumitur quam prius. Prius enim dicebatur collectio vniuersitatis in origine in qua vitata fuit: hic autem dicitur mundus ipsa hominum multiplicatorum vniuersitas, & peccatum istius mundi est actuale, pro quo etiam satisfecit sanguis agni. Et quia multa sunt actualia tam in omnibus quam in singulis, ideo dicit, **Qui tollis peccata, &c. Hebra. 9.** Nunc autem semel in consummatione seculorum ad destinationem peccati per hostiam suam apparuit: quia nisi sanguis Christi intercedat, nullus de peccato suo poterit satisfacere. **Isa. 53.** Ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus orauit. **1. Per. 2.** Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: non enim portauit nisi penam patiendo pro nobis. Sequitur imploratio, **Suscipe deprecationem nostram.** Deprecatio, vt dicit **Augustinus**, est oratio pro amouendis malis, & est sensus: Suscipe in passione tua qua penam soluisi pro nobis, nostram deprecationem qua corde, ore, & opere petimus mala nostra amoueri à nobis: quia aliter non possunt amoueri. **Psal. 63.** Exaudi Deus orationem meam cum deprecor, à timore inimici eripe animam meam. Non enim suscipitur nostrum nisi in tuo. **Dan. 3.** Sed in animo contrito & spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietum & taurorum, vt sic fiat sacrificium nostrum in penitentia peccatorum; vt à te suscipiar & placeat tibi Domine. Hoc enim addidit **Ambrosius** ad verba **Danielis.**

20.
Opus glorificationis.

Qui sedes ad dexteram Dei Patris, miserere nobis. Hic tangitur opus glorificationis: sedere enim est quiescentis post laborem redemptionis: sedere autem ad dexteram summi Patris, est regnare, hoc est, in Patris regnantis æqualitate. Sedet enim ibi in altissimis & potentissimis ad fruendum. **Col. 3.** Vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt, sapite, non quæ super terram. Sed quia illuc ascendit, vt nobis pareat locum, vt vbi ipse est, nos sumus secum, vt dicitur **Ioan. 14.** ideo imploramus misericordiam, vt ab exilio liberemur, & cum ipso in regno collocemur: dicentes: **Miserere nobis, misericordiam tollente omnem iniquitatem nostram, & in eternam felicitatem constituentem.** **Heb. 9.** Non enim manu facta Iesus introiit exemplaria verorum, sed in ipsum celum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis **Genes. 46.** Memento mei cum bene tibi fuerit, vt suggeras illi magno Pharaoni, vt educat nos de illo carcere. **Psal. 141.** Educ de custodia animam meam, vt confiteatur nomini tuo Domine. **Iob. 17.** Libera me Domine, & pone me iuxta te.

Quoniam tu solus sanctus. Hic eorum quæ dicta sunt de Filio in redimendo, gratificando, & glorificando, tangitur causa: quia enim sanctus est, redimat: quia autem Dominus est,

gratias contulit. Et quia Altissimus est, ideo exaltatos in gloriam ponit. Dicit igitur, **Quoniam tu solus es sanctus.** Et dictio exclusiua quæ ibi ponitur, facit exclusionem respectu essentia, & non respectu personæ: & ideo non excluditur Pater à sanctitate, nec Spiritus sanctus. Cum enim sanctus multas habeat intentiones, dicitur enim sanctum mundum, formatum, & sanguine tinctum, non dicitur de illis æquiuocè, sed per analogiam ad vnum. Sanctum enim secundum primam & principalem rationem dicitur sanguine tinctum. Vnde leges sanctificantur sanguine & sanctiuntur: & quod est mundum à legis transgressione, hac sanctitate est mundum. Et quod est firmatum sanguinis effusione, est confirmatum. Et omnis ideo modus sanctificationis primò oritur à sanguinis effusione: & ideo sanctum deriuatur à sanguine, as, are. Hoc ergo modo solus redemptor noster dicitur sanctus: quia solus sanguine suo testamentum redemptionis confirmauit. Vnde **Heb. 9.** Sine sanguinis effusione non fit remissio **Zach. 9.** Tu autem in sanguine testamenti tui emisisti vinctos de lacte, in quo non erat aqua. Tum sanctus etiam est, qui solus perfecte mundus fuit semper & est & erit. Dicit enim **Dionysius**, quod sanctitas est ab omni inquinamento libera & perfecta munditia. **Luc. 1.** Quod nasceretur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. **Math. 1.** Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est. Est etiam solus fortis & firmus, qui nunquam nutauit virtute, nec vquam cessit in tentatione. **Exod. 17.** Quis similis tui in fortibus Domine, mirabilis in sanctitate, terribilis atque laudabilis, & faciens mirabilia? Quidam autem Philosophus dicit, quod sanctitas est virtus scire faciens quæ ad Deum sunt iusta. Sic autem iterum antonomastice solus sanctus est: quia sicut dicitur **Ioan. 1.** Deum nemo vidit vnquam. Vniugenitus qui est in sinu Patris, ipse enarrauit: quia solus sciuit secreta. **Sap. 10.** Dedit illi scientiam sanctorum, honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius. Sic ergo solus sanctus sanguine potuit redimere, munditia sanguinis munda re, & fortitudine sanguinis mortem superare, & eum etiam qui habebat mortis imperium, potuit superare. Et quia solus scripturarum sinum creatorum Patris, secreta Dei potuit docere & reuelare. **Tu solus Dominus:** & ideo solus potest conferendo gratias gratificare: sic enim ad copiam gratias & virtutes & diuitias pulchrorum & bonorum possidet, ex quibus nos in omni gratia diuites facit. **Ioan. 1.** De plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia. **Zach. 4.** Exequabit gratiam gratia eius.

Sanctum multipliciter dicitur.

Solus redemptor dicitur sanctus.

21.

Tu solus altissimus: & ideo solus potest exaltare & glorificare. **Psal. 8.** Gloria & honore coronasti eum, & exaltatum constituisti eum super opera manuum tuarum. **Ecc. 15.** Stola glorie vestiet illum. Iocunditatem & exultationem thesaurizabit super illum. **Iesu Christe,** Hæc nomina subiungit semper: quia ex illis significatur nobis circuminsectio naturarum in Christo, ex quibus & potest & debet saluare. Et de Salvatore quidem humanato dicitur **Abac. 3.** Ego autem in Domino gandebo, & exultabo

in I eo Iesu meo. De homine autem deificato. Cant. 4. dicitur: Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.

23.

Cum Sancto Spiritu. Hic tangitur proprium Spiritus sancti: & tanguntur duo, scilicet proprium personæ: & quod conuenit tribus in unitate essentiae. Proprium personæ tangitur in tribus, in propositione notante associationem, in actu personæ qui notat spirationem: & appropriatio personæ quoad sanctificationem. Spiritus enim sanctus nexus est & consensus & dilectio & delectatio Patris & Filij, sicut dicit Augustinus. Est autem nexus qui totum connectit corpus mysticum cum capite. Ephes. 4. Ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram vniuersi cuiusque membri augmentum corporis facit. Consensus autem est, ut dicit Hilarius, in quo Pater & Filius consentiunt, & nos consentientes faciunt, & schismata exterminant. 1. Cor. 1. Id ipsum dicaris omnes, & non sint schismata in vobis. Huius autem consensionis sensum subministrat spiritus vnus omnes inspirans. Et est dilectio Patris & filij, qua nos sibi attringunt & seinuicem diligunt. Osee 11. In funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis. Est delectatio Patris & Filij, qua nos consolantur, ut in eis & non in aliis delectemur. Psal. 36. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Hanc igitur & huiusmodi societatem notat habitudo præpositionis. Spiritus autem dicitur: quia spirat, vitam scilicet, & intelligentiam veritatis, & ad caelestia eleuationem intentionis. De primo dicitur Iohan. 6. Spiritus est qui viuificat: caro non prodest quicquam. De secundo dicitur Iob 32. Ut video, spiritus est in hominibus, & inspiratio Altissimi dat intelligentiam. De tertio dicitur Ezech. 1. Spiritus enim vitæ erat in rotis. Cum euntibus ibant, & cum stantibus stabant. Rotæ enim sunt volubilia in Dei obsequio corda. Sancto: quia sanctitatis est perfectior in omni modo quo ante diximus. Item 2. Sedit supra singulos eorum Spiritus sanctus. In simbolo Novecæ synodi. Credo in Spiritum sanctum, Ecclesiam sanctam Catholicam,

Spiritus sanctus est nexus & consensus & dilectio & delectatio Patris & Filij.

&c. hoc est, in Spiritum sanctum sanctificantem generaliter & vniuersaliter Ecclesiam.

24.

In gloria Dei Patris. Amen. Hoc unitatem respicit essentiae in tribus personis: Dicitur autem in gloria: quia tres personæ sunt in vna & eadem gloria, quæ est claritas fulgoris æterni, quæ tamen dicitur Dei Patris, quia in Patre est principium totius diuinitatis, & à Patre habet Filius, quod est in gloria, & à Patre & à Filio habet Spiritus sanctus, quod est in gloria. Rom. 11. Ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. Ipse honor & gloria in sæcula sæculorum. Ibi dicit Glo. quod ex ipso dicitur propter Patrem qui est origo & principium non de principio. Per ipsum autem dicitur propter Filium, quæ præpositio, per, notat causam mediam: & sic conuenit Filio, qui est principium, de quo cum Patre est Spiritus sanctus: & ipse hoc habet à Patre, quod Spiritus sanctus est de ipso. In ipso dicitur propter Spiritum sanctum, qui est principium de utroque principio, Patre scilicet & Filio, in cuius bonitate omnis continetur creatura. Quod autem singulariter subinfertur, ipsi honor & gloria, respicit ad essentiam unitatem: & sic vnus est honor trium, & vnica est gloria trium. Phil. 2. Omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria Dei Patris. Quod autem subinfertur, Amen, quamuis aliquando interpretatur fiat, sicut in Psal. vbi nos habemus, dicit omnis populus, Fiat, fiat, sermo Hebræus habet amen, amen. Aliquando autem idem est amen quod verè aduerbialiter. Iohan. 6. Amen amen dico vobis, hoc est, verè verè dico vobis. Aliquando autem idem est quod verum, vel veritas. Apoc. 3. Hæc dicit amen testis fidelis & verus. Hic tamen idem est quod verum: & est responsio idiotæ ad ea quæ cantata sunt: & est ac si dicat populus, Amen, hoc est, quod cecinistis, est verum. 1. Cor. 14. Ceterum si benedixeris spiritu, quis supplet locum idiotæ? Quomodo dicit amen super tantam benedictionem? Ad id ergo prima pars Missæ finitur, quæ vocatur introitus, & populi acclamatio, & consolatio liberatoris in voce angelica.

Amen quid significet.



TRACTATUS II.

CAPVT I.

Dominus vobiscum, &c.



CL. 47. Dedit in celebrationibus decus & ornavit tempora vsque ad consummationem vite. Hoc enim de beato Gregorio potest dici; qui resecando superflua & apponens necessaria & ordinans consilia, dedit decus Ecclesiasticam in celebratione officij diuini, & festina tempora, & profectorum dierum ornavit propriis vniuersisque diei officiis vsque ad vitam Ecclesiasticam perfectam ornatum. Et idem postquam ordinauit primam partem Missæ, in qua invocatus Dominus delectatio cleri & acclamatione populi loquutus est verba bona & pacifica, per aduentum ipsius populo promittens pacem, statim subiunxit secundam partem Missæ, quæ est in instructione & manifestatione venientis: hæc enim statim incipit post Gloria in excelsis in festis, & post acclamationem Kyrie eleison in profectis diebus: Hæc autem instructio durat vsque ad Offertorium exclusiue. Habet autem duas partes: quia præmittitur instructio imperfectorum, & sequitur instructio perfectionis & perfectorum, & incipit in Evangelij lectione. Vnde 1. Cor. 3. Ecce factes non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquam parulis in Christo hoc vobis potum dedi, non escam: modum enim poteratis. De instructione autem perfectorum & perfectionis aliquibus interpositis ibidem in secundo capitulo, dicitur Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam autem, non huius seculi, neque principum huius seculi qui destruantur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditam. Vnde Matth. 13. Christus vsus est hæc forma doctrinæ: quia idiotæ loquebatur in corporalibus parabolis, & Apostolis exposuit mysteria perfectæ veritatis, dicens ad perfectos: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei. Ceteris autem, scilicet idiotis; in parabolis. Attendens enim Beatus Papa verbum Apostoli. Rom. 1. Sapientibus & insipientibus debitor sum, ita quod in me promprium est, ordinauit vnde instrueretur primo imperfectus, & adiunxit secundo vnde perfectus acciperet illuminationem. 1. Cor. 15. Si est corpus, animale est & spirituale: sed non prius quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod est spirituale. Hunc etiam ordinem sequitur est Dominus, qui ordine suæ sapientie voluit, quod prædicatio Iohannis

Prima pars Missæ in descriptione & acclamatione, secundum instructionem.

præcederet suam prædicationem, per quam sua prædicatio & facilius induceretur & efficacius probaretur. Et hanc doctrinam lectione Epistolæ. Et quia Iohannis prædicatione inducitur, quæ fuit finis legis & prophetiæ, & Christum digito discipulis demonstrauit, ideo lectio illius in instructione aliquando fit de lege, aliquando de Prophetis, aliquando de Apostolorum verbis, in quibus Christus quasi præfens digito gratiæ, quod Iohannes interpretatur, recipit demonstrationem. Matth. enim. 17. Christus in monte cum Moyse & Elia & discipulis apparuit, & facies eius vt sol resplendebat. Per quod significatur, quod facies cognitionis eius vt sol resplendet in oculis cordis per verba Moyse, & per verba Prophetarum, quorum eximius fuit Elias, & demonstratur lumen eius & veritas verbis discipulorum. De Moyse enim dicit ipse Dominus Iohan. 5. Si enim crederetis Moyse, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit. De scriptura Prophetarum dicit ibidem: Scrutamini scripturas: quia ipse sunt, in quibus putatis vitam æternam habere. Et illi sunt, qui testimonium perhibent de me. De discipulis autem dicit Mat. 1. Eritis mihi testes in omni Iudæa & Ierusalem & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. In his ergo tribus consistit doctrina introductoria & imperfectorum. In doctrina autem Evangelica doctrina consistit perfectionis & perfectorum. Ad doctrinam autem epistolarem, quæ est instructio perfectionis, adiunguntur quædam ad eam ante disponentia, & quædam subsequuntur ex parte populi instructi, de profectu instructionis respondentia: & ideo ista pars instructionis, tres habet partes, antecedentia, ipsam doctrinam, & ipsam doctrinam subsequentia. Antecedentia sunt sicut, Dominus vobiscum, & Collectæ. Ipsa doctrina est in Epistola. Et subsequentia signantur in graduali tractu, & Alleluia, & sequentia. Antecedentia igitur duo sunt, scilicet salutatio instruendorum, & oratio, vt Deus aperiat intellectum ad instructionis profectum.

Epistola instructio imperfectorum.

Evangelium instructio perfectorum.

In saluatione autem quatuor notanda sunt; scilicet quare is qui loco Dei est in Missa Episcopus vel sacerdos, conuerso vultu ad populum saluat, quare differenter Episcopus & sacerdos saluant; & quis sit modus saluationis, & quis modus responsionis. De primo notandum, quod Episcopus vel sacerdos in dextro cornu altaris stans conuerso vultu ad populum saluat. Et in dextro quidem statur cornu: quia per dextram spiritualia signantur, & boni qui in dextera Dei locabuntur: & ideo dicitur Iohan. 21. Mittere in dextram nauigij rete. Quia recte prædicationis

Quatuor notanda in hac saluatione, Dominus vobiscum.

cationis & instructionis ad spiritualia conuerti debet. Conuertit autem vultum is qui in loco Dei est, vt opere ostendat, quia vultus suus notitia in scriptura legis & Prophetarum resurgit, sicut in speculo, & aperte demonstratur in lectione scripturæ Apostolorum. *1. Cor. 13. 2.* Videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. *Num. 6.* Ostendat tibi Deus faciem suam, & misereatur tibi. *Genes. 32.* Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. *Psal. 66.* Illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. *Num. 6.* Conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. Sic igitur qui loco Dei est, stat à dextris altaris, sicut Zacharias pontifex. *Luc. 1.* quando apparuit ei Gabriel Angelus: apparuit enim ei Angelus Domini stans à dextris altaris incensi: in qua parte etiam stetit Zacharias. Sacerdos autem vel Episcopus Angelus Domini est, & in persona Domini in altari apparet. *Malach. 2.* Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius. Quia Angelus Domini exercituum est. Conuertit autem vultum ad instruendos: quia quando Dominus de se notitia fecit suis, claro vultu licet inter eos. *1. Cor. 13. 2.* Stetit Iesus in medio discipulorum suorum. Causa autem quare differenter Episcopus & sacerdos salutant, est: quia Episcopus est, qui superiori fungitur officio loco Christi: & ideo voce Christi vtitur ad subditos. Prima enim saluatio quam Christus habuit ad Apostolos fuit, Pax vobis. Et ideo etiam qui loco Dei est, primam saluationem ad subditos habet, Pax vobis. *Matth. 10.* Intrañtes autem in domum, salutate eam, dicentes: Pax huic domui. Et siquidem fuerit domus digna, veniet pax vestra super eam. Sacerdos qui est in inferiori officio, non audeat eisdem verbis vti, sed verbis vtitur sanctorum Patrum, qui dixerunt, *Dominus vobiscum*, sicut Booz dixit messoribus suis *Ruth. 2.* Modus autem saluationis est, quod sacerdos dicit: *Dominus vobiscum*, & non Deus, vel Iesus, vel Christus vobiscum: quia hoc verbum, *Dominus*, possessionem signat: vnde omnes potest supple defectus populi, quod non dicit Dominus. *Genes. 28.* Si Dominus Deus meus fuerit mecum in via quam ego ambulabo, & reuocauerit me cum salute, & dederit mihi panem ad edendum, & vestimentum quo operiar, erit mihi Dominus in Deum.

Obicitur autem contra modum loquendi: quia quodcumque vnus cum alio esse dicitur, principalitas noratur esse in re ablatiui, & ministerium in nominatiuo, sicut dicitur esse miles cum Rege, & non è conuerso Rex esse dicitur cum milite. Videtur igitur, quod cum principalis sit Deus & ad nos habens auctoritatem, quod non debet dici, *Dominus vobiscum*, sed potius sic, *Sitis vos cum Domino*, maxime cum dicat Apostolus. *1. Cor. 3.* Dei enim adiutores sumus. Ad hoc dicendum, quod in veritate hac propositio, cum, associationem dicit. Et hæc societas potest esse dupliciter, scilicet simpliciter vel in associatione duorum ad tertium: & quando notat associationem simpliciter, tunc reuera notat principalitatem in re ablatiui, sicut obiectum est, si-

Sacerdos Angelus est.

Quare dicitur Dominus, non Deus, vel Iesus, vel Christus vobiscum.

Quare non dicitur, sitis cum Domino, sed Dominus vobiscum.

cur quando dicitur, miles est cum rege: quia in talibus ablatiuis supponit personam principalem, qua mouet & continet personas alias; sicut Rex. Si autem duorum notatur associatio ad tertium, tunc præpositio, cum, norat præpositionem societatis, sicut dicitur, Rex est cum milite in bello: quia tunc fortitudo Regis facit militem pugnare & vincere. *Psal. 90.* Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Et sic sumitur hic Dominus vobiscum: Dominus enim vocatur fore nobiscum ad expugnandum hostem & perficiendum sacramentum.

Et vt hoc bene clarum fiat, dicimus quod à sacerdote quinque modis optatur Dominus esse nobiscum, scilicet in voluntatis suæ conformitate, in virtutis opere, in potentie suæ demonstratione, in gratiæ sacramentalis participatione, in hostium deuotione. De primo horum modorum dicitur *Matth. 26.* Non sicut ego volo, sed sicut tu vis. *Luc. 22.* Non mea voluntas, sed tua fiat. Est enim hæc conformitas quadruplex, scilicet secundum materiam voliti, quando volumus hoc quod Deus vult. *Marc. 14.* Non quod ego volo, sed quod tu vis. Secunda conformitas est in forma volendi, vt ex eadem charitate velimus hoc quod volumus, ex qua charitate Deus vult hoc quod vult. *Matth. 6.* Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra. Tertia conformitas est in fine voluntatis, vt scilicet ad eundem finem velimus quicquid volumus, ad quem Deus vult hoc quod vult, hoc est, ad gloriam suam: & hoc innuitur *Matth. 5.* Videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cælis est. *1. Cor. 10.* Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud aliquid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Quarta autem conformitas est in causa efficiente, vt velim hoc quod Deus vult me velle, sicut quando dedit præceptum, voluit me velle obedire præcepto: & similiter quando dedit consilium, voluit me velle sequi consilium: & quando fecit me patrem, voluit me velle provisionem filiorum, & similiter est de aliis. *1. Thessa. 4.* Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisque possidere suum vas in sanctificatione & honore, non in passione desiderij sicut & gentes quæ ignorant Deum. Sic igitur Dominus optatur esse nobiscum in voluntatum conformitate: quia voluntas in Deo errare potest. Est secundo nobiscum in virtutis operatione, sicut dicitur *Matth. ult.* Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. *1. Isa. 26.* Omnia opera nostra operatus es nobis. Est tertio etiam nobiscum in suæ diuinitatis & fortitudinis demonstratione. *Iudi. 6.* Dominus tecum virosum fortissime. Et respondit Gedeon, Si Dominus nobiscum est, cur apprenderunt nos tot mala? Et respondit Angelus, Vade in hac fortitudine tua, & d. i. i. castra Madiam, & sic factum est. Dicitur quartò Dominus nobiscum in gratiæ sacramentalis participatione, sicut dicitur *Luc. 1.* Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Hoc enim dicitur de participatione diuina qua Deum in corde secum habebat. Est quintò nobiscum in pugna. *2. Paral. 20.*

4. Quare non dicitur optatur Dominum esse nobiscum.

Paral. 20. O Iuda & Ierusalem nolite timere, neque paucatis eos. Cras egrediemini contra eos, & Dominus erit vobiscum. Iste ergo est modus saluationis.

Considerandum est autem quare populus differenti modo resalutatur: non enim dicit, Dominus sit tecum, vel aliquid huiusmodi: sed dicit, *Et cum spiritu tuo.* Huius autem tres sunt causæ, quarum prima est: quia sacerdos stans ante altare, totus debet esse in spiritu. Secunda est: quia spiritus hominis errat frequenter. Tertia est causa: quia in altari totum demonstratur esse opus virtutis spiritus: stans enim ad aram, nihil debet esse nisi spiritus, & nihil sentire de corpore, vel de solitudine seculi. Et hoc signatum est. *Genes. 22.* vbi Abraham perrexit immolare filium, dixit ad seruos suos: Expectate hæc me cum alino, ego & puer illuc vsque properantes cum adorauerimus, reuertemur ad vos. Serui sunt sollicitudines & curæ de necessariis huius vitæ. Animus autem animal pigrum indisciplinabile, oneriferum tamen, est pondus corporis quod pigrum est & indisciplinabile, sed tamen portans onus laboris. Puer autem est spiritus purus. Patriarcha autem loco sacerdotis. Et ideo curis & sollicitudinibus & oneri corporis licentiam debet dare sacerdos immolaturus Filium Dei, & cum solo spiritu ad altare ad immolandum procedere. Et ideo dicitur populus: Et cum spiritu tuo. De secundo autem, scilicet quod non erret spiritus sacerdotis in tanto sacramento, sed Dominum habeat se dirigentem, patet *2. Reg. 7.* quia cum Natham Propheta suo humano spiritu dixisset, omne quod est in corde tuo, vade, fac quia Dominus tecum est: statim correxit Dominus dicens, non ædificabis mihi domum: spiritus enim hominis sæpe decipitur: & ideo in tanti sacramenti consecratione Dominus cum spiritu sacerdotis esse optatur, ne decipiatur. *Deut. 32.* Dominus solus dux eius fuit, & non erat cum eo Deus alienus. Tertia causa est: quia totum quod in altari fit, est virtute spiritus: & ideo cum spiritu esse optatur Dominus. *1. Cor. 6.* loquens de altaris sacramento, dicit Dominus: Spiritus est qui viuificat, caro autem non prodest quicquam. Sicut autem Dominus vobiscum sumitur. *Ruth. 2.* vbi Booz dicit messoribus, Dominus vobiscum: ita & cum spiritu tuo sumitur *2. ad Timo. ult.* Dominus noster Iesus Christus cum spiritu tuo. Sic igitur intelligendum est de resalutatione.

5. Quare respondet populus, Et cum spiritu tuo.

Tria in oratione notanda, scilicet nomen, ritus & con-

& conclusio. Nomen dicitur Collecta. Ratio autem nominis est, vel quia colligit petita populi; pax sacerdos conscius secretorum colligit & offert Domino: vel quia tales fiebant pro populo, dum colligeretur ad communionem Domini celebrandam. De prima autem ratione dicitur *Tob. 12.* Quando orabas cum lachrymis & sepeliebas mortuos, ego orationem tuam obruli Domino. Hoc dicit Angelus. Iam autem ante ostendimus, quod sacerdos Angelus Domini exercituum est. Secundo autem modo dicitur Collecta: quia populus colligitur, cum dicitur. Notandum est, quod tribus modis populus colligi habet ad orandum, scilicet quando partita in vnum colligit, hoc est, in Deum corda colligit, quæ in multum sunt diuisa. Vnde *Augustinus* lib. confes. 4. In omnibus quæ in me percurro, non inuenio tutum locum animæ meæ præter te Domine, in quo colliguntur sparsa mea. *Matth. 12.* Qui non colligit mecum, dispergit. Opus enim Dei semper in colligendo est, & opus diaboli in dispergendo. Secunda Collecta est: quia populus ibi colligitur in vnum cor & in animam vnã *Psal. 101.* In conueniundo populus in vnum & reges vt seruiant Domino. Congregate illi sanctos eius, qui ordinauerunt eius. Testamentum enim est promissio Dei suo sanguine confirmata. Dicitur iterum collecta corporis mystici, quæ sic in vnum commiscetur sicut corpus Christi ex multis granis, & sanguis Christi de multis vuis. *Psal. 110.* In consilio iustorum & congregatione magna opera Domini expulsa in omnes voluntates eius. Nulla enim sunt maiora opera Domini quam incorporari sanguini Christi & corpori, & ipsi Christo. Hoc signatum est. *Nec. 8.* vbi dicitur, quod congregatus est populus quasi vir vnus ad audiendam legem. *Genes. 49.* Congregamini filij Israel, congregamini, & audite patrem vestrum. His igitur de causis vocatur Collecta oratio, quæ primò dicitur in missa.

Ritus autem harum Collectarum est, quod primò erant Collectæ confusæ, & quilibet sacerdos vel Episcopus faciebat & dicebat Collectas quas voluit. Sed postea in consilio Africano, cui beatus *Augustinus* interfuit, statutum est, quod nulla in Missa diceretur oratio, nisi quæ sacro esset approbata consilio. Postmodum autem *Gelasius Papa* videns, quod multimodæ erant & differetes Collectæ, etiam quæ eadem die in diuersis Ecclesiis dicerentur, resecavit superfluas, & quasdam immutauit in alias, & ordinauit, vt in Missis vbique esset conformitas. Postmodum veniens beatus *Grego.* videns, quod in numero Collectarum sacerdotes modum excederent, ordinauit officium, multa resecans, mutans, & apponens, statuit vt impares dicerentur numero; vnæ, vel tres, vel quinque, vel septem, & vltra septenarium nulla diceretur: cuius causam ipse assignans *Greg.* dicit, quod diuisio est causa multitudinis in omnibus: par autem numerus in duo æqua est diuisibilis, & sic multitudinis est causa: & ideo binarius est causa multiplicationis & diuisionis: quia omnia quæ in multa vadunt, primò per duo diuiduntur.

classis Quare oratio dicitur Collecta.

Ritus Collectarum.

Collectæ numero impari dicitur statui. *Gregorius*, & non vltra septem.

CAPVT II.

Oratio qua primò dicitur in Missa, dicitur Collecta.

Sequitur autem post saluationem oratio, vt Dominus aperiat corda audientium ad instructionem percipiendam, & ad dignè suscipiendam oblationem sacramenti secundum dictum Apostoli *1. Thessa. ult.* Orate pro nobis, vt sermo Dei currat. Circa hæc orationem tria sunt notanda, scilicet nomen, ritus,

videntur: quia binarius ab unitate, quæ causa est inditionis, primus recedit: & ideo etiam, ut dicit *Augustinus*, Deus operi secundæ diei, cum mundum crearet, non benedixit, cum omnium aliorum benediceret operibus dierum. Quia igitur Dominus dixit *Matth. 6.* Orantes autem nolite multum loqui sicut ethnici faciunt, qui putant in multiloquio exaudiri: ideo par numerus Collectarum esse non debet. Plurimus etiam esse non debet: quia *Marc. 12.* de Scribis & Phariseis dicitur, quod comedunt domus viduarum sub obtentu prolixæ orationis. Et ideo præcipit beatus *Benedictus* in regula, quod omnis oratio in conuentu brevis sit, ne rædium audientibus generetur, & deuctio impediatur. Impar autem numerus, ut dicit *Pythagoras*, est qui in duo æqualia diuidi non potest: stat enim prima eius diuisio in unitate, quæ fieri diuisionem non permittit: & ideo dicitur, quod numero Deus impar gaudet: quia diuisionem Deus in omnibus detestatur. *Osee. 10.* Diuisum est cor eorum: nunc interibunt. Et ideo ad prædictos numeros Collectas beatus *Grego. reuocauit.*

Quare tres, vel tres, vel quinque, vel septem, multi multas assignauerunt inutiles rationes. Dicunt enim quidam, quod vna est propter fidem unitatis substantiæ diuinæ in tribus personis, tres autem propter fidem Trinitatis, quinque vero propter quinque vulnera Iesu Christi, septem autem propter septem dona Spiritus sancti. Hæc autem ratio nulla est: quia sic etiam nonem esse deberent propter nouem ordines Angelorum, & undecim quia undecim discipuli abierunt in Galilæam, & 13, propter Christum cum Apostolis, & 15, propter 15, gradus in quibus describitur profectus virtutum, in quo proficimus in oratione. Vnde tales rationes penitus nullæ sūt & derisibiles. Vera autem ratio huius institutionis est, quod tria attenduntur in oratione, scilicet intentio orantis, & res in oratione petita, & modus petitionis. Respicendo autem ad intentionem orantium quæ vna est, ut æternum bonum habeatur, institutio dicit vnā sufficere Collectam. *Luc. 10.* Porro vnū est necessarium. *Psal. 26.* Vnam petij à Domino, hæc requiram. Respicendo autem ad petita quæ tria sunt, institutio statuit tres dici Collectas. Secundum ordinem enim petimus à malo liberari impediens nos ad meritum: secundum ordinem autem ad bonum petimus bonum gratiæ & bonum gloriæ. *Matth. 6.* Primum querite regnum Dei & iustitiam eius, iustitia autem regni Dei duas habet partes, scilicet declinare à malo, & facere bonum. Considerando autem modos petendi, duo modi considerentur, implicitus & explicitus. Considerando modum implicitum, statuit constitutio quinque, quas petitiones ponit Dominus *Luc. 11.* vbi dicit sic: Pater sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, panem nostrum quotidianum da nobis quotidie, & dimitte nobis peccata nostra, siquidem & ipsi dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem. Et non ponit plures

petitiones: quia in illa qua dicitur, Aduentat &c. implicite continetur illa, fiat voluntas tua: quia voluntas Dei perficitur, regnum iustitiæ Christi iam adueniet. Et illa qua dicitur, Libera nos à malo, implicite continetur in illa, Et ne nos inducas in tentationem: ab omni enim malo liberatus est, qui in tentatione non inducitur: sicut etiam dicit Glossa ibidem. Si autem consideratur modus explicitus petitionum, tunc statuit constitutio septem fieri Collectas: quia Christus *Matth. 6.* septem docuit petitiones, explicitè omnia quæ necessaria sunt, petentes, dicens: Pater noster qui es in cælis, in quo nulla petitio continetur, sed potius ostenditur ad quem oratio est dirigenda. Sanctificetur nomen tuum, ecce prima. Adueniat regnum tuum, ecce secunda. Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra, ecce tertia. Panem nostrum superflubstantialem da nobis hodie, ecce quarta. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, ecce quinta. Et ne nos inducas in tentationem, ecce sexta. Sed libera nos à malo, ecce septima. Ultra istas non est procedendum: quia vergit ad multiloquium, & generat rædium, & minuit deuotionem. Quod autem quidam plures volunt dicere sub vna conclusione, nihil est: quia Collectæ non numerantur à conclusione: quia in secundo loco aliquando duæ, & aliquando quatuor, & aliquando sex sub vna terminantur conclusione: & ideo hoc non est faciendum, sed tenenda Ecclesiæ institutio: quia hoc est apostolicum. Vnde *1. Cor. 11.* Laudo autem vos fratres mei, quia per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis. Et post pauca dicit de illis qui statua Patrum contemnunt, & sua esse meliora quam constitutiones Patrum contendunt, sic dicens: Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, sed neque Ecclesia Dei. Si autem aliqua necessitas temporis illud exposcit & non contemptus constitutionis, possunt tunc dici pares, sicut in festo Stephani duæ dicuntur, & in die Innocentium quatuor propter commemorationem octauarum.

Conclusio autem ferè in omnibus, exceptis valde paucis, est *per Dominum nostrum*. In qua conclusione tria sunt notanda, quorum vnū est, vnde addita sit hæc conclusio. Secundò qualiter sit facienda. Tertio quid in ea contineatur. Inuenta est igitur conclusio & deriuata ab Apostolis, considerando dictum Christi *Ioan. 14.* Er quocumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam. Oportet enim nos in nomine eius petere in cuius merito exaudimur: non enim in nostro, sed in merito Christi audimur, & ideo nomine Christi oportet concludere orationem. *Psal. 113.* Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Et hoc signatum est *Iob vlt.* Iob autem seruus meus orabit pro vobis, faciem eius suscipiam. Iob enim qui dolens interpretatur, significat Christum dolentem, pro nobis in cruce orantem. Nomen autem quod ponimus, nomen est Iesu Christi: quia illa sunt nomina mediatoris. Deum humanatum dicit Iesus: hominem autem

Tria notanda in conclusione. Vnum, quod addita sit hæc conclusio. Secundum, qualiter sit facienda. Tertium, quid in ea contineatur.

autem deificatum dicit Christus. Et vnū nomen est mediatoris: qui ponit manum in ambobus, in Deo scilicet & homine: sicut enim à sole qui est longè, ignem mutare non possumus, nisi in medio bencillo vel crystallo vel aliquo tali vtamur: ita à Patre cælesti, à quo nos per peccatum elongauimus, hausire gratiam non possumus, nisi per mediatorem qui nobis & Patri est propinquus *1. Tim. 2.* Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Igitur patet quare cæli conclusione, non omnibus collectis, est necesse.

Facienda autem est in omnibus orationibus quæ ad Patrem diriguntur: si ad Filium diriguntur, tunc aliquantulum fit alio modo sicut dicitur: Qui crucem sanctam ascendisti & mundi tenebras illuminasti, tu corda nostra & corpora nostra illuminare dignare. Hæc enim oratio non nisi ad Filium dirigitur: quia ille solus crucem ascendit, & ideo dicere non possumus, *Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum*: quia tunc Filius suipius Filius esse significaretur, quod est hæreticum: & ideo tunc dicimus concludentes orationem, Qui cum Patre & Spiritu sancto viuus & regnas Deus, si autem oratio sit ad Spiritum sanctum, tunc oportet, quod sic concludatur, qui cum Patre & Filio viuus. Similiter etiam quando in oratione directa ad Patrem fit mentio de Filio, oportet, quod tunc in conclusione dicatur, *Per eundem Dominum nostrum*. Si autem in collecta ad Patrem directa, fit mentio de Spiritu sancto, tunc sic concludatur, *Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui tecum viuus & regnas in eodem Spiritu sancto*.

Qualiter facienda conclusio.

Quæ in conclusione conueniunt.

Ea autem quæ in hac conclusione posita sunt, intelligibilia sunt per ea quæ iam antè ferè dicta sunt. Quod enim dicitur, *Per Dominum*, dicitur propter facultatis diuinitas quæ deriuatur in orantes per Dominum Christum: quia rædium facultatum copiam sonat hoc nomen, Dominus. *1. ad Rom. 10.* Dominus diues in omnes qui inuocant eum. Quod autem dicitur, *Nostrum*, dicitur: quia in se suscepit nostrum debitum. Quod *Iesum Christum*, dicitur propter mediationem, ex qua potest & debet debito congrui subuenire. Quod autem dicitur, *Filium tuum*, notatur quod facultatem habet subueniendi per naturam diuinam hereditatem. Per hoc quod dicitur, *uiuus*, notatur, quod non morte prohibetur, sed sempiternum suum sacerdotium, quo offert & orat pro nobis. *Hebr. 7.* semper viuens ad interpellandum pro nobis. Per hoc quod dicitur, *regnas*, notatur confirmata potestas ad subueniendum. Cum autem dicitur, *in eodem Spiritu sancto*, duplex, ut dicit *Hilarius*, notatur vnitas, essentia scilicet & consensionis: & hæc secunda attribuitur Spiritui sancto. Prima autem est essentia trium personarum. Spiritus enim sanctus eod quod autor est, appropriatam sibi habet vnionem consensionis. *1. ad Cor. vlt.* Gratia Domini nostri Iesu Christi, & caritas Dei, & communicatio Spiritus sancti sit cum omnibus vobis amen. Quod autem additur, *uiuus & regnas Deus*, additur propter vnitatem essentia in tribus personis declarandam. Quod autem subinfertur, *amen*, vox est idiotæ secundum

Apostolum: & si referatur ad finem Collectæ, quæ oratoria est, vel deprecatoria, tunc sonat idem quod fiat, hoc est, fiat quod petis à Deo. *Psal.* Exaudi te Deus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob. *2. Mach. 1.* Exaudi Dominus orationes vestras, & reconcilietur vobis, nec deserat vos in tempore malo. Si autem referatur ad finem conclusionis, tunc debet interpretari, verum est, sicut in ante habitis diximus, hoc est, Trinitas Deus viuus per omnia secula seculorum. Nihil esset dictum, fiat: quia hoc necessarium est, & non fit. Sed dicitur, verum est: quia hoc verum, quod sic Deus Trinitas viuus & regnat. Quid autem sit dictum, *Per omnia secula seculorum* iam superius diximus cum exponeretur, *Gloria Patri*, quia hic idem significat quod ibi.

CAPVT III.

De imperfectorum instructionis doctrina, scilicet Epistola.

Dicitur *Num. 10.* Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus possis conuocare multitudinem in die qua mouenda sunt castra. Ita dictum est Moysi, qui loco Dei est & sacerdotis. *Psal. 98.* Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. Duæ autem tubæ tubicinantæ ante sanctitatis perfectorem, sunt subdiaconus & diaconus. *Osee 8.* In gutture tuo sit tuba. *Isa. 58.* Exalta quasi tuba vocem tuam. Hæc sunt argenteæ propter cymbalum & delectabilem sonum argenti, qui significat tinnitum, & dulcem sonum instructionis verbi Dei. *Psal. 9.* Argentum igne examinatum. Hæc sunt ductiles, hoc est, iactibus malleorum productæ: quia vterque patientia tribulationum & virtutum debet esse probatus. *Proverb. 19.* Doctrina viri per patientiam agnoscitur, ut merito dicat cum *Psal. 128.* Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem sibi. Virtutem enim patientiæ probatur fides, dum Doctor pro fide mori est paratus. His duabus conuocatur multitudo populi omni tempore, quando mouenda sunt castra Dei de virtute in virtutem proficientia. Vna illarum tabarum imperfectioribus congruens, est subdiaconus pronuntians imperfectorum doctrinam. Et quia illa figuratur in prædicatione Ioannis quando Christus adhuc latuit, ideo subdiaconus benedictionem à sacerdote vel Episcopo non accipit: ad ambonem sine luminibus flammaram vadit, quia aperta non proponit. Et si dicatur, quod aperta sunt quæ legit de Epistolis Apostolorum. Dicendum, quod illa verba ad Euangelium dirigit, in quo lucent, & sine quo nihil lucis habent, & ideo non lucent luce propria. Cum vno acolytho vadit, quia pauci sunt qui prædicationes Ioannis & prophetarum & legis sunt secuti: & quia non proponitur illa doctrina ut finis, sed ut introductio.

Quare subdiaconus benedictionem non accipit benedictionem à sacerdote.

In legendo autem quatuor attenduntur; scilicet locus, conuersio corporis, legendi modus, & reditus ad Episcopum vel sacerdotem. Locus in solemnitate est altus: quia omnis Doctor

in alto loco stare debet virtutis. Et hoc significatur. *Nec* § vbi dicitur: Stetit autem Efdras scriba super gradum lignum, quem fecerat ad loquendum. Gradus enim ille eminentiam signat vt tucis. Vertitur autem subdiaconus legendo ad Orientem: quia adhuc indiget ampliori lumine, vt illustretur. *Zach. 1. 4.* Stabant pedes eius in die illa super mentem oliuarum, qui est contra Ierusalem ad Orientem. Legendi autem modus est primo quidem, quod legat distinctè & aperte. Secundò autem, quod legat deuotè. Tertio autem, quod legat in potestate claræ vocis. De primo dicitur. *Nec* § Legerunt in libro legis Dei distinctè & aperte ad intelligendum, & intellexerunt cum legeretur. De secundo autem dicitur. *Ierem. 1. 0.* Factus est sermo Domini in corde meo quasi ignis æstuans, claususque est in ossibus meis, & defeci ferre non sustinens. Hoc enim dixit propter feruorem deuotionis quem ad sermonem habuit. De claritate vocis *Isa. 5. 2.* Leuauerunt vocem, simul laudabunt: quia oculo ad oculum videbunt, cum conuerterit Dominus Sion. Sic ego est legendum. Reditus autem ad sacerdotem est, quod veniens ad sacerdotem, manum dexteram sacerdotis oscularur, vt non sibi fructum attribuat, sed Deo per osculum dextræ eius qui est loco sacerdotis. Ac si dicat: Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me. Epistola autem dicitur supra missio: quia supererogatio super Euangelium in quo continetur doctrina perfectionis: quia & lex & Prophetæ à Deo & ad testimonium Euangelij supererogata sunt ad doctrinam imperfectorum. *Luc. 1. 0.* Et quodcumque supererogaueris, ego cum reddero, reddam tibi. Sic igitur de lectione Epistolæ determinatur, quæ est instructio Euangelij præambula.

CAPVT IV.

De graduali quod Epistola adiungitur.

Epistolæ autem adiunguntur responsiones instructorum per subdiaconum, & hoc sicut diximus in ante habitis, est dupliciter. Communis enim responsio est per graduale: illi autem aliquando adiungitur tractus, aliquando autem coniungitur Alleluia & sequentia, aliquando etiam tollitur graduale de medio, & cantantur loco eius duo Alleluia & sequentia, quamuis sequentia non sit de antiquo ritu Ecclesiæ. Graduale autem vocatur à gradibus: quia sicut instruit subdiaconus, ita in eo per gradus virtutum proficit studium subdiaconum. Et hoc quidem respondendo proficitur chorus. Propter quod & ipsum graduale antiquitus responsorium vocabatur. Cum autem omnis virtus sit in qua proficimus circa difficile & bonum, & difficile sit cum labore, & bonum ferat dulcedinem in gustu & gaudium in corde, ideo in tempore penitentiarum profectui virtutis propter laborem adiungitur tractus. In festis enim quando gustatur spiritus bonum, coniungitur vox lætitiæ in Alleluia & sequentia. Graduale igitur dicitur

à choro, vt significetur profectus de virtute in virtutem ab instructis à subdiacono. Versus autem gradualis, præcincte choro, significat profectum in populo, & ideo cantant versus minores. Dicitur autem graduale ad litteram: quia in gradibus cantatur, qui cantus profectum virtutum per gradus significat, de quibus dicitur in Psalmo in translatione Aquilæ: Distribuite gradus eius, vt enarretis in progenie altera. Et hoc significatur in cantico graduum, scilicet quod proficitur se ire de virtute in virtutem, ita quod videbunt in doctrina Euangelij Deum deorum in Sion.

Proficimus enim in causa virtutis, in virtute, in effectu virtutis, in adiunctis ad virtutem, & in forma virtutis ad merendum. In causa quidem per tria: quia radicationis virtutis sunt tres gradus. Primus scire, & secundus velle, tertius autem in difficultibus operibus perseuerare. Et de scire quidem dicitur de doctrina *Sap. 8.* Sobrietatem & prudentiam docet & iustitiam & virtutem, hoc est, fortitudinem, quibus in vita nihil vtilius hominibus. Et sic perhibetur scire. De velle autem dicitur. *Phil. 2.* Deus enim est, qui operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate. *2. Cor. 8.* Si enim voluntas prompta est secundum id quod habet, accepta est. *2. Mac. 1.* Faciatis eius voluntatem corde magno & animo volenti. Dicit enim *Aug.* quod nemo inuitus bonum facit, etsi bonum est quod facit. De perseuerantiam autem dicitur. *Mat. 10.* Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Hic igitur est profectus in causa radicationis virtutis.

In virtute autem sunt gradus: quia est virtus quæ est ordo passionum in morali virtute, & est virtus quæ est intellectualis in ratione recta & veritate, & est virtus quæ est intellectualis in ratione recta & veritate, & est virtus heroica siue dominalis in meta rationis & mente mensurante, & est virtus diuina in animi contemplatione & delectatione. Prima est sicut qui timet timenda, & non timet non timenda, & concupiscit concupiscenda, & non concupiscit non concupiscenda, & reddit reddenda, & non reddit non reddenda. Et hic est ordo passionis, & hæc est prima virtus & virtutis primus gradus, medium tenens, & medium in passionibus non transgrediens. Vnde *Horatius* in satyra.

*Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit consistere rectum.*

Dem. 21. Si videris in medio captiuorum mulierem pulcherrimam & adamaueris eam vultuque habere vxorem, introduces eam in domum tuam, quæ radet cesariem, & circumcidet vngues, & deponet vestem, in qua capta est, sedensque in domo tua flebit patrem & matrem vno mense, & postea intrabis ad eam. Vxor ista est ordo passionis quæ à gentili ritu per Philosophos Gentilium in Ecclesiam captiua deducta est, vinculis fidei & obedientia præceptorum colligata est: pulcherrima est, quia in honestate conuersationis demonstratur ordo passionum, quam mirabiliter exornat. Radit autem cesariem quæ de capite defluit, quando superfluas concupiscentias de capite cordis deponit. Vngues autem circumcidit,

cidit, quia superfluas abscidit iram & auidiam. Vestem deponit, quando compositionem seculari mutat in Ecclesiasticam pulchritudinem. Sedit autem, quando à tumultu cogitationum secularium quiescit. In domo est, quando omni honore virtutis domum intrat & familiam Ecclesiæ. Patrem plangit & matrem, quando tristatur de absentia amicorum quod non in eandem transeat virtutis regulam. Et sic efficitur vxor boni viri multa ferens gemina bonorum operum. Secundus gradus est virtutum intellectualium quando homo omnia sua mensurat recta ratione diuina quidem sapientiæ lecta & audita, intellecta verâ per scientiam, faciendâ per artem, agenda in his quæ fuerunt homini per prudentiam. Ad hunc profectum virtutis inuitat Dominus *Iob 4.* dicens: Voca virum tuum, & veni huc. Vir enim recta est ratio, ad quam omnia perficiendâ sunt, vt sic ad Dominum veniamus. Sic dicitur *Isa. 46.* Redite, redite præuaricatores ad cor, hoc est, ad rectam rationem: & bis dicit, redite, quia redeundum est ad rectam rationem in diuinis sicut in sapientia & intellectu diuinorum, & redeundum est ad rectam rationem in humanis sicut in scientia verorum & arte faciendorum & prudentia agendorum. Tertius gradus est in virtute, vt de morali & intellectuali ad heroicam siue dominalem virtutem proficimus. Hoc autem est, quod omnia quæ animalia & bruta & feralia & vaga sunt in nobis, sub meta mentis constringamus, vt extra mensuram illius nihil euagetur: sic enim homo sui heros & dominus efficitur. Et hoc signatur *Genes. 16.* vbi ancilla Agar, quæ animalitatem brutalem & feralem & vagam signat, dicitur, Agar ancilla Saræ reuertere ad dominam tuam, & humiliare sub ipsa. Hæc est virtus heroica, quæ fortis mulier est, quæ considerat semitas domus suæ, hoc est, cordis sui vias, sicut dicitur *Prouer. vlti.* Nec permittit, quod sensualitas vaga, garrula, quæstis impatiens vnquam euagetur.

A. Profectus in effectu virtutis.

S. Profectus in adiunctis ad virtutem.

Profectus autem in effectu virtutis est, quem determinat Plotinus Philosophus: quia quaedam est virtus purgans, & quaedam purgatoria, & quaedam animi purgati. Purgans quidem sentit tentationes & trahitur ab eis, sed expurgat eas de die in diem. Purgatoria autem sentit, sed non trahitur ab eis. Animi autem purgati virtus nec sentit, nec trahitur ab eis: & de hac quidem potest exponi quod dicit *Apostolus 1. Cor. 5.* Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. In purgante enim expurgamur. In purgatoria efficitur noua conspersio. In ea autem quæ est animi purgati, efficitur toti azymi.

In adiunctis autem sunt perfectionis gradus: quia sicut dicit beatus *Grego.* Dona data sunt in adiutorium virtutum, fructus in dulcedine gustus donorum, & beatitudines in perfectione fructuum. Dona septem ponuntur *Isa. 11.* Fructus duodecim *Gal. 5.* Beatitudines octo *Matth. 5.* Dum ergo de virtutibus proficimus in donorum adiutoria, de donis in gustus fructuum, de gustu dulcedinis in beati-

D. Alb. Mag. lib. de sacrif. Missæ.

rudinis perfectionem, per gradus ascendimus. Quod signatur. *2. Reg. 3.* vbi dicitur: quod domus Dauid ibat proficiens, & semper se ipsa melior fiebat & robustior.

Gradus etiâ sunt in forma virtutum, quæ est charitas, quæ incipit & proficit & perficitur. De quo profectu dicitur. *1. Cor. 13.* Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus: quando autem factus sum vir, euacui quæ erant paruuli. Charitas enim incipiens dicit: Concupiscit anima mea desiderare. Proficiens dicit: Charitas patiens est, non agit perperam, omnia credit, omnia sustinet. *1. Cor. 13.* Perfecta autem dicit illud *Phil. 1.* Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo multo magis & melius. Hoc signaturum est *Gen. 21.* vbi dicitur: Crenit igitur puer & ablatarius est. Puer enim est, qui incipit: crescens autem proficit: ablatarius autem profectus est: quia ille iam accipit solidum cibum, & non est amplius lactis particeps. Dicitur autem *Heb. 5.* Perfectorum est solidus cibus eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali. Sic igitur profectus isti signantur in gradualibus: & ideo difficiles & graues & asperas habet notas: quia virtutis omnis profectus est circa difficile & bonum. Versus autem qui adhuc longiores habet notas, signat imitationem populi, qui adhuc grauius proficit quam clerus. *Ecclesiastes. 1.* Peruersi difficile corriguntur, & stultorum infinitus est numerus. *Matth. 7.* Augusta est porta & arcta est via quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam.

6. Profectus in forma virtutum, quæ est charitas.

CAPVT V.

De tractu.

Hic difficultati in laboribus penitentiarum temporibus luctui deputatis adiungitur tractus, qui competit ex hoc quod tantum est pondus iniquitatis circumstantis nos peccati, quod vix etiam cum violentia tracti protrahimur ad bonum: & ideo gemendo clamat sponsa in *Can. 1.* Trahe me post te. Et quia hoc sit laboribus penitentiarum, ideo tractus tractus in longum notas habens cantatur, quæ notæ debent luctuosæ & asperæ & longæ & super verba luctuosa cantari, sicut est. Domine non secundum peccata nostra facias nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis: & Qui habitat in adiutorio Altissimi: & Sæpe expugnauerunt me, &c. & huiusmodi, vt verbis lamentum doceatur, luctuosus notis indicetur compunctionis dolor: asperitate significetur penitentiarum labor, & longitudine perseverantia penitentium doceatur. Et de primo horum dicitur *Iere. 6.* & descendo; Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. De tertio dicitur in *Psal. 108.* Egenus & pauper ego sum, & in laboribus meis à iuuentute mea. De quarto autem dicitur ab Ambro. Semper doleat, & non se doluisse doleat, & de dolore gaudeat *Psal. 41.* Fuerunt mihi læ-

E 2 chrymæ

loco. Christi enim bonus odor sumus Deo in his qui percunt, & in his qui salui fiunt.

Statim autem post thuriferarium procedit diaconus super læuam habens librum Evangelij, & dextra amplexans eundem: quia prædicatio non est necessaria, nisi dum sumus in læua, hoc est, in vita præfenti temporali & obscura. Quando autem transimus ad dexteram, hoc est, ad æternam vitam, erimus in amplexu in vultu Dei omnia cognoscentes quæ beatitudinem perficiunt. Cant. 8. Læua eius sub capite meo, & dextra illius amplexabitur me. Fulcitur enim læua mens ignorans dum in temporali vita doctrina & verbo Dei erigitur & confirmatur: quia mens caput est animæ. Dextra autem amplexabitur, quando visione & fruitione in facie Dei illuminatur & stringitur. Proverb. 3. Longitudo dierum in dextera eius, id est, Dei, & in sinistra illius diuitiæ & gloria. Vix eius vix pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ. Diuitiæ enim gratiæ & scientiæ gloria pertinent ad vitam præsentem. Longitudo autem serenorum dierum ad æternitatem pertinet lucis perpetuæ in vita futura. In ordine autem istius processionis secundum antiqua statuta sequitur diaconum subdiaconus sicut ad doctrinam perfectionis instruendus.

5. Quare subdiaconus puluillum portat.

Portat autem subdiaconus puluillum ante pectus, ut significetur, quia non Euangelista cogitare habet de temporalibus subsidiis, sed is qui sequitur eum instruendus, hanc sollicitudinem debet suscipere pro ipso. Vnde Gal. vi. Communicet autem is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat in omnibus bonis. Catechizare est docere: & ideo doctus doctore debet ministrare & portare temporalia quæ puluillum significat, a quo spiritualium suscepit instructionem. 1. Corin. 9. Si nos vobis spiritualia seminamus, magnum est si carnalia vestra meramus? Quasi diceret, non est magnum. Quod autem puluillum positus est ad temporalium designationem, ortum habuit Marc. 4. vbi Dominus dum in procellis natarat, dormiuit super cervical. quod est puluillus, in quo ceruix requiescit. Dominus enim quando in suis ministris gentibus prædicat in procella mundi, in eisdem natarat. Et ideo cum à labore aliquando necesse sit quiescere & refici naturam, quiescit in puluillo solatij temporalis, de quibus pectora subditorum debent cogitare, ne Euangelistæ studium veritatis cogantur intermittere. Hoc signatum est Genes. 47. vbi dicitur, quod Ioseph terram Ægypti remisit in potestate regis per venditionem frumenti præter terram sacerdotum quæ à rege tradita fuerat eis quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur: & idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas. Scribenda est enim sapientia in tempore vacuitatis, ut dicitur Eccl. 38. nec potest simul animus in temporalium sollicitudine intendere, & in sapientiæ contemplatione studere. Et ideo instruendus portat puluillum: dicit enim Philosophus in 3. topicorum, quod tempore necessitatis melius est ditari quam philosophari. Et ideo dicit alibi, quod omnibus ad necessitatem & ad voluptatem habitis, sacer-

dotum gens in scholam intrare concessa est: quia si adhuc cogitandum esset de solatio vel necessitate temporalium, non sufficienter studio spiritualium intendi posset.

Sic ergo de sanctitatis perfectore, qui iuxta aram stat, procedentes, procedunt ad ambonem, qui secundum antiquorum Patrum traditionem duos debet habere ascensus: vnum quidem ad Meridiem, alterum autem ad Aquilonem: quia exaltantur in prosperis & in aduersis: per Meridiem enim, quæ est plaga lucis & caloris, significantur illuminatio & calefactio Spiritus sancti. Lux enim veritatis, & charitatis calor ducunt ad euangelizandum per rectam viam. Job. 38. Indica mihi per quam viam spargitur lux, diuiditur æstus super terram. Job. 37. Nonne vestimenta tua calida sunt, cum perfusa fuerit terra austro? Per hanc igitur viam siue gradum ascendentes ministri omnes tam subdiaconus quam ceterofarius, quam etiam thurificator post diaconum se ordinant. Sed crux sola ante oculos eius tenetur, stante baculo crucis super pauimentum, ut significetur, quod omnes sunt ab Euangelista erudiendi tam ministri Ecclesiæ, quam idiotæ siue laici. Isa. 55. Omnes sitientes venite ad aquas. Et præcedit: Hæc est hæreditas filiorum Domini & iustitia eorum apud me, dicit Dominus. Quia omnes aquis Euangelistæ sunt potandi. Tunc tamen in inceptioe Euangelij super librum ad faciendum eius qui legit Euangelium, dirigitur, ut fragrantia virtutum Euangelij ad diacono pronuntiarum significetur. Isa. 41. Primus ad Sion dicit, Ecce adsum, & ad Ierusalem Euangelistam dabo. Primus est subdiaconus rudium doctrinam pronuntians: & in hoc se quod asserit ostendens: Euangelista autem est doctor perfectionis, diaconus, à cuius ore fumat incensum bonum nuntij. Crux autem stans super pauimentum cum baculo crucis, significat quod est accipienda à quolibet per Euangelium: tanquam dicat diaconus illud. Matth. 16. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Et ideo liber ab omnium manibus appodiat, ante diaconum ponitur. Quod autem baculus crucis terram tangit ac si diaconus se in eam appodiat manu, significat quod virtus crucis cum in Euangelio sustentet, & quod omnia virtute crucis tam in clero quam in populo tanquam in duabus turmis perficiat. Genes. 32. In baculo meo transui Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior. Hæc est etiam significatio, quod Exod. 12. baculos in manibus tenere præcipiuntur, qui comedunt agnum paschalem. In alto autem stat, ut per loci altitudinem altitudo spiritus & vite designetur: quia sicut dicit Greg. Cuius vita despicitur, restat ut etiam eius prædicatio contemnatur. Isa. 40. Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion, qui euangelizas Ierusalem. Hinc est, quod Cant. 4. dicitur de scientia Euangelica, quod est puteus aquarum viuientium, quæ fluunt impetu de Libano. Puteus est propter mysterij profunditatem, aquarum propter veritatis limpiditatem, viuientium propter spiri-

tus

tus qui in litera sonat viuificationem, quæ fluunt propter doctrinæ modum & proprietatem, quæ abundanter fluunt. Impetu autem fluunt propter diuinæ charitatis ad docendum promptitudinem. Ad Romanos 1: Sapientibus & insipientibus debitor sum, ita quod in me promptum est. De Libano autem fluunt propter instructorum candidationem. Psal. 49. Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum per os tuum? Eccles. 15. Non est speciosa laus in ore peccatorum.

7. Quare diaconus legens Euangelium, curritur ad Aquilonem.

Sic stans & legens vertitur ad Aquilonem, ut dicit Dionys. quia Aquilo plaga frigida & tenebrosa malitiam tenebrosam significat diaboli & frigidam. Ierem. 2. Ab Aquilone pandetur omne malum super vniuersos habitatores terræ. Eccl. 43. Frigidus ventus Aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua: quia omnium corda in frigiditate & algere facit charitatis scintillam, & obtenebrat quantum potest lumen veritatis. Contra igitur illam plagam doctor perfectionis disponitur, ut tenebras fugat lumine veritatis. Ioan. 1. Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehendunt. Per calorem autem charitatis frigus Aquilonis arceat à cordibus auditorum. Ac si dicat illud Cant. 4. Surge Aquilo, & veni Auster, persila hortum meum, & fluent aromata illius. Ab ortu enim cordium surgere debet Aquilo, hoc est, expelli. Auster autem humidi & calidi vocatur, ut cuncta aromata virtutum calore fragrant, & humore gratiæ accipiant incrementum. Sic igitur in statione & hac de causa disponitur diaconus. Legens autem debet signare cruce frontem, os, & pedes. Similiter audientes. Frontem quidem: quia ibi est sedes verecundiæ & gloriæ, ut significet se non erubescere Euangelium, sed gloriari in cruce quam Euangelium prædicat. Rom. 1. Non enim erubescam Euangelium: virtus enim Dei est in salutem omni credenti. Iudeo primum & Græco. Os autem, ut ore consistatur veritatem in salutem. Psal. 50. Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. Pectus autem, ut corde credat. Vnde ad Rom. 10. Corde quidem creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Et ibidem, quod si confitearis ore Dominum Iesum, & corde tuo credideris, saluus eris. Psal. 115. Credidi, propter quod locutus sum. Sic ergo signat se legens. Populus autem ad hanc diaconi stationem stat reuelando caput: & si induitur veste manus detinente, vestem illam deponit vsque ad manuum liberationem & reuelationem. Stant autem signando erectione corporis, ut mentem dirigant ad Deum. Psal. 5. Manè astabo tibi, & videbo quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Stant etiam aduersus malitiam Aquilonis pugnaturi. Psal. Quis consurget mihi aduersus malignantes, aut quis stabit mecum aduersus eos qui operantur iniquitatem? Stant etiam Euangelium securi. 3. Reg. 10. Beati viri tui, hi qui stant coram te semper & audiunt sapientiam tuam. Vela autem & pileos caputrum deponunt, ut inter caput eorum & Deum nihil sit medium, & aures habeant referatas. Luc.

9. Quare signat cruce frontem, os, & pedes.

10. Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis: quia multi reges & prophete voluerunt videre quæ vos videris, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt. Prover. 20. Oculum videntem & aurem audientem vtrumque fecit Dominus. Manuum autem liberatio signat expeditionem ad opus. Exo. 24. Omnia quæ locutus est Dominus, faciemus & erimus obediens.

7. Euangelij sens prærogatiua præ reliquis Scripturae.

Sic igitur stantibus & dispositis omnibus, legit Euangelium quod in sex præminentiam habet ad omnem Scripturam. Primum quidem ex nomine: quia est boni nuntium. Boni, inquam, quod est omnis boni bonum, & non particulare bonum, & hoc est bonum solum diuinum. Matth. 19. Quid interrogas de bono? Vnus est bonus Deus. Psal. 118. Bonus es tu, & in bonitate tua doce me iustificationes tuas. Secundum est, quia est verbum verborum, & sermo sermonum: quia ex ipso sermone ex themate trahitur omne verbum. Psal. 118. Luceana pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Tertium autem est, quia est fidei principium & fundamentum: quia ex ipso omnia probantur. 1. Corin. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est Christus Iesus. Christus autem Iesus est verbum Dei, & in quantum verbum Dei, veritatis est fundamentum. Quarta præminentia est, quod est spiritus omnium verborum, & alia verba legis & Prophetarum & Apostolorum sunt sicut corpus. Ioan. 6. Verba quæ locutus sum vobis, & spiritus & vita sunt. Quinta præminentia est in auctoritate: quia hoc est verbum ipso ore Domini promulgatum. Matth. 24. Mar. 13. Luc. 21. Cælum & terra peribunt: verba autem mea non transibunt. Psal. 118. In æternum Domine permanet verbum tuum. Sexta præminentia est, quia verbum illius est, qui solus est conscius secretorum. Ioan. 1. Deum nemo vidit vquam. Vnigenitus qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Matth. 9. Nemo nouit Patrem nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Hoc igitur fit in omni veritate & auctoritate præminens, sicut legitur & auditur.

9. Quare diaconus lecto Euangelio das librum subdiacono portandam.

Cum autem lectum est Euangelium, diaconus librum claudit, & dat subdiacono ad portandum: quia iam subdiaconus per suspensionem libri instructus esse ostenditur. Ac si dicat illud Ioan. 16. Ecce nunc palam loqueris, & proverbium nullum dicis. Nunc scimus, quia scis omnia, & non opus est tibi ut quis te interroget. Descendens autem descendit diaconus per viam & gradum Aquilonis, ut iam significet se contra Aquilonis malitiam triumphasse. Ac si dicat illud Luc. 10. Domine etiam in nomine tuo demonia subiciuntur nobis. Et tunc in processione illa præcedunt acolythi & thuriferarius sicut prius: sed diaconum præcedit subdiaconus, quod prius non fecit, ut ostendat omnibus, quod iam instructus est ad perfectionem. Psal. 65. Venite audite, narrabo vobis quanta fecit Deus animæ meæ. Psal. 33. Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos. Hac autem processione ad sanctitatis perfectorem reuertuntur, ut ostendant omnia bona in Deum esse

C 4

esse

esse referenda. *Ioh. 8.* Nunquid emittes fulgura, & ibunt, & reuerentia dicent tibi, Adsumus? Fulgura enim micantia exemplis & tonantia verbis sunt Euangelistæ, qui reuertuntur ad Dominum per gratiarum actionem de profectibus eorum. *Baruch. 3.* Stellæ dederunt lumen in custodiis suis, & lætatae sunt: vocat & sunt, & dixerunt, Adsumus: & luxerunt ei cum iocunditate qui fecit illas. Librum oscularur sanctitatis perfectior primò, deinde diaconus, ut dicant id *Roma. 7.* Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem. Et in hoc est finita sancti Euangelij lectio, quæ nobis est salus & protectio contra diabolum.

CAPVT VIII.

De acclamatione chori per symbolum, & quid nomine illo dicatur.

1. Sequitur autem acclamatio chori ex parte omnium per *Credo in Deum*, vel *Credo in unum Deum Patrem omnipotentem*. Quia iam instructi per Euangelistam audiunt Petrum in *1. Cano. 3.* Parati ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quæ in vobis est fide & spe. Spes enim est hic dicta res sperata, & hæc non est in nobis nisi per fidem: quia fides ad speranda oculos aperit, spes erigit, charitas figit. *Heb. 11.* Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Et ideo iam clamat populus instructus, quod toto corde credit. Sed obiicitur contra: quia secundum hoc non sanctitatis perfectior, scilicet sacerdos, vel Episcopus deberet incipere symbolum, sed aliquis de populo: vel saltem de choro. Sed ad hoc dicendum, quod sanctitatis perfectior ideo incipit ut ostendat, quod fides donum Dei est, & quod à Deo per sanctitatis perfectiores bona procedunt in populum ordinatè per gradus Ecclesiæ, sicut dicit *Psal. 132.* Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius, sicut. *1. Cor. 14.* Omnia autem honestè & secundum ordinem fiant in vobis. Et ideo dicit *Dionys.* in lib. cele. hier. quod lex diuinitatis est per prima media & per media vltima reducere. Incipiente sanctitatis perfectiore symbolum, concinit statim chorus, ut ostendat, quod omnes illam fidem operantem per dilectionem recipiunt & receperunt per eum qui est perfectionis instructor: ac si quilibet dicat de se *Iudic. 5.* Ego sum, ego sum quæ Domino canam, psallam Domino Deo Israel.

Quare sacerdos incipit Credo.

2. Symbolum quid.

Hic autem circa symbolum tria sunt notanda, scilicet quid dicatur per nomen, & quæ diuisio symboli, & quare plura facta sunt symbola. Ad primum autem dicimus, quod symbolum in Græco idem est quod Latine collatio, & dicitur per compositionem à syn quod est con, & bolus, quod pars masticata semel in ore sine in bucca: quia quilibet Apostolorum in eorum bolum, hoc est, articulum diu per masticationem meditationis perfectum posuit. Apostoli enim quando diuidendi erant

in totam terram ad prædicandum, conuenerunt Ierusalem & ibi contulerunt articulos fidei quam prædicaturi erant, ut vniformiter prædicarent, & nonessent in eis schismata. *1. Cor. 1.* Obsecro fratres ut idipsum dicaris omnes, & non sint in vobis schismata. Ad *Gal. 2.* Ascendi Ierusalem, & contuli cum illis, hoc est, cum Petro & Iacobo Euangelium quod prædico in Gentibus, ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem. Hæc igitur est ratio nominis. Dicitur autem hoc symbolum etiam fides.

3. Fides tripliciter accipitur.

Sed fides dicitur tripliciter, scilicet qua creditur in Deum, & est forma quæ est lumen à Deo infusum per quod aliquis assentit primæ veritati propter se & super omnia, quam tamen veritatem ratione non comprehendit. *Hebr. 11.* Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Substantia ibi ab Apostolo dicitur fundamentum: quia fundat in nobis res sperandas in gratia & gloria & venia, quæ aliter non erant fundatae in nobis assensu immobili, nisi Deus lumine suo nobis vel patribus reuelato tales res fundaret in nobis: quia nisi ipse lumen suum ad hoc infunderet, dubitaremus de talibus, vel omnino ea negaremus. *1. Cor. 3.* Fundamentum aliud nemo post ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. *Glof. Ambro.* Hæc est fides Iesu Christi. Et quia per fidem homo talibus quæ supra rationem sunt, consentit firmo & immobili & indubitato assensu, ideo dicitur fides argumentum non apparentium, hoc est, arguens, id est, conuincens mentem de non apparentibus rationi: quia sicut dicit *Richardus* de sancto Victo, & ante eum *Hilarius*, Fides est supra rationem, & infra intelligentiam veritatis quam aperta contemplatione de Deo habebimus in patria. Vnde *Dionysius* dicit in lib. de diu. no. cap. 7. quod fides est lumen collocans per assensum mentis credentes in veritate quæ de Deo est, & veritatem collocans in credentibus. Hæc igitur est fides habitualis virtus qua creditur in Deum.

4.

Est iterum fides id quod creditur, scilicet quod Deus est trius & vnus, & quod vnigenitus Dei conceptus & natus est ex Maria Virgine, & quod passus est, & alia huiusmodi quæ credit sancta Ecclesia. Et sic dicitur fides articulus. Articulus autem, ut dicit *Richardus* de sancto Victo, est minimum credibile ætans nos ad credendum: sicut enim corpus humanum ex articulis componitur, ita quod in qualibet iunctura duo coniunguntur, quorum vtrumque est articulus, sicut apparet in digito, in quo per duas iuncturas tres articuli coniunguntur: ita in Catholica fide sunt membra articulatim composita, ex quibus fides componitur Catholica. Et hæc compositio symbolum vocatur. Et sicut in corpore vbiunque est inflexus & iunctura duorum, non est articulus vnus, sed plures: ita & in symbolo vbi res vna est & ad vnum pertinens, vnus est articulus. Et vbi res in diuersa scilicet & ex pluribus componitur, non est vnus articulus, sed plures, sicut quod dicam filium vnigenitum qui conceptus est de Maria Virgine. Ibi enim

Articulus quid.

enim alia res credenda est qua Christus vnigenitus Dei est generatione æterna, & alia qua conceptus est secundum carnem: & ideo hæc duo sunt articuli. Cum autem articulus dicitur minimum credibile, non debet intelligi simpliciter minimum, sed ita minimum, quod vltimus non diuidatur in symboli resolutione & diuisione. Sicut & in corpore hominis magnum organum quidem est coxa vel crus, & tamen quia in diuisione corporis non diuiditur nisi in duo membra, ideo dicitur articulus corporis. Quod autem dicitur ætans ad credendum, ideo dicitur, quia ad salutem exigitur quod credatur, & nisi credatur, homo saluari non potest. *Marc. ult.* Qui crediderit & baptizatus fuerit, hic saluus erit. Qui vero non crediderit, condemnabitur.

5. Fides habet antecedentia, conclusiones, & consequentia.

Hoc modo dicta fides habet antecedentia quæ sunt principia per quæ probatur, quod habet credita quæ sunt quasi conclusiones ex illis antecedentibus principiis elicta: & habet consequentia quæ sunt quasi conclusiones vltiores ex istis conclusionibus habitæ, quæ à Philosophis correlaria vocantur. Antecedentia autem sunt, sicut quod Deus sit, & quod verax sit in dictis, & quod reuelatum sit ab ipso quod hoc immobilem habeat veritatem, & quod Scriptura sit reuelata ab ipso: & ideo maior sit Scripturæ auctoritas quam omnis humani ingenij perspicacitas: & ideo Scripturæ sit credendum in omnibus in quibus etiam aliquid præter rationem humanam dicere videretur. *Hebr. 11.* Accedentem ad Deum oportet credere quia est, & quod iniquitibus se remunerator sit. Sicut enim in philosophia de principio relinquitur & supponitur quia est, & ita de istis non requiritur, sed supponitur quia ita sunt, hoc est, quod certissime vera sunt. Conclusiones autem per scripturas & reuelationes probatæ sunt articuli fidei, quos de Scriptura elictos & per reuelationem acceptos nobis credendos Apostoli proposuerunt, de quibus in expositione symboli dicemus. Consequentia sunt, sicut ea quæ pertinent ad determinationem articulum & explanationem, sicut si articulus est Christum esse incarnatum, consequens est ut de aliqua matre incarnatus sit, & aliquo operante: & sic creditur, quod de Virgine Maria tempore Cæsaris Augusti, & operante Spiritu sancto. Et si credo vitam æternam, consequens est, quod vita æterna percipiatur à dignis vita, & quod qui mortuus est in peccato, non dignus vita, & quod quædam peccata sunt mortem illam inferentia: & sic consequens est, quod fornicatio & adulterium & furtum & alia quæ morte Dominus condemnat, & vitam æternam impediunt, sicut peccata mortalia. Et sic est facile videre in omnibus. Hæc igitur fides quæ creditur, siue quod credatur in antecedentibus principiis & conclusionibus & in consequentibus ex istis. Et qui sic ista credit, fidelis dicitur & Catholicus. Qui autem ista vel aliquid horum non credit, dicitur infidelis & hæreticus. Infidelis quidem: quia fidem non habet. Hæreticus autem Græcè, Latine scilicet suæ assertor & defensor est: quia suas sequitur phantasias erro-

rum, & illas præfert auctoritati diuinæ. Hæc fides dicitur Catholica & Apostolica, ut dicit *Boetius* in libro de duabus naturis in vna persona Christi. Catholica duabus de causis: quia scilicet principia eius non particulariter, sed vniuersaliter vera sunt sine omni instantia. Et alia de causa: quia vniuersaliter & non particulariter in toto mundo est tenenda. Quod non fuit lex vetus: quia ad illam non tenebantur nisi illi qui fuerunt in domibus Patriarcharum: & quando à domo Patriarchæ illi qui intus erant, separabantur, ex tunc ad legis obseruantiam non tenebantur, sicut dicit *Glossa* Apostoli super epistolam ad Romanos. Apostolica autem dicitur: quia collatione Apostolorum per articulos est edita, quolibet Apostolorum in ea aliquid conferente.

Tertio dicitur fides, qua itur in Deum per fidei deuotionem & bonorum meritum profectum. Et ista est quæ operatur per dilectionem. *Gal. 5.* Fides quæ per dilectionem operatur, quando scilicet ex fide veritati credendum assentio, & per deuotionem in eo coe-de, ore & opere tendo ut veniam ad ea quæ credo. Ex his quæ sunt iam dicta, patet quod qui credit & malè operatur, habet fidem primo modo dictam: & qui credit & secundum hoc operatur, habet fidem tertio modo dictam. Et hinc est, quod quidam in numero fidelium sunt in Ecclesia solo numero, alij autem numero & merito. Ad *Titus 1.* Constituentur se nosse Deum, factis autem abnegant. Ex dictis etiam patet, quod fides quæ creditur, valde ampla est, ex quo in se antecedentia fidei, & conclusiones, & consequentia comprehendit. Patet etiam, quia aliud est articulus qui est credibile quoddam sicut conclusio, & aliud determinatio articuli quæ est ex consequentibus.

CAPVT IX.

De symbolo Apostolorum & diuisione eius.

Articulus 1.

1. In ista que præhabitis accipiamus symbolum Apostolorum, & diuisionem illius & explanationem ostendimus. Diuidendo igitur dicimus, quod Petrus Apostolorum princeps in consilio Apostolorum primum articulum posuit, dicens: *Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem calæ & terræ.* Et ibi tacuit. Et iste est articulus primus. Et quod dicit, *Credo*; idem est ac si dicat, Corde assentio, deuotione tendo in Deum, qui paternitate sua est principium totius diuinitatis: quia ab ipso est Filius per generationem, & Spiritus sanctus per processum. Et quod addit, *omnipotentem*, intelligitur, quod sibi posse sit pro voluntate liberum, non lege alicuius inferioris vel ignobilis nature retractum, sicut nos multa non possumus lege ponderosæ nature nostræ retracti. Secundo, quod

posse

possit suum nulla infirmitate sit depressum. Et tertio, quod nulla re in contrarium operante sit unquam impeditum, sed ad voluntatem omnino liberum, nec retractum, nec depressum, nec impeditum. Sap. 12. Subest tibi cum volueris posse. Psal. 113. Omnia quæcunque voluit, fecit. Esber. 13. Domine Deus rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit resistere voluntati tuæ. Rom. 9. Voluntati eius quis resistit? Sic ergo dicitur omnipotens Deus. Quod autem dicitur, *creatorem cæli & terræ*, ad eundem pertinet articulum sicut effectus pertinet ad suam causam: quia sicut artifex qui facit domum vel arcam, necesse est ut gignat primo suo intellectu verbum & artem, quod est forma & ratio faciendi operis: ita necesse fuit ex quo Deus per sapientiam suam fecit mundum, quod prius de suo intellectu substantiali gigneret verbum quod est forma idealis & ars & ratio faciendi operis: quia aliter nesciret quid operaretur. Et sic patet, quod Deus est pater verbi, & hæc est causa formalis & idealis faciendi mundi. Et sicut in artifice qui operatur per intellectum, necesse est, quod ab ipso fluat spiritus qui verbum, quod est idea & ars & forma operis, velut in id quod facit vel facere intendit: ita necesse fuit, quod à summo Patre procederet spiritus verbi sui, qui verbum vehat in facienda siue faciat in opere creationis, siue in opere sanctificationis, siue in opere glorificationis. Et sic patet, quod processio personarum à Patre, causa est processus creationis & glorificationis & gratificationis à tribus personis. Et hoc est dictum Anselmi in monologio. Et sic probat sicut hoc probatum est. Huius signum est, quod in primordio mundi statim ut creaturæ formate sunt, ante semper præmittitur, Dixit Deus, Fiat hoc vel illud. Et dicit Glossa, hoc est, verbum genuit in quo erat ut fieret. De spiritu autem dicitur simul & verbo: Verbo Domini cæli formati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Sic ergo patet, quod ad idem pertinet Pater Filius, & creator: esse cæli & terræ. Ideo dicit Apostolus ad Coloss. 1. de Filio qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ: quoniam in ipso condita sunt vniuersa. Matih. 11. Confiteor tibi Pater cæli & terræ. Ostenso igitur, quod hæc ad idem pertinent, & non habent flexum & diuisionem in diuersa, dicimus quod hic est articulus primus quem statuendo posuit Petrus.

Articulus II.

Secundus autem in concilio fuit Andreas frater Simonis Petri, qui bolum suum posuit dicendo, *Et in Iesum Christum Filium eius unicum Dominum nostrum*. Et hoc dicto filuit: quod enim dixit, *Et in Iesum Christum*, notat mediatoris personam, sicut constat ex habitis. Quod autem dixit, *Filium eius unicum*, in filio eius notat & generationis processionem & connaturalitatem diuinitatis, quæ inter hominem generantem est & genitum, si ab ipso naturaliter & substantialiter generatur. Et cum dicitur nec secundum esse nec per naturam pos-

sit multiplicari, oportet quod inter generantem & genitum consubstantialitas esse credatur. Quod autem dicit, *unicum*, notat quod totam gloriam Patris possedit, & eam cum alio secundo genito non diuisit, ut in antè habitis ex verbis Basilij habitum est. Et quod dicit, *Domini*, notat quod omnium diuitiarum sit possessor & largitor. Et quod dicit, *nostrum*, notatur quod noster debitor ex sua charitate qua nostra in se suscepit, sit effectus. Hæc autem omnia in antè habitis sunt expolita.

Articulus III.

Post hunc scilicet Andream proposuit Iacobus maior, qui dixit: *Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine*. Hæc enim duo, conceptus & natiuitas, ad idem pertinent sacramentum incarnationis: quia consummatio conceptionis est natiuitas. Quod autem dicit, *de Spiritu sancto*, præpositio quidem notat potestatem & operationem, ut sit sensus: Qui conceptus est de potestate & operatione Spiritus sancti. Non autem notat substantiam vel materiam: quia qui de substantia alicuius conceptus est, filius eius est: Christus autem non est filius Spiritus sancti secundum temporalem generationem, quia secundum illam generationem non est factus de substantia Spiritus sancti. Quod autem dicitur, *Natus*, intelligit duas natiuitates: vnam in vtero, quia Christus naturam nostram assumpsit & sibi vniuit, & aliam ex vtero, qua de vtero in lucem processit, non referatis claustris virginei pudoris. Et ideo dicit: *De Maria Virgine*, quod sicut ante partum fuit illibata, ita in conceptione fuit sine concupiscentia, & in grauidatione sine pondere, & in partu sine dolore. De conceptu autem dicitur. Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. De natiuitate autem in vtero dicitur. Matih. 1. Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. De natiuitate autem ex vtero dicitur in Ps. 18. In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Quia sicut sol radium, ita mater virgo filium de thalamo vteri sui protulit incorrupta. De hoc autem quod virgo mansit ante partum, & in partu, & post partum, dicitur. Ezechiel. 44. Porta hæc quam vidisti, clausa est, & non aperietur: quia Dominus Deus Israël ingressus est per eam. Eritque clausa principi, hoc est, ad honorem principis. Hic igitur est tertius articulus.

Articulus IV.

Ioannes autem Euangelista quarto loco posuit bolum, dicens: *Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus*. Articulus enim iste est passio Christi, determinatio autem articuli est, quod sub Pontio Pilato est passus: qui quidem Pontius dicitur, quia deuicit Pontum insulam, sicut Scipio dicitur Africanus, quia deuicit Africam. Quod autem addit, *crucifixus*, modum explanat passionis. Et quod dicit, *mortuus*, dicit multæ passionis quantitatem.

quantitatem. Et sumitur Phil. 2. vbi dicitur factus obediens Patri vsque ad mortem, mortem autem crucis. Quod autem addit, *sepultus*, non aliud dicit, sed citra mortem addit officium funeris. Tob. 4. Cum accepit Deus animam meam, corpus meum sepeli. Et ideo sepultura nihil addit nisi quod ad mortem pertinet. Propter quod totum illud ad vnum & eundem pertinet articulum. Ija 11. Erit sepulchrum eius gloriosum.

Articulus V.

Quinto loco suum bolum posuit Philippus, dicens: *Descendit ad inferna, terra die resurrexit à mortuis*. In quo quidam multum dubitauerunt, verum descensus ad inferos, & resurrectio mortuorum ad vnum & idem credibile, quod vocatur articulus, pertineant. Sed saluo iudicio melioris sententiæ dicendum videtur, quod resurrectio duplex est, animæ scilicet & corporis, & descensus ad infernum, ut dicit Dam. animæ Christi deificatæ, ideo in inferno vitam fecit beatitudinis in visione deitatis coniunctæ cum anima Christi, & ibi impleuit quod dicitur Osea 13. O mors ero mors tua, morsus ero inferne. Perimere autem mortem & mordere infernum sunt actus vitæ & non mortis: ibi enim implebit quod dicit Matih. 12. & Luc. 11. quod fortior Christus intrauit in domum fortis diaboli, & alligauit fortem, & omnia vasa illius diripuit. Et hæc omnia pro certo sunt actus vitæ & ad resurrectionem relata: & ideo cum resurrectione in eodem credibili ab Apostolo coniungitur. Eccl. 24. Penetrabo inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes in Domino sperantes. De resurrectione autem dicitur in Psal. Resurrexi, & adhuc tecum sum. Non enim in toto perii per mortem, sicut inimici mei Iudæi arbitrati sunt. Psal. 3. Ego dormiui & somnum cepi, & exurrexi: quoniam Dominus suscepit me.

Articulus VI.

Post hoc proposuit Bartholomæus: *Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis*. Sedere enim à dextris Patris, terminus est ascensionis. Et ideo ad idem pertinet credibile. Quia autem Christus verus Deus fuit, ideo propria virtute, non Angelorum manibus superuectus sicut Lazarus Ioris ascendit. Michea 2. Ascendet pandens iter ante eos. Ioan. 20. Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Et secundum deitatem quidem sedere ad dextram Patris, est sedere in æqualitate Patris. Secundum autem humanitatem sedere à dextris, est potissimis bonis vltra omnem creaturam perfrui. Col. 3. Quæ sursum sunt, quærite, non quæ super terram, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt, sapite, non quæ super terram.

Articulus VII.

Thomas post illum adiunxit bolum, dicens: *Inde venturus est iudicare vivos & mortuos Act. 1*. Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. In forma autem humana iuit: quia in forma diuina nusquam defuit. Et ideo in forma humana redibit ad iudicium, in qua & à bonis & à malis videbitur Ioan. 19. Videbunt in quem transfixerunt. A malis autem forma diuina videri non poterit: quia sicut dicit Augustinus, Hanc nemo videre poterit, nisi gaudeat & gloriatur in ea. Ija. 26. Tollatur impius ne videat gloriam Dei, & est translatio. 70. Act. 17. Constituit diem in quo iudicaturus est orbem in æquitate, in viro in quo statuit fidem præbens omnibus, suscitans eum à mortuis. 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat vnusquisque propria corporis prouergesse, siue bonum, siue malum. Et hic modus iudicij Matih. 25. describitur, vbi dicitur, quod rex noster Christus statuet ones à dextris, hædos autem à sinistris. Et bonis dicit, Venite benedicti Patris mei. Malis autem, Ite maledicti in ignem æternum.

Articulus VIII.

Matheus autem post hunc bolum posuit dicens: *Credo in Spiritum sanctum*. Quia post sacramenta quæ fuerunt de filij diuinitate & humanitate, consequens est de Spiritu sancto qui procedit ab vtroque, à Patre scilicet & Filio. Dicitur autem hic, *Credo*: quia à primo articulo vsque huc intermissum fuerat: & ideo consequens erat hic iterare, quado de alia persona articuli erant ponendi. Spiritus autem dicitur: quia spirat vitam gratiæ & intelligentiæ: & sic dicitur Ioan. 6. de primo, Spiritus est qui viuificat. De secundo dicitur Iob. 32. Sed, ut video, spiritus est in hominibus & in spiratio Altissimi dat intelligentiam. Ex primo habet, quod dicitur spiritus bonitatis & bonus. Psal. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Ex secundo quod dicitur spiritus veritatis. Ioan. 16. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: & quæ ventura sunt annuntiabit vobis. Ex vtroque probat se esse spiritum Christi, sicut dicitur Ioan. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Sanctus autem dicitur: quia est omnis sanctitatis perfectior. Sanctitas enim, ut dicit Dionysius, est ab omni inquinamento libera munditia. Liberat autem cor & corpus ab immunditia peccati, virtutem ab immunditia fictionis, intellectum ab immunditia erroris, & opus ab immunditia negligentia & omissionis. De primo horum dicitur. 1. Cor. 6. Nescitis, quod corpora vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo. Ac si dicat: Spiritus sanctus sanctificauit, vel mundauit vos ab immunditia carnis sua sanctitate: & ideo iterum non estis inquinandi. De secundo, Sep. 7. Est enim in illa spiritus intelligentiæ sanctus, hoc est, qui intellectum sanctificat ab immunditia erroris.

roris per inspiratam veritatem. De tertio simul & duobus præmissis dicitur *Sap. 1.* Spiritus sanctus disciplina effugiet fictum, & sic mundat virtutem à fictione: & subtrahit se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & sic liberat intellectum ab errore: & parum ante dicit, quoniam in malevolam animam non introibit sapientia, hoc est, sapientia spiritus, nec habitabit in corpore subdito peccatis, & sic mundat cor & corpus à peccato, antequam intréat in illa. De liberatione autem operis à negligentia omissionis dicitur *1. Cor. 12.* quia hæc omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Spiritus enim sanctus omnia operatur, & nihil negligit. Sic ergo credendum est in Spiritum sanctum.

Articulus IX.

Deinde suum bolum ponit Iacobus minor, dicens: *Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem.* Respicens autem ad hoc quod Spiritus sanctus datur & mittitur ad sanctificandam creaturam, quæ sanctitas nunquam fallit in Ecclesia, sed nonnunquam fallit in persona, dixit, Sanctam Ecclesiam. Et quia omnis articulus fundatur in diuina & æterna veritate, non super creatam veritatem, quia omnis creatura vana est & non habet solidam veritatem, ided iste articulus sic resoluendus est ad proprium opus Spiritus sancti, hoc est, credo in Spiritum sanctum, non tantum secundum se sicut dicit præcedens articulus, sed etiam in eum credo secundum proprium opus eius, quod est, quod sanctificat Ecclesiam, quam sanctitatem perfundit in sacramentis & virtutibus & donis quæ dat ad sanctitatis perfectionem, & tandem in miraculis & donis gratis datis, sicut sapientia, scientia, fides, discretio spirituum, operatio sanitarum, & prophetia, & huiusmodi quæ dat Spiritus ad sanctitatis Ecclesie demonstrationem. Hanc Ecclesiam dicit esse Catholicam, hoc est, vniuersalem, duabus de causis, sicut diximus in ante habitis: quia scilicet principia eius vniuersaliter vera sunt, & quia per totum orbem vniuersaliter dilatanda. Quod autem dicit, *Sanctorum communionem,* non facit alium articulum, sed declarat eundem: quia ad sanctitatis Ecclesie perfectionem pertinet sanctorum communicatio. Sicut enim in homine vnus spiritus hominis, qui est in ipso, bona vnus membri vehit ad profectum alterius, sicut ex cerebro sensum & motum, ex corde vitalem & pulsantem spiritum, & ex stomacho & hepate cibum & naturalem spiritum: ita Spiritus Christi in corpore mystico à capite Christo & aliis membris nobilibus, sicut Apostoli, & beata Virgo, & sancti martyres, & alij sancti excellentes sunt & fuerunt, vehit bona in omnia membra, & sic efficitur commune quod est vniuscuiusque proprium, & sic sanctitas perficitur in Ecclesia: vnde *Num. 11.* Cum communicare veller Dominus bona Moyse aliis de populo, dixit: Et auferam de spiritu tuo, tradamque eis vt sustentent tecum onus populi. Et hanc

communions sanctificationem ostendit Dominus *Iuan. 20.* quando insufflauit in discipulos, & dixit: Accipite Spiritum sanctum. Hoc etiam signatum est. *4. Reg. 2.* vbi spiritus Elize requieuit super Eeliseum. Iste est ergo articulus quem sic intelligendam posuit Iacobus minor.

Articulus X.

Simon autem Cananæus, qui zelotes interpretatur, ed quod de Cana Galilee fuisse dicitur, quæ zelus interpretatur, post Iacobum fratrem suum carnalem posuit bolum: derulit enim fratri primatum, ed quod Iacobus ille Episcopus erat Ierosolymorum. Dixit igitur: *Remissionem peccatorum.* Hoc autem dicit respiciens ad sanctum opus Spiritus sancti. Et est sensus, Credo in Spiritum sanctum, qui facit remissionem peccatorum: quia sicut diximus, omnis articulus habet substantiam sibi diuinam veritatem, vel in essentia diuina, vel in personis, vel in propriis personarum operationibus, vel passionibus. Non enim sit remissio peccatorum, nisi in Spiritu sancto: quod ostenditur *Iuan. 20.* vbi dicitur: Accipite Spiritum sanctum: quorum remissionis peccata, remittuntur eis. Et sic omnia baptisimus qui est peccati ablutio, dicitur fieri in Spiritu sancto. *Act. 1.* Vos baptizabitur in Spiritu sancto, non post multos hos dies.

Articulus XI.

Post hunc Iudas Thadæus tertius frater duorum, quem Thadæum, hoc est, corculum ed quod custos esset cordis, vocabant Apostoli, suum bolum posuit, dicens: *Carnis resurrectionem.* Qui articulus fundatur tam in opere Filij, quam in opere Spiritus sancti. In operatione quidem Filij: quia sicut dicit *Augustinus,* Christi resurrectio causa est nostre resurrectionis. Vnde *1. Cor. 15.* Si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Nunc autem resurrexit Christus primitiæ dormientium: quoniam quidem sicut per hominem mors, ita per hominem resurrectio mortuorum. Et ided *Apo. 1.* dicitur: Primogenitus mortuorum & princeps regum terre. Super opus autem Spiritus sancti fundatur: quia spiritus glorie & incorruptionis inspirabit corpora resurgentium, cuius donatio attribuitur Spiritui sancto. Spiritus quidem glorie in sanctis resurgentibus ad gloriam. Spiritus autem incorruptionis in omnibus: quia omnes mortui tam in complexione, quam in compositione membrorum resurgent incorrupti. Vnde *1. Cor. 15.* Canet enim turba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. De isto spiritu mortuos viuificant dicitur *Exech. 37.* A quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos, & reuiuificent.

Articulus

Articulus XII.

Vltimus processit Mathias, quem adiecit ad numerum Apostolorum completum bolum suo symbolum, dixit, *Vitam æternam.* Et hic articulus fundatur super trium personarum operationem in gloria, vbi Pater ministrat posse, Filius autem nosse, & Spiritus vitam secundum omnem posse & nosse. *Æterna enim vita est æternum à vita,* quæ nunquam habebit durationis terminum, quæ est actus fluens diuinus à Deo in beatos, vt totum quod in ipsis est, feliciter iuuat, omnibus infinitatibus, quæ sunt mortis prædicia, fugatis. *1. Cor. 15.* Absorpta est mors in victoria. *Bibitur autem hæc vita in fonte vite Deo Trinitate,* sicut dicit *Psal. 35.* Apud te est fons vite, & in lumine tuo videbimus lumen. Hoc ergo in grosso expositum est symbolum Apostolorum quod fuit primum.

CAPVT X.

De expositione symboli Apostolorum, siue de symbolo Patrum in Nicena synodo explanato.

Articulus I.

Multiplicatis autem hæresibus conueniunt Ecclesiastici Patres in Nicena synodo, & symbolum non aliud ab ipso quod dictum est, sed eosdem articulos magis ad erroris exclusionem explanauerunt, & primum quidem articulum ita expresserunt dicentes: *Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem celi & terra, visibilia omnia & invisibilia.* Et iste totus ita est expressus contra errorem paganorum & hæreticorum, qui Manichæi à quodam Manes heresiarcha eorum dicuntur. Pagani enim multos deos essentialia diuinitatem habentes & abinnicem differentes esse dixerunt. Manes autem docuit duos esse deos, & duo esse principia, scilicet Deum lucis, & Deum tenebrarum: & vnum Deum bonorum principium, & alium principium malorum. Et hoc ided quia errantes putauerunt malum esse essentiam, & ideo habere efficientem causam, quæ cum non possit esse bonus Deus, dixerunt Deum malum esse principium malorum. Contra quod dixerunt Patres: *Credo in unum Deum,* &c. quia *Deus 6.* dicitur: Dominus Deus tuus vnus est, & non erunt tibi dii alij præter me. *Psal. 80.* Non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum: ego enim Dominus. Cum autem dicitur vnus Deus, non est hæc vnitas quæ in aliquo cadat genere vel specie vnitatis create: Omnis enim vnitas creata multiplicatur in omnibus suis suppositis in quibus est. Petrus enim & Martinus non sunt vnus animal, neque vnus homo secundum esse animalis vel hominis. Hæc autem vnitas nature vel essentia diuina tanta est, quod in suis suppositis, quæ sunt tres personæ, non multiplicatur.

Contra Manichæum.

Contra Manichæum.

quia Pater & Filius & Spiritus sanctus non sunt tres dii secundum esse diuinitatis, sed vnus Deus: & sic sunt vna substantia, & vna essentia, & vna sapientia, & sic de omnibus aliis quæ absolute & non relative dicuntur de personis. Et si alij sunt dii, non essentialiter, sed participatiue; sicut sancti: vel nuncupatiue, sicut idola dii dicuntur. Et quando tales dii plures sunt in suppositis, tunc multiplicatur eorum diuinitas in ipsis. Et de participatiue quidem dictis diis dicitur in *Psal. 81.* Ego dixi, Dij estis, & filij Excelli omnes. De aliis autem dicitur in *Psal. 95.* Omnes dii gentium demonta, Dominus autem cælos fecit. De omnibus autem istis simul dicitur *1. Cor. 8.* Scimus quoniam idolum nihil est in mundo, & nullus Deus nisi vnus. Nam et si sint qui dicantur dii siue in cælo, siue in terra; nobis tamen vnus Deus Pater, ex quo omnia, & nos in illo, & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia & nos per illum. Quia autem secta Manichæi diuisa est in tres; quia vna eius pars dicit duos deos, sicut apparet in epistola fundamenti, quam fecit Manes, & destruxit *Augustinus* in libro quem fecit contra epistolam fundamenti. Alia autem secta derivata ab illo; dixit vnum quidem esse Deum; sed duos factores; qui materiam factam ab vno Deo in diuisa formauerunt. Et illi dixerunt, quod vnus factor fecit incorruptibilia, sicut cælum & corpora cælestia. Alter autem fecit corruptibilia pugnancia & seinnicem destruentia. Alij etiam ex Manichæis dixerunt, quod vnus factor fecit inuisibilia, sicut animas & Angelos. Alius autem visibilia, sicut hæc inferiora. Ided Patres vt vtrumque horum errorum excluderent; dixerunt, Patrem omnipotentem factorem cæli & terra, visibilia omnia & inuisibilia, fundantes explanationem super verbum Apostoli *Col. 1.* Quoniam in ipso condita sunt omnia in cælo & in terra, visibilia & inuisibilia. Hoc igitur est quod addiderunt explanando articulum primum.

Articulus II.

De secundo autem dixerunt: *Et in unum Dominum Iesum Christum, Filium Dei unigenitum; & ex Patre natum ante omnia secula; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum; non factum; consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt.* Et hoc totum sic explanatum est contra errorem Arrii: quia Arrius dixit vnum esse Dominum Deum, & Christum non esse Dominum Deum omnibus superpositum, sed potius esse suppositum & depressum sicut creaturam quæ non est præposita omnibus. Ided dixerunt: *Et in unum Dominum Iesum Christum,* qui in eodem dominio & superpositione est cum Deo Patre; attendentes quod dixit *Apostolus 1. Cor. 8.* Nobis tamen vnus Deus Pater; ex quo omnia & nos in illo, & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia & nos per illum. Item dixit Arrius, quod Christus et si dicatur filius, non tamen est filius filius: quia ipse est adoptiuus filius sicut

Articulus

D. Alb. Mag. lib. de sacrif. Missæ.

mulci sunt. Et hoc etiam dixit Sabellius hereticus. Ideo veteres expellerunt sancti Patres dicentes: Filium Dei unigenitum. Quia verò dixit Arius filium quidem esse factum ante hæc temporalia secula, sed non ante omnia secula: quia seculum unum est spatium vniuersalesque durationis, quo durat creatura vna, & dixit, quod Filius non esset factus ante seculum suæ durationis, ideo ad excipiendum hoc dixerunt: Ex Patre natum ante omnia secula. Dixit enim Arius, quod cum vellet Deus creare mundum, ante mundum creauit virtutem quandam & sapientiam, quæ verbum vocatur & filius, per quam illum mundum sensibilem crearet. Decipitur autem fuit Arius: quia patet, quod penitus esset simile de Deo faciente mundum & de artifice faciente artificiatum. Artifex tamen primò format in corde suo rationem & sapientiam, quæ est ratio artificiatum, & virtutem per quam illa ratio procedit in artificiatum. Ex hæc sapientia & virtus sunt diuersæ essentia ab ipsa substantia artificis, & aliquando formantur in artifice cum ante non fuerant formatae. Et ita in Deo fieri putabat, vt dicit Augustinus, corporalibus cogitationibus plenus, in Deo putans fieri quod vidit fieri in homine. Et ideo addiderunt Patres: Deum de Deo, & non virtutem vel rationem creaturam. Lumen de lumine: quia si ita formaretur lumen quo Pater fecit mundum in Deo sicut in artifice, tunc sicut ante formationem luminis quod est ratio artificis, non est lumen in artifice, sed cor eius est tenebrorum & lumen habet à sapientia quæ est artificis ratio, sicut omnis homo illuminatur à scientia sua, ita sequeretur, quod Pater lumen haberet à Filio sic factus & formato, quod impietate plenum est: quia Pater nihil habet à Filio, sed omnia habet Filius à Patre. Et ideo dixerunt, Lumen de lumine. Quia verò Arius dixit sic à Deo formatam sapientiam & virtutem non esse verum Deum, sed ad optinendum Deum dici, ideo addiderunt, Deum verum de Deo vero, verum Deum vocantes qui essentialiter habet deitatem. Arius autem iste hoc suo errore insidabat sicut Hebion hereticus qui ante eum fuit: quia Iudæi sic sapientiam, quæ est ratio creationis mundi, sic ante mundum factam esse dicebant, & quod Deus nisi istam prius fecisset sapientiam, mundum creare nesciret, quia non haberet ad quid respiceret in creando, sicut artifex qui nescit operis sui rationem. Quia autem dixit Arius istam virtutem & sapientiam & formatam & non de substantia genitam, eò quod factum est opus voluntatis, & generatio est opus naturæ, infusione substantiæ à generante in eum qui nascitur, ideo dixerunt, Genitum non factum, consubstantiale Patri. Ex quo per generationem naturam & substantiam accepit. Quia autem ierum Arius dixit, quod quidem hic mundus sensibilis per verbum suæ sapientiam factus est, sed non omnia, quia ipsum verbum quod factum est, non est factum per seipsum, ideo addiderunt, Per quem omnia facta sunt, totum errorem Arii condemnantes. Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.

Articulus III.

DE tertio autem articulo dixerunt: Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de caelis, & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, & homo factus est. Et ista expressio articuli incarnationis facta est contra Manichæum. Ille enim dixit, quod non propter homines nec propter salutem hominum descendit, sed potius descendit à Luciferò expulsus, & quod adhuc Luciferus recensurus sit in caelum ad sedem, vnde in ascensione Christi expulsus est. Eius enim, quod prælium magnum factum sit in caelo, huius dicitur Apoc. 12. Et quod in primo prælio expulsus est Christus, & in secundo, expulsus sit Lucifer, Et hoc prælium dicit fuisse inter duos deos, Deum scilicet lucis, & Deum tenebrarum, sive Deum bonum & Deum malum. Hoc igitur excludentes Patres, dicunt quod nulla necessitate & nulla violentia detrusus, sed charitate hominum & amore salutaris eorum descendit de caelis, non caelos relinquendo secundum diuinitatem, sed in nostris quæ assumpsit, visibilis in hoc mundo apparendo. Ephes. 4. Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes caelos, vt adimplet omnia. Ioan. 3. Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo. Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum unigenitum daret. Quia autem idem Manes dicit non esse veram carnem Christi, sed phantasma fuisse, eò quod sicut asserit, malus Deus, istam carnem vitiosam fecit, & hanc carnem non posse esse de bono Deo, ideo addiderunt: Et incarnatus est de Spiritu sancto, qui non nisi bonus Deus esse poterit. Et præpositio quando dicitur de Spiritu sancto, notat potentiam & operationem, & non notat materiam: quia si de materia substantia Spiritus sancti factus esset Christus, tunc sequeretur, quod Spiritus sanctus esset Pater Filij secundum humanam generationem: & hoc est impium, quia Christus non habet Patrem, nisi secundum æternam generationem, vt dicit Augustinus, quod in terris est sine patre & in caelis sine matre. Ex Maria autem additur, vt vera caro, connaturalis matri esse credatur, & non phantastica, sicut dixit Manichæus. Virgine autem additur propter Hebionitas, qui Mariam Virginem in partu non dixerunt, & post partum: quia dixerunt, quod tantum Christum hominem ex matris visceribus protulit, & non Deum. Et quia homo purus de vtero virginali non exit, nisi apertis claustris pudoris, ideo dixerunt Mariam in partu Christi esse deuirginatam. Hi etiam dixerunt, quod Maria esset Christococos, hoc est, Christi hominis mater, & non esset theotocos, hoc est, veri Dei mater. Ideo eadem synodus statuit, quod Virgo Theotocos, & non Christococos deinceps diceretur. Et quia Manes dixit, quod Christus esset humanatus, sicut habitum aliquis dicitur tunicatus, vel cappatus, vel palliatus, & non esset homo verus, eò quod non sibi naturaliter & essentialiter vniuersæ hominis naturæ, sed extrinsecus tantum, & extrinsecus habitus: assumpsisset sibi hominis naturam.

Contra Manichæum.

ram. Et ideo ad excludendum hunc errorem, addidit sancta synodus: Et homo factus est: factum enim erat. Ioan. 1. Verbum caro factum est, &c. & Gal. 4. Misit Deus Filium suum natum ex muliere, factum sub lege, vt omnes qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.

Articulus IV.

DEinde fumentes quartum articulum, dixerunt: Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est. Et huic non addiderunt ad explanationem & expressionem, nisi quod dicunt, Crucifixus etiam pro nobis. Quod etiam propter Manichæos est additum, qui dixerunt non pro nobis esse crucifixum, sed totum phantasticè fuisse actum, quod dicitur de Christi passione. Additum est etiam propter Sabellianos hereticos, qui dixerunt nos in nullo indigere Christo: quia etiam nos filij Dei esse possumus, quando volumus, eò quod non dixerunt Christum sanctum, sed purum hominem fuisse: & ideo synodus posuit, pro nobis, vt sciamus nos nihil posse nisi per Christi sanguinem. Vnde Ioan. 1. 7. dicit: Ego pro eis sacrifico me ipsum, hoc est, in sanctum sacrificium me offero, sine quo redimi non poteramus. Ex quo hunc modum redemptionis per mortem Christi summa sapientia ordinauit & elegit alia hic dicenda, quæ in symbolo Apostolorum sunt dicta.

Contra Sabellianum.

Articulus V.

POST hunc sumpserunt quintum, & illum his verbis declarauerunt, dicentes: Et resurrexit tertia die secundum Scripturas, & ascendit in caelum, sedet ad dexteram. Et de descensu quidem ad inferos dimiserunt: quia circa illud error nullus erat: sed & erat contentio de resurrectione, quibusdam dicentibus, quod non tertia die Christus resurrexit: quia non tribus diebus in sepulchro iacuit, Parascœue enim in nocte sepultus, non iacuit nisi per sabbatum, & ante lucem Dominicæ diei resurrexit: & ideo vt hanc determinarent contentionem, dixerunt quod resurrexit tertia die secundum Scripturas, hoc est, sicut illos tres dies Scriptura docet computare. Hæc enim, vt dicit Augustinus, per synecdochen partem computauit pro toto, ita quod pars Parascœue quando sepultus est & mortuus, cum præcedente parte diei & tota præcedente nocte computatur pro vno die naturali: & nox quæ est inter Parascœuem & sabbatum, cum ipso sabbato pro vno die computatur: & vespere sabbati cum nocte sequenti pro vna die Dominica computatur, quia semper vespere præcedens cum die sequenti ad vnam partem pertinebant. Gen. 1. Factum est vespere & mane dies vnus. Quare autem artificialibus duabus noctibus & vno die artificiali Christus in sepulchro iacuit, hanc causam assignat Augustinus. Quia scilicet in Christo non sunt tenebræ, dies clara suam claram mortem signat. In nobis autem qui tenebræ sumus, duæ mortes, peccati scilicet & penæ, significantur per duas noctes, D. Alb. Mag. lib. de sacrif. Missæ.

Maria theotocos.

quas Christus sua lucidissima morte ad lucem gratiæ reduxit Psal. 138. Nox illuminatio mea in deliciis meis. Mich. 7. Cum sederò in tenebris, Dominus lux mea est. Matth. 12. dixit, hoc esse signum penitentium, qui à duplici nocte vel morte per mortem Christi quæruunt liberari. Signum non dabitur generationi nequam nisi signum Ionæ Prophete. Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: ita erit filius hominis in corde terre tribus diebus, & noctibus.

Articulus VI.

DEinde sumpserunt sextum sic dicentes: Sicut Apostolus dixerat, Et ascendit in caelum, edet ad dexteram Patris. Hic articulus non habebat necessariam explanationem: quia propriam heresim contra hunc articulum nullam audierant.

Articulus VII.

SEPTIMUM autem tractantes dixerunt: Et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos & mortuos, cuius regni non erit finis. Huic autem articulo in parte anteriori ad exclusionem deliramenti Origenis addiderunt, Et iterum venturus est cum gloria: quia Origenes dixerat, quod adhuc venturus esset passibilis in aëreo corpore, passurus pro daemonebus in aëre, sicut passus fuerat pro hominibus in terra. Fulciti autem sunt auctoritate Christi Matth. 26. dicentes: A modo videbitis filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate. Ex parte autem posteriori addiderunt: Cuius regni non erit finis contra insidiantes hereticos dicentes, quod Christus venturus sit & regnurus annis mille in aërea Ierusalem, & tunc regnum illud finitum & aliud inceperunt. Fundauerunt autem dictum illud super hoc Dan. 7. Potestas eius potestas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Luc. 1. Dabit illi Dominus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.

Contra Origenem.

Articulus VIII.

DEinde tractantes articulum octauum dixerunt: Et in Spiritum sanctum Dominum & vniuersalem, qui ex Patre Filioque procedit, qui cum Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas. Multæ enim hæreses iam surrexerunt de processione Spiritus sancti, quas in expressione processionis eius necessarium fuit excludere. Quod enim addunt, In Spiritum sanctum Dominum contra Nestorium & Euticum Constantinopolitanos Patriarchas addiderunt, qui Spiritum sanctum dixerunt esse seruum Patris & Filij. Et causa erroris fuit, quod spiritum in Deo sicut in homine acceperunt. In homine enim spiritus fumus est lucidus vel aëreus, qui ex humido naturali resoluitur, & deseruit animæ in operationes animales & vitales & naturales, & mouetur in omnem partem corporis.

Contra Nestorium & Euticum.

poris, sicut radij solis & stellarum in mundo vehentes virtutes cælestes à stellis ad inferiora, vt ex illis generentur & augeantur & conualescant: & ita spiritus hominis in membra vehit virtutes animæ & cordis. Et ad hanc similitudinem dixerunt Spiritum sanctum creatum à Patre procedere, & sic vehere & invehere virtutes potentie Patris & sapientie Filij & omnibus creatis, & idè seruire Patri & Filio & esse seruum eorum, & non quidem per se viuificare, sed vehiculum esse vite Patris & Filij: quia sicut dicitur *Ioan. 5.* Sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & Filio habere in semetipso. Et non dicitur hoc de Spiritu sancto. Hunc ergo errorem exterminantes dicunt, Et viuificantem. Et vt hoc melius notarent ipsi Patres, dixerunt *viuificantem*: sed cum transferretur symbolum, imperfectè translatum fuit, & translator dixit, *viuificantem* pro viuificatore: synodus enim intendit, quòd ex natura viuifica esset viuificator, sicut & Pater & Filius. Fundauerunt autem se in hoc quòd dicitur *Ioan. 6.* Spiritus est qui viuificat. *Et Job. 1.* Spiritus vite erat in rotis.

Error translacionis.

Contra Graecos.

Quòd autem additur, *Qui ex Patre Filioque procedit*, synodus non dicit nisi qui ex Patre procedit, & Latini suscipientes de Græco in Latinum translatum auctoritate Leonis Papæ addiderunt, *Filioque*: quia quòd synodus non dicit, *Filioque*, nõ dimisit idè quòd à Filio non procedat Spiritus sanctus, sed ideo quia nullus error adhuc contra hoc surrexerat. Et quia in Euangelio. *Ioan. 15.* non ponitur plus nisi de Patre, vbi dixit Christus: *Mittam vobis à Patre Spiritum veritatis, qui à Patre procedit.* Et noluerunt addere aliquid Euangelio, cum adhuc non esset necessè. Latini autem attendentes quòd dixit Apostolus Spiritum esse Filij, dicens: *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est eius.* Et *Gal. 4.* *Misit Deus Spiritum Filij sui in corda vestra clamantem, Abba Pater.* Et quia Christus dixit *Ioan. 15.* *Què ego mittam vobis à Patre.* Quæ expressè signant Spiritum sanctum à Filio procedere sicut à Patre. Maxime cum Græci contendere inciperent propter dictum synodi, Spiritum sanctum à Filio non procedere, addiderunt auctoritate Leonis Papæ, qui ex patre filioque procedit. Et hac de causa Athanasius Græcorum doctor illustrissimus Alexandriæ Episcopus in symbolo quòd in Treueri edidit ad explanationem symboli quòd in *Quicumque vult saluus esse*, continetur, *Spiritus sanctus, dicitur à Patre & Filio non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.* Dicunt tamen Græci Latinos esse excommunicatos: quia sancta synodus dixit, quia non permittimus alicui cuiuscunque potestatis neque nobismetipsis potestatem aliquid addendi vel diminuendi. Et qui addiderit vel minuerit, excommunicatus sit. Sed Latini ad hoc dicunt, quòd qui explanat, non aliquid extrinsecus addit, sed quòd intus latuit, ostendit. Aliter & ipsa synodus excommunicata fuisset: quia multa ad explanationem symboli addiderunt Apostolorum. Necessitate ergo erroris Græcorum additum est, *Filioque*.

Quòd autem sequitur, *Qui cum Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur*, adhuc

contra Nestorium additum est, vt ostendatur Spiritus sanctus sicut Deus esse adorandus, & sicut Dominus omnibus superpositus esse cum Patre & Filio glorificandus. Si enim non esset Deus, non esset vbique. Dicit autem Propheta: *Quo ibo à Spiritu tuo?* significans Spiritum sanctum esse vbique: & si non esset in throno maiestatis, non esset glorificandus. Nunc autem dicitur *Apo. 21.* *Dixit qui sedebat in throno, Ecce noua facio omnia, secundum expositiones sanctorum Patrum hoc intelligens de Spiritu sancto.*

Quòd autem additur, *Qui locutus est per Prophetas*, additum est propter hæresim Porphyrij cuiusdam Philosophi hæretici, qui dixit Prophetas spiritu suo, & spiritu phanatico esse locutos: quia vidit in eis quædam quæ continuare nesciuit, & non intellexit. Vidit etiam quædam quæ falsa putauit: & idè non à Spiritu sancto inspiratos esse dixit. Contra quòd dixit sancta synodus, *Qui locutus est per Prophetas*. Innixa autem fuit synodus auctoritate *1. Petr. 1.* *Non humana voluntate allata est aliquando propheta, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.*

Contra Porphyrium.

Articulus IX.

Deinde tractantes articulum nonum dixerunt sic: *Et vnã sanctam catholicam & apostolicam Ecclesiam*, nihil huic addentes articulo, nisi quòd dixerunt vnã, hoc ad explanationem addentes contra schismaticos tunicam Domini inconsutilem scindere intendentes. Fulsi sunt autem auctoritate *Can. 6.* *Vna est columba mea.* Et de hoc in libro de corpore Christi satis dictum est.

Articulus X.

Deinde tractantes articulum decimum dixerunt: *Confiteor vnũ baptisma in remissionem peccatorum.* Apostolus autem dixerat remissionem peccatorum, & addidit ad expressionem sancta synodus, *Confiteor vnũ Baptisma*: quia non remittuntur peccata nisi per Christi sacramenta, quorum vnũ & fundamentum est baptismus, & ideo baptismus vt fundamentum in omnibus aliis remissionem operatur. *Ioan. 3.* *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare regnum Dei.* Dicunt autem *vnũ baptisma*, vt innuatur vnũ esse baptisma Christi, & non secundum numerum baptistarum baptismata numerari. Quidam enim dixerunt, quòd baptismus ab vno melior est quam ab alio. Contra quòd dicit sancta synodus, *Confiteor vnũ*, id est, æqualis valoris baptismus, quòd Christi est baptismus in forma Ecclesiæ celebratum: hoc enim vnũ est baptismus & æquale, siue detur à bono, siue malo: quia baptizans est sicut minister. Dominus autem est Christus, qui æqualiter dat per bonum & malum baptismum. Vnde *Augustinus* super *Ioannem*: *Quid facit ibi minister malus, vbi bonus est Dominus? Quasi diceret, nihil. Christus enim est, qui baptizat interius, etiam quicumque baptizet exterius.* *Ioan. 1.* *Ille qui me misit baptizare in*

Vnũ baptisma.

aqua; ille mihi dixit, super quem vide ris Spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat. Et sic baptismus est vnus vnitate formæ, & vnitate interius baptizantis. Quòd autem dicitur, *In remissionem peccatorum* *Ast. 1.* *Ioannes quidem baptizauit aqua: vos autem baptizabimini Spiritu sancto, non post multos hos dies.* *Ast. 19.* *Ioannes baptizauit baptismo penitentie populum dicens. In eum (qui venturus esset post ipsum) vt crederet, hoc est, in Iesum: & tunc baptizati in nomine Iesu acceperunt Spiritum sanctum.*

Articulus XI.

Deinde tractantes vndecimum dixerunt: *Et expecto resurrectionem mortuorum*, cui nihil addiderunt nisi hoc, *expecto*, propter quosdam hæreticos, qui dixerunt resurrectionem mortuorum iam factam esse, & non vltèrius expectanda. Dixerunt enim, quòd resurrectio non esset nisi animæ, quæ quotidie fit, cum anima resurgit à peccatis. *2. Tim. 2.* *ex quibus Philetus & Hymeneus qui à veritate exciderunt, dicentes resurrectionem iam esse factam, & subuerterunt quorundam fidem.* Contra istos auctoritate Apostoli dixerunt: *Et expecto resurrectionem mortuorum.*

Hæresis de resurrectione.

Articulus XII.

Vltimò tractantes vltimum articulum dixerunt: *Et vitam venturi sæculi.* Quòd Apostoli dixerunt *vitam æternam*, synodus autem vt ex meritis speret & non putet esse beatitudo in isto sæculo sicut Stoici Philosophi dixerunt, determinauerunt esse dicendum, *Et vitam venturi sæculi*, ne in hac vita beatitudo esse videatur. Fulsi autem fuerunt auctoritate Apostoli *2. Cor. 4.* *dicentis: Id enim quòd in presenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, super modum in sublimitate æternam gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna.* Amen autem in vltimo symbolo est responsio idiotæ, & debet interpretari, verum est, & non debet interpretari, *Fiat*, sicut patet ex præhabitis, quæ iam in antè habitis exposuimus.

Vitam res sit articulus, vel enuntiabile.

Est autem dubitatio apud quosdam in istis symbolis, verum res sit articulus vel enuntiabile. Res autem quòd est sicut Christi incarnatio & passio & resurrectio & huiusmodi. Enuntiabile autem sicut Christum esse incarnandum vel incarnatum Christum esse, passum vel passurum. Illi enim qui enuntiabile dicunt esse articulum, inducunt rationem, dicentes

quòd articulus est propter quòd iudicat homo fidelis si credit, & iudicatur infidelis si non credit: iudicaretur autem infidelis si crederet incarnationem, & non crederet Christum incarnatum esse: igitur incarnatum esse est articulus, & non incarnatio: ergo enuntiabile est articulus & non res. Idem autem & eadem ratione dicunt de aliis. E contra dicunt alij: quia *Mar. 11.* *Qui præbant, & qui comitabantur, & qui sequebantur, clamabant concorditer dicentes: Benedictus qui venit in nomine Domini, vbi dicit *Glossa*, quòd qui præbant signant Patres præcedentes aduentum Christi: comitantes autem signant eos qui tunc fuerant cum Christo: & qui sequebantur, signant eos qui futuri erant post aduentum. Et hi omnes vnã fidem habentes, clamabant non autem poterant vnã habere fidem, si enuntiabile esset articulus: quia non est vnũ enuntiabile Christum fore incarnandum, & Christum iam esse incarnatum, & Christum incarnatum fuisse: ergo si vna est fides, oportet quòd id sit articulus, quòd est idem in tribus temporibus: hoc autem non est nisi res; ergo res est articulus. Et hoc ego sine præiudicio credo esse verum. Et quòd obiicitur de enuntiabili, quòd tempore variatur, dicendum quòd hoc est de expressione & determinatione articuli, & non de articulo: & hoc iam antè diximus esse de consequentibus fidem, & non de conclusionibus. Hoc igitur modo de symbolo in grosso sit determinatum: articuli enim sunt rudimenta fidei, & rudibus in grosso sunt exponendi.*

Quare cantatur symbolum synodi, non Apostolorum.

Ritus autem symboli est in duobus, quorum vnũ est, quòd symbolum synodi potius cantatur in Ecclesia publicè quam Apostolorum: quia publicè est factum & expressius cum explanatione continet fidem. Symbolum autem Apostolorum in silentio dicitur: quia non publicè prædicata adhuc fide est factum, & continet fidem implicitam & non explicitam, quæ à singulis intelligi possit. Secundum autem est: quia non cantatur symbolum synodi nisi in solemnitatibus, in quibus aliqua mentio fit de symbolo, sicut in omnibus Dominicis, quæ sunt de resurrectione & natiuitate & ascensione & festo Spiritus sancti, & in octauis ipsorum propter octauam resurrectionis: & in festis beatæ Virginis, quia de ipsa etiam fit mentio, & in festis Apostolorum, quia credimus sanctam Ecclesiam Catholicam & Apostolicam: & in festo dedicationis, quia credimus sanctam Ecclesiam. Quidam etiam addunt festum Mariæ Magdalene, quia ipsa fuit Apostolorum Apostola: & in festo crucis, quia credimus in Crucifixum: Et sic planum est videre in quibus festis cantandum sit, vel non cantandum. Hæc igitur de duobus symbolis in grosso dicta sufficiant.



TRACTATUS III.

De oblatione in qua ordinatur totius vite perfectio.
Pars tertia.

CAPVT I.

De Offertorio cui præmittitur Dominus
vobiscum.

ECCLIASTICI 47. dicitur de Dauid, Dedit in celebrationibus decus & ornauit tempora vsque ad consummationem vite. Et ita fecit beatus Gregorius in ordinatione Missæ. Iam autem habitum est quomodo dedit in celebrationibus decus per imitationem Dei ad veniendum in sacrificium per introitum, & *Kyrie eleison*, & *Gloria in excelsis Deo*, & per instructionem tam imperfectorum quam perfectorum, & responsum instructorum. Nunc autem ad tertiam partem Missæ, in qua ordinatur totius vite consummatio, hoc est, perfectio, & est in totius sanctitatis perfectione per nostri ad Christum incorporationem. In hoc igitur quatuor sunt notanda, in quibus tota completur consummatio siue perfectio, scilicet oblatio, sanctificatio, sanctificati distributio, & distributi communio. Per primum offeruntur munera, per secundum idonea efficiuntur Deo oblata, per tertium distribuuntur pro vniuersi cuiusque mensura, per quartum omnia ad Deum mittuntur Christo iam incorporata. Primum facit sanctitatis perfectio in offertorio, & primo silentio quod concluditur in præfatione. Secundum autem in secundo silentio, quod concluditur Dominica oratione. Et tertium facit in tertio silentio quod concluditur in Agnus Dei. Quartum facit in quarto silentio, quod concluditur in comunione. In prima autem quinque occurrunt notanda, scilicet salutatio qua à sanctitatis perfectore salutatur populus, offertorium, præparatio, secreta, & communio, quæ est præfatio. Circa primum attendendum est, quod sicut sanctitatis perfectior primum salutatur populum ad consolandum de desiderio quo aduocatus est Dominus, & secundo salutatur ut cum eis sit in omnia ad instructionem perficiendam: ita modo salutatur ut Dominus adsit, qui offerendum recipiat. Iste enim est ordo congruus, ut instructio exhibeatur: quia sicut dicitur *Rom. 10.* fides est ex auditu: auditus autem per verbum Christi. Et quod post hoc quisque fidem perceptam

ore confiteatur: quia sicut dicitur ibidem. *Rom. 10.* Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. *Psal. 115.* Credi di, propter quod locutus sum. Et tertio fructus totus est, ut credens populus Domino offeratur. *Hebr. 13.* Per ipsum ergo offeramus sacrificium laudis semper Deo, id est, fructum labiorum nostrorum consentientium nomini eius. Hac igitur sanctitatis perfectio dicit, Dominus vobiscum, conuertens se ad populum. Dominus, inquam, vobiscum, ut in sacrificium Deo offeramini. Dominus vobiscum, ut circa saporem oblationis afficiamini. Dominus vobiscum, ut oblatio sacrificio incorporetur. Dominus enim vobiscum est, quando sibi vos oblatos suscipit, quando vos circa suum sacrificium affici facit, & quando vos sibi vnum facit & vnit. De primo dicitur *2. Paralip. 20.* Cras egrediemini contra eos, & Dominus erit vobiscum. Iam enim confessione fidei fuistis cum Domino, & ideo Dominus vobiscum est. De secundo dicitur *Genes. 28.* Si Dominus Deus meus fuerit mecum in via qua ego ambulabo, & dederit mihi panem ad edendum, hoc est, ad gustum sui in specie panis, erit mihi Dominus in Deum. *Psal. 33.* Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus. *1. Pet. 2.* Si tamen gustastis, quoniam dulcis est Dominus. De tertio dicitur *Num. 14.* Terram quam circueimus, valde bona est: si propitius fuerit nobis Dominus, inducet nos in eam. Et post pauca: Dominus vobiscum nolite metuere. Hac enim terra est terræ nostræ benedictus fructus, qui est corpus Domini, in quod nos inducit per vnionem sui: & ad hoc optatur esse nobiscum. Igitur dicit hoc loco, Dominus vobiscum. Respondetur autem ex parte offerentium, *Et cum spiritu tuo*: quia hoc sacrificium quod in spiritu offertur, acceptatur à Domino. *Dan. 3.* In animo contrito & in spiritu humilitatis suscipiamur. *Psal. 50.* Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, &c. Hac igitur de causa hic dicit: *Et cum spiritu tuo.*

Secundum in hac parte est Offertorium, circa quod duo notantur, scilicet quod sacerdos præmittit se ad altare conuertens, *Oremus*, & tamen orationem non dicit statim, sed Offertorium cantatur. Dicit autem, *Oremus*, id est ut magna & efficax & pura oratio exigatur ad hoc quod populus Deo incorporandus offeratur. Oratio enim est pius affectus mentis in Deum directus, & populus offerendus Domino, prius affectu toto debet eleuari in ipsum,

ipsum, ut dignum Deo de ipso fiat sacrificium. *Luc. 18.* Oportet semper orare & non deficere. *Col. 4.* Orationi instare vigilantes in ea. Tali admonitione facta ad orandum, voce laudis & iocunda cantatur Offertorium, in quo non tantum offert munus extrinsecum populus, sed munus intrinsecum recognitio est censuralis, quod ipse qui offert munus, se ipsum offert perfectiori sanctitatis Domino offerendum. Vnde & Cain qui munus Domino obrulit, & se ipsum diabolo mancipauit, dixit Dominus *Genes. 4.* Nonne si bene egeris, recipies? sin autem male, statim in foribus peccatum aderit. Quasi dicat: sic tu peccasti. Et dicitur ibi Glossa, quod bene obrulit qui creaturam creatori obrulit. Male autem diuisit, qui de bonis suis Deo, & se ipsum obrulit diabolo. Est igitur oblatio exterior signum oblationis interioris, sicut homo per censum quem Domino suo offert recognoscit quod Dominus in ipsum dominum habet, & hoc trahitur à *Deut. 26.* vbi sic dicitur: Tollis de cunctis frugibus tuis primitias, & ponas eas in cartallo, pergesque ad locum quem Dominus Deus tuus elegerit ut ibi inuocetur nomen eius: accedesque ad sacerdotem qui fuerit in diebus illis, & dices ad eum: Profector hodie coram Domino Deo tuo, quod ingressus sum in terram pro qua iurauit Patribus nostris ut daret eam nobis. Suscipiensque sacerdos cartallum de manu tua, ponet coram altari Domini Dei tui. Et aliquibus interpositis dicit sic ille qui munus obrulit: Idcirco nunc offero tibi primitias frugum terræ quam Dominus dedit mihi. Et dimittes eas in conspectu Domini Dei tui: & adorato Domino Deo tuo, epulaberis in omnibus bonis quæ Dominus Deus tuus dedit tibi. Sic enim per oblationem recognoscit se pertinere ad Dominum, & oblarus illi secum epulabitur in conuiuio corporis & sanguinis Domini. Sic ergo oblatio exterior interioris oblationis est signum.

3.
Specialis debet
esse oblatio
interior.

Hæc autem exterior oblatio debet esse utilis valore, pinguis deuotione, oblata in charitatis dilectione, & munda acquisitione. Utilis, inquam, ut possit ministris Dei conuertri ad utilitatem, vnde maledicuntur qui debile offerunt quod ad utilitatem conuertri non potest. *Mal. 1.* Claudum & languidum obrulistis munus, nunquid suscipiam illud de manu vestra, dicit Dominus? Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum, hoc est, perfectum, & valens, & vorum faciens offert Domino debile, hoc est, quod non potest conuertri in utilitatem, sicut faciunt qui falsam monetam & alia nihil valentia ad altare prodecimis offerunt. Pinguis autem debet esse deuotione, ut de cordis deuotione plus procedat quam de manu. *Psal. 65.* Holocausta mullata offeram tibi. *Eccles. 35.* Oblatio iniusta impinguat altare: & odor suauitatis est ante conspectum Domini. De tertio dicitur *Matth. 5.* Si offers munus tuum ante altare, & recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum: quia aliter dicitur tibi illud *Mal. 1.* Non est mihi

voluntas in vobis, & munus non suscipiam de manu vestra. Quod & munda debeat esse acquisitione, accipitur. *Proverbi. 3.* vbi dicitur: Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus. Ac si dicat, quod tuum & non alterius quod offers Domino. *Eccles. 14.* Immolantis ex iniquo oblatio est maculata; & non sunt beneplacite subsannationes iniustorum. Subsannatio enim & non oblatio est; qui offert de furto, vel rapina, vel de usura, vel aliquo iniusto lucro. *Eccles. 34.* Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum; nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Clamar enim rapina contra rapientem: & ideo Dominus ad oblationes eorum non propitiatur. *1. Sa. 3.* Rapina pauperum in domo vestra. *Eccles. 34.* Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimarum filium in conspectu patris sui. Sic igitur & talis debet oblatio fieri de exterioribus, quæ signum est interioris oblationis. Hac autem fieri debet hilariter & iocunde: quia sicut dicitur. *2. Cor. 9.* Hilarem datorem diligit Deus. Et hoc representat clericus, qui totus est in fortem Dei oblatus, cantando Offertorium: & ideo iocundo cantu & lætis neumatibus cantari debet, quod quædam Ecclesie representant per modum iubilati cantante versus Offertorii, & trahitur. *1. Paralip. 16.* vbi cum offert populus dona in ædificium domus Dei, dixit Dauid, in simplicitate cordis lætus obtuli omnia hæc vniuersa, & populum tuum qui hic repertus est, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria. Domine Deus Abraham & Isaac & Israel Patrum nostrorum, in æternum custodi hæc voluntatem cordis eorum, & semper in venerationem tuam mens ista permaneat. Hoc est igitur quod de Offertorio dicendum videbatur.

CAPVT II.

De præparatione qua ad offerendum se præparat.

Nunc autem de præparatione qua interim ad offerendum se præparat sanctitatis perfectior, est dicendum. Præparat autem se tribus, incenso, lotione, & oratione. Incenso præparat se, deuotionis odore. Lotione, munditiæ nitore. Oratione, cordis feruore: Circa primum attendendum, quod tria fuerunt in lege, in sancta sanctorum duo, & ante velum vnum. In sancta sanctorum propitiatorium fuit, & thuribulum in sanctis altare aureum. Ad ista ergo tria sacerdos se præparat machans carnem super altare, ad quod procedit cum thure implens cor, quando procedit cum feruore orationis accedens ad propitiatorium, quando iam ad locum vbi offerendum est, peruenit. Thus ergo in thuribulo est: quia suauitatis odor est in deuotione. *Canti. 3.* Quæ est ista quæ procedit sicut virgula fumi ex aromatibus myrræ & thuris? De maceratione corporis in altari dicitur. *Roma. 12.* Obsecro vos fratres

1.
Sacerdos præparat se ad offerendum, incenso, lotione, & oratione.

fratres, ut exuberans corpora vestra hostiam videntem, in me, in Deo placentem, rationale obsequium vestrum. De tercio dicitur in *Psal. 53.* Introibo in domum tuam in holocaustis, reddam tibi vota mea quæ distinxerunt labia mea. Ad altare accedens inclinat, hostiam ponens ter thurificat, & post in circulum thurificationem circumgyrat ante propitiatorium, hoc est, ante elementiam Dei stans, se eleuat & manus extendit. Quod inclinat ad altare, significat reuerentiam: quod thurificat tunc sacrificij redolentiam, scilicet panis & vini, & aquæ, quæ in vinum est mixta: quod se eleuat, extensionem sui in deum per totum suorum signat. Thurificat ergo ter, tres partes in sacrificio substantiales esse designans, quarum prima reficimur secunda potamur, & tertia vnitri Deo ostendimur. Sic ergo parat se ad altare accedens ordinando oblata, thurificando, & se in conspectu Domini erigendo. Ac si dicat *1.º Psal.* Introibo ad altare Dei, ad Deum qui sanctificat iuuentutem meam. Per secundum dicit *40.º Psal.* Dirigatur oratio mea in conspectu tuo sicut incensum. Per tertium dicit *40.º Psal.* Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Hoc enim totum ad Deum coram propitiatorio extra velum aperit et ualuit. Deinde vadit ad lauandum: quia cum primo ad M.issam s. p. lauauerit se ab iniquitate, modo oblaturus sacrificium, amplior indiget ablutione etiã à venialibus & peccatorum reliquiis, dicens: Lauabo, non inter peccatores, sed inter innocentes, manus meas, & circumdabo altare tuum Domine. Hanc vltiorem ablutionem petit *Psal. 51.* dicens: Amplius laua me ab iniquitate mea. Et alibi: Amplius laua me Domine ab iniquitate mea. Ac si dicat: Lauasti à mortalibus, laua etiam à venialibus. Me laua: quia nemo adeo lotus est, quin indiget vltiori lotione in tanti oblationis sacrificij. Hoc significauit Dominus *1.º Reg. 13.* Quia cum loti essent Apostoli & sic accederent ad refectorem mensæ Domini agni paschalis, noluit eis exhibere corpus suum, nisi iteratò lauaret pedes eorum, per quos signata est affectuum ablutio, dicens: Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Sic etiam Salomon in templo, *3.º Reg. 7.* Fecit mare æneum communem ablutionem sacerdotum, etiam fecit luterem specialem ad loruram eorum qui pro sacrificio ingrederebantur in templum.

Hoc igitur modo paratus lotionem, procedit ad mediũ altaris, parans se orationis suffragio: & hoc dupliciter, scilicet per se, & postulatione orationis adiuuatis à populo. Per se pronus inclinatur ante altare, dicens: *1.º Spiritu humilitatis & in animo contrito suscipiamur Domine etc.* & sic fit sacrificium nostrum, vt à te suscipiatur in hunc modum: *1.º Placeat tibi Domine Deus.* Et sumuntur verba ista *Daniel. 3.* vbi ista verba tres pueri in camino ignis ardentis dixerunt. Sacrificium enim offertur in recordationem passionis Domini: & sic quando recordamur, quod pro nobis hoc sacrificium in ara crucis oblatum est pro peccatis nostris, offerimus in spiritu humilitatis, peccatum recognoscentes, & in animo contrito, peccati do-

lorem in corde sentientes. *Psal. 50.* De primo dicit: Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. De secundo dicit: Et peccatum meum contra me est semper. In hac igitur humilitate Ecclesiæ & contritione Ecclesiæ petit suscipi officium sacrificij sui sacerdos: quia certum est, quod in his nunquam reicitur. Quia de primo dicitur in *Psal. 50.* Sacrificium Deo spiritus contribulatus. De secundo autem dicitur simul cum primo: Cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Et sic placet Deo sacrificium. *Mal. 3.* Placebit Deo sacrificium Iuda & Ierusalem sicut dies seculi & sicut anni antiqui. Iuda enim confitens interpretatur, & sacerdos iam lotus est ablutione & orationis confessione. Ierusalem autem est pacis & vnitatis Ecclesiasticæ suffragij intercessio.

Et ideo se conuertit ad populum petens in vnitatem Ecclesiæ orationis suffragium, dicens: *Orate pro me fratres & sorores, vt meum pariter & vestrum sacrificium sit acceptum ante Deum.* Appellatione enim fratrum & sororum innuit Ecclesiæ in vnitatem charitatis colligationem & vnitatem. In hoc autem quod cum sit loco eius qui omnis est perfectior sanctitatis, & tamen petit orationis suffragium, innuit hoc quod dicit Apostolus ad *Heb. 5.* Quoniam & ipse circumdatus est infirmitate: & ideo vt homo infirmus indiget Ecclesiæ adiutorio. *1.º Cor. 5.* Orate pro uincum, vt saluemini. Multum enim valet oratio iusti assidua. In hoc quod dicit, vt meum pariter & vestrum, &c. innuit, vt dictum est, quod tam offerentes quam oblati in altari offeruntur, cuius oblationis signum fuit exteriorum facultatum oblatio. Vnde *Heb. 5.* & pro seipso offerre pro peccatis. Ipse enim homo est ex hominibus assumptus in locum eius qui sanctitatis est perfectior: & ideo vt homo indiget suffragio, & vt in loco Dei existens impendit & perficit sanctificationem. *Heb. 5.* Omnis autem pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis, qui condolare possit his qui ignorant & errant.

Sic igitur munitus sanctitatis perfectior & paratus, perficit secretam orationem, in qua per totum annum in omnibus Missis nihil aliud petitur, nisi quod populus offerens in suis donis & cum suis donis Deo in vnitatem Christi corporis & incorporandus offeratur Deo. Hoc autem patet in secreta Missæ primæ quæ sic dicit: *Hæc sacra nos Domine potens virtute mundatos, ad suum faciant puriores venire principium.* Omnium enim horum principium quantum ad oblationem est oblatio qua Christus obtulit seipsum. Hoc facillimè est inuenire & videre in omnibus secretis, nisi quod aliquando propter festum quod agitur de Christo, vel sanctis, in secretis mentio illius festi habetur, vt gratia festi populus offerens Christo incorporatur. Hæc autem oratio ideo secreta vocatur: quia sub silentio & secreto dicitur, cuius diuersi diuersas assignant causas, de quibus parum est curandum. Causa verò est: quia iam in ista oratione à sanctitate perfectiore

Sanctissima populo calari debent, ne ea suspensas et ad altare vnum adhibeant.

perfectiore sanctissima postulatur & offeruntur. Et hæc à populo communi celari debent, vt amplius venerentur: ostensa enim populo per vsum discuntur & vilipenduntur, & forte ad vsum alios adhibentur. Et ergo verba consecrationis vulgò non sunt reuelanda. In signum cuius. *Nam. 4.* dicitur de omnibus sacerdotibus, Aaron & filij eius sacerdotes intrabunt, ipsique disponent onera singulorum, & diuident quid portare quis debeat. Alij nulla curiositate videant quæ sunt in sanctuario prius quam inuoluantur, alioquin morientur. Quia multi vsu sanctissima contemnentur, quando eis publicè ostenduntur, accipiunt occasionem mortis in eis, quæ si essent operta & inuoluta & ab eis velata, venerentur. *Matth. 7.* Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus, & conuersi dilacerent vos. Quia audita ista vilescunt, & sacerdotes verbis eorum dilacerantur. Vnde *Diony.* loquitur in Ecclesiastica hierarchia de ritu sacramentorum. Laici hoc videntes late ridebunt, putantes humilibus verbis & rebus non posse inesse sanctificationem. Hæc igitur est vera causa huius silentij & sequentium silentiorum. Dicunt tamen quidam, quod ante passionem cum Iudei quererent Iesum interficere, sicut dicitur. *1.º Ioh. 11.* Secessit Iesus vltra Iordanem in locum qui dicitur Effrem, & ibi latebat. Et quia publicè non predicabat, tunc dicitur, quod hoc silentium suo primo silentio hæc sacerdos representat. Et id videtur mirabile, quod illud in aliquo responderetur, cuius nulla mentio fit in ipso. In istius autem secreto silentij nulla penitus fit mentio illius silentij vel similitudo: quia sacerdos fugiens ab altari non abscondit se, neque lateat. Et ideo apud me nihil valent tales adaptationes.

Sic igitur perficiens secretam concludit alta voce: quia hoc quod in conclusione est, omnibus expedit scire, tam clericis, quam idiotis. Dicit igitur, *Per Dominum nostrum, etc.* vt sciatur, quod quicquid petitur, non nisi in nomine Christi exaudiri. Et de hoc iam ante factis dictum est. Quod autem quidam dicunt, quod exaltatione vocis iterata Christi predicatio innuitur, quando in septimana Pasche inter decimam & quintandecimam Ierusalem regrediens clamabat docens in templo, dico quod hoc meo iudicio nihil valet ad propositum. Et quod sancti aliquando hoc dicunt, pro certo sunt quadam ex parua convenientia sumptæ adaptationes. Clamat ergo sacerdos ad populum hoc quod omnium est fides & instructio. Ac si dicat illud. *Prover. 8.* O viri ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. Abscondit autem ea quæ non sunt singulorum, sed quæ sunt perfectiorum tantum & paucorum ad intelligendum, & conclusione perfecta idiota vel is qui loquidone est dicit, *Amen* quod quia ad conclusionem tantum refertur, interpretandum est, pro magno est, & non pro fiat. Ac si dicat, *tu dicit per Dominum nostrum, & qui viuic & regnat, etc.* Nos corde & ore & opere profitemur & dicimus, quod hoc est verum. Ac

si dicant illud *Prover. 8.* Iusti sunt omnes sermones mei, & non est in eis prauum quid atque peractum.

CAPVT III.

De accessu ad Praefationem.

Vdicens autem sacerdos hanc confessionem procedit ad Praefationem, quæ præloquutio interpretatur: quia sacerdos sentens iam populum ad altaria paratum, præloquitur eis publicè de sacramenti altitudine & reuerentia; & ab hac præloquutione id quod cantatur, nomen præfationis accipit. Beatus autem *Gregorius* hoc ordinans, & *Gelasius* papa hoc componens; fundauerunt statutum illud in verbo omni quod dixit *Exo. 19.* vbi dicit ad Moysen, Descende & contestare populo, ne forte velint transcendere terminos ad videndum Dominum; & pereat ex eis plurima multitudo: Et ideo sicut *Moyses*; ita sacerdos nostræ sanctitatis perfectior habens Praefationis modo magnitudinem & altitudinem sacramenti angelicæ perfectioni tribuit, dam, vt non curiositate discutatur, sed humilitate cordis à populo suscipiatur & ventretur. Hæc autem Praefatio duas habet partes, scilicet excitationem populi ad attentionem, & ipsam instructoriam Praefationem. Excitatio intentionis populi est in tribus, in eulogio salutationis, & in commotione profectio-nis, & in exhortatione gratiarum actionis. Eulogium salutationis est in duobus scilicet in salutatione presbyteri, & in deuota responsione populi. Saluatio est, *Dominus vobiscum*: quod quamuis in precedenti iam expositum sit, tamen ad istud enologium est adoptatio adiutorij Domini adiuantis ad altissima: quia sine Domino ad ista ascendere non valeamus: Dominus enim superpositionis nomen est, eod quod sicut dicit *Diony.* Dominus superpositionis & dominationis incessanter est appetitiuus. Hoc enim impletur quod dicitur *Prover. 19.* Misi ancillas suas, vt vocarent ad arcem, & ad moenia ciuitatis. Ad arcem enim altitudinis vocat perfectior sanctitatis, vt suo Domino nobiscum sit, ita quod nihil cordibus nostris superpositum deprimendo in seruitutem redigar. Sed dominationis suæ incessanter appetitui continè ad moenia ciuitatis quæ domina gentium est; ascendamus, sicut dicit. *Psal. 20.* Exaltare Domine in virtute tua, cantabimus & psallemus virtutes tuas. Exaltatur enim in nobis, quando seruitutis iugo excusso; ad superpositionis suæ nos erigit altitudinè, & tunc idecmitate spiritus cantamus, & opere in detacocho de cæ thordard psalterio obseruatione psallimus madorum. Sic mirabilis in altis Dominus. Sic verè dicimus in hoc dominum translati illud *Iuda. 8.* Neminus seruiuimus vnquam. Sic impletur in nobis quod est pro dignitate nobis concessum. *Genes. 1.* Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & præfix piscibus maris & volatilibus cæli & bestiis terre: In hoc portamus imaginem Dei, quod superponimus concupiscentiæ dulcedini quæ in humore ma-

Excitatio populi ad intentionem.

rat libidinoso. & ambitioni & superbiæ quæ ad alta voluit huius sæculi, & bestialibus moribus qui ratione sunt privati: & ideo nob. cum se esse ostendit. Huic iucundè respondimus: *E cum spiritu tuo*, nostro perfectiori sanctitatis optantes, quòd Dominus subuehat eum cum spiritu in eadem alta, quæ nobis optavit, vt scilicet ea quæ nisi in Spiritu sancto agi possunt, ipse spiritus inspiraret, vt spiritus sacerdotis sit cum spiritu perfectioris sanctitatis. *Ioan. 4.* Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Et hoc maximè necessarium est in sacramento, in quo caro nihil prodest, sed spiritus perficit omnia. *Ioan. 6.* Spiritus est qui vivificat: caro autem non prodest quicquam. Hoc enim verbum dixit Dominus de huius sacramenti perfectione.

2. Hoc modo noster perfectior sanctitatis accipiens idiotarum & chori responsum, nititur ad altiora pronocare populum, quem iam in signo obtulit in sacrificium, expressè clamans: *Sursum corda*, supple, eleuate Sursum, inquam, intellectu veritatis, sursum affectu charitatis, sursum virtute conuersationis, & sursum rectitudine intentionis. De prima ad supra eleuatione dicit *Psal. 63.* Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Ad cor altum autem in intellectum veritatis accedit, qui in sacramento nihil carnale cogitat, sed omnia alta esse intelligit, scilicet quod in cibo sumptus Christus dentibus non discernitur, nec diuiditur diuisione sacramenti, sed manet integer, & sumptus nos sibi incorporat, & non digeritur vt pereat. In altare descendens manet in dextera Patris, vt incorporatos sibi ad sedem Patris exalter, & huiusmodi. De secunda dicitur ad *Coloss. 3.* Quæ sursum sunt, sapite, non quæ super terram. Sapimus enim & querimus cælestia per charitatis nostre feruidam exultationem, & hoc in sacramento perficitur, quando nimiam Domini dilectionem pensantes aduertimus, quòd ipse nobis se dat in cibum, qui nos sibi incorporet. Et sic ad alta domus Patris vbi omnes abundant pambus æternæ vitæ nos eleuando perducit. De tertia eleuatione dicitur *Phil. 3.* Nostra conuersatio est in cælis: vnde & saluatorem venientem ad nos in sacramento expectamus Dominum Iesum Christum, qui incorporando nos sibi, reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. De quarta sursum eleuatione dicitur *Iob. 16.* Ad Deum stillat oculus meus, hoc est, oculus altæ intentionis, qui deuotione & memoria Dominice passionis stillat lachrymando, & non nisi in altum ad Deum dirigatur tendendo & pergendo, & omnia in eo soli Deo attribuendo. Hoc autem quod sacerdos hic dicit: ortum habuit ab eo quod Dominus dixit per sanctum *Iob. 16.* Terra ne operias sanguinem meum, neque locum in re latendi inueniat clamor meus. Et ideo terreno & depresso corde sanguis Christi non debet operiri, & clamor quo ad communionem Dei vocamus, latere non debet sub affectu terreno, sed potius corde eleuato ad cælum hæc omnia venerari. Ad hanc autem al-

Quadruplex ad Deum ritus.

locutionem respondetur ex parte populi. *Habemus ad Dominum*: quia ad altius cor exaltari non potest, nec in aliquo tutius collocari poterit, vt spiritualia & altissima Dei dona percipiuntur *Thren. 3.* Leuemus corda nostra cum manibus in cælum: totum enim cor in cælestibus habitare debet, quod tam cælestia & sublimia dona expectat à Domino. *Isa. 2.* Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius.

Hoc habito à populo, perfectior sanctitatis de tanto dono monet gratias agere, dicens: *Gratias agamus Domino Deo nostro*, se connumerans populo: quia vnus sunt doni participes, tam perfectior sanctitatis, quam populus sanctitate perfruens. Gratia autem aguntur, quando dona Domini dignè percipiuntur, & distinctè cognoscuntur, & in magna deuotione in ipsum referuntur. De perceptione quidem digna dicitur. *1. Paral. ult.* Nunc igitur Domine Deus confitemur tibi, & laudamus nomen tuum in cælum. Quis ego & quis populus meus, vt possimus tibi hoc vnuersum promittere: tua vniuersa, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Sic enim dignè percipitur à Deo donum, quod offertur Deo, & in ipso dono offertur offerens donum. De discreta autem doni Dei cognitione dicitur. *1. Corin. 3.* Nos non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Omnia enim dona Deus dat in spiritu, & in spiritu data, cognoscuntur in eodem spiritu quæ & qualia sunt & quanta & quantam in nobis efficiunt virtutem, præcipue quæ in sacramento altaris nobis à Deo donantur. De relatione autem donorum in Deum dicitur. *2. Cor. 9.* Gratias ago Deo super inenarrabili dono eius. Non enim est nisi gratia, quòd tantum nobis dat sacramentum. *1. Thess. 5.* In omnibus gratias agite. *1. Mach. 1.* Magnificè gratias agimus. Ad hanc autem communem inuocationem respondet populus siue chorus loco populi: *Dignum & iustum est.* Dignum quidem pro magna liberalitate qua dona confert. Iustum autem pro debito receptionis donorum: quia sic obligamur ad gratias agendum. De primo dicitur *Deut. 32.* Date magnificentiam Deo nostro, Dei perfecta sunt opera. Magnificè enim Deo datur, quando dignè liberalitas eius qua gratis dona dat, exprimitur. Sic enim dicitur *Esther. 2.* Dona largitus est iuxta magnificentiam principalem. Et hoc est perfectum opus donationis, quando nec manu retracta, sed liberalitate tota manu aperta magnum confertur & datur siue impropere. *Iac. 1.* Dat omnibus affluentet, & non impropere. Ex hoc enim ipse est gratiarum actio dignissima. Iustum autem fit vt gratias agamus ex ipsa receptione: quia ex illa obligamur vt gratias agamus manū quæ nobis largitur. *Isa. 1.* Cognouit bos possessorem suum, & alius præsepe Domini sui. Et ideo dicit *Aristoteles*, quòd mitis amicitia aprofundior, hoc est, irreflexio dissoluit, quando dat

Ad gratiarum actionem inuocatio.

dat vnus, & ab altero qui accipit, nec mereri potest amicitia verbum saluationis.

CAPVT III

De ipsa Præfatione.

1. **H**æc autem habita responsione, statim in *Sanctitatis perfectioris magnitudinem tam magnificè doni præfatio*, vt omnes excitet in admirationem ipsius & laudem: & ideo duo hic se consequuntur: præfatio scilicet, & laus chori in laudem per præfationem excitari. Circa præfationem autem duo sunt, quæ danda: scilicet auctoritas à qua ortum habuit præfatio, & expositio eorum quæ in præfatione habentur. **Nomen enim Præfationis**, in antea habitis est expositum. De auctoritate autem sic in gestis *Papæ Gregorij*, hoc est, in *gestis Gregorij* *Papæ* huiusmodi & tractatū composuit, & sacramentorum præfationes, canes quidem & eliamore, summo dicitur. Sicut autem *Papæ hyppoliti*, *Senatus*, *sanctus* *sanctus* canes in *Missæ* antea confessionem sacramenti post præfationem consistunt. Et ideo de istis potest intelligi quòd dicitur, *Eccl. 47.* Sicut facit cantores contra altare, & in sono eorum dulces fecit modulos. **Haec verò quæ in Præfatione continentur**, in tribus comprehenduntur. **Primum** est responsionis acceptæ comprobatio. **Secundum**, sacramenti super omnes ostensa imaginatio. **Tertium** verò vt vocat laudantia. *Eccl. 47.* In primo huiusmodi quæstio continentur, scilicet responsionis acceptæ, acceptæ responsionis de commendatione, *in tribus* comprehenduntur in laudem prædicatio, & per quem sicut mediatores tamen boni perficiuntur in sacrificio.

Præfationis auctor.

Quæ continentur in Præfatione.

2. Responsionis acceptæ comprobatio.

In approbatione verò dicitur, *Forè dignum & iustum est*, *opum & saluare*. Quæ sunt quæque vnus, à quo quæ quæ sunt in sacramento considerantur. Si enim consideramus sacramentum in veritate vnuersum: Veritas Testamenti, sic dicitur *Satrahnetus* veritatis: *Et hoc modo dicitur hic*, *Verè*, *Hebr. 10.* Vmbra habens lex futurorum bonorum, non ipsa veritas, sed castus veritatis imaginatio: quæ boni gratia fuerit, signa & nota causa: sed hæc sacramentum auctorem in veritate continet, omnis gratia. Sic enim dicitur *Isa. 40.* quòd *Moyses* in vmbra & figuris dicitur. Sed gratia & veritas in verbis per Iesum Christum *Idem est*.

3. Si autem huius sacramenti consideratur nobilitas, tunc est dignum. *Deo sacrificium*, & sic dicitur dignum, *solus*. Et ideo cum in *veritate* queritur, quid dignè offerretur, *non est inueniunt*, dicitur *Mich. 6.* Quid digne offeram Domino? Et ideo *Apoc. 5.* *aperit* *gemmæ* *Patrum* *antiquorum* *hoc sacrificium* *agentium*, dicit: Ego stebam *inueniunt*: quia semo dignus inueniunt est aperit *illum*, & videt *illum*. *Idem enim sa-*

cramentum omnizaperit secreta diuina & cælestia. Et ideo quibusdam interpositis dicitur ibi de laude dignitatis istius: Et cum aperuisset librum, quatuor animalia & viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas & phialas aureas pleas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum, & cantabant canticum novum, dicens: Dignus es Domine Deus noster aperire librum & solvere signacula eius, quoniam occisus es & redemisti nos Deo in sanguine tuo. Liber enim est secretum consilium sapientia diuina, quo disposuit in sacramentis ornare & ordinare siccliam, hoc nemo aperire potuit nisi is qui sanguine suo de corde suo sacramenta profluere fecit: & ideo quatuor animalia Evangelicæ prædicationis in se figuram præferentia, vt rationem sacramentorum intelligant, sicut homin in sacrificium se exhibebant, vt vitalis: fortiter mortem vincant, vt leo: altissima contemplatione verbum apud Deum comprehendant, vt aquila: & viginti quatuor seniores qui signant duodecim partes Veteris Testamenti & duodecim Apostolos notæ gratia patres, statim cadunt in faciem suam in vnam fidem præcedentium & sequentium, tam dignum sacramentum venerantes & iocanda laude. citharizantes in omnium virtutum consonantia, & phialas auro diuinitatis splendentes, hoc est, diuinis cordibus flagrantibus omni odoramento pietatis & bonitatis statim in venerationem tam digni excitantur sacramenti. Et ideo clara voce dicit perfectior sanctitatis, *Dignum*.

4. Consideratur autem sacramentum vt nos obligans nobis donatum: quia sicut dicit *Gregor.* Cum crescunt dona, rationes etiam crescunt donorum. Ex maximo igitur sacramentali dono maxime obligamur, & hoc considerans dicit, *Et iustum est*. Est autem ista iustitia ab istius sacramenti institutione: quia iustum est vt instituta Dei teneamus, præcipue quæ ad tantam instituta sunt utilitatem. *Psal.* Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas. Dixit enim *Luc. 22.* Hoc facite in meam commemorationem. Et quia iniunxit in tanto charitatis affectu, ideo iustum est, imo nihil tam iustum, vt omni deuotione celebretur.

5. Si autem consideretur sacramentum, & eius qui dedit ad nos quibus dedit, par vel æquum est, sed rationem dati & accepti, vt illud nos extollamus magnificè laude. Iniquum enim omnino est & impar inueniatur ad Dei dona, magna & multa à Deo accipere, & non ad paria quantum valent in laude reddere, & hoc attendendo perfectior sanctitatis dicit, *Æquum*. *Sap. 11.* Omnia in numero & mensura & pondere disposuisti. *Luc. 6.* Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis.

6. Si autem huius sacramenti attendamus effectus, qui omnes saluantes sunt & causa salutis æternæ: tunc saluare est saluatori gratias repetere, vt continet ab ipso in nos & à nobis in eum flux & reflux in sacramento effectus salutis. Et hoc *Luc. 2.* considerauit in ipso Simeon fenex dicens: Viderunt oculi mei

mei salute tuum. *Genes. 49.* Hoc salutare erat in desiderio patrum. Er ideo dixit Iacob: Salutare tuum expectabo Domine. Sic igitur hic quinque perfectior sanctitatis præfatur ad populum.

6. *Approbatio reuerentia hanc minacis.*

Nos tibi semper, &c. Hic tangitur approbatio responsionis determinatio. Hæc autem est, quod ubique & semper agantur gratiæ de tanto sacramento. Vbi quidem: quia per ipsum instaurantur quæ in cælis sunt & in terra: & ideo trina agit gratias machina, cælum pro ruinæ angelicæ reparatione, cælum pro ruina angelicæ reparatione, infernus pro eorum qui ibi erant liberatione: & hoc est ubique. *Psalm. 1.* Ut in nomine Domini omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum. Et id. o etiam hoc sacrificium offertur pro cælestibus ad laudem, pro terrestribus ad gratiæ perceptionem, pro his qui in infernalibus penis sunt, ad liberationis supplicationem. *Psalm. 102.* In omni loco dominationis eius benedic anima mea Domino. Semper autem: quia & in tempore gratiæ, & in æternitate gloriæ: quia sicut in tempore percipitur in sacramentali & figurati specie, ita in æterna beatitudine percipitur in ipsius rei veritate & manifestatione. *Psalm. 33.* Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. *Tob. 4.* Omni tempore benedic Dominum. Sic igitur terminata approbatio est responsionis.

7. *Eius cui gratia referenda sunt in laude prædicatio.*

Dominus sancte Pater. Hic tangitur eius cui gratiæ referendæ sunt in laude prædicatio. Prædicatur enim per tres combinationes, quarum prima est, *Dominus sancte.* Dominus enim, sicut iam diximus, dicitur eum qui facultatibus pulchrorum & bonorum hæc potuit ministrare oblationem: quia diues est & copiosus in omni gratia. Quod autem additur, *Sancte,* ideo fit, ut has omnes impensas & diuitias in rebus sanctis nos sanctificantibus sciamus esse accipiendas, sicut dicitur *Leuit. 11.* Sancti estote, quoniam ego sanctus sum, ne polluat animam vestram. *Luc. 1.* In sanctitate, & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Tales enim magnificentie suæ diuitias Dominus maiestatis ostendit, cum nobis tam magnificentum & omni sanctitate plenum & gratia largitus est sacramentum: & ideo Eucharistiæ nomen accepit, de cuius plenitudine omnes accepimus gratiam pro gratia, sicut dicitur *Iohan. 1.* Hoc enim est illud gomor de quo dicitur *Exod. 16.* Imple ergo gomor ex eo, scilicet mannate, & custodiat in futuras retrò generationes, ut nouerint panem quo alui vos in solitudine, quando educti estis de terra Ægypti. Gomor autem vas mensurale est, quod signat sacramentum corporis Domini, in quo manna ponitur: quia in ipso omnis refectio diuitiarum homini inuenitur. Et ideo frequentatio & usus eius in omnes retrò generationes custoditur, ut cuncti fideles panem illum ditissimum in omni sanctitate nouerint per deuotam uenerationem, quo alimur in uia huius solitudinis, per quam redimus ad patriam, ubi uita in rerum ueritate facie ad faciem percipiemus. Hoc etiam de ipso dicitur, Filii qui nascentur, exurgunt & enarrabunt fi-

liis suis: & ideo etiam in figura sacerdoti summo seruandum est commissum. *Exod. 16.* Dixit Moyses ad Aaron sacerdotem, sume uas unum, & mitte ibi man, quantum potest capere gomor, & repone coram Deo ad seruandum in generationes uestras, sicut præcepit Dominus. Hæc igitur de causa dicitur, Domine sancte.

Secundum præconium est, *Pater omnipotens.* Qui enim est Dominus omnium cum superpositione possessionis pulchrorum uerorum & bonorum; pro affectu dignatur esse pater. Pater, inquam, qui in sua nimia dulcedine talem refectionem nobis præparat. *Sap. 16.* Paratum panem de cælo præstitisti eis sine labore, habentem in se omne delectamentum & omnis saporis suauitatem. Substantiam enim tuam & dulcedinem tuam quam in filios habes, ostendebas, & uoluntati uinif-cuiusque eorum deferens, ad quod quisque uolebat conuertebatur. Parare enim in uino cibo omnem saporis gratiæ, ostendit non domini terrentis in timore, sed patris dulciscientis in affectu de nobis benignitatem & pietatem. Vnde quod dicitur, *pater,* intelligitur essentialiter, sicut totam trinitatem patrem uocamus in dulcedine affectus sui de nobis cogitante. *Psalm. 68.* Paraisti in dulcedine tua Deus pauperi. *Psalm. 64.* Paraisti cibum filiorum: quoniam ita est preparatio eius. Propter quod & talis gratia dicitur panis filiorum. *Matth. 15.* Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Quia autem in hac benigna preparatione transsubstantiatio panis in corpus Domini, & uini in sanguinem Domini, exiguntur, & hæc transsubstantiatio non tam à minori quam ab omnipotentia procedit, ideo patri preparanti iungitur omnipotentia, qua tantam preparationem potest perficere, & dicitur Pater omnipotens. De omnipotentia qualis & quanta sit, supra in expositione, *Gloria in excelsis,* factis dictum est: sicut enim beate Virgini Mariæ omnia quæ dixerat, credibilia fecit id quod de omnipotentia subiecit, non erit impossibile apud Deum omne uerbum: ita hoc quod nobis Pater in affectu paterno tantam gratiam parat, indubitata fide facit omnipotentia. Vult enim, quia pater: potest, quia omnipotens: scit autem ex diligentia parare, quia sapiens.

Tertium præconium eius cui offertur gratiarum actio, est quod subiungitur: *Aterne Deus.* Aternitas enim est, ut dicit *Boetius* in libro de consolatione philosophiæ, inestimabilis uitæ tota simul & perfecta possessio. Deus autem quod Græcè Theos uocatur à thetîm quod est ardere, derivatur. Aternitas igitur uitæ alimonia, ut dicit *Gregorius,* non nisi ab æterno uitæ fonte qui in sacramento est, per deitatem uerget & nutrit ad æternitatem: nec à nobis est, sed à Deo nimia charitatis suæ successo hoc nobis conferente. Et ideo dicitur, *Aterne:* quia nos ad æternitatem uertens est in sacramento. Et dicitur *Deus:* quia hoc factum est nimia charitate Dei, de qua dicitur *Cant. 8.* Lampades eius lampades ignis aque flammatum. Aquæ multæ non potuerunt

8.

9.

potuerunt extinguere charitatem. Sic tibi dignum est gratias agere *sancte Domine,* qui ad omnes sanctitatis copias quæ in sacramento sunt, habes omnibus superpositas facultates. *Pater,* quia dulcedine patris affectus vis. *Omnipotens,* quia huiusmodi omnipotentia patas. *Aterne Deus,* qui tantæ charitatis sacramentum æternam in eo plantans uirtutem exhibes, quod nos uerget ad æternitatis immortalitatem.

10. *Eius per quem tantum sacrificium perfectum est sanctificatio sicut per mediatorem, iocunda commemoratio.*

Per Christum Domini. Hic tangitur eius per quem tanti boni perfecta est sanctificatio sicut per mediatorem, iocunda commemoratio. Vnde mediatio notat præpositio. Naturas autem quibus mediat, notat cum dicitur, Christum qui uerus interpretatur, cuius uerbo est deitas, & uerba humanitas, ut sicut canal is tangit fontem à quo hautit & horum quem rigat, ita emanuel noster per diuinitatem tangit Deum à quo sicut à fonte fluunt gratiarum chrimata, & per humanitatem tangit nos in quos profuunt per ipsum tanta chrimata gratiarum. *Gal. 3.* Mediator unius non est, Deus autem unus est. *1. Tim. 2.* Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. *Hebr. 9.* Christus assistens pontifex futurorum bonorum. Ibi dicit Glossa, Assistens nobis. Hoc sancti patres ante Christi præsentiam in carne deplorauerunt, quod talem pontificem Dei & hominum non habuerunt: & ideo sua sanctificatio perfecta sacrificia non fuerunt. Vnde in persona patrum dicitur *Iob. 9.* Neque enim uiro qui similis mei est, respondebo: nec qui mecum in iudicio ex æquo possit audiri. Non est qui utrumque ualeat arguere, & ponere manum suam in ambobus. Et ideo nullus uerus pontifex fuit nec alicuius sacrificium omnino poterat esse acceptum. Modo autem per pontificem Christum acceptum est, de quo dicit Pater: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Et ideo per ipsum magnificè gratias agimus: quia sicut gratiæ ad nos à Deo per Christum fluunt, ita per eundem mediatorem ad Deum per gratiarum actionem reuertuntur & reflectuntur, & continuè inter nos & Deum redundant flumina gratiarum, quæ totam lætificam ciuitatem Dei, hoc est Ecclesiam.

11.

Quod autem additur, *Deum nostrum,* speciale dominium notat, quo nos sanguine suo redemit in suam possessionem: dicit enim *Chrysostomus* super Iohannem, quod sicut homo dominus auro seruos emit, & emptos ornat & decorat: ita Christus nos suo sanguine in seruos emit, & emptos tam digno sui sanguinis sacramento ornat. *1. Cor. 6.* Empti enim estis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore uestro. *1. Pet. 1.* Non corruptibilibus auro uel argento redempti estis à uana uestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine agni tanquam immaculati Christi.

12. *Eius cui gratia referenda sunt in hoc sacramento, supereminens magnitudo.*

Per quem maiestatem tuam, &c. ostenditur hic cuius gratiæ referendæ sunt in hoc sacramento supereminens magnitudo: & hoc ostenditur præconio angelicæ uocis, & in hoc importatur tria, scilicet laudis altissimi *D. Alb. Mag. lib. de sacrific. Missæ.*

præconium, reuerentiæ ab his quibus omnis reuerentia exhibenda est, impensum obsequium: & ab altissimis concelebratum gaudium. In primo horum tria sunt notanda, scilicet mediatoris in laude officium, laudari culmen eximium, & laudantium dignissimum obsequium. De primo horum dicit, *Per quem,* scilicet sicut per mediatorem, per quem Angelis data est laudis materia: quia mediatio sua perficitur eorum custodiæ effectus, & casus eorum reparatur defectus, & in custodia promouetur profectus: custodiunt enim homines Angeli, sicut dicitur in *Psalm. 90.* Angelis suis Deus mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uis uis tuis. Et ideo quia Christus fecit redemptionis opere, quod effectum habet custodia, ideo laudant Angeli per Christum: quia per Christum fit eis laudis materia. Hoc signatum est. *Apocal. 1.2.* ubi sic dicitur: Audiuim uocem magnam de cælo dicentem, Nunc facta est salus & uirtus & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius: quia proiecitus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte, hoc est, accusabiles reddidit, & ipsi uicerunt eum propter sanguinem agni. Et post pauca subiungit: Propterea lætamini cæli, & qui habitatis in eis. Vox enim magna hæc, uox est laudantium Angelorum, ut dicit *Gregor.* in contemplatione tantæ gratiæ admirantium Dei consilium, qualiter per Christum hominem à diaboli captiuitate abfoluit & angelicam custodiam ad effectum salutis prouexit. Per hoc etiam ruinæ Angelorum reintegratur defectus. *Ephes. 1.* Secundum beneplacitum ipsius quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo quæ in cælis & quæ in terra sunt in ipso. *Col. 1.* In ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius siue quæ in terris sunt. Hæc ergo restauratio casus angelici est causa & materia laudis Angelorum in officio isto mediatoris, qui sicut dicitur *Luc. 15.* Dra-chmam decimam inuenit; & eam in loco cadentis Angeli reposuit. *Amos. 9.* In die illa suscitabo tabernaculum Dauid quod cecidit, & reedificabo aperturas murorum eius, & ea quæ corruerant, instaurabo; & reedificabo illud sicut in diebus antiquis. Tabernaculum est hic cælum cælestium excubiarum tabernaculum, quod dicitur esse nostri Dauid qui manu fortis & aspectu desiderabilis interpretatur: quia in eo propugnator est ad saluandum, ut manu fortis: & in eum desiderant Angeli prospicere, quia aspectu est desiderabilis. Hoc autem cecidit in ruina Angelorum, & in apertura in defectu uacuarum mansionum stetit. Et unde poterant suppleri, hoc est, ex homine in cælum assumendo, etiam corruit in primo hominis peccato, & sic mediatio sua Pater illud per Christum tripliciter reedificauit: quia hominem à casu redemit, Angelorum numerum ex hominibus reintegravit, hominem in cælum in mansiones patris introduxit. Ex mediatio etiam Christi officium proficit Angelis: quia uirtute sanguinis

adiuuarunt manus angelica ut hominem facilius prouehat ad virtutum profectum & perfectionem. Et ideo dicitur in Psal. 90. In manibus portabunt te. Quia operibus Angelorum portamur ad profectum, remoto pondere circumstantis nos peccati per Christi sanguinem. Hoc signatum est *Matth. 4.* ubi Christo pro nobis vincente tentatore, ne inducamur in ipsam tentationem, accefferunt Angeli & ministrabant ei. Sic igitur triplex angelica laus promouetur per officium mediatoris.

Laudari culmen excelsissimum.

Maiestatem suam. Tangitur hic laudati culmen excelsissimum. Maiestas autem est magnitudo supereminens stans, quæ nunquam declinat ad paruitatem. Hanc autem maxime ostendit Deus in hoc magno, in quo mirabili maiestate efficit, ut incomprehenas comprehendatur in tam paruo, sumptus maneat in seipso, regnans aternaliter in ara maclatur in ministerio. *Isa. vlti.* Quis audiuit vnquam tale, & quis vidit huic simile: 3. *Reg. 8.* Si cælum & cæli cælorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc quam ædificauit tibi: & quanto minus forma minima panis & vini, quæ est in altari. Sed hæc est maiestas: quia sicut dicitur ad *Roma. 9.* Incircumscriptus & immensus Deus verbum abbreviatum fecit super terram, ut esset vobiscum, sicut dicitur *Isa. 10.* Consummationem enim & abbreviationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis tertæ. Et hoc ipsum non in substantia, sed in signo totum Deum & hominem continente secundum omnem sui veritatem & magnitudinem fecit, ut esset in nobis corporaliter & spiritualiter in perceptione sacramenti. 3. *Reg. 8.* Impleuerat enim gloria Domini domum Domini, & naturæ quam assumpsit sacramentalis speciei in qua totus habitauit. Sic igitur dicitur de Ecclesia *Aggai. 1.* Magna erit gloria domus huius nouissimæ, hoc est, Ecclesiæ, in cuius sacrificio Deus diuinus & corporaliter habitat, plusquam primæ, hoc est, synagoga, in qua non habitauit nisi in figuris umbrarum. Hic sumimus Christum in sacramento, & integer manet apud Patrem in cælo. Sumimus, inquam, ut in eo uiuamus. Manet ut ipsi in cælo contregnemus. De primo dicitur *Ioa. 6.* Qui manducat me, ipse uiuet propter me. Et huius alimonie virtute tendimus continû ad huius sacramenti principium quod est Christus in figure propriæ integritate regnans in cælo apud Patrem, ut ibi contregnemus. Et hoc signans dixit Dominus apud *Lucam 22.* Ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum, ut edatis & bibatis supra mensam meam in regno meo. Nemo etiam secundum naturam ascendit, nisi natura superioris efficiatur in ipso. Ita naturam regnantis influit nobis summa maiestas, ut per ipsam mensam quam sumimus, ad locum regnantis in cælo tendamus. Maclatur in mysterio & immortalis permanet, dicente ipso Domino: Hoc facite in meam commemorationem. *Luc. 22. 1.* Cor. 11. Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem Domini bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat. Vnde calice utimur pro sepulchro, patena pro lapide ad os monumenti posito,

pallis & corporalibus pro syndone qua inuolutum fuit corpus Dominicum à sancto Ioseph pietatis officio. Et de hoc habentur membra ista, scilicet.

Ara crucis simulque calix lapidisque patena.

Syndone officium candida byssus habet.

Scimus tamen & firmiter credimus & simpliciter confitemur id quod dicitur *Roma. 6.* Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quod autem uiuit, uiuit Deo, hoc est, ad similitudinem Dei qui solus habet immortalitatem & lucem habitat inaccessibilem, sicut dicitur. 1. *Tim. vlti.* quod nunquam in cælo vel in terra offensa est maior maiestas profusa nulla. Et ideo maiestatem in hoc sacramento laudandam esse dicimus per Christum, in cuius sacrificio & sacerdotio tripliciter hæc maiestas declaratur.

Laudant Angeli. Angeli hic meo iudicio non dicuntur specialiter & infimus cælestium spirituum ordo, sed potius sicut beatus Dionysius dicit, Angeli hic omnes cælestes essentia vocantur, quorum ut dicit Damascus. Vnum est commune opus hymnis laudare Deum. In his enim verbis nec nomina ordinum Angelorum, nec distributio per hierarchias describitur, sed communis laus præconium cælestium spirituum in sacramento declaratur. In sacramento enim habemus huius sacramenti virtutem, honorem, & profectus generalitatem. Virtutem autem decet laus: quia laus est virtutis præconium. Honorem condecet reuerentia: quia honor est exhibitio reuerentis in testimonium virtutis, ut voluit Philosophus. Generalem autem profectum quem omnia cælestia & terrestria & inferalia habent in sacramento, condecet concelebratio: quia celebratio, ut dicit Fulgentius, est concentus multorum, laudem Dei solemnizantium. Et hæc tria per ordinem inducuntur. Quia igitur commune cælestium virtutum & essentiarum officium est laudare Dei virtutem, quæ de hoste per hoc triumphauit sacrificium, ideo dicitur, *Laudant Angeli. Paral. vlti.* Laudabo te semper omnibus diebus vite mee: quia te laudat omnis virtus cælorum. *Psal. 116.* Laudate Dominum omnes Angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius. *Psal. 111.* Benedicite Domino omnes Angelus, potentes virtute, qui facitis verbum eius ad audiendam vocem sermonis eius. Sic igitur & hæc de causa laudant Angeli diuinam in sacramento maiestatem, quorum laus, ut dicit Gregorius, admiratio est in sapientia & maiestate salem in sacramento virtutem perficientis.

Laus quid honor quid.

Adorant Dominationes, &c. Tangitur hic secundum quod pertinet ad reuerentiam tanti honoris quantus est in sacramento. Est enim hoc sacramento plenum omni gratia, propter quod sibi honor deberetur, quia honor est premium gratiæ & virtutis: & plenum Deo, propter quod cultus sibi debetur diuinus, quia thesauria vocatur Græcè. Et ideo talis hic cultus inducitur Angelorum reuerentiam quam Deo Patri per Dominum Iesum Christum

stun exhibent Angeli, ut & homines ad similem cultum & reuerentiam prouocentur. Inducit enim hic duos ordines Angelorum, qui minus inclinari videntur ad reuerentiam, & quando scitur, quod & illi voluntate ad reuerentiam inclinantur, quod de omnibus non dubitatur, quin ad eundem modum inclinentur, & quod & nos cum omni deuotione similia faciamus. Primus ordo est, quod dicitur, *Adorant Dominationes.* Dominationum enim, ut dicit Dionysius in libr. cæle. hic est omnibus inferioribus & per naturam humilibus superponi, & superpositionis & dominationis diuinas incessanter esse appetitiosos. Et talium qui sic in altitudine semper feruntur cum actu & omni desiderio, non est adorare, sed potius adorari. Ex quo igitur adorant, scitur quod hoc sacramentum est altissimum & in omnibus summis creaturis omni dignitate & reuerentione superpositum, utpote vero Deo & omni gratia plenum. Vnde *Heb. 1.* Cum introductus primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adoret eum omnes Angeli Dei. Adoratio enim est prostratio super terram in recognitionem, quod ille qui adoratur, est de nihilo. In hoc quod est eleuatus ab eo qui adoratur. *Apoc. 5.* Et vidi & audiui vocem Angelorum multorum in circuitu throni & animalium & seniorum, & erat numerus eorum millia millium dicentium magna voce, Dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutem & sapientiam & fortitudinem & honorem & gloriam & benedictionem. Ergo adorant Dominationes. Et ideo dignum est, ut omnis creatura adoret id quod Dominationes adorant. Vnde *Apoc. 5.* Et omnem creaturam quæ in cælo est, & quæ super terram, & subus terram, & mare & quæ sunt in eo; omnes audiui dicentes sedentes in throno & agno, Benedictio & honor & potestas & gloria in sæcula sæculorum. Reuerentia autem non tantum est adoratio honoris & maiestatis in eo qui adoratur, sed est iocundus quædam & relapsus in cognitione propriæ paruitatis in eo qui adoratur respectu magnitudinis in eo qui adoratur cognita, & hæc hoc inducitur id quod sequitur.

16.

Tremunt Potestates. Potestatum enim, ut dicit Dionysius, libéra severitate est corripere omne quod potestati legum diuinarum non congruit, & vindicare in omne quod legibus obediendo repugnat. Et ideo Potestatum non est tremere, sed potius, quod aliqua tremant coram eo. Quod ergo tremant, hoc est coram eo qui excelsus est potestatis, & tremunt tremore reuerentia, & non similitudinis, cognoscentes suam nihil esse potestatem respectu potestatis diuinæ, quæ in sacramento manifestatur & continetur. Et ex quo sic tremunt & patient reuerentia potestatis qui minus tremere videbantur, oportet quod ad sacramentum omnis tremat & pauet creatura. Et hoc est quod dicit *Genes. 28.* Pauensque ait; Quam terribilis est locus iste; non est hic alius nisi domus Dei & porta cæli. Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Quamuis autem omnis locus pauendus & terribilis sit, in quo Deus sua ostendit sacramenta, tamen locus specierum sacramentalium specialiter est om-

D. Alb. Mag. lib. de sacrific. Missæ.

ni reuerentia tremendus, ubi ostendit ea quæ in cruce perfecit, ubi & saxa scissa sunt, & monumenta aperta, & ubi terra tremuit, & ipse sol globos lucis suæ abscondit. Et hoc est illud reuerentia signum quod dicitur *Iob. 26.* Columnæ cæli contremiscunt & pauent ad nutum eius. Si autem sic potestates cæli & columnæ tremunt in reuerentia illius magnitudinis, tuæ omnis homo in se concussus in reuerentia ad sacramentum debet contremere & pauere.

17.

Calis cælorumque virtutes. Tangit celebrationem totius cælestis concentus, & inducit tria, cælos, & cælorum virtutes, & beata Seraphin. Cæli autem per metonymiam hic dicuntur angelicæ virtutes, quæ supra se eum qui in sacramento est, venerantur, sicut dicitur in *Psal. 148.* Laudent eum cæli cælorum. Et iterum 148. Laudate Dominum de cælis, laudate eum in excelsis. Quia ipse ascendit dignitate super omnes cælos, hoc est, angelicas virtutes. *Eph. 4.* Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cælos, ut adimpleret omnia. Cælorum autem virtutes sunt, quibus virtus cælestis sine obstaculo perficitur: quia sicut dicit Philosophus, virtus in omni re est virtutum potentia, ultra quod agendo nihil potest potentia. Et hoc sunt Angeli mandata & decreta Dei & voluntates eius inuincibiliter perficientes, ut dicit beatus Dionysius. *Psal. 111.* Benedicite Domino omnes virtutes eius, ministri eius qui faciunt voluntatem eius. Hi ergo celebrant eum, qui pro omnibus voluntatem Dei perfecit, sicut dicitur *Ioa. 4.* Mens cibus est ut faciant voluntatem Patris mei qui in cælis est, & ut perficiam opus eius. Vnde *Ioa. 17.* dicit ad Patrem: Opus consummati quod dedisti mihi, ut facerem. Cæli ergo celebrant quem supra se contemplantur. Cælorum autem virtutes celebrant eum à quo est omnis virtus eorum. *Psal. 32.* Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Os autem Patris est Filius; à quo in Angelo sunt virtutes spiritus ad omnes voluntates Dei inuincibiliter perficiendas, ita quod nec lex nature inferioris retrahat, nec infirmitas potentie deprimat, nec aliqua virtus contraria concurrentes impedire valeat; quin potentet quod Deus vult perficiatur.

18.

Ac beata Seraphin. Seraphin per n litteram in fine terminata; Angelorum agmen siue ordinem signant, quæ tota ardentia siue incendia interpretantur: quia sicut dicit Dionysius, ignis qui Deus est, per attractum naturam quæ in ipso est; intantum hoc agmen Angelorum sibi attraxit, quod in vestibulis decoris diuini continent debet commemorari. Hoc igitur agmen quod altissimè in Deum festinat, astronomicè dicitur beatum, eo quod admirabilibus & purissimis & summissimis Dei theoriis & declarationibus perficitur. Et hoc quantumcumque vis beatorum sit & in vestibulis Dei collocarum, tamen super se contemplans altitudinem sapientie & delectationis huius sacramenti, celebrat solenniter & iocunde sacramenti istius altitudinem quod supra se venerat. Et de his dicitur ad *Hebraeos 1.*

Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammæ ignis. *Isa. 6.* Seraphin stabant super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri. Quia altitotum in diuinas est conemplationes Quia ergo ista altissima agmina concelebrant, ergo omnino irrationabile est si aliquis hominum non concelebrans inueniatur. *Job. 38.* Vbi eras cum me laudarent astra maritima & iubilarent omnes filij Dei?

Cum quibus & nostras voces. Tangitur hic deuota supplicatio, vt voces humane concelebrationibus celestibus misceantur. Et hoc est, cum quibus scilicet Angelis & nostras, humiles tamen rationabiles, voces, quia vox est sonus cum intentione prolatus, vt admitti in laude sacramenti, iubeas ô Deus omnis sanctitatis perfectior, deprecamur suppliciter: quia sine tuo iussu iuuante non potest fieri à nobis, quod inter Angelos nostra vox audiatur: sicut enim dicit *Psal.* Beatus populus qui scit iubilationem. *Supplici*, quam proni ante maiestatem tuam facimus, confessione, laudis, dicentes sanctorum hymnum Angelorum, quem, *Isaia* referente, cantauerunt.

CAPVT V.

Chori responsio.

1. **S**ponsio quæ etiam est vox Angelorum composita ex tribus vt omni firma auctoritate. Prima enim pars sumitur *Isa. 6.* de vocibus Angelorum sic clamantium, Sanctus, sanctus, sanctus Deus exercituum, plena est omnis terra eius gloria *Apoc. 4.* dicitur, quod quatuor animalia requiæ non habebant die ac nocte dicentia, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Hoc autem quod dicitur, *Osanna in excelsis, benedictus qui venit in nomine Domini, osanna in excelsis*, continetur *Isa. 12.* Et fuerunt voces turbarum quæ præbiant, & quæ sequebantur, & quæ concomitabantur Dominum in Ierusalem ad locum passionis suæ procedentem. Composita igitur est à beato Papa Sixto ex tribus, scilicet ex laude, ex oratione, ex gratiarum actione. Ex laude autem: quia dicit, *Sanctus*: ex oratione, quia dicit, *osanna*: ex gratiarum actione, quia dicit, *benedictus*, &c. Laus autem est dupliciter, scilicet laus & & causa laudis. Laus est cum dicitur sanctus, &c. Dicitur autem ter sanctus, vt multi dicunt, propter trium personarum distinctionem quæ omnes in hoc sacramento sunt singulariter operante: virtus enim Altissimi, vt dicit *Cassianus*, per appropriationem est Patris qui obumbravit, dum sui perfectam & indifferentem imaginem in vtero Virginis & sacramento nostræ redemptionis impressit: vmbra enim forma dicitur in speculo resultans, quæ perfectè exæquet faciem inspicientis. Et sicut dicit *Origenes*, in hoc sensu sumitur vmbra, quando dicitur, Virtus Altissimi obumbrabit tibi. Spiritus autem sanctus superueniens tam in vterum in quo noster panis à muliere sapientia æterna perfectus est, quam quod etiam in

*Sansæ et
tribus virtutibus
dicatur.*

sacramento in quo substantia panis in ipsum transubstantiatur, virtute & operatione sua diuina perficit omnia. Filius autem est, qui omnia à Spiritu sancto & in vtero & in sacramento sibi vnit: per talem enim vnionem dicitur *Ioan. 6.* Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Hac igitur ratione ter dicitur sanctus: quia omnia hæc sanguine Christi firmata & mundissima sunt effecta. Pater enim imaginem carni & sanguini impressit, Spiritus sanguinem mandatum formauit, Filius sanguinem sibi vnuit. Sanctum autem secundum primam vocabuli institutionem est, quod sanctum dicitur, quod sanguine & radu sanguinis est confirmatum & fundatum. Et sic sanctus sunt leges, & sic omnia sancta imperia & regna & palatia, leges edentes & in firmitate tenentes, & sic mundantur & confirmantur omnia sanguine. Quia igitur operatione Trinitatis in sanguine tota religio nostra & firmata & mundata est, ideo ter in ista celebratione dicimus sanctus. Vel quia tribus sanctis conficitur sacramentum, scilicet antiquo, nouo, & æterno. Antiquo corpore quod de massa corporis Adæ sumptum est: hoc enim sanctum est, quia immune ab omni peccato est assumptum. Et hoc fecit Spiritus sancti purgatio, quæ præuenit in beata Virgine, purgans & purificans sanguinem ex quo sanctum est corpus Christi. Et illud dicitur *Ioan. 3.* Qui de celo venit, super omnes est. Quod ibi *Glossa* exponit: quia de altitudine humane nature quantum ad immunitatem peccati est assumptum. Secundum in Sacramento est nouum, anima humana, quæ à Patre creata, statim in momento creationis omni sanctitate & omni gratia & sapientia est repleta. Et hæc fecit Pater. *Col. 2.* Omnes thesauri sapientie & scientie Dei sunt in Christo reconditi. Tertium est deitas filij, quæ sibi corpus sancti & animam sanctitate plenam assumpsit & in persona filij vnuit, vt omni sanctitate redundaret ille homo ad totius Ecclesie sanctitatem & copiam. *Ioan. 17.* Ego pro eis sanctifico meipsum. Hac igitur ratione iterum ter Sanctus, sanctus, sanctus clamatur.

Propter vnitatem autem essentie in tribus personis hoc perficientem singulariter addimus ex hymno Angelorum, *Domine Deus sabaoth*, significantes istius operationis facultatem & modum & virtutem. Facultatem in nomine Domini designamus: quia *Rom. 10.* dicitur, quod Dominus diues in omnes qui inuocant eum, eò quod omni pecunie possessione pulchrorum & bonorum est superpositus. Modus autem ostenditur in hoc quod dicimus, *Deus*: sapienter enim perficit, quia omnia videt sapientia: pro nobis perficit utiliter, quia omnia circuit providentia & cura qua sollicitus est pro nobis. *Psal. 129.* Dominus sollicitus est mei. Charitate maxima facit: quia ardor est & ignis *Dem. 4.* Deus noster ignis consumens est. Et hæc omnia in nomine importantur Dei, sicut iam dictum est in ante habitis. Sabaoth autem virtutum vel exercituum interpretatur, eò quod omnis virtus exercituum celestium vel terrestrium est in manu eius: sancta enim Ecclesia in triumphibus & militatibus

licantibus est vt castrorum acies ordinata, terribilis demonibus, sicut dicitur *Cant. 6.* Et totus ille exercitus vel assistit vel ministrat in sacramento: ministrat enim Ecclesia & assistit celestis curia, vt demonum virtus excludatur ne impediat corporis mystici ad caput vnionem. Et hæc virtus profluit ab eo de quo dicitur in *Psal. 23.* Dominus virtutum ipse est rex glorie. Et ratione illius dicitur, *Deus sabaoth.* Et hæc omnia dicuntur, vt describatur in Trinitate laudabiliter in operatione sacramenti.

Quod autem subiungitur, *Pleni sunt celi & terra gloria tua.* causa est laudis inductæ. Et quod dicitur, *Pleni sunt celi*, non est ab Angelis dictum, sed à patribus, hoc est, à beato Sixto appositum, & à beato Gregor. ordinatum: quia Angeli dixerunt: *Plena est omnis terra gloria tua.* Celi autem sunt pleni gloria pro beatitudine triumphantium in quorum memoriam sacrificium illud offertur in laudem, vt dicitur *Gregor. August. & Ambr.* Terra autem pro terrogenis ponitur pro gratia in qua offertur sacrificium in adiutorium militantium, & in cibum: & in terra comprehenduntur, qui sub terra sunt in penis, pro quibus offertur in suffragium. Sic enim Spiritus Domini qui operatur in sacramento, repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, quod nihil aliud est nisi cælum, quia sicut dicit *Dama.* Cælum est contentia visibilium & inuisibilium creaturarum, sicut dicitur *Sap. 1. Phil. 2.* Sic omne genu flexatur celestium terrestrium & inferorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus oblatas pro nobis in sacramento, est in gloria Dei Patris. Hæc igitur est laus istius resalutationis, qua ad perfectorem sanctitatis resalutat chorus in aula Ecclesie in qua sit sanctitatis perfectio.

Osanna in excelsis. Hæc est oratio, & sicut dicit *Hic.* in quadam epistola, osanna verbum Hebræorum est, & componitur ex verbo hebræo quod est *osy*, & Latine salua interpretatur. Vnde in *Psal.* dicit litera nostra secundum translationem. *70.* O Domine saluum me fac, Hebræus sermo habet adonay *osy*. Anna autem quod additur in compositione, est interiectio obsecrans, & vt exaudiatur signat affectum: & idè affectum illum vt conceptum exprimentes tantum valet *osanna*, quantum salua obsecro: & hæc est vox tubæ Domini ad locum oblationis prosequenti *Isa. 12.* Ac si dicat Ecclesia, Salus non est nisi in sanguine tuo, sicut dicitur *Hebr. 9.* Sine sanguinis effusione non fit remissio. Et illud *Zach. 9.* Tu autem in sanguine tui testamenti emisisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Ex quo saluati sumus per sanguinem & sine sanguine non est salus, obsecramus vt salues in celebratione sacramenti sanguinis, in quo totius reuocet operatio Trinitatis, & per quod celi & terra pleni sunt gratia & gloria tue maiestatis. Et hæc petitio est vt saluet gratia sanguinis ab omni inquinamento terre contagionis.

Sequitur autem, *Benedictus qui venit in nomine Domini*, quod est gratiarum actionis, vt sicut eum patres precedentes aduentum, vt Abraham & alij, & sicut concomitantes, vt Apostoli, & sequentes, vt martyres profecti

D. Alb. Mag. lib. de sacrif. Missæ.

sunt diuersis temporibus, in vna tamen fide ad passionem aduenientem, vbi semetipsum hostiam pro omnibus obtulit: ita in eadem fide & gratiarum actione recipiamus & prosequamur venientem in altare offerendum pro nobis omnibus in sacrificium salutaris. Dicimus autem in hac gratiarum actione, *benedictus*, non quòd à nobis benedicatur benedictione eum faciente, sed quia, sicut dicitur *Dem. 33.* Ipse venit plenus benedictionibus Domini. Et quia sicut dicitur *Ecc. 44.* Benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus, & testamentum nouæ gratiæ, cui nunquam aliquid superordinandum est, in sanguine suo confirmauit super caput eius: Sic enim secundum Apostolum *Ephe. 1.* benedictus est, qui benedixit nobis in omni benedictione spiritali. Sic enim benedicendo gratias agentes in laude, dicimus sibi bona quæ ipse in nos profuxit. *Psal. 44.* Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. Sic benedictum dicimus, qui venit, hoc est, quia venit ipse sicut semel se offerendo, ita quotidie oblationem illam in sacramento representando. *Psal. 67.* Benedictus Dominus die quotidie, prosperum iter (ad salutem per suam oblationem) faciet nobis Deus salutarium nostrorum. *In nomine Domini*, hoc est, in nomine Domini, quod nominis diuini notam faciet, nos ab infimis exaltando, à paupertate suis copiis releuando, & dominali virtute continendo, ne ad pedestria & scabellaria declinemus. Et de his quæ in nomine Domini continentur, in habitis dictum est. Et subiungitur, *osanna*, vt saluet secunda saluati à miseria per gloriam, qui à priori miseria quæ est peccatum, saluauit gratia, sicut dicitur. *1. Reg. 2.* Susciet de pulvere egenum, &c. vt sedeat cum principibus & solium gloriæ teneat in caelis. Idè & nunc & prius additur, *in excelsis*: quia ista sunt excelsa gloriæ suæ, sicut & illa fuerunt excelsa gratiæ suæ, quæ nullus attingere poterit, nisi per ipsum. Vnde Angeli canunt *Luc. 2.* Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus, &c.

CAPVT VI.

De his quæ pertinent ad oblationis sanctificationem, ac triplici communionem, & primò de prima.

1. **T**E igitur clementissime Pater. Habitis omnibus his quæ pertinent ad oblationem, ea consequenter annexanda sunt quæ pertinent ad huius oblationis sanctificationem. Omnia enim quæ ad oblationem pertinent, in Præfatione conclusionem acceperunt, quæ non recipit variationem, nisi quòd aliquando parrocinium illius festi quòd agitur, interponitur, in quorum Ecclesia festo etiam Angeli ad maiorem laudem accinguntur, sicut in festo natiuitatis, epiphaniæ, crucis, resurrectionis, ascensionis, Spiritus sancti, & sicut beate Virginis & Apostolorum, & sicut in tempore quadagesimali: ibi enim specialis gratiæ offensio

E 3

speciali

specialem commouet ad laudem: & hoc videre in singulis non est difficile. Et ideo hoc singulorum meditationibus & studiis relinquentes, huius oblationis sanctificationem pertractamus. Quia autem supra quatuor partes in Canone esse diximus, iam una habitæ, secundam incipimus, quæ incipit, *Te igitur clementissime Pater*, & habet tres partes, ex quibus & in quibus integrè continetur. In quarum prima per sanctificationem idoneitas efficitur in oblatione, ut in transubstantiatione eorum sanctitas compleatur. In secunda autem complementa transubstantiationem panis & vini & consecrationem sacramenti per seipsum plenè ponuntur, ibi, *Qui pridie*. In tertia autem ut in altari perfecta ad ea quæ in conspectu Dei gloriosa sunt, & in cælu eleuata, suppliciter Deus exoratur, manibus Angelorum perferantur, ibi, *Vnde & memores nos*. Adhuc autem in prima harum particularum duo continentur. Primum horum continet omnium istud sacrificium offerentium communionem, & secundum ipsam quam diximus ad idoneitatem munerum oblationum continet sanctificationem & incipit ibi, *Hanc igitur oblationem*. Propter communionem enim hoc sacramentum communio siue sacramentum communionis vocatur: quia nemo est pertinens ad sacramentum, qui aliquo schismate vel hæresi à communionem Ecclesie est separatus: sic enim dicit *Psal. 83*. Passer inuenit sibi domum, & turrur nidum ubi reponat pullos suos: altaria tua Domine virtutum. Passer enim mobile & inquietum animal secularis in inquietudine seculi vagantes signat. Turrur autem casta & simplex & innocens auis clericum significat, & siue sit clericus, siue laicus, extra altaria Domini quæ in vnitatem Ecclesie sunt, offerre aliquid de suo gratum non poterit. Et ideo sic Canon est ordinatus, ut in prima supplicatione pro omnibus Deo fiat, ut de vnitatem & communione sint, quam signat sancta communio, & tunc sic Deo sanctificentur oblati: facta enim communio in panis substantia quæ vertitur in corpus Christi, ex multis granis frumenti puris sicut panis conficitur; ita vnitatem Ecclesie ex multis fidelibus adunatur, ut vnum corpus mysticum efficiatur. *1. Cor. 10*. Multi vnus panis sumus, &c. sic calix ex multis fluit vnus vnus calicem per seipsum, & sic vnitatem Ecclesie & communio in electis elementis sacramenti designatur. Et ideo primo de perfectione huius communionis præmittitur.

Canonis ordinationis.

2. Tres membrorum communionem in corpore.

influit vitam & pulsum: ideo ei omnia colligantur membra: & via quibus ligantur ad ad cor, vocantur arteriæ per quas fluit vita & pulsum ad ea. Alia communicatio est membrorum simplicium adiuuicem. Simplicitas dico quæ simpliciter sunt membra, & officia quibus influant super alia, non habent, sicut pes, manus, &c. Hæc enim communicant in corpore: quia pes non sibi soli ambulat, sed omnibus aliis membris. Sic est de oculo, aure, ore, & omnibus aliis membris, quod quodlibet illorum toti subseruit corpori. Tertia communio in corpore est, qua virtutes eius celestibus virtutibus communicant, sine quibus sua non possunt explere officia, sicut calor naturalis in hepate non digereret cibum ad formam membrorum, nisi virtute celesti iuuaretur, sed potius incineraret cibum & consumeret eum. Similiter calor cordis non esset viuificus, sed potius vitiuatus & substantiam destructiuus nisi informaretur celesti virtute ad vitam. Similiter spiritus animalis in capite vitam & motum luminis habens, non verberet formas cognitionis ad imaginationem, memoriam & intellectum, nisi communicet & conueniat cum celestibus. Hæc tres communionem sunt præcipue in corpore humano, & ad modum istarum sunt tres in corpore mystico, quorum prima est ex connexionione obedientie & adiutoris quam habemus cum nobilibus membris Ecclesie, quæ sunt Papa, Patriarchæ, Episcopi, & alij secundum ordinem descendendo inferiores prælati, quorum officio corpori mystico gratia influitur ad sensum spiritualem & motum meritum & nutrimentum spirituale, quod est in verbo doctrinae & Eucharistia & similibus. Alia est communio societatis & charitatis, qua fideles sibi communicant, prælationem super seipsum non habentes in charitatis, iustitiae, misericordiae operibus, & huiusmodi. Tertia est, qua militans Ecclesia tota communicat triumphanti in celo, cuius adiutorio innititur & suffragiis adiuuatur, & in cuius gaudio hostiam laudis offert Deo: sic enim dicitur, quod vna est coluba, id est, Ecclesia, siue in celo, siue in terra conuersetur. Omnis autem qui ad corpus Domini pertinet, esse debet in his communionibus sanctorum. Primam sciunt schismatici & hæretici. Secundam autem per malum exemplum violant falsi Christiani. Ad tertiam autem nullo modo pertinent damnati, & ideo nec tales pertinent ad oblationem sacramenti istius. Istas tres communionem in quibus offertur sacrificium sacramenti huius, & extra quas non offertur, b. Greg. ordinator Canonis tangit in primis tribus ca. per ordinem positus. Prima enim tangitur in *Te igitur*. Secunda autem in illo capitulo quod incipit, *Memento Domine famulorum*. Tertia autem tangitur in illo quod incipit, *Communicantes*, &c. In primo horum tria dicuntur, quorum primum est, quod oblatam hostiam Deus accipit, suppliciter ibi exoratur. Secundum, quod in communionem offeratur ipse perfectior sanctitatis profiteretur. Tertium ipse modus illius communionem describitur. In primo horum adhuc tria dicuntur, in quorum primo quod hostia offertur & orationes porrigantur, exprimitur

3. Deus pater clementissimus.

mitur. In secundo modus supplicationis innuitur. Et in tertio quid ab eo petatur, exprimitur. Dicit ergo: *Te igitur*, & continuatur ad *sanctis* quod est cantatum. Ex quo sanctus est omnibus sanctitatis perfectior in vnitatem Trinitatis, & omnis terra & cælum per hoc sacramentum impletum est gloria tua, igitur te rogamus, rationem enim & causam te rogandi dedisti per hoc quod cælum & terram gloria tua per sacrificium implesti. Et hoc est quod dicitur.

Te igitur. Oratur autem clementissimus: clementia enim est virtus quæ facit præstabilem & condonabilem super malicia quæ commissa est contra ipsum, & hoc in sacramento sit quod pro condonationem peccatorum offertur. *Matth. 26*. Qui pro multis effundetur in remissionem. *Ioel. 2*. Benignus & misericors es, patiens & multæ misericordie & præstabilis super malicia. Qui virtute paterna nos formas, affectu paterno dulcissime de nobis cogitas, providentia paterna nos hæredes bonorum tuorum ordinas, disciplina paterna instruens vtiliter nos sanctificas: non enim nisi virtute paterna nos format ad imaginem suam, quia nullius virtutis in celo vel in terra est proprium formare natum ad imaginem propriam, nisi paterna virtutis. *Isa. 64*. Nunc Domine pater noster es tu, nos vero lutum: & fictor noster es tu, & opera manuum tuarum omnes nos. *Echl. 17*. Ad imaginem suam fecit hominem, & secundum se vestiuit illum virtute. Formamur autem dum inuisibili imagini Dei, hoc est, Filio in sacramento vnimur & incorporamur, imaginem eius portantes. *Col. 1*. Qui est imago Dei inuisibilis. De formatione nostri ad eum dicitur. *1. Cor. 15*. Sicut portavimus imaginem terreni, ita & portemus imaginem celestis: qualis terrenus, tales terreni: & qualis celestis, tales celestes. De dulcedine autem effectus Patris quam maxime filiis exhibuit in sacramento; dicitur *Sap. 16*. Vbi sic dicitur de sacramenti istius præparatione: Paratum panem de cælo præstitisti illis sine labore, habentem in se omne delectamentum & omnis saporis suavitatem: substantiam enim tuam & dulcedinem tuam quam in filios habes, ostendebas: & voluntati vnusquisque eorum deferuiens, ad quod quisque volebat, conuertebatur. Vnde etiam hic panis dicitur panis filiorum, qui non est proiciendus canibus, hoc est, imundus peccatoribus. *Matth. 23*. De ordinatione nostri in hæredes, quod in sacramento efficitur, quando corpori eius incorporamur, & veri hæredes spiritui, qui vaporatur de sanguine eius, potamur, sicut dicit Apostolus *Gal. 4*. & *Rom. 8*. Quia estis filij Dei, misit Deus Spiritum Filij sui in corda vestra clamantem, Abba Pater. Et post pauca: Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, coheredes autem Christi. Hoc enim nullo convenientiori modo fieri poterat, quam quod per sacramentum vero incorporamur hæredi. De disciplina quæ nos instruendo sanctificat, dicitur *Heb. 12*. Num multo magis obtemperabimus patri spirituum, & viuemus: Et illi quidem in tempore paucorum dierum secundum voluntatem suam erudiebant nos

autem ad id quod utile est in recipiendo sanctificationem eius. Hanc enim licet multis recipiamus modis, modo sacramenti maxime in quo per spiritum illi vnimur, qui nunquam recellit à disciplina patris.

Te igitur clementissime pater per Iesum Christum Filium tuum Dominum nostrum, sicut per mediatorem & nostri sacerdotij pontificem: quia ut Deus humanatus, mediar, & ideo dicitur letus: & ut homo deicatus; mediat, & ideo dicitur. Christus: & manum in te ponit per naturam quam à te per generationem accepit identitatem; & ideo dicitur filius tuus: & manum mediantem in nobis ponit diuinitati, & nobis debitam per naturam nostram conformitatem, & ideo dicitur Dominus noster, ut sic velut verus & pleno nomine pontifex sit assistens nobis, sicut dicitur. *Heb. 8*. & *9*. *Te igitur sic per ipsum supplices*. Modum tangit orationis in orante quidem, quia dicit *supplices*: in oratione autem, quia dicit, *rogamus ac petimus*, supplices quidem & prout propitiamur tuam. *E. b. 5*. Huius rei gratia fleo genua mea ad Deum patrem, ex quo omnis paternitas in caelo & in terra nominatur. Et ideo sacerdos in isto modo inclinat quasi prout ante altare. *1. 2*. Oculi sublimis hominis humiliari sunt, & incuruabitur altitudo virorum. Exaltabitur autem dominus solus. *Rogamus*. Rogatio est inclinatio eius qui rogatur ab eo qui rogat ad exauditionis consentium. Petitio autem est expressio eius quod desideratur fieri, ab eo qui exauditur rogatur. *2. Par. vlti*. Peto rogans te Domine. *Phil. 4*. In omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestrae innotescant apud Deum. *Vti accepta*. Tangitur quod hic à clementissimo patre petitur, dicens: *Vti accepta habeas per acceptionem*: quia licet dona ista de frugibus terræ sint, & in ipsis tibi tui fideles offerantur, & quoad hoc indignè videantur tui maiestati, tamen quod per Filium tuum qui hoc instituit, tibi offertur, petimus ut in honore eius tibi sit acceptum. *Psal. 50*. Acceptabis sacrificium iustitiae, oblationes, & holocausta. Legis enim oblata nunquam tibi fuerunt accepta, sicut dicit propheta tuus. Sacrificium & oblationem nolui, corpus autem aprasti mihi, dicit alia translatio. *Isa. 1*. Quo mihi multitudinem vestrarum victimarum, dicit Dominus: Plenus sum, holocausta arietum & adipem pinguium & sanguinem arietum & agnorum & hircorum nolui. Vbi dicit *Glossa*: nunquam volui. Ex quo igitur reprobas illa sicut non tibi accepta, petimus ut hæc in quibus nil potest esse nisi acceptum, habeas accepta, per filium tuum, hoc instituentem, & benedicas; benedictionem virtutis tuæ & gratiarum in ea diffundendo, ut idonea sint tanto sacrificio: non enim nostrum est benedicere, sed tuum, & nostrum est te inuocare ut benedicas. *Num. 6*. Inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis.

Quæ autem sunt quæ petimus benedici, exprimit cum dicit: *Hæc dona eterna*. Id quod offerimus, tripliciter consideratur, scilicet ut ex liberalitate Dei in nos profluens, & sic dicitur donum: quia sicut dicit Philosophus, donum

E 4 donum

donum est dno reddibilis. Potest etiam considerari ut à nobis acceptum, & sic dicitur munus, quia donum dantis est datum, munus autem accipientis. *Eph. 4.* Dona dedit hominibus. *Eph. 2.* Largitus est munera iuxta magnificentiam principalem. Sacrificium autem dicitur secundum quod à nobis Deo est oblatum, & à Deo sacratum. *Psal. 53.* Voluntarie sacrificabo tibi. Oblata autem ad altare, dona Dei sunt, sicut dicit dauid. *1. Paral. vlt.* Quod de manu tua accepimus, obtulimus tibi. Nec offerri possunt nisi dona Dei: quia iniuste acquisita & turpia nec offerri non possunt, ut in ante habitis dictum est. Nec offerri possunt nisi vestra essent munera: quia munera sunt voluntaria, & hæc reponi possunt in Dei donaria & non alia. *Psal. 44.* Filia Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur. Filia Tyri sunt animæ in angustiis huius sæculi, & in labore, vel acquirentes vel possidentes ea quæ Domino debent offerri. *Matth. 2.* Venimus cum muneribus adorare eum. Sicut igitur ex hoc quod dona Dei sunt oblata, sunt bona: & ex hoc quod munera sunt voluntaria & deuota: & ex hoc quod sacrificia sunt sancta. Sic etiam Filius Dei qui oratur venire in ipsa dona & munera & sacrificia, dicitur donum Patris & est nobis datus. *L. 9.* Filius datus est nobis. *Roman. 8.* Qui etiam proprio filio non percipit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Ex hoc autem quod seipsum obtulit, est munus. *L. 53.* Pro eo qui tradidit in mortem animam suam, & cum iniquis deputatus est, & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus orauit ut non perirent. Et ibidem: Oblatus est quia ipse voluit. In eo aurem quod à se & à pontificibus ad crucem oblatum est, sacrificium est, quod & Pilatus confessus est, dicens: Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi. *L. 18.* supple, ad crucifigendum. Sic igitur & offerentes & oblata & ille qui in eo offerendus Patri signatur, sunt dona & munera & sacrificia. Crux autem sit super quodlibet istorum: quia in virtute crucis sanctificationis virtus procedere intelligitur à perfectore sanctitatis, qui loco Dei stat ad aram, in totum oblatum, siue sit signum, ut panis & vinum, siue sit significatum, sicut ex voto in oblatis suis offerentes ea accipiuntur, siue sit is qui sacramentaliter ibi offerendus supplicatur. Et istæ cruce tres similiter propter triplicem differentiam quæ dicta est. Et quod quidam dicunt, quod sint propter Christi illusiones, quibus coram pontificibus & coram Herode & coram Pilato illusio legitur, est derisio: quia de hoc nulla fit mentio in litera.

6. Sacrificia autem dicuntur *sancta*: quia sunt virtute propria sanctificantia non à sanctitate vacua, sicut Veteris Testamenti sacrificia, nec sunt immundi cruoris pecorum fœdata, & ideo omni sanctitate munda, sicut talia quæ debent esse deitatis summe vasa deitatem continentia. *L. 52.* Mundamini qui ferris vasa Domini, unde sacerdos Abimelech *1. Reg. 21.* dixit ad Dauid in figura huius sacrificij, Non habeo panem laicos ad manducandum, sed tantum panem sanctum. Laicus enim panis com-

Filius Dei
datus est nobis
per sacrificia

munis panis est, qui sacerdotibus in sacrificio non committitur, sed panis Deo sanctificatus & sanctis ministrandus. Dicuntur etiam *illibata*, hoc est, non degustata: quia libare idem est quod degustare, & idem *illibata* dicuntur, quia ad usum humanum non sunt adhibita, ne aliquam contagionem contraherent manibus vel gustu libantium ea. Hoc autem non videtur competere: quia *Exod. 28.* præcipiunt fieri libatoria vascula quibus libentur quedam sacrificia, ut sint digna ad ea Deo offerenda: & ex hoc fortè videtur alicui, quod etiam ista esset ante libanda. Ad hoc dicendum est, quod libatoria sunt ad ea libanda in quibus suspicio est corruptionis & contagionis, quod non est in sacrificio nouæ gratiæ: quia illo omni puritate munda nullam habent suspensionem contagionis & maculæ, præcipue quantum ad eum qui oratur venire ut in sacrificium offeratur: & ideo libatoria essent hic nociua, quia suspensionem inducerent alicuius contagionis: & ideo in Veteri Testamento de sacrificio illibato nihil inuenitur, quia nullum fuit illibatum, sed per simile dicitur de agno. *Exod. 12.* quod erit masculus anniculus absque macula. Et ideo dicit Petrus. *1. Pet. 1.* Pretioso sanguine tanquam agni immaculati Christi. De speciebus autem istis oblatis, hoc est, frumento & vino dicitur *Zach. 9.* Bibentes inebriabuntur quasi vino, & replebuntur ut phialæ & quasi cornua altaris. Et saluabit eos Dominus Deus eorum in die illa, ut gregem populi sui, quia lapides sancti eleuabuntur super terram eius. Quid enim bonum eius est & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? Hæc enim de sacramento altaris intelliguntur: quia bibentes Domini calicem, inebriantur ad obliuionem sui & terrenorum, quasi vino quod Deum lætificat & homines, & isto calice implentur deuotione ut quedam phialæ spirituales, quorum intima sanguis Domini infundit, & sic omni replet deuotionis odoramento: & his sanctificati & confortati sacramentis efficiuntur cornua altaris ad ventilandum omne quod Deo non militat. Et sic salute sacramenti saluabit eos Dominus Deus eorum in die nouæ gratiæ: quia tunc sol clarè fulget ad tenebrarum purgationem. Saluabit autem sicut peculiarem gregem populi sui, cui de seipso pabulum præparauit: lapides enim sancti, hoc est, ministri Noui Testamenti, solidi & viui & pretiosi tunc eleuantur in dignitatem super terram Ecclesiæ, quibus dignitatis merito perpetua sanctitatis sacramenta committuntur. Et hanc refectionem in illibato sacrificio determinat, dicens: Quid est bonum eius, bonum inquam, omnis boni quod omnia bonificat, siue quo nihil bonum est. Et quid pulchrum eius quod omnia mundat, & omnia pulchrificat, nisi frumentum, quo toto amore fruentum est, & cui soli inhærendum est? electorum autem qui à massa perditionis per gratiam vocationis & electionis diuinæ separati sunt, qui electi sunt ante mundi constitutionem, ut dicitur *Ephes. 1.* in ipso, de quo dicitur *Can. 5.* Dilectus meus candidus & rubi-

cundus, electus ex millibus. Hoc autem frumentum illibatum sacrificium est quod ad gustum vel ad usum alieni à Deo nunquam libatum fuit. *Apos. 2.* Dabo ei manna absconditum, quod nemo nouit nisi qui accipit. Sanguis autem est Christi vinum germinans virgines, hoc est, virgineas mentes: & has tam virgineas non germinaret omni gemine virtutis, nisi & ipsum esset virgineum: & ideo penitus illibatum.

7. *In primis quæ tibi offerimus*, &c. Tangit hic communionem primam in qua offerendum est sacrificium. Et hoc quod dicit, *In primis*, notat ordinem communionis ad alias communiones. Prima enim inter illas est secundum quam distillat vnguentum à capite in barbam & per barbam in oram vestimenti & totius Ecclesiæ simbrias. Hanc autem communionem tangit sub triplici doctrina, scilicet generalitatis, sublimitatis, & ordinabilitatis. Dicit ergo, *In primis*: quia ista communio est prima in corpore mystico: & ideo secundum ordinem charitatis in primis est pro ea & in ea offerendum. *Can. 2.* Introduxit me rex in celam vinariam, ordinauit in me charitatem. *1. Tim. 2.* Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt constituti, ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate: hoc enim bonum est & acceptum coram Deo saluatore nostro, qui vult omnes homines saluos fieri & ad agnitionem veritatis venire. *Quæ tibi offerimus*: non enim offerimus nisi tibi: quia tibi soli clementissimo patri est offerendum. *Exod. 20.* Non adorabis ea, scilicet idola, neque coles. Ego sum Dominus Deus tuus. *Offerimus*, hoc est, ad te porrigentes & eleuantes ferimus, ut sicut diximus, *sursum corda, habemus ad Dominum*: ita nos ad te extendentes eleuamus oblationem, cordium eleuationem & manuum protensionem, *Ad te Domine clementissime Pater. Locus. 9.* Pectora eorum & amos dexteris separauit Aaron eleuans coram Domino. Pectora quidem pro cordis eleuatione, amos autem dextros pro operis perfectione, eleuans per intentionem & deuotionem coram Domino. Sic enim & Moyses extensis in celum brachijs. *Exod. 17.* stabat coram Domino cum pugnaret Israël contra Amalech. Sustentabant brachia eius Aaron & Hur: quia virtus orationis in vna parte vice Aaron eleuat, & charitas in altera leuat vice Hur: & sic vincit in oratione perfectorem sanctitatis populus Dei.

8. *Pro Ecclesia tua sancta*, &c. Hic generaliter exprimitur ista prima comunio: quia nulla comunio est extra Ecclesiam: Græco enim nomine Ecclesia; etiam Latino nomine dicitur conuocatio: & quia voces & conuocationes sunt rationabilium tantum animalium, & inter homines rationales non sunt nisi fideles verbum rationabile fidei audientes & intus percipientes: ideo dicitur Ecclesia congregatio fidelium. Aliorum dicitur esse synagoga, quæ sonat conductionem: & quia irrationabilia alienis tractu ducuntur seinnicem, ideo syna-

goga est in his qui irrationabiliter conueniunt. *Apos. 3.* Ecce dabo de synagoga sathanæ qui dicunt se Iudæos esse & non sunt, sed mentiuntur. Unde conuentus hæreticorum & schismaticorum & peccatorum in Ecclesia non sunt. *Ecl. 21.* Stuppa collecta synagoga peccantium. *Psal. 15.* Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus. De Ecclesia autem dicitur *Psal. 34.* Confitebor tibi in Ecclesia magna, in populo graui laudabo te. Populus enim Ecclesiæ dicitur esse grauis maritate virtutis: & illi sunt qui soli rationem colunt & rationabiles Dei voces intelligunt & audiunt vocationem ipsius. Hæc Ecclesia dicitur sancta: quia Spiritu sancto sanctificata, sicut in ante habitis in expositione symboli dictum est. *1. Pet. 2.* Gens sancta, populus acquisitionis. Ut virtutes eius annuntietis, qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumen suum. Dicitur Catholica: quia generaliter principia eius sunt vera absque instantia, & quia vbique terrarum diffusa & diffundenda sunt, ut in ante habitis dictum est. Unde ipsa Ecclesia clamat dicens, A sinibus terræ ad te clamabo. *Isa. 24.* A sinibus terræ laudes, audiui gloriã iusti.

In huius igitur Ecclesiæ communionem rogamus dicentes, *quæ scilicet Ecclesiam pacificare*, hoc est, in triplici pace ponere, scilicet temporis, pectoris, & æternitatis custodie à malo incurrente & in bono ad vtramque vitam conferente. *Psal. 16.* Custodi me Domine ut pupillam oculi, sub umbra alarum tuarum protege nos. Pupilla enim custoditur, ne aliquid incidat quod turbet: & custoditur in visus sui limpiditate, ut virtutem propriam non amittat. Umbra autem protectio Domini est sub alis veritatis & virtutis suæ, ut veritate illumineatur, & virtute ad bonum perficiatur. *Adunare*, hoc est, ad vnum redigere. Hoc inquam, vnum quod est commune per omnem ordinem graduum Ecclesiæ, quo ad vnum caput ordinatur in cælis quod est Deus, & in terra quod est Dei vicarius. *Act. 4.* Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. *Psal. 110.* Confitebor tibi Domine in toto corde meo, in consilio iustorum & congregatione. Hæc enim congregatio & adunatio in cælo præfulget, in naturis ostenditur, in operibus Christi exemplificatur, in diuinis legibus præcipitur, & in toto Christi corpore mystico obseruatur. In cælis enim Angeli ad Archangelos, Archangeli ad Principatus, Principatus ad Potestates, Potestates ad Virtutes, & Virtutes ad Dominationes, & Dominationes ad Thronos, & Throni ad Cherubin, & Cherubin secundum obedientiæ & illuminationis ordinem ordinari ordinarunt. Et ipsa multitudo Angelorum quæ in quolibet est agmine, ad vnam personam quæ in quolibet ordine præminet, adunatur: & ideo ordo cæli vocatur, quia omnis ordo est relatio multorum in gradibus differentium ad vnum. *Iob 38.* Nunquid nosti ordinem cæli, & rationem eius ponēs in terra? Hoc in naturis ostenditur, vbi multi ramusculi ad virgas, vbi multæ virgæ ad ramum, vbi multi rami ad stipitem vnum, vbi multi stipites ad vnam radicem infiguntur, ut omnia fiant sociæ & participia succi qui est in radice. *Rom. 11.* Socii

Socius radicis oliuæ & pinguedinis factus est. Sic multe grues vnâ sequuntur ordine literato. Sic multa membra in corpore vno vnus capitis percipiunt beneficium. *Roma*. 12. Sicut enim multa membra in vno corpore habemus, omnia autem membra non eundem habent actum: ita multi sumus vnum corpus in Christo. In Christi operibus hæc adunatio exemplificatur: quia Christi opus est semper in vnum colligere dispersa, diaboli autem opus est ordinata diuidere & dispergere. Hoc est quod dicitur *Ioan.* 10. Fiet vnum ouile, & vnus pastor. *Matth.* 12. Qui non colligit mecum, dispergit: & qui non est mecum, contra me est. Hoc præcipitur in legibus diuinis: quia sicut dicit *Diony.* Lex diuinitatis est per prima media, & per media vltima reducere. Talis autem reductio vltimorum ad media & mediorum ad prima non potest esse nisi in ordine ad vnum primum. Sic igitur diuinitatis lex sicut est descensus illuminationum & charismatum ab vno, sic reductio est ad vnum: hæc enim lex sicut superiora mouet & ligat ad inferiorum prouidentiam & curam, ita inferiora ligat ad superiorum obedientiam, vt omnia hoc modo sint connexa. *Psal.* 47. Distribuite gradus eius, vt enarretis in progenie altera. *Dan.* 10. Sta in gradu tuo. Sic enim octo gradibus ascenditur ad diuinitatis templum & culturam, vt dicitur *Ezech.* 40. Partu scilicet, Patriarchatu, Primatu, Archiepiscopatu, Episcopatu, Abbatu, reuerentia, præpositura, decanatu, cura parrochiali. Curam enim archidiaconorum sub præpositura comprehendimus: hoc enim in toto Christi mystico corpore, quod est Ecclesia, obseruatur, in quo omnia ad vnum rediguntur quæ Petri clauibus committuntur. *Matth.* 16. Tibi dabo claus regulæ cælorum: & quocumque ligaueris super terram, ligatum erit & in cælis: & quocumque solueris super terram, solutum est & in cælis. Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Ecce cælum imminet clauibus: quia claus cæli dicuntur. Tertia clauibus subiicitur: & quicquid in terris ligant vel soluent, coram Deo ligatum vel solutum reputatur. Infernus comprehenditur in potestate: quia non præualeat tenere quem claus eruerit de inferno. Hæc claus vni committitur, vt plenitudo potestatis in vno ostendatur, & in alios ab illo secundum partem sollicitudinis in quam vocantur, committatur. *Ipsa* 22. Dabo clauem domus David super humerum eius: & aperiet, & non erit qui claudat: claudet, & non erit qui aperiat. Et figam illum paxillum in loco fidelium, & erit in solium gloriæ domus patris sui, & suspendam super eum omnem gloriam domus patris sui. Paxillus autem dicitur, eod quod imminet sibi totum Ecclesiæ tabernaculum. Gloria autem non esset tota suspensa in eum, nisi dispositione & patrocínio & regimine haberet omnem gloriam Ecclesiæ, quæ est domus Dei patris sui. Et quid diu loquar, Trinitas ipsa hæc custodit adunationem, in qua Pater ordine naturæ principium est totius diuinitatis, Filius à Patre solo per generationem omnia accepit, & accepit Spiritus sanctus à Patre &

Filio omnia per communem Patris & Filij spira-
tionem.

Hac igitur adunatione petimus ò Pater, vt adunare velis Ecclesiam, & regere. Regere est regulis & principiis legalibus & canonicis vnūquemque in explanationem sui officij dirigere. *Psal.* 44. Virga directionis, virga regni tui. In virga significatur regiminis potestas, in virgæ autem rectitudine signantur præcepta & principia legalia quibus regendum est: vnde *Exo.* 4. dicitur: Cum dominus mitteret Moysen ad regendum populum, dixit: Virgam quoque hanc tolles in manu tua, in qua facturus es signa. Hæc igitur quatuor quæ oramus, sic diuersificantur, vt duo sint secundum recessum à malo, & duo secundum ordinem ad bonum. Secundum recessum à malo dupliciter. Est enim malum Ecclesiæ extrinsecus illatum impugnans, & est malum intrinsecus surgens bonum adimens. Contra malum quidem extrinsecus impugnans Ecclesiæ tranquillitatem, petimus pacificationem. *Esther.* 13. Vt absque villo terrore vitam silentio transigentes, optata cunctis mortalibus pace fruere. Contra malum autem à nobis factum, bonum Ecclesiæ adimens, petentes dicimus, custodire. Hoc autem malum est peccatum, à quo nos custodiri per gratiam oramus: quia nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. *Sap.* 10. Custodiuit illum ab inimicis, & à seductio-
ribus tutauit illum. Alia autem duo sunt in ordine ad bonum, quod dupliciter accipitur, scilicet in participatione boni Ecclesiæ, vel perfectione boni personæ. Et vt percipiamus bonum Ecclesiæ, dicimus, adunare: quia bonum Ecclesiæ non percipitur nisi in adunatione cum membris Ecclesiæ. *Psal.* 118. Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. In perfectione autem boni personæ indigemus diuino regimine, vt congruè & rectè tendamus in bonum proprium vnicuique personæ: & idem dicimus, regere *Apost.* 7. Agnus Dei regere eos, & deducet eos ad fontes vitæ aquarum. Hæc autem omnia secundum ordinem à capite descendunt in corpus: quia pacificatio Ecclesiæ est in prælatis sicut ab incurfu malorum præseruantibus Ecclesiam. Et idem sicut murum se debent ponere pro Ecclesia, & suscipere in se ictus & insultus hostium, sicut dicitur *Ioan.* 10. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Et idem Dominus improperat quibusdam *Ezech.* 13. dicens: Non ascendistis ex aduerso, nec opposuistis murum pro domo Israel. Similiter ad prælatos refertur custodia: quia ipsi sunt custodes Ecclesiæ, sicut dicitur *Ipsa* 62. Super muros tuos Ierusalem constitui custodes, tota die & tota nocte non tacebunt. Adunatio etiam est in ipsis: quia ab ipsis profuunt charismata quibus adunamur: vnde *Eph.* 4. Solliciti seruire vnitatem spiritus in vinculo pacis. Regnum autem totum est in manibus eorum. *Mt.* 20. Attendite vobis & vniuerso gregi in quo vos posuit Spiritus sanctus Episcopus regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.

Sic igitur primam communionem significantes

10.

11.

tantes dicimus, *Quam pacificare, custodire, adunare & regere dignetur* quia sue dignationis est quod facit & non nostri meriti. *Psal.* 113. Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. *Tota orbe terrarum*: quia sicut diximus, Ecclesia vel diffusa vel diffusenda est in toto orbe terrarum, sicut vocata est de omnibus finibus terrarum. Et hoc significatur *Mt.* 2. quod cum omnium linguis inciperent prædicare Apostoli, erant in Ierusalem habitantes viri Dei ex omni natione quæ sub cælo est. *Ipsa* 29. Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. *Mt.* 1. Eritis mihi testes in Ierusalem & in omni Iudæa & Samaria & vsque ad vltimum terræ.

Vna cum famulo tuo Papa nostro. N. &c. Tangit membra officialia à quibus principaliter hæc proficit vnitatis: Et hoc est quod dicit, *Vna, & est aduerbium quod idem est quod simul, & notat associationem capitis cum corpore.* Dicitur autem famulus: quia ad Ecclesiasticum huius sacrificij pertinet famularum. Papa autem dicitur: quia est pater patrum, & successor Petri, vicarius Iesu Christi. Nostrum autem dicitur: quia per ipsum nobis hæc influitur communio: & idem non valet oblatio si ab vniuerso ordine & obedientia ad Papam sciindatur vel separetur. Vnde Leo magnus Papa. Sicut diuinæ religionis cultum quem in omnes gentes omnesque nationes Dei voluit gratia conuolare, ita Dominus noster Iesus Christus humani generis saluatore instituit, vt huius numinis sacramentum & beatissimo Petro Apostolorum omnium summo principaliter collocaret, & ab ipso quasi quodam capite domus sua vellet in corpus omne manare, vt exortem se mysterij intelligeret hic esse qui ausus fuisset à Petri soliditate recedere. Hunc enim in consortium diuinæ vnitatis assumptum id quod ipse erat voluit nominare dicendo, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Et idem Papa nomen sicut ab eo à quo hæc proficit Ecclesiæ vnitatis communicatio, est hæc commendandum. Vnde Pelagius Papa dicit: Ab vniuersi orbis communionem separari sunt, qui qualiter diffensione inter sacra mysteria Apostolici Pontificis pomeii secundum consuetudinem non frequentant *Et ausus est* nostro N. Secundo gradu: quia antistes noster est quasi canalis per quem in nos à primo capite Papa communicatio descendit vnitatis, sicut vnguentum primo descendit à capite in barbam quæ capiti adheret, & à barba stillat in superiora, & à superioribus in media, & sicut vsque in oram & humerum vestimenti. Papa enim & Episcopi quæsum super homines sunt constituti, & in hoc sunt loco perfectioris sanctitatis, tamen & ipsi homines sunt & fragiles: & idem indigent vt oratur pro ipsis, & magis etiam indigent quam alij: quia quanto plus innititur eis Ecclesia, tanto indigent maiori adiutorio gratiæ: quia plus eis quam alijs diabolus insidiat. Vnde *Thron.* 1. Facti sunt hostes eius in capite, & inimici eius locupletati sunt. *Et rego* nostro N. Hic etiam in exterioribus defendendis & regendis vnitati pacis & commu-

nionis Ecclesiæ subministrat, & sicut ab eo in nos recitudo iustitiæ & pacis. Vnde sanctum Ieremiam inuenimus scripsisse per manum Baruch notarij sui. Sic dicit Baruch 1. Orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, & pro vita Balthasar filij eius, vt sint dies ipsorum sicut dies cæli. Inde etiam dixit Dominus *Luc.* 22. cum diceretur, ecce duo gladij hic: Satis est. Quia feritas quorundam seueriens in Ecclesia comprimenda est gladio materialit aliorum contumacia se vntari Ecclesiæ obii-ciens, gladio spirituali esse ferienda. Et idem pro personis illis quibus vsus gladio Dei est commissus, quia continent Ecclesiæ vnitatem, specialiter est orandum, sicut supra in auctoritate Apostoli Ad Timo. est ostensum.

His autem sicut membra simplicia adiunguntur omnes cum dicitur: *Et omnibus orationibus.* Orthodoxum dicitur à Græco orthos quod est rectum, & doxos quod est doctrinalis regula, hoc est, qui rectam & sanam tenent fidei doctrinam, sicut dicitur *Gal.* 6. Quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos & misericordia & super Israel Dei. *Ca. tholica & Apostolica fidei*, hoc est, vniuersalis & ab Apostolis fundate fidei, cuius symbolum exposuimus, *cultoribus.* Culus autem est seruus Deo & tali fidei debita, quæ seruitus theosebia vel eusebia vocatur, hoc est, Dei seruus vel bona seruus, qui cultus sacrificij in oratione & bonis exhibitur operibus, vt in antè habitis diximus. Omnes enim talis fidei cultores sunt in ciuitate Ecclesiæ, hoc est, Ecclesiasticorum ciuium vnitatem: & idem orandum est in oblatione sacramenti pro ipsis. *Ierem.* 29. Querite pacem ciuitatis ad quam transmigrare vos feci, & orate pro ea ad Dominum: quia in pace illius erit pax vestra. Hanc quam exposuimus orationem, quidam dicunt à Pelagio Papa factam, quæ aliquando sola & nulla alia confessioni sacramenti præmittebatur: quia beatus Petrus Antiochiæ primam dicens Missam, dicitur non nisi tres in Missa dixisse orationes, ante confessionem vniam, & eam quam dixit in confessione, & dominicam orationem post sacramenti confessionem. Quidam autem dicunt, quod eam fecit Gregorius.

CAPVT VII

De communionem secundam.

Memento Domini &c. Tangitur hæc secundam communionem corporis mystici, quæ quolibet membrum cuiuslibet membrum suo communicat actiones & vtilitates. Tanguntur autem hæc tria, quorum primum est pro quibus & qualibus hic oratur, secundum, quid pro eis petitur, tertium, quid ad exaudiendum allegatur. In primo autem horum duo ponuntur, scilicet pro quibus oratur, & pro quibus. In primo duo facit, scilicet memoriam specialem, & memoriam communem. Dicit ergo: *Memento Domini*, non quod Deus vnquam alicuius obliuiscatur, sed quod in nobis est per passionem, attribuitur Deo per

esse. In nobis quidem memoria est reflexiva potentia, quæ prius nocum per reditum notitiam, dicitur tunc facit ante oculos cordis ac fieri præfens, quia imaginem præteriti rededit ad notitiam. Et hoc modo Deus non memoratur quia non habet naturam compositam ab hoc illuc et hinc, & ab inde huc, cum omnia sibi sint præfens: sed potius cum aliquando effectum gratiæ alicui non apponat, videtur Deus illius esse oblitus: & cum postmodum iterum gratiam dat, videtur notitiam beneplaciti conuertit ad illum: & sic dicimus, quod memoratur. *1.4. 38.* Obsecro Domine memento, quod ambulauerim coram te in veritate: & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis, fecerim. *Psal. 118.* Memento mei Domine in beneplacito populi tui, uiuificans in salutari tuo. Aliter quam diximus Deus nec obliuiscitur nec meminit. *Vnde 1.4. 10.* Licet hæc celes in corde tuo, scio tamen quæ uerborum memineris. Hoc igitur modo per oppositionem gratiæ memento Domine, qui daues es in misericordia, & omnis gratia locuples possessor. *E. malorum*, de quibus propter dignitatem sexus prius est memoria. *Famulatumque tuorum*, quia aliter nisi per famulatum cultus diuini ad Ecclesiæ unitatem non referuntur. N. Hic nominandi sunt uiui, maxime tamen & primo loco qui oblationes suas ad altaria tulerunt, & in hoc famulos se esse agnoscunt. Vnde cum peteret sapientia Salomonis mitti sibi sapientiam à fede magnitudinis diuinæ, ut secum esset & secum laboraret, per quam sciret quid acceptum esset coram Deo omni tempore, stans itarum famulatum subiunxit *Sap. 9.* dicens: Quoniam ego seruus tuus sum, & filius ancillæ tuæ, sicut Ecclesiæ per quam natus sum ad tua obsequia. Et Dauid in *Psal. 115.* O Domine, quia ego seruus tuus sum. Ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Postea in communi uiuorum memoria subiungitur. Et *omniumque constantium* & iam se ipsos sacrificio exhibentium, ut ipsi sacrificio immixti tibi offerantur *Rom. 12.* Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium uestrum. Quales autem sunt qui in memoria oblationis habentur, subiungit dicens: *Quorum tibi fides cognita*, per quam in unitatem sacramenti recipiuntur: quia fides operans per dilectionem purificat eos, ut tibi in oblatione ista quæ in puritate sua puritatem mystici corporis importat, offerantur. *1.7. 15.* Fide purificans corda eorum. Fides enim quæ ueritati innititur, unit eos ueritatis Sacramento. Caritas autem per quam fides operatur, perficit eos ad sacramenti uirtutem, ut sic ueritate & uirtute tibi uniti sint per intellectum & affectum. Hæc enim fides tibi cognita est per approbationem.

2. Tim. 2. Cognouit Dominus qui sunt eius. *Ioan. 10.* Cognouit meas, & cognoscunt me meæ. Et uita deuotio, quam deuotionem ostendunt se & sua offerendo *Psal. 65.* Reddidim Deo uota mea, quæ distinxerunt labia. Deuotio enim est seruos cordis, ut dicit *Ambr. 2.* quo propria uoluntate se uel sua Deo pro-

mittit. Et ex hoc patet, quod specialiter pro istis quæ offeruntur, oratur. Vne sequitur, *Pro quibus tibi offerimus.* Hoc respondet illi quod dixerat, *Quorum tibi fides cognita est.* Quia illi non nisi fide referuntur ad munus quod offertur à sacerdote: sacerdos enim ut perfectior sanctitatis offert pro populo & pro se, sicut dicitur *Heb. 5.* propterea debet sicut & pro populo ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis. Quod autem dicit, *Offerimus,* notat unitatem corporis mystici, quæ in tota multitudine fidelium & cleri totius seruitute offert hostiam salutarem.

Quod autem sequitur, *Vel qui tibi offerunt,* responderet ad hoc quod dixit, *Nota deuotio:* speciali enim uoto offerunt illi qui se & sua deferunt ad altare. Et idem etiam specialiter illi in altaris oblatione continentur & offeruntur: quia sicut sacerdos offert mysteriis, ita illi offerunt spirituali uoto: & idem illorum specialis est recordatio. Vnde Innocentius secundus in quadam sua ostendit epistola ad sacerdotem quandam missa, qui consultationem faciebat, pro quibus essent in oblatione Missæ memoria facienda. Dicit autem sic: Su perfluum est ut cuius hostiam necdum offeras, eius ante nomen insinues, licet illi incognitum nihil sit. Prius ergo oblationes commendandæ sunt, ac tunc eorum nomina quorum ipsæ sunt oblationes, edicenda, & inter sacra mysteria nominentur, ut inter illa quæ præmittimus in ipsis mysteriis, uiam futuris precibus aperiamus. Fit ergo hæc oratio specialiter pro offerentibus, & consequenter pro aliis: & idem monendus est populus ut offerat: quia per oblationes speciali uoto hostiæ coniungitur, qui offertur: ipse hostiam offert uoto, quam sacerdos offert mysterio. Hoc est ergo quod dicit: *Vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis.* Sacrificium autem dicitur, quia sacros facit: laudis autem dicitur, quia nihil est in eo nisi quod est laudis & pulchritudinis & honoris. *Psal. 49.* Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutari Dei. Iter enim ad salutem per nullum unquam fuit sacrificium nisi per istud.

Quid autem his in sacrificio per nomina recitari oratur, aperitur cum subditur. Dicitur autem tria, scilicet personas cum personis adherentibus, & quod pertinet ad partem personæ quæ est anima, & quod pertinet ad partem personæ quæ est corpus. De primo dicit: *Pro se:* quia offerimus, & ipsi offerunt pro se: quia unicuique in ordine dilectionis principalitas conceditur. *3. Reg. 17.* Fac mihi primum de farinula subcinerium panem paruolum, & offer ad me tibi autem & filio facies postea. *Suisque omnibus.* Sunt personæ adherentia, sicut amici coniuncti sanguine & beneficio, & bona temporalia quæ in administrum uitæ sunt concessa: quamuis enim Dominus dicat, Primum querite regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur uobis: tamen temporalia prout sunt in Dei seruitio sustentantia & adminicula ad uirtutem, queri possunt. Et sic dicit Salomon in *Prouer. 30.* Tribue victui meo necessaria. Sic igitur oramus

oramus hic pro amicis & rebus ad seruitum Dei necessariis, sicut Centurio rogauit pro seruo *Matth. 8.* & commendatus est. Sic & patriarcha Iacob *Genes. 28.* orauit pro necessariis, quando dixit: Si Dominus Deus meus fuerit tecum in uia ista qua ego ambulabo, & custodierit me, & dederit mihi panem ad edendum & uesitimentum quo operiar, & reuocauerit me cum salute, erit mihi Dominus in Deum. Sic Dominus docuit orare. *Matth. 6.* dicens: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

Pro redemptione sanarum animarum, hoc est, quo indigemus secundum animam. Redemptio enim animæ est per gratiam & uirtutes à peccato, per sanguinem autem Christi ab originali debito, & per beatitudinem est ab his miseris quæ causantur ab isto in quo sumus exilio & corporis ergastulo. Et de prima redemptione dicitur in *Pf. 71.* Ab uisuris & iniquitate redimet animas eorum. *Uisuris* enim excessentes sunt cum peccata post primam diaboli deceptionem, à quibus uisuris & iniquitate Deus redimet per gratiam & uirtutum collationem. Sic enim secundum sapientem redemptio animæ uiri est propriæ diuitiæ uirtutum. Sic redemit se uxor prophetæ à creditoribus per olei in uasa uacua infusionem & multiplicationem. *4. Reg. 4.* De secunda redemptione dicitur in *Psal. 129.* Apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. *Osa. 13.* De morte redimam eos, de manu mortis liberabo eos. *Psal. 48.* Veruntamen Deus redimet animam meam de inferno cum accepit me. De tertia redemptione dicitur. *Isa. 35.* Ambulabunt qui liberati fuerint, & redempti à Domino conuertentur, & uenient in Sion, cum laude & lætitiâ sempiterna super caput eorum, gaudium & lætitiâ obrinebunt, & fugiet dolor & gemitus. *Pro spe salutis &c.* Hoc pertinet ad corpus: & duo peruntur: pro infirmis enim offertur pro spe salutis, & pro sanis offertur pro spe incolumitatis eorum. Sanitatem infirmis petimus, ut fortiores sint in Dei seruitio, sicut & Dominus in corpore multos sanauit. Sanitas autem illa proprie salutem uocat, quando ex infirmitate & anime & corporis separatur salutem, sicut *Ioan. 5.* Ecce sanus factus es, iam amplius noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. *Psal. 111.* Qui sanat infirmitates tuas, qui propitius omnibus iniquitatibus tuis, &c. Est etiam quædam spes salutis euadendi machinationes inimicorum, sicut in *Psal. 21.* dicitur: *Salua me ex ore leonis*, & à cornibus unicornium humilitatem meam. *Dan. 13.* Saluatus est sanguis Innoxius in die illa. De his simul dicitur: Dominus conseruet eum & uiuificet & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in manus inimicorum eius. Dominus ope seruet illi super lectum doloris, & incolumitatis suæ. Incolumitas dicitur perfecte sanitatis integritas: & hanc petimus pro sanis in sacrificij istius oblatione, quia nisi Deus conseruet, sanitas non stabit, quia super fundamētum debile est edificata, quod est continua pugna calidi & frigidi, & humididi & sicci, leuis & grauis, duri & mollii, & aliarum contrarietatum.

quam quæ sunt in corpore. Et hoc petitur in *Psal. 15.* Conserua me Domine, quoniam ego speraui in te. Et iterum: Ne proicias me in tempore senectutis, & cum defecerit uirtus mea, ne derelinquas me. *Sap. 15.* Neque herba neque malagma sanauit eos, sed sermo tuus qui sanat omnia.

Tibi reddunt uota sua. Tangit rationem exauditionis: quia tibi reddunt uota sua, quæ uoto proprio & non obligatione alicuius necessitatis in se & in suis obulerunt ad altare. *Psal. 75.* Vouete & reddite Domino Deo uestro omnes qui in circuitu eius offeritis munera. Quia sicut dicitur *Prouer. 20.* Ruina est hominis deuotæ sanctos, & post uota tractare. Vnde dicit *Augustinus* quod uouere est uoluntatis, reddere necessitatis. Uota ergo quibus se deuotauerunt ad sanctum, reddunt altare. *Aeterno Deo uino & Deo uero:* sunt enim dii participatione diuinæ potestatis dii facti sicut Moysi dictum est. *Exo. 7.* Constitui te Deum Pharaonis. Et in *Psal. 81.* Ego dixi, Diu estis & filij Excelsi omnes. Et isti sunt ueri & uiui, & non æterni: unde de his in *Psal. 81.* dicitur: Vos autem sicut homines moriemini, & sicut unus de principibus cadetis. *Ioan. 10.* Si illos dixit deos ad quos sermo Dei factus est. Sunt etiam dii qui diuinitatis gloriam usurpant, sicut demones: & ideo dicitur *Matth. 4.* ad Christum: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me, supple, ut Deum. Vnde eidem respondit Dominus: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli serues. *Pf. 115.* Omnes dii gentium demonia, & illi sunt æterni quoad finis carentiæ, & sunt uiui, sed non ueri. Sunt etiam dii sola nuncupatione, ut idola lignea & lapidea & metallica. *Osea. 14.* Non dicemus ultra, dii nostri opera manuum nostrarum. Et isti dii nec æterni, nec uiui, nec ueri sunt. Ad exclusionem enim omnium istorum dicitur: *Aeterno uino & uero*, de cuius æternitate dicitur *1. Tim. 6.* Qui solus habet immortalitatem. Quia sicut ibidem dicit *Glo.* Vera immortalitas est uera æternitas & incommutabilitas. De uita dicitur. *Reg. 7.* Uiuat Dominus Deus Israël, in cuius conspectu stes. De ueritate *Ioan. 3.* Qui autem accepit eum testimonium, significauit quia Deus uerax est. Hæc est igitur secunda communitio:

CAPVT VIII.

De communitate tertia.

Communicantes, &c. Tertia hic tangitur communitio, & dicuntur in ea tria, modus scilicet communitatis, & ad quos est ipsa communitio, & qualiter hæc communitio descendat à beatis in Ecclesiâ militantem. Dicitur igitur; *Communicantes.* Occultior est ista communitio quam duæ præcedentes: & ideo in uoce præmittitur qualiter sanctis in patria in Sacramento altaris communicamus: quia quod illi percipiunt in rei ueritate, nos frequentamus.

quentamus in sacramentali specie. Communio enim est perceptio vnus & eiusdem, in quo vnuntur quæ communicant, quamuis diuersimodè illud vnum participant. Sic enim in symbolo dicimus, *Credo sanctorum communionem.* *Hebr. 13.* Beneficentiæ & communionis nolite obliuisci: talibus enim hostiis promeretur Deus. *Act. 2.* De fide conuersoris dicitur: Erant perseuerantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. Non enim est ista communio terræ tantum, sed etiam cælo communicamus in ea: & ideo addimus, *Et memoriam venerantes.* Veneranda est enim memoria sanctorum à quibus dum viterent, istam accepimus communionem, & quorum patrocinium istamus in ea: hoc enim non nouum est, quia *Exod. 32.* etiam Moyses patrum memoriam coram Deo allegauit, ut auerteret iram ipsius, dicens: Memento Abraham, Isaac, & Iacob. Et post pauca sequitur. Et placatus factus est Dominus de malignitate quam dixit facere populo suo. Similiter. *3. Reg. 11.* sic Dominus ad Salomonem: In diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuum, de manu filij tui scindam regnum tuum, nec totum regnum tuum auferam, sed tribum vnā dabo filio tuo propter Dauid seruum meum, & Ierusalem quam elegi. Hac igitur freta auctoritate Ecclesia charissimos Deo martyres & Apostolos ponit in sanctæ communionis supplicatione. Dicit enim Apostolus. *Rom. 11.* Iuxta promissionem dilectissimi sunt filij propter patres.

2. In primis, quæ merito semper prima ponitur: quia per secundum propitiatorum designatur. *Exod. 27.* in quo Deus corporaliter apparuit ut propitiatorum, & in quod omnes Angeli veris vultibus respiciunt, ut ab ipsa accipiant splendoris illuminationem, quæ duas habet excellentias, quarum vnā tangit dicens: *Gloriosa semper virginis Maria.* Gloriosa autem est: quia sic tota mente & corpore Virgo fuit, ut sola illibata ab omni concupiscentia: & pro eo dicitur *Job. 3.* Nunquam cum ludentibus me miscui, nec cum eis qui in leuitate ambulat, participem me præbui, nunquam concupiui virum, mundam seruauit animam meam ab omni concupiscentia. Gloriosa iterum recedat: quia prima cœlibatū Deo deuotū, Angelorum mundiciam terrenis inferens, & victoriam carnis & sanguinis vinceret agens, super primum castitatis inimicum triumphans. Et quoad primum dicitur *Cantic. 2.* Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Instant enim desiderio sponsæ cœlestis, amoris teneritudine elanguit, quod nullo carnis amore potuit consolari, sed floribus cœlestis munditiæ fulta, virginibus in cœlibatu viam & exemplum dedit, & malis odoriferis munditiæ paradisi stipata. Primæ incorruptionis qua virgines à Deo factæ sunt æmula integritatis angelicæ, connubia & lenocinia carnalis commercij fastidiuit, quam multi virginum chori postea sunt secuti. Et hoc alia innuit translatio *70.* in eodem loco sic: Vidi sponsam sicut columbam ascendentem desuper riuos aquarum,

cuius inestimabilis omnis erat nimis in vestimentis eius, & sicut dies verni circudabant eam flores rosarum & lilia conuallium. Speciosa enim virginitate fuit columba simplicitate decorata. Cuius sicut *Iudith. 9.* dicitur, Omnis compositio non ex libidine, sed ex virtute pendebat. Super riuos aquarum ascendit ad virginitatis fastidium calcando concupiscentiæ fluxum omni virtute pertingens, in vestitu conuersationis eius inestimabilis odor fructuum paradisi flagrabat, quia nihil nisi integritatem diuinam & angelicam meditari, & ostendit, hanc circudant flores rosarum in robore martyrum qui ad eius imitationem prius omnia pari quam virginitatem vellent amittere, circa ipsam lilia conuallium virginitatis liliū in humilitate sine gladio persecutoris conseruantium. Hæc super castitatis triumphat inimicum in se & in suis: quia verificatur in ea quod in honorem matris suæ prædixit Dominus, Ipsa conteret caput tuum. De caudæ enim inflexione & corporis tortuosi & vestrū nocumento secura fuit, quæ statim in principio ante omni libidinis vulnus caput draconis contriuit & excludit. Gloriosa iterum virgo fuit, quæ sola Filio Dei factis munda parata fuit: ea enim puritate qua sub Deo maior esse non potuit, eam mirere dignum fuit, in quam tota diuinitas infudjet se. *Sup. 8.* Attingit autem vbi que propter suam mundiciam. Et sic nihil iniquitatum incurrit in illam. Quare dicitur *Isa. 7.* Ecce virgo vel alma ab omni macula cælestis concipiet & pariet filium. Hæc semper virgo ante partum, in partu, & post partum, sicut dicitur *Ezech. 44.* Porta hæc quam vidisti, clausa erit, & non aperietur: quia Dominus Deus Israël ingressus est per eam. *Genitricis Dei veri:* & ideo secundum consilium Theotocōs & non Christotocōs est dicenda: filius enim suus ideo emanuel. *Isa. 7.* vocatur, quia verus Deus & verus homo est, & ipsa personæ filij mater, quæ in duabus naturis est verus Deus Patris æterni filius, quem sicut Pater secundum diuinitatem sine corruptione genuit ab æterno, ita eundem verum Deum mater virgo sine virginitatis diminutione aliqua secundum humanitatem genuit in tempore. Propter quod genitura matris vnici & speciale exemplum est genitura æterni Patris. Propter quod clamat *Isa. vlt.* Antequam parturiret, peperit: antequam veniret tempus eius, peperit masculum. Quis audiuit vnquam tale, aut quis vidit huic simile? Tempus enim quod aliz mulieres pariunt, est ut post corruptionem semen conceptum formetur, & post pondus & angustias vteri cum magnis doloribus pariant filium matris miseria infasciatum. Propter hoc dicitur igitur, *genitricis Dei & Domini nostri Iesu Christi:* hoc est, mediatrix Dei & hominum in gratia & nobis per conformitatem nature: & de his iam sæpius dictum est. Vnde dicitur:

3. *Sed & beatorum Apostolorum:* quia fidei nostræ fundatores & prædicatores fuerunt, sicut dicitur in *Psal. 86.* Fundamenta eius in montibus sanctis, vnde veniat auxilium mihi. *Apostol. 21.* Fundamenta ciuitatis 14. hi sunt

sunt duodecim lapides electi de Iordanis medio. *Iosue 4.* propter fidei suæ soliditatem. Hi sunt duodecim boues sub mari zœo *3. Reg. 7.* propter sui laboris in vultibus spiritualibus in figura bouum præfigurati. Hi duodecim fontes inuenti in Helim. *Exod. 25.* Fontes propter verum fluxum suæ doctrinæ vocati. Hi sunt: 1. portæ ciuitatis *Apostol. 21.* Portæ dicti sunt: quia per eos est ad Ecclesiam introitus. Hos elegit Dominus. *Ioan. 5.* His dixit: Elegi vos ut eatis & fructum afferatis, & fructus vestri maneat. Hi sunt principes nostri in hac communione congregati cum Deo Abraham merito ante omnes alios ponendi. *Ac martyrum tuorum,* qui fuerunt testes nostræ fidei: quia martyr in Græco, restis est Latine. De his dicitur *Iob. 2.* Qui cum iniurio accepisset enartari per Dominum ab eis qui audierunt in nos, confirmata est contestante Deo signis & portentis & variis virtutibus & Spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem. Patriarchæ autem & Prophætæ non ponuntur: quia ad lymbum descenderunt, ibi spe felici consolationem redemptionis expectantes. Nec ponuntur confessores: quia de merito illorum non adeo certa est Ecclesia: & ideo Leander in ordine Canonis sui quem Ecclesiæ reliquit Sibi lientis, facit offerri pro confessoribus, & non in venerationem memoriæ confessorum Patris, qui summus & caput fuit Apostolorum, cui collatz sunt clauis regni cœlorum, qui confirmator fuit aliorum postquam à negatione trina respectu Domini refurxit, de quo dicit Christus *Luc. 22.* Tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos: cuius adhuc successos totam habet confirmare Ecclesiam, & ideo Petrus à petra vocatus, quia Syria lingua petros rupes interpretatur. *Pauli,* qui non ab hominibus neque per hominem electus est, sed per Iesum Christum merito & gradui Apostolorum est additus, ut sit vas electionis eius quod portet nomen Domini coram gentibus & regibus & filiis Israël. *Act. 9.* Hic in tertium cælum & in paradysum rapitur, ut audiat secreta verba quæ non licet hominibus loqui. Loquitur tamen ea quæ sunt sapientiz inter sapientes & perfectos, & post tantum fastidium contemplationis disposuit cubile matrimonio iunctorum. *Rom. 5.* Hic gloriatur in tribulationibus. *2. Cor. 2.* Hic non ignorat cogitationes sathanæ. Hic abundantius omnibus laborauit. Hic omnia gratiæ attribuit. *1. Cor. 15.* Et tandem pro fide ense triumphat, post mortem testimonium ferens fidei, sicut legitur in historia passionis eius. *Andræ,* qui voce Ioannis ad Christum veniens, fratrem suum Petrum adduxit. *Iacob maioris,* quæ inter Apostolos in hoc primatum tenuit, quod primus inter eos martyrio laureatus est, sicut dicitur *Act. 12.* de Herode: Occidit autem Iacobum fratrem Ioanys gladio. *Ioanys,* qui dilectus discipulus Domini fuit, qui transfigurationi interfuit, qui in cœna supra pectus Domini recumbens, fluentis Evangelij, ut Beda dicit, ab ipso sacro Dominici pectoris fonte potauit, & ideo cæteris alijs de verbis scripturæ deitate, cui vir-

D. Alb. Mag. lib. de sacrif. Missæ.

gini Christus virgo matrem virginem in cruce commendauit. *Thome,* qui tactu Christi post resurrectionem sic in fide Christi est roboratus, quod amplius nullo modo dubitauit. *Iacob minoris,* qui primus Episcopus fuit Ierosolymorum, tam simile Christo configuratione corporis & imitatione religionis, ut ab Apostolis frater Domini vocari mereretur. *Philippi,* qui de diuinitate Patris & Filij instructus est *Ioan. 16.* Panis illius quo Christus voluit pascere turbas, nectur: audire eruditionem. *Ioan. 6. Bartholomæi,* qui & nobilis & Philosophus solus dicitur fuisse inter Apostolos, vnde & Euangelista scriptis, de quo *Dionysius* meminit dicens eum in proemio sui Evangelij dixisse: Euangelium est breue & longum. *Matthei,* qui ex telonario & Apostolus & Euangelista ad spem peccatorum penitentium factus est, & talentorum Spirituum distributor, & conuiuiorum Dei præparator. *Luc. 9. Simonis,* qui fuit frater Iacobi minoris qui Cananus dicitur à zelo quem habuit Christianæ religionis: Et *Thadæi,* qui Iudas Thadæus, corculus propter diligentem cordis custodiam ab Apostolis dicebatur. Fuit autem tertius frater Iacobi fratris Domini & Simonis Cananæ. Hos 12. elegit Dominus, 11. in terra, & 12. Paulum de cælo.

His etiam martyres quosdam adiungit de quorum fide & causa martyrij indubitata extitit certitudo. Multos autem Ecclesia non ponit: quia in Ecclesiastica historia legitur, quod hæretici aliquando cum martyribus passi fuerunt, eò quod tunc Ecclesia synodos & visitationes & examinationes habere non potuit propter persecutiones tyrannorum. Ponit autem in principio eximios martyres quos Ecclesia Romana in gremio habuit & habet, dicens, *Lini,* qui Papa fuit per plurima genera tormentorum pro Christo triumphans. *Cleti,* qui & ipse Papa fuit multis passionibus & signis clarissimus. *Clemētis,* qui & ipse Papa Petri fuit discipulus & pedissequus: 12. libris omnes actus Petri scribit. *Sixti,* Papæ & martyris, qui in ipsis Missarum solemnibus Sanctus, & Agnus Dei cantari ordinauit. *Corneli,* cuius indubitatum apud sanctos Patres Augustinum & Ambrosium fuit martyrium. *Cypriani,* cuius tanta fuit fides, ut lecta à tabellione condemnatione eius in consistorio Romano, Deo gratias publicè clamaret, in cuius corde in testimonium fidei figura crucis in specie auri dicitur fuisse depicta. *Laurentij,* qui Ecclesie Romanæ Archidiaconus existens, certa & indubitata fide rogum sustinuit, ut viuus in Decij imperatoris presentia assaretur. Hic etiam Ecclesie facultates larga manu dispersit dedit pauperibus: ideo iusticia eius manet in seculum seculi. *Chrysogoni,* cuius mira fides fuit ita ut sponte gaudens subiret mortis supplicia. *Ioanys & Pauli,* qui primicerij fuerunt aula imperialis, & se gloriosos martyres esse signis magnis probauerunt & publica confessione contra Iulianum apostatam. *Cosma & Damiani,* qui ambo medici gratis exhibuerunt medicinam, plus virtute crucis & fidei quam herbis vel malagmate homines curantes. *Et omnium sanctorum tuorum,* in com-

F 2 mani

fe doctores proficentur per infanias & nugas, & suis doctrinis detestabilem faciunt theologiam.

CAPVT XI.

De perficientibus sacramenti consecrationem, primo de perfectione sacramenti corporis.

Qui pridie, &c. Hic post sanctificationem hostiæ per quam ad transubstantiationem ipsi hostiæ confertur idoneitas, tangitur de sacramenti perfectione. Habet autem duas partes, in quarum prima tangitur de sacramenti perfectione, & in secunda tangitur de sacramenti perfectione sanguinis, ibi, Simili modo. Circa primum octo inducuntur per ordinem, in quorum primo tangitur tempus quo Christus hoc sacramentum celebravit. In secundo qualiter tactu suarum diuinarum manuum materiæ sacramenti transubstantialitatem contulit. In tertio qualiter patri hoc sacramentum offerendum est, ostendit. In quarto qualiter de tanto dono & beneficio gratias egit. In quinto qualiter benedictionem omnis gratiæ in hoc sacramentum profudit. In sexto qualiter ad mensuram vniuersi quæ hoc frangendum significauit. In septimo qualiter à discipulis hoc sacramentum frequentandum esse instituit. In octauo qualiter formam sanctificationis expressit. Dicit ergo: Qui pridie, hoc est, serâ quinta in nocte in qua debatur, post quam in Parasceue, hoc est, in sexta feria patiebatur. In illa autem nocte luna fuit 14. & non erat fermentatum in domibus Iudeorum: & ideo conuincitur celebrasse in azymo. Exod. 12. Septem diebus comederis azyma, & non erit fermentatum in domibus vestris. Hoc enim competit signato. 1. Cor. 5. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur non in fermento veteri neque in fermento malitiæ & nequitie, sed in azymis sinceritatis & veritatis. De hoc tempore Apostolus dicit 1. Cor. 11. Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem & gratias agens fregit. De secundo dicit, Accipit panem de frumento puro azymum, in sanctum, hoc est, sanctificantes, ac venerabiles, propter unitam manibus deitatem, manus suas, ut tactu suarum sanctarum & diuinarum manuum tali materiæ sacramenti conferret, quod in omni tempore in corpus Christi transubstantiari posset, sicut ipse tactu suæ mundissimæ carnis vim regeneratiuam conferebat aquis: talem enim virtutem creatura accipit ad tactum Creatoris. Et hoc significatum est Ioan. 6. ubi Iesus ad manus accepit panes, de quibus turbas pacere voluit. Hinc est quod dicitur Cant. 5. Manus eius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis. Tornatiles dicuntur, id est, omnium volubiles operationum. Aureæ autem, quia in omnibus earum operationibus splendet virtus

Tempus quo Christus sacramentum instituit.

deitatis mutans diuinitus omne quod tangit manus. Plenæ autem dicuntur hyacinthis, qui cælestis est virtutis & coloris: quia in omnibus operibus cælestem indicat vitam & intentionem.

Et eleuatis oculis suis in caelum. Tertium est, in quo oblationem istam semper in caelum esse eleuandâ significat: quia & ipse sacerdos & hostia sic pro nobis ad patrem in caelum ascendit. Hebr. 9. non enim in manu facta sancta introiuit Iesus exemplaria verorum, sed in ipsum caelum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis. Et hoc est, ad se Deum secundum humanitatem, Patrem suum, secundum diuinitatem, omnipotentem autem propter transubstantiationis potentiam, quia in omnipotentia Dei radiatur: quia sicut dicitur Luc. 1. Non erit impossibile apud Deum omne verbum. Et ideo dixit Ioan. 10. Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum: Tibi gratias agens. Quartum est: gratias enim dignum fuit agere de tanto dono, de tam excellenti gratia, de tam efficaci cibo, de tam digno sacramento. Ioan. 11. Pater gratias ago tibi, quia audisti me: ego autem sciebam, quia tu me semper audis. 2. Cor. 9. Grâcias ago Deo super inenarrabili dono eius. Benedixit. Quintum est: quia in sacramentum omnis gratiæ plenitudinem effudit, ut sit verum de sacramento quod dicitur Eccl. 14. Benedictionem omnium gentium dedit illi. Dicunt autem hic quidâ, quod signo quodam manus benedixit. Quidam autem, quod verbo occulto, quo etiam panem in corpus suum transubstantiauit. Quidam autem, quod virtute diuinitatis sine signo & verbo transubstantiauit: quia Christus corporalibus signis & verbis vt opus non habuit, sicut qui habuit potestatem excellentiæ, & non sicut minister clauæ utebatur. Sed quia nullum istorum probatur aliqua Apostolica auctoritate, & prima expositio dubium non habet, ideo primum plus placet inter ista. Deus enim benedicere dicitur, quando gratiam infundit, sicut dicitur Num. 6. Inuocabitis nomen meum super filios Israël, ego autem benedicam vobis. Psal. 113. Benedixi vos à Domino qui fecit caelum & terram. Fregit, postquam panem in corpus suum transubstantiauit, & hæc fractio est in solis formis sacramentalibus & non in corpore Christi. Hæc enim specialis est fractio in qua virtus cognoscitur deitatis, vt forma panis frangatur & corpus integrum remaneat. Luc. vlt. Cognouerunt Dominum in fractione panis. Hoc semper petierunt Christum esurientes, sic dicitur Thren. 4. Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Paruuli dicuntur omnes qui ad istam fractionem ante Christum inuenti sunt infirmi. Quare autem fregit, posterius ostenditur. Dedit discipulis suis, dono dedit, sicut dicitur Mat. 10. Gratis accepistis, gratis date. Sap. 3. Dabitur illi fidei donum electum, & fors in templo Dei acceptissima. Non autem dedit nisi discipulis suis, significans quod indignus accedere non debet. 1. Cor. 11. Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Et ibidem:

Qui

Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Et ibidem: Qui manducat & bibit indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Et ideo indigno in confessione interdici debet, & si publicè inter alios accedit, sacerdos illi porrigit, quia nullum prodit, sed ille tunc rapit, sicut Iudam Dominus inter alios accedentem non prohibuit. Dicens, Accipite, in officium. Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem. Et manducate ex hoc omnes, discipuli vt omnes mihi incorporemini & spiritui meo sociemini: quia aliter non potestis Deo Patri offerri. Hoc est enim corpus meum. Forma est sacramenti, quia omnis sacerdos deinceps debuit vt, & continetur. Mat. 26. & Marc. 14. & Luc. 22. In hac enim forma verbum increatum descendit in verbum creatum, & sua inuisibili potentia operatur transubstantiationem panis in corpus Christi, sicut etiam à principio in verbo instituta & facta est omnis creatura. Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod factum est, in ipso vita erat, & vita. Hebr. 1. Portans omnia verbo virtutis suæ.

Forma consecrationis panis.

CAPVT XII.

De consecratione sacramenti sanguinis Christi.

Simili modo postquam cœnatum est, &c. Hic post consecrationem sacramenti corporis, tangitur consecrationem sacramenti sanguinis. Et circa hoc tangitur septem per ordinem, scilicet tempus institutionis, tactum virtutis transubstantiationis, gratitudinem gratiarum actionis, profuxum benedictionis, officium institutionis, formam sanguinis, & effectum sanctificationis. De primo horum dicitur, Simili modo: quia simili bonitate & charitate & virtute. Bonitas enim fecit sanguinem communicare, quia sicut dicit Dionys. boni est bona adducere. Charitas fecit nos sanguine redimere, sicut dicitur Ierem. 12. Dedi dilectam animam meam in manu inimicorum eius. Virtus autem diuina fecit vinum in sanguinem conuerty, sicut dicitur Ioan. 6. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Postquam cœnatum est, vtraque cœna, scilicet agni typici & corporis sui: vltimo enim post omnes cibos hoc sacramentum tradidit, vt arctius imprimeret memoriam discipulorum. 1. Cor. 11. Quotiescumque manducabitis panem hunc & calicem Domini bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat. Quamuis autem sic fecerit Christus dicta de causa, tamen propter sacramenti reuerentiam institutum est ab Apostolis, vt sacramentum hoc ieiuno ore à fidelibus acciperetur, nisi necessitas infirmitatis aliud exposcit, sicut reprehendit Apostolus quosdam. 1. Cor. 11. quod non ieiuni Christi sacramentum acceperunt, dicens: Conuenientibus vobis in vnam iam non est Dominicam cœnam manducare: vnusquisque enim suam cœnam presumat manducandum: & alius quidem esurit, alius vero ebrius est. Accipiens & hunc præclarum calicem. Præclarus dicitur: quia præ

aliis clarus: & ideo de calice Veteris Testamenti tanquam non satis clario dicit. Matt. 26. Non bibam amodo de hoc genimine vitis. De isto autem dicit: Vtique dum impleatur in regno Dei, hoc est, in Ecclesiæ confirmata potestate. Et ideo Mat. 26. dixit, Vtique dum bibam illud nouum vobiscum in regno. Hunc enim præclarum calicem quotidie bibit & sibi imbibit in membris. Psal. 112. Calix meus inebrians quam præclarus est. Calix autem dicitur calida potio: quia calore charitatis accendit. Psal. 115. Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. In sanctas ac venerabiles manus suas. Hoc exponitur sicut prius: quia tactu suæ manus vino conuult vt semper possit in suum sanguinem conuerti. Item, que gratias agens, de humani generis per sanguinem redemptionem. Hanc enim in tantum desiderauit, quod etiam sanguinem in passione crucis gaudens fudit. Vnde Apostolus Hebr. 12. Præposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusionem contemptam. Benedixit, omni benedictione gratiæ, à quo omnibus nobis profueret benedictio salutis. Gen. 24. Dominus benedixit Domino meo valde, magnificatusque est. Hic autem sit crux vt significetur hæc benedictio à primo perfectiore sanctificationis patre cælesti profuere in sacramentum. Vtrum autem signo benedixerit, vel verbo, vel virtute suæ diuinitatis sine verbo vinum in suum sanguinem transubstantiauit, vt quidam dicunt, non est probatum: & ideo primus expositionis modus nobis melior esse videtur. Dedit, non vendidit, non reddidit, sed dono, hoc est, gratis dedit. Vnde 1. Cor. 11. Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis. Discipulis, qui soli digni fuerunt. Mat. 7. Nolite sanctum dare canibus, neque margaritas vestras ante porcos. Dicens, officium sacramenti instituens. Accipite, in officium. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi & dispensatores mysteriorum Dei. Et bibite, ad incorporationem mei. Eccl. 24. Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. Ex eo, calice sanguinis, omnes, sine distinctione. Ath. 10. In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus.

Hic est enim calix sanguinis mei. Intransituè legitur. Hic est calix, qui est sanguis meus, qui vere est potus in redemptionem peccatorum. Hebr. 9. Sine sanguinis effusione non fit remissio. Apoc. 1. Qui dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et quia nullus lauitur à peccatis nisi intus lauetur, quia peccatum intus maculat, ideo necesse est vt sanguis bibatur, vt intus lauet. Et vsque huc meo iudicio forma sacramenti terminatur: quia intantum etiam forma corporis & non amplius extenditur. De effectu autem sanguinis quem supra septimo loco posuimus, quatuor inducitur, quorum primum est, quia testatur nobis hereditatem. Secundum, quia declarat in mysterio fidem. Tertium, quia remissum est peccatorum. Quartum autem, quia ad memoriam reducit Christi mortem. De primo autem dicit, Noui & æterni testamenti. Noui autem dicit: quia in ritu & effectu nouum. Apoc. 2. dixit qui sedebat in throno, Ecce noua facio omnia.

Forma consecrationis vini.

Isa 61. Ecce enim ego creo caelos novos & terram novam, & non erunt in memoria priora neque ascendent super cor. *Leuit. 26.* Nouis superuentibus vetera prouicietis. Aeternum autem dicitur: quia nunquam alterius testamenti vel sacramenti recipiet superordinationem, sicut superordinatum est sacramentis veteris legis. *Ierem. 31.* Sanctum Domini non euellatur, & non destruetur ultra in perpetuum. *Isa. 55.* Feriam vobiscum pactum sempiternum. *Ad Hebr. 10.* Vna oblatione consummavit in aeternum sanctificationes. Et ideo dicitur testamentum: quia in sanguine confirmavit omnes testatas promissiones. *Heb. 9.* Testamentum in mortuis confirmatum est. Alioquin nondum valeret donec viuit qui testatus est. Ideo *Zach. 12.* dicitur: Tu autem in sanguine testamenti tui euulsisti vinclos tuos de lectis in quo non erat aqua. Hoc enim promiserat, quod vinclos de lacu miseræ educeret per sanguinem. *Mysterium fidei.* Mysterium dicitur a graeco mystin quod est secretum: quia secretum fuit qualiter in morte vitam aeternam & in sanguine perficeret sanctitatem. Et ideo multis huius mundi sapientibus stultitia videbatur. Inde dicit *1 Ia. 24.* Secretum meum mihi, secretum meum mihi. *Iob. 28.* Profunda humorum scrutatus est, & abscondita produxit in lucem. Fluvij enim sunt flumina vulnerum, quorum est profunda sapientia, quilibet sanguine Christi redemptus est mundus. Et in hoc profundo omnia mysteria fidei sunt reuelata. Sic ergo est sanguis testamenti aeterni & mysterium fidei. *Heb. vi.* Deus autem patris qui eduxit de mortuis pastorem magni otium in sanguine testamenti aeterni. *Qui* scilicet sanguis pro vobis discipulis, qui tamen eis perfectores sanctitatis: quia sicut diximus, Episcopus & sacerdos etiam indigent sanguine redemptionis: & pro multis, bonis scilicet efficaciter, pro omnibus tamen esse usque sufficiens. Et hæc verba *Lue. 22.* continentur. *In remissionem peccatorum:* quia sedes animæ in sanguine est, qui est pretium redemptionis. *1. Pet. 1.* Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine tanquam agni immaculati Christi. *Ho: quotiescunque feceritis,* ad aram deuotando sacramentum, *in me* abentis ad passionem *memoriam facietis.* *Tibro. 3.* Recordare paupertatis & transgressionis meæ & absinthij & fellis. Et respondet Propheta, Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. Hæc breuiter de confectioe sacramenti transcurramus: quia post officium Missæ specialem de hoc tractatum longum faciemus, in quo ipsam sacramentum in sex generibus ponemus, scilicet in genere gratiæ, in genere doni, in genere cibi, in genere communionis, in genere sacrificij, & in genere sacramenti. Ponemus & singulorum generum species & differentias proprias & effectus subtiliter inuestigabimus. Et ille tractatus supplebit prolixæ quæquid hic breuiter est transcursum: si enim ille tractatus hic positus fuisset, multa dici oporteret, quæ ad officium Missæ non videtur esse multum pertinere.

CAPV T XIII.

De eleuatione & de eam perficientibus, & primo qua Christus in seipso perfecit.

Vnde & memores Domine, &c. Hic ponitur pars Canonis istius in qua post hostiæ sanctificationem & post sacramenti confectioem tangitur de perfecti sacramenti cum omnibus sacramento communicantibus in cælum ad conspectum Dei eleuatione & presentatione. Habet autem tres partes, in quarum prima tangitur de sacramentis hanc eleuationem perficientibus. In secunda de ipso modo eleuationis, ibi, *Supplices te rogamus.* In tertia fit supplicatio pro his qui in sacramento sunt eleuandi, ibi, *Memento etiam Domine,* &c. Adhuc autem prima harum partium diuiditur in duas partes, in quarum prima sacramenta eleuantia hostiam ponuntur quæ perfecit Christus in seipso. In secundo autem ponuntur ea quæ facta sunt in sacramenti figura & typo, ibi, *Supra qua propitio.* Vnde tres orationes quæ per ordinem hic ponuntur, sic ordinantur, quod in prima tangitur oblatio hominum virtute sacramentorum hostiam eleuantium. In secunda ad eleuationem supplicatio intercessionis patrum. In tertia cum oblatione ministerium Angelorum. In prima harum tria innuuntur, scilicet cuius sit oblatio, memoria eleuantium hostiam, & ipsa oblatio eleuationis ad Deum. De primo dicitur: *Vnde & memores,* &c. Constructio sic ordinanda est. Vnde o Domine nos sacerdotes & clerici tui serui, qui nostrorum ordinum seruitutem ad hæc offerenda accepimus. *Isa. 61.* Vos autem sacerdotes Domini vocabimini, ministri Dei vestri dicetur vobis. *Sed & plebs tua sancta,* quæ sacramentis tuis est imbuta & consecrata, *Carbolica,* Catholicam fidem corde credens & ore confitens & opere ostendens. De duobus primis dicitur *Rom. 10.* Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. De tertia autem confessione dicitur *Iaco 1.* Non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Et ideo dicitur *1. Corinth. 12.* quod nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. Et ibi dicit *Glossa. Amb.* quod qui dicit, Dominus Iesus in Spiritu sancto, dicit illud corde, ore, & opere. Nos, inquam, serui tui & plebs *memores tam beatæ passionis,* &c. eiusdem Christi *Filij tui.* Eiusdem cuius corpus & sanguinem conficimus.

Sic ergo est constructio ordinanda: *Memento*, cuius nunquam habenda est oblatio. *Psal. 62.* Sic memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus. *Psal. 21.* Adhæreat lingua mea faucibus meis si non meminero tui. *Eiusdem Christi mediatoris Dei & hominum,* cuius corpori & sanguini participamus, ita quod in Christo incorporati manemus, sicut ipse dicit *Ioan. 6.* Qui manducant carnem & bibunt meum

Cuius sit oblatio.

meum sanguinem, in me manet & ego in eo. *Ioan. 15.* Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso nisi manserit in vite, ita nec vos nisi in me manseritis. *Filij tui,* tibi substantialis, ut sic per ipsum ad te habeamus accessum. *Roma. 5.* Pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem & accessum habemus per fidem in istam gratiam in qua stamus & gloriam in spe gloriæ filiorum Dei. Propter hoc enim, ut dicit *Augustinus,* vniciu sacrificium & offerentem cum patre, ut per sacrificium & offerentem accedentes non siteremus, sed accederemus vsque ad patrem. Iste enim est verus cubicularius & verus ostiarius, qui ad secreta Patris introducit. *Genes. 43.* Introduc virum domum & occide victimas, & instrue contiuuium. Quoniam hodie mecum sunt comesturi meridie, hoc est, in plena luce & feruore charitatis reficiendi sunt dulcedine deitatis mez. *Ioh. 10.* Ego sum ostium: per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Et ibidem: Huius ostiarius aperit, ubi dicit *Glossa. Augustini,* quod Christus mediator est ostium & ostiarius fides inducens ad Patrem. *Dominus nostri,* qui facultatibus diues est in omnes. *Rom. 10.* Idem Dominus omnium diues in omnes qui inuocant illum. *Dei nostri:* quia nisi Deus esset, nos vsque ad te per hostiam suam non induceret. *Ioan. 1.* Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus Filius qui est in suo Patre, ipse enarrauit.

Tam beata passio: hæc enim sunt sacramenta Christi, per quæ nos eleuat, quorum primum ab infirmis absoluit. Secundum ad beatitudinis eleuat gloriam. Tertium autem extollit ad beatorum locum. Et hoc est, *Tam beata:* hoc est, tam excellenter beatificantis passio, quæ mortuos à vinculis mortis absoluit. *Matth. 27.* Christo in passione moriente, monumenta sunt aperta, & multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt, & ingressi sunt in sanctam ciuitatem, & visi sunt multis. Sic ergo mors Christi mortuos in imis soluit, ut eleuari possint. *Psal. 145.* Dominus soluit compeditos, Dominus illuminat cæcos. Vnde gratulantes iam soluti dicunt: *Dirupisti vincula mea,* tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo. *Nec non & ab inferis,* qui multos tenuerunt absorptos in anima & multo plures in culpa per malum meritum quo descendere meruerunt ad inferos. *Psal. 43.* Verumtamen Deus ab inferno redimet animam meam, cum acceperit me. *Resurrexerunt,* quæ resurrexit & alios secum resurgere fecit, quosdam in re, & quosdam in certa & felici spe *Isa. 26.* Viuent mortui tui interfectique mei resurgent. *1. ad Corinth. 15.* Mortui resurgent vnusquisque in suo ordine, primitiæ Christus, deinde hi qui sunt Christi, qui in aduentum eius crediderunt. Et sic in ipso resurgimus à morte animæ ad iustificationem, & à morte corporis ad gloriam. *Roma. 4.* Qui traditus est propter nostra delicta, & resurrexit propter nostram iustificationem. *Sed & in cælis.* Tangit tertium nos eleuans sacramentum, & dicit cælos pluraliter, quia quam-

uis Christus ad dexteram Patris ascendit super omnes caelos, sicut dicitur *Eph. 4.* tamen in omnes caelos omnium per ordines singulos ascendit: quia omnibus & singulis illuminationes suas inuicit & innexit & inuehit in aeternum. Et ideo decem sunt dies quibus celebratur ascensio: quia nouem Angelorum caelos ascendit, & sic decimo in dextra Patris resedit. *Psal. 18.* A summo caelo egressio eius, & occursum eius vsque ad summum eius: nec est qui se abscondat à calore eius. *Gloriosa:* quia omnia quæcunque fecit & dixit, credibilia fecit. *Psal. 92.* Mirabilis in altis Dominus, testimonia tua credibilia facta sunt nimis. *Ascensio:* quæ nos in hostia Christo incorporatos in cælum ascendere facit. *Michæ. 2.* Ascendit pandens iter ante eos. *Ioan. 14.* Si quominus dixissem vobis, quia vado parare vobis locum.

Offerimus. Tangit tertium, quod est hostiæ in cælum à sacerdote cum clero & populo oblatio: & ideo dicit pluraliter, offerimus. *Hebra 13.* Per Christum offeremus hostiam laudis semper Deo. *Præclara muhestas tua,* quæ licet in omnibus clara sit, tamen præclara, hoc est, præ aliis clara est in cælis & gloria beatorum, vbi nihil habet obscuritatis admixtum, vbi in dispari claritate sanctorum est par gaudium, ut dicit *Augustinus.* Vnde *Matth. 13.* Fulgebunt iusti sicut sol in regno Patris eorum. *De tuis donis,* quæ à te accepimus. Donum autem cum sit datio irredubilis, ponitur pro gratuitis donis, inter quæ potissimum est donum sacramenti Eucharistiæ. *Ac datus,* quæ communi nomine data dicuntur, quæ sunt naturalia data, ut species sacramentales frugum frumenti & vini cum omni clero & populo, quæ in ipso offerri significantur. *Iaco. 1.* Omne datum optimum, & omne donum perfectum defursum est descendens à patre lumine. Hæc enim acceptat quæ ipse donauit: quia illa sunt bona & spiritu gratia plena. *Luce. 11.* Si vos cum sitis mali, nonis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester cælestis dabit spiritum bonum petentibus se. *Hostiam puram.* Hæc quinque quæ hic dicuntur, in duo diuiduntur, ita quod tria prima sint perficientia omnimodam hostiæ ad eleuationem in cælum idoneitatem. Alia duo sint significantia populi cum Christo in hoc sacrificio communionem. Dicitur igitur, *Hostiam,* quæ iam ad ostium cæli eleuata offertur. *Puram,* hoc est, à fomine originalis peccati nos depurantem, sicut *1. ad Timo. 1.* Charitas est de corde puro & conscientia bona & fide non ficta. Sic enim fons puritatis Christus in hostia purificat. *Hostiam sanctam,* hoc est, omnis sanctitatis virtutem tribuentem, in qua Sanctus sanctorum continetur. *Ioan. 17.* Ego pro ipsis sanctifico meipsum, scilicet hostiam immaculatam, hoc est, maculam à nobis actualem abstergentem, eò quod immaculatus Dominus in ea continetur, qui est agnus sine macula. *Eph. 5.* Ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam. In his autem crucis tres facit sacerdos, ut hic benedictionis plenitudinem ostendat à primo perfectore sanctitatis in corpus mysticum, quod in vero

Hostia oblatio.

co ipore

corpore ut in signo ibi offertur, procedere. Panem autem. Tangit ea que sunt communio...

Quod autem quidam dicunt quinque cruce fieri hic propter quinque vulnera, reputo derisionem...

Hæc igitur est elevatio hostie prima.

CAPVT XIV

De his qua facta sunt in sacramenti figura & typo.

Sicut quæ propitio, &c. Hoc est secundum. Si quo elevatio istius hostie petatur per memoriam acceptationis de celo factæ figurarum...

Sicut

Sicut accepta, ecce commemorationem figurarum, quarum semper una plus manifestatur de re...

sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua. Et de hoc in antè habitis dictum est...

CAPVT XV

De modo ipso elevationis.

Suppliciter rogamus, &c. Hic post sacramenta virtute quorum ad Deum elevatur hostia, tangitur de ipsius sublevationis modo...

semper est in oculis Domini prolatum. Vnde Gregor. tractans illum *Psal. 117.* versiculum secundum translationem Aquilæ. *Confite- re diem solemnem in fr. quationibus vs- que ad cornu altaris, dicit sic: Dies solemnis est Domino et punctio cordis nostri: sed tunc in frequentatione dies solemnis consti- tuitur, cum in lachrymis pro amore eius as- sidue mens mouetur. Cui velut si dice- remus, quoadiu aduri sumus, quoadiu in tribulatione affici-mur: illico terminum quouisque fieri debet, subiungit dicens: Vique ad cornu altaris. Comu quippe altaris est exaltatio sacrificij interioris, vbi cum venerimus, iam nulla nec. sfitas est vt solemnem diem Domino de nostri lamentatione faciamus. Hæc sunt verba Gregor. Constat autem, quod sacrificium interius spiritus contributi non exaltatur nisi incorporatum altaris sacrificio. De hoc Aug. super *Ps.* sic dicit: Est quoddam altare invisibile, ad quod non accedit inuisus. Ille solus accedit, qui ad illud securus accedit. Illic inuenit vitam suam, qui in isto altari visibili discernit cau- sam suam. Non igitur sufficit in terra dies iste solemnis, quo agnus occisus est, sed con- stituit illum in condensis scripturarum, alia & secreta rimantes quouisque perueniatis, exaltatis à Deo mentibus, vique ad eius diui- nitatem. Et quid ibi aliud nisi laudes can- abimus. Quid aliud dicemus, nisi Deus meus es tu & confitebor tibi? Deus meus es tu, & exaltabo te? non strepitu verborum ista dice- mus, sed dilectio inherens illi per seipsum clamat istam vocem. Dilectio enim nostra vox est. Sic igitur perferur in sublime altare Dei, quando omnes in sacrificio adherent deitati Christi in conspectu maiestatis patris existentis. *Psal. 42.* Introibo ad altare Dei, ad Deum qui latificat iuuentutem meam.*

Et quousque de cleri seruitute vel voto populi, *ex hac altaris participatione* per metoni- miam, hoc est, sacrificij altaris communiõne. Et hic oscularur sacerdos altare, vt se partici- pem cum omnibus offerentibus sacrificij alta- ris ostendat. *Psal. 118.* Participem me fac Deus omium timentium te & custodientium mandata tua Domine. *Sacerdos autem Filius tui tibi consubstantialis, & ideo in sublimi alti- ri tuo oblatus, corpus,* nos sibi incorporans, & sanguinem, in vno spiritu nos potantem *sumpturimus, comunicando sibi in corpore & spiritu, omni benedictione* nos tuis benedictio- nibus replentis, *calesti,* hoc est, celestium bonorum, & gratia, que gratiam facit ha- bente & opus eius gratiam reddit, *replemur.* Et de benedictione quidem dicitur *Deut. 32.* Ne praalum abundantia perfruetur, & plenas erit benedictionibus Domini. Ne praalum au- tem latitudo interpretatur, & signat eum qui dilatat us est in communiõne charitatis. De gratia autem dicitur *1 Ioan. 11.* De puritate eius omnes accepimus gratiam pro gratia. Hic autem quando dicitur, *corpus, sic crux,* super corpus, vt significetur benedictionis plenitudo à primo perfecutore sanctitatis in corpus mysticum procedere. Et cum dicitur, *lanquani-*

pus mysticum procedere gratia. Et cum dicitur, *omni benedictione,* sit crux ante faciem sacerdotis, vt significetur in sacerdotem vt in hominem infirmum, qui pro se & pro popu- lo offert, hæc eadem gratia manare à Deo. Quod autem hic quidam dicunt, quod per osculum altaris quod hic facit sacerdos, si- gnificetur osculum Iudæ, quo tradidit Domi- num: & per duas cruces quæ fiunt super cor- pus & sanguinem, significantur vincula & tra- ctiones quibus trahebatur Dominus ad An- nam pontificem: & per crucem qua faciem suam signat sacerdos, significetur sputa qui- bus consputus est Dominus: omnino prophana est, & omnibus fidelibus abominan- dum.

Quod autem sequitur, *Per eundem Chri- stum Dominum nostrum,* conclusio est sapius exposita, cui nemo respondit Amen loco idio- tæ: quia hic hoc sicut in aliis secretis conclu- sionibus, Angelis relinquunt qui assistunt Sacramento, sicut dicit beatus Gregorius. Vnde *Tab. 12.* Ego fui qui obruli orationem tuam Domino. Et *Dan. 9.* dixit Gabriel An- gelus: Ab initio precum tuarum egressus est sermo, & ego veni propter sermones tuos: & in his omnibus nepos est adiutor meus nisi Mi- chaël princeps noster. Vnde Gregorius: In ipsa immolationis hora cum assistentibus sibi mini- stris caelestibus Christus, vt proposita consue- cret, adesse credendus est: hoc enim non est mirum, quod in isto Sacramento Angeli mini- strant, qui sicut dicitur *Hebr. 1.* Omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi. Sic enim dicit Augustinus: Ita sunt munera, ista sunt dona super omnem gloriam constituta, quibus fideles suos omnipotens Deus reficiens gloriose sibi sui corpore viuifi- cat, sanctificat, & praparat zommitati. Per hæc corda fidelium omnium benedictione re- plet & gratia, tribuens corporibus castimo- niam, mentibus fidem, cogitationibus puri- tatem: Per hæc tunc tuos misericordias, spe confirmat, munis charitatem, vt tunc Domini participatione qui intra se Deum suscipiunt, templum eius efficiantur. De hoc eodem Sacramento ita dicit Augustinus: Chri- stus Ecclesie cibus est, Christus est potus, ca- ros Dei cibus, & sanguis Dei est potus, Chri- stus nobis quotidie ministrat: cibus iste non corpus impinguit, sed conficit cor ho- minis. Hic est panis vitæ. Qui ex ipso vitam manducat, mors non potest. Accedit ad eum & satiamini: quia panis est. Accedit ad eum, & potate: quia fons est. Accedit ad eum, & illuminamini: quia lux est. Accedit ad eum, & liberamini: quia ubi spiritus Domini, ibi libertas est. Accedit ad eum, & ab- soluumini: quia nullo peccato potest. Cor- pus autem Domini nostri Iesu Christi post- latio est diuine reconciliacionis, & propicio- nis eternæ. Accipe tibi mortem, tunc susci- pe tibi Dominum Iesum tuum, tunc susci- pe tibi ubi enim corpus est, ibi est Iesus.

CAPVT XVI.

De supplicatione pro his qui in sacramen- to sunt elenandi, & primo pro mortuis.

Memento etiam Domine famularum, &c. Hic tangitur specialiter de his qui in hostia ad caelum oblata Deo offeruntur: & quia mortuis citius subueniendum, ideo tangit pri- mo de mortuis, & postea de viujs, ibi, *Mobis quousque peccatoribus, &c.* De mortuis etiam tan- git dupliciter, scilicet in speciali, & in com- muni, ibi, *Ipsi & omnibus, &c.* In speciali in- nuit tria, scilicet supplicationem memorie, mortuorum pietatem & professionem, & mor- tuorum per nomina designationem. Dicit ergo: *Memento etiam Domine,* hoc est, non sicut de his de quibus nullam vis habere memo- riam & nullam notitiam, de quibus dicit *Psal.* Nomina eorum non recordabor per labia mea. Et *Marth. 7.* Et tunc confitebor illis, quia nun- quam noui vos. Illi enim in Dei memoria non sunt, qui non sunt in libro vite, de quibus dicitur: In ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Non sine ergo tales, sed sine in notitia tua, sicut dicit *Exod. 33.* Noui te ex nomine: inuenisti enim gratiam coram me. Qualis autem sit Dei memoria, in premisis dictum est. *Famularum famularumque tuarum,* qui sibi in obedientia mandatorum famu- lari sunt: quia de ipsis qui nunquam famulari voluerunt, nulla est apud Deum recordatio. *2 Tim. 2.* Noui Dominus qui sunt eius. *1 Ioan. 10.* Cognito meas, & cognoscunt me meos. *Qui nos precesserunt cum signo fidei.* Tangit mortuorum pietatem & professionem. Pre- cesserunt autem nos decedendo cum signo. Cum signo autem fidei, hoc est, sacramenta fi- dei venerabiliter & reuerenter suscipiendo. De illis etiam spes est apud Ecclesiam, & pro illis intercedit. *1 Mach. 12.* Vir fortissimus Iudas collatione facta 12. millia argenti drach- mas misit Ierosolyam offerte ea ibi pro pec- catis mortuorum sacrificium, bene & religiose de resurrectione cogitans: nisi enim eos qui occiderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur & vanum orare pro mortuis. Hæc est enim resurrectio prima, quod anima resur- gat à peccatis in quibus detinetur. Et secun- da resurrectio est corporum de sepulchris. Et de hac eadem fide suffragij mortuorum dicitur *1 Pet. 20.* Hæc est resurrectio prima, beatus, & sanctus est qui habet partem in resurrectio- nis prima. In his secunda mors potestatem non habet: quia illi æternaliter non damnabuntur. *Et dormiunt in somno pacis.* Mors enim priorum somnus est: quia in dormiente magis quam in vigilante agit vita occulta, sed in eo tantum ligata est vita manifesta: & ita est in his qui mortui sunt cum signo fidei. In his agit plus vita gratia quam in viujs: sed vita manifesta operans in corpore, ligata est in eis vsque ad corporum resurrectionem. Vnde *1 Ioan. 11.* La- zarus amicus noster dormit. *Luc. 8.* Non est

D. Alb. Mag. lib. de sacrif. Missæ.

mortua puella, sed dormit. *Psal. 116.* Cum de- derit dilectis suis somnum, ecce hereditas Do- mini, filij merces, fructus ventris. Nisi ergo dor- miunt in somno pacis: quia si sunt in regno perfectionis, pacem acceperunt dicentes: In pace in idipsum dormiam & requiescam. *Apoc. 14.* Amodo dicit spiritus vt requiescant à la- boribus suis. Si autem sunt in purgatorio, tunc certa expectatione in pace cordis expectant suæ purgationis terminum & liberationem à à penis & locis poenarum. Et ex verbo isto videtur innui, quod anime in purgatorio non assignantur ministerio dæmonum: quia cum dæmonibus somnum pacis non haberent: sed purgantur per seipsas sicut aurum purgatur & rutilat in igne. *1 Cor. 3.* Vniuscuiusque qua- le sit opus, probabit ignis. Si cuius opus arse- rit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Vnde etiam non opinor, quod dæmones animas purgandas deferant ad loca poenarum: quæ sanctæ sunt anime, & dicit David in *Psal. 73.* Ne tradas bestis animas committentes tibi. hoc est, non trades eas potestati dæmonum assequentes: qui sunt bestie quasi vastis dicit: & animas pau- perum tuorum ne obliuiscaris in hominem, quia purgatas educes de locis poenarum: sed potius anime pondere venialium que secum portant de corpore exeuntes, tendant profundius & minus profundè ad loca poenarum pro diuer- sitate venialium que secum deferunt, sicut di- uersi ponderis grana tendunt deorsum. Et ideo *Zach. 5.* dicitur iniquitas federe super balen- tum plumbi. Et in *Psal. 37.* dicitur de peccatis: Et sicut onus grate grauat sunt super me. Iis ergo valeat suffragia. N. & N. & hic fit men- tio specialis quorundam defunctorum, & præ- cipue pro quibus oblationes factæ sunt ad al- tare: quia vota eorum sunt in sacrificio, sicut diximus in ante habitis.

Et post mentionem specialium, quos sola cogitatione non verbo vocali recolit, stans ad aram perfector sanctitatis, profectur in com- muni dicens: *Ipsi Domine, quousque in speciali de- signauimus recordatione, & omnibus in Christo,* hoc est, in signis fidei Christi, *quiscentibus, à laboribus vite exterioris, Job 3.* Requiescerant fessis robore. Et ibidem: Nunc enim dormiens silem & somno meo requiescerem. *1 Ioan. 3.* refrigerij: quia iam non sunt in locis refrigerij, in quo diuina fouentur consolacione. Et allu- dit ei quod dicitur *Zach. 9.* Tu in sanguine testamenti tui emisisti viscos de lacte, in quo non erat aqua: Hoc est refrigerium diuine consolacionis, & hoc dictum est quoad ignis afflictionem: Non ergo sunt de illis quibus nullum subuenit refrigerium. *Luc. 16.* Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam: quis excipiat in hac flamma. Et respondit Abraham post aliqua: Chaos magnum firmatum est inter nos & vos, vt hi qui hic sunt, illic transire non possunt, neque inde huc transire. Chaos enim illud profundissimum immobilitas est diuine sen- tentie, que nullum sanctorum in patria per compassionis suffragium permittit transire ad subuentionem in inferno dæmonum, nec

G aliquant

hæc omnia tam de figuris oblata, quam de eis qui in sacramenti officio oblatione, *semper*, ut omni tempore offerri possint, *Bona*, quia quaecumque sunt à bono, bona sunt. *Genes. 1.* Vidit Deus omnia quæ fecerat, & erant valde bona. *Creas* per naturam quam instituit: & idè culpa carent: dicit enim *Augustinus*, Quia bonus est, fumus: & in quantum fumus, boni fumus. Sicut enim dicit *Dionysius*, boni est optima adducere. Et quia ista bonitas creaturæ indita est omni creaturæ, idè nulla crux fit super hoc verbum. Hæc autem quæ ad fructum omnium te optimo Deo creata sunt in sacramento, *sanctificantur*, dum idonea factis ad sanctitatem sacramenti. *1. Ti. 4.* Sanctificatur autem per verbum Dei & orationem. *Transubstantia*: quia transubstantia in corpus viuum & gloriosum & diuinum. *Eccl. 47.* Et omnis anima viuens quæ serpit, quocumque venerit torrens, viuet. Sicut enim dicit Filius Dei, qui habet vitam in semetipso. *Ioan. 14.* Ego uiuo, & vos uiuetis. Et *Ioan. 10.* Ego vitam æternam do eis, & non peribunt. Ergo quoad speciem sacramenti sanctificantur: quoad rem autem contentam quæ est sacramenti res. viuificat, quæ est corpus Christi verum & uiuum quod de Virgine traxit: quoad rem autem sacramenti *beneficis*: quia hæc est res contenta & significata omnibus præstans gratiam. *Psal. 128.* Benedictio Domini super vos, benediximus uobis in nomine Domini. Quoad liberalitatem autem dantis hoc sacrificium dicit, *Ad præstas nobis*. Ipse enim paratus est dare omnibus omnia superabundantius quam petimus aut intelligimus: quia ipse ex liberalitate sua largitor est omnium bonorum. Hæc igitur sunt ex parte sacramenti. In omnibus autem his præterquam in primo, quod facit Deus pro se sine nobis, & præter ultimum, quod iterum facit Deus propria bonitate, fit crux, ut uirtus crucis intelligatur facere. Et quod hæc uirtus à primo perficere sanctitatis intelligitur procedere in sacramentalibus. *Psal. 144.* Aperis manum tuam, & implet omne animal benedictione. Libera enim manu largitur suas benedictiones.

Per ipsum Hic tangit Trinitatis in sacramento indiuisas, & tamen appropriatas operationes. Primo autem tangit operationem quæ est Filij quando dicit, *per ipsum*, quod notat causam mediam. Mediator enim unus est Dominus Iesus Christus. *1. Tim. 2.* Unus mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, per quem hæc omnia sicut per seipsum mediantem hæc perfecta sunt. *Cum ipso*. Hoc attribuitur Patri qui cum Filio semper operatur redemptionis opera, ut inter Patrem & Filium consensus notetur, sicut ipse dicit *Ioan. 1.* Quæcumque Pater facit, hæc & similiter Filius. Vnde dicit etiam *Ioan. 14.* Pater autem in me manens, ipse facit opera. *In ipso*, dicit propter Spiritum sanctum: quia in illius bonitate omnia perficiuntur opera. Et dicitur in ipso propter continentiam. Vnde *Rom. 11.* Quoniam ex ipso, per ipsum, & in ipso facta sunt omnia, ipsi honor & gloria in sæcula sæculorum. *Est tibi Deus Pater*, in qua prolatione fit crux ante calicem, ut significetur quo-

niam in Patre est aucloritas totius diuinitatis omnipotentis autem dicit, quia omnia hæc ut in corpore mystico perficiuntur, omnipotentia est Dei Patris: Patri enim attribuitur omnipotentia: quia potentia perfecta non uult ab alio esse, sed à seipso. *In omnia Spiritus sanctus*: & sic orat per totum calicem, ut continentia Spiritus sancti significetur. *1. Cor. vi.* Communicatio Spiritus sancti fit semper cum omnibus uobis. *Omnis honor*, qui uirtuti, ut scipè diximus, debetur. *Et gloria*, quæ debetur toti præsonio Trinitatis: quia sicut dicit *Augustinus*, gloria est clara cum laude uocantia, quæ sola clara est in uocis sancti Trinitatis. *1. Tim. 1.* Sola Deo honor & gloria in sæcula sæculorum. Hic autem Deus, ut dicit *Augustinus*, est Deus Trinitas. *Per omnia sæcula sæculorum*. Hoc sepius expressum est. *Psal. 89.* In sæcula sæculorum laudabere. *Amen* autem hic chorus responder: quia hoc sacerdos propter sequentia publice dicit. Hæc autem secunda est secreta, quæ, ut diximus, idè sub silentio dicitur, ne populo unde occasionem ruine accipiat, pandatur.

Quod autem quidam dicunt, quod istud secretum silentium significat: quod Dominus cum discipulis habuit, quando sermone finito orauit tertio, non credimus, & de rationem reputamus: quia nulla de hoc peritus sit mentio in litera: & idè tales expositiones pertransimus. Sed ut sacerdos in deuotione permaneat, idè silentium est, & ut secreta canibus, hoc est, illiteratis non pandantur, idè putamus, quod silentium istud & alia sunt ordinata. Quod autem hic finita sit tota conclusio Canonis, patet per hoc quod omnia quæ ad sacramentum pertinent, scilicet quoad idoneitatem materię, quoad consecrationem sacramenti, quoad eleuationem oblatorum, iam rite sunt perfecta. Quæ autem sequuntur, ad distributionem pertinent & ad communionem sacramenti, sicut diximus à principio, quando Canonem diuisimus in partes.

CAPVT XIX.

De excitatione desiderij ad petendum panem caelestem, & de promissione institutionis orationis Dominice.

Omnis præceptis salutaribus moneri, &c. In hac oblatione perfectæ sanctitatis stans ad aram quasi confectio iam pane caelesti, alta uoce præsonet omnes petere hunc panem, attendens quod in desiderio primam diu est ante desideratus, quomais nullus esset qui esuriens dare & frangere posset, sicut *Thren. 3.* Paruuli perierunt panem, & non erat qui frangeret. Hoc autem modo sponsor à benignitate Domini, quod suis quidem uiribus sed sacerdotis manibus frangatur & distribuatur uniuicque secundum quod oportet: & idè ad excitandum hoc desiderium sacerdos exaltat uocem in hac oratione. Et idè hic notafic: excitat enim desiderium ad petendum panem.

nem caelestem cum dicit in commoni, *Oratione*, sciens quod dicitur. *Inc. 14.* Melius ualeat deprecatio iusti afflicti. Attendit benedictorem largitoris diuini, quæ de facili inclinatur ad consecrationem orationis: quia promissa *Eccl. 6.* Mane turbabimini spanibus, sciitis quod ego sum Dominus Deus uester. Mane enim exaudiuat ad uitam, qui de se præsonit exaudiendo ipsam potentiam & osentem. Hæc ergo de causa clamat, *Oratione*. In oratione autem duo facit. Præsonit orationis institutionem diuinam, ne uenerariis dicitur in terra rei petitionis: & consequenter Dominicam indicit quæntionem: In pœsonit institutionis duo facit. Allegat enim obligationem præcepti, & doctrinam ostendit institutionem diuinam. De præcepto dicit: *Præsonit salutaribus moneri*. Præceptum enim necessarium est obligationis. Hoc autem præceptum est. *Mat. 18.* ubi Dominus dicit: Vos autem sic orabitis. *Luc. 18.* Quoniam oportet semper orare & non deficere. Est enim præceptum Apostolicum *Cvl. 4.* Orationi instate uigilantes in ea. Hæc autem præcepta sunt saluaria: quia oratio est salutaris saluans hominem ab omnibus malis. *Iac. 5.* O ratio fidei saluabit infirmum: & si in peccatis sit, dimittentur ei. Vnde *Sap. 18.* Cum pontifer oraret pro populo, dicitur sic de eo: Propeccans homo sine quærela deprecari pro populis, proferens seruicitis scutum orationem, & per incensum deprecationem allegans relictis ira, & finem imposuit necessitati, ostendens quoniam tuus est famulus. Hoc saluati ad orandum præcepto moniti & prœmoniti à Deo benignissimo, qui semper ponit nos de salutaribus. *Heb. 12.* Erudit nos ad quod utile est in recipiendo sanctificationem eius. *Ips. 39.* Erunt oculi tui uidentes præceptorem tuum, & aures tue audiant uerbum posuerunt momenti.

Et diuina institutionis. Tangit institutionem ipsius orationis de parte caelesti, qui diuina est authoritas. Et est sensus. Et nos formati diuina institutione, hoc est, institutione, quæ instruit nos ut sciamus petere quæ conueniunt ad salutem: quia sicut dicitur *Rom. 8.* Quid oremus sicut oportet, nescimus: Ipse autem Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. *Hec est*, docet nos postulare. Et idè Christus spiritus Dei plenius sciens, quod oportet orare, ad has orationis petitiones nos instruit & informant: Et in hoc affectu dixerunt discipuli ad Dominum. *Luc. 11.* Domine doce nos orare, sicut & Ioannes docuit discipulos suos. Erunt in discipulis omnes nos Christus instruit ad hac oranda. Sic ergo instruiti cum authoritate discipulorum, *Audiamus dicere*: iam enim scientes quid & à quo petere debeamus, nec nobis dicitur id quod *Mat. 10.* dicitur filiis Zebædæi, *Melioris quæ sit petitio*: nec repulsi patienter cum Paulo nesciente quid peteret. *1. Cor. 12.* dicente: Propter quod interrogauit Dominum ut discederet. Et dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. Et quæ iam significati sumus precedente huius officij institutione & sacrificio in quo Deo oblati sumus oblatione, non dicitur nobis illud.

Machab. 9. quod dicitur est Antiocho in pœsonit: Orabat autem sceleratis Dominum à quo non erat misericordiam consequutus. Sic ergo parati præcepto & institutione præcepti audemus dicere.

CAPVT XX.

De ipsa oratione Dominica.

Pater noster, &c. In hac oratione Dominica duo dicuntur, scilicet captatio beneuolentiæ ad eum à quo petitur id quod petitur, & ipse petitiones. Petitiones enim incipiunt ubi dicitur, *Sanctificetur nomen tuum*. Captatio autem beneuolentiæ duo habet: captamus enim beneuolentiæ allegando dulcedinem affectus eius à quo petimus, & allegando petendorum honestatem: ed quod nihil nisi caelestia petere proponamus, & bona quæ bonus pater ex sua honestate libenter se peti desiderat. Et hoc facimus dicendo, *Qui es in caelis*. Primum igitur est quod dicimus captando beneuolentiæ à persona à qua petimus, *Pater noster*. Dicimus enim *Pater noster*, ut principium orationis dulcescat in nomine Patris. *Sap. 16.* Substantiam enim tuam & dulcedinem tuam quam in filiis habes, ostendebas. Dulcissimum enim nomen est in ore filij nomen patris, si filius in spiritu qui à patre procedit in filium, nominet & inuocet patrem. *Gal. 4.* Quia estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda uestra clamantem, Abba pater. Sic in ore filij nomen patris, mel est sub lingua, melos in aure, & in corde inbilus. Sic filius nominauit Patrem. *Mat. 14.* Abba pater, omnia tibi possible sunt. Sic filius inuocans Patrem in spiritu dilectionis, qui in Filium procedit à Patre, unus in spiritu & concordia efficitur. *1. Cor. 6.* Qui adheret Deo, unus spiritus est cum eo. Est autem pater non tantum nomen dulcedinis, sed etiam formatiue uirtutis: uirtus enim patris etiam carnalis quæ à dulcedine nature stillat in matrem, quando recipit guttam dulcissimam & concepit, habet in se uirtutem formatiue, quæ format sanguinem matris in partum, & filium patris, & hominem perficit ad patris similitudinem perfectum nisi oblat inæqualitas & inobediencia materis, in qua formationem operatur. Cum autem hanc uirtutem dicit nomen patris, & ab hac uirtute sit positum, constat quod nullus carnalis pater hanc uirtutem habet à seipso, nec ipse est primum istius tam possibile uirtutis principium, sed uirtus hæc est imago quædam & exemplum in hominibus, & exemplar principium & causa & archetypus est in primo patre, sicut omne uerbum uirtutem suam accipit à priori in ordine suo, quod est eius principium secundum naturam. Vnde dicitur *Epil. 3.* Huius rei gratia facta genus mea ad Deum Patrem, ex quo omnis paternitas in terra & in caelis nominatur. Quod uerbum tractans beatus Dionysius dicit

Pater noster
dilectio & formatio
uirtutis.

dicit , quòd omnis paternitas ex qua suta
deorum & hominum patres & filij , est ex pa-
triarquia super omnes paternitates eleuata.
Considerauit hoc sapiens & pia mater septem
fratrum supra modum laudabilis & bonorum
memoria digna . . . Mach. 7. dicens ad filios:
Nescio qualiter in utero meo apparuistis , ne-
que spiritum ego & animam donavi vobis , &
vitam & singulorum membra non ego ipsa
compegi , sed mundi creator , qui formatiit
hominis nariuitatem , quique omnium inue-
nit originem , & spiritum vobis iterum cum
misericordia reddet ad vitam . Igitur secun-
dum hoc primus pater Deus est habens virtu-
tem immaterialem diuinam ante omnes & su-
per omnes immaterialiter nos formans ad
suam imaginem & similitudinem : neque enim
virtus perfecta est nisi figuram imaginem
ad perfectam perducat patris similitudinem.
Si enim imago optime lineis congruis protra-
cta sit ad vitæ paterni configurationem , &
materia squalens & discolor colore debito ca-
rens & vita & spiritum , non dicitur esse perfe-
cta virtus formatiua . Perfecta autem est , quan-
do congruit & in figura , & impletione pin-
guedinis decens , & coloris pulchritudine ,
& in spiritus hilaritate , & vigore virtutis , &
actibus & moribus & pulsibus vitæ . Hinc est,
quod non dicitur , Faciamus hominem ad
imaginem nostram tantum , sed additur , ad
similitudinem : vt sicut gerit imaginem in na-
turalibus , scilicet memoria , intelligentia , &
voluntate , sic perferat similitudinem in hoc
quod memoria sit sine obliuione notitiam
Dei retinens , quasi quaedam immutabilitas
æternitatis & intelligentia plena luce verita-
tis diuinæ ignescentis & canderis , sicut di-
citur de ea . Sap. 7. quod ipsa est candor lucis
æternæ , & speculum sine macula Dei maie-
statis , & emanatio virtutis dicitur sincera , &
imago bonitatis illius , & voluntas tota ar-
dens desiderio paternæ charitatis , ita vt cum
Apostolo . 2. Cor. 9. dicamus , Charitas Dei
træget nos . Et illud Rom. 5. Charitas Dei dif-
fusa est in cordibus nostris per Spiritum fan-
ctum , qui datus est nobis . Et in corde nihil
pulerit nisi vita Dei Patris , sicut dicitur
Dent. 4. Vos quæ adhæreris Domino Deo ves-
tro , viuistis vniuersi vsque in presentem
diem . Verecundum enim est si tanta virtus
patris de gutta dulcedinis sui cordis mor-
tuam formet imaginem . Hoc enim tantum
inutile abortiuum proicitur in aspectibus
hominum . Hoc intendit viuus & naturalis fi-
lius , quando omnibus filiis in discipulis di-
xit Ioan. 14. Vos videbitis me , quia ego viuus
& vos viuistis . Ioan. 5. Sicut Pater habet vi-
tam in semetipso , sic dedit & Filio vitam ha-
bere in semetipso . Congruitas autem & ve-
nistas coloris est in pulchritudine virtutis ,
vt concolores simus Angelis . & illi de quo
dicitur Cant. 1. Ecce tu pulcher es dilecte mi ,
& decoratus . Omnis enim gloria nostra & de-
cor secundum Psal. 44. est ab intris . Iudith. 16.
cui Dominus contulit splendorem : quia om-
nis in composio non ex libidine , sed ex vir-
tute pendebat . Spiritus autem spirans in no-
bis , Spiritus sanctus est à patre nostro in nos

procedens , sicut in omni natura spiritus na-
turalis filij procedit in ipsum à patre . Vnde
Gen. 22. Inspirauit in faciem eius spiraculum
vitæ . Sic tota Trinitas Deus pater noster est .
Ista . 4. 4. Nunc Domine pater noster es tu , nos
verò lutam : & sicut noster es tu , & opera
manuum tuarum omnes nos . Sic secundum
Psal. 32. Finxit sigillarem corda nostra , & in-
telligit omnia opera nostra , sicut dicitur
Ecclesi. 17. quod Deus de terra fecit hominem,
& ad imaginem suam fecit illum , & secundu-
m se vestit illum virtute . Hoc ergo dicitur
mus , quando dicimus , Pater noster . Noster
enim est , si imaginem eius per modum quæ
dictus est , perferimus . Vnde de quibusdam
qui imaginem eius non perferunt , dicitur in
Psal. 17. Filij alieni mentiti sunt mihi , filij
alieni inueterati sunt , & claudicauerunt à se-
minis suis . Alienus enim est in vultu alieno ,
quem carnis concupiscencia in vultum mere-
tricum carnalis fedilitatis & corruptionis de-
formauit . Rom. 9. Non qui filij sunt carnis , hii
filij sunt Dei : sed qui filij sunt promissionis ,
æstimantur in semine diuino . Iupple . Gen. 21.
Et ecce ancillam & filium eius . Non enim hæ-
res erit filius ancillæ cum filio meo Isaac .
Hinc est quod dicitur Gal. 4. Non sumus filij
ancillæ , sed liberæ . Concupiscencia enim an-
cillæ & petulantia etiam semen Dei deformat
in vultum alienum & ignobile . Alienus etiam
sunt , qui cupiditate sæculi transformantur in
vultum mundi , & dicuntur filij huius sæcu-
li . Luc. 16. Filij huius sæculi prudentiores fi-
liis lucis in generatione sua sunt . Sic fit quod
deplorat Ieremias Thren. 4. Filij Sion in clu-
tu , amicti auro printo , quemodo comparati sunt
in vasa testæa opus manuum figuli . Splendor
enim diuini auri lucebat in vultibus filiorum
Dei . Nunc autem ex cupiditate rerum &
ambitione honoris conformari terrenis nihil
preferunt , nisi quod sint vasa testæa & lutea &
opus manus figuli , qui calcet lutum fluens &
vasa facit terrenæ cupiditatis & capacitatibus .
Nanum . 2. Facies omnium sicut nigredo ollæ .
Sunt item qui preferunt vultum diaboli , de
quibus dicit veritas Ioan. 8. Vos ex patre dia-
bolo estis , & desideria patris vestri vultis fa-
cere . Hi enim ipsa crudelitate iræ & inuidie
& acedie , hęc est , pigritia ad omne bonum
faciem diaboli assumpserunt , & sunt horribi-
les . Iob. 41. Faciem eius præcedet egestas . De
omnibus huius alienis facibus que deformaue-
runt faciem cælestis Patris , vna est Dei sen-
sencia Iob. 40. vbi loquitur Pater ad verum &
naturalem filium dicens : Contere impios in
loco suo , & absconde eos in puluere , & fa-
cies eorum demerge in foueam , hoc est , in
baratrum perditionis æternæ . Omnes enim
hi alieni sunt . De veris autem filiis dicitur . 1.
Cor. 19. Qualis terrenus , tales & terreni : &
qualis cælestis , tales & cælestes . Sic ergo por-
temus imaginem cælestis . Sic ergo & tali
virtute dicitur Pater noster Deus trinitas si
ex virtute formamur , & vero filio eius con-
formamur , & in Spiritu sancto inspiramur .

^{2.} Qui et in calis . Capatio beneuolentis est
ab honestate rei petite . Ideo enim dicimus ,
Quis et in calis , cum tamen sciamus , quod
ipse

ipse vbi que est : quia vbi est pater , ibi sunt
bona que petuntur ab ipso . Significamus
ergo , quod cælestia bona in quibus ipse reful-
get in cælis , petere intendamus ab ipso : &
hæc omnia liberenter dare : quia decet eum talia
dare illa petentibus filiis , & sunt mansura in
æternum , & sunt diuinos facientia , confe-
rentia , & exaltantia filios : quod enim hoc cæ-
li munus dare decet , patet ex hoc quia de
paruis cogitare non est magnifica suæ libera-
litatis quam habet ad filios . Hæc significauit
filius cum dicit terrenis petentibus . Ioan. 16.
Vltus modo non peritistis quicquam in no-
mine meo . Ac sic dicitur : Sicut terreni terrenis
vsque huc petistis , que in comparatione cæ-
lestium non sunt quicquam . Hic enim est
rex cælestium , qui Asuerus interpretatur , de
quo dicitur Ezech. 2. quod largitus est mun-
gera iuxta magnificentiam principalem , hoc
est , que decebant magnificentiam tanti &
tam gloriosi principis . Hæc autem conferen-
tia sunt presentibus & vtilia . Vnde dicitur . 1.
Corinth. 12. Vnicuique datur manifestatio
spiritus ad vtilitatem . Manifestatio autem
spiritus dicitur donum quod patris spiritui
in ipsa doni manifestat vtilitatem . Hinc est ,
quod dicit Luc. 11. Si ergo vos cum fris ma-
li , nostris bona dare filiis vestris , quan-
to magis pater vester cælestis dabit spiritum
bonum , hoc est , donum spiritus vtilis peten-
tibus se . Hæc sunt mansura & æterna bona :
quia celum est incorruptibilis locus Dei , vt
dicit Philosophus , etiam secundum omnium
opinionem & assertionem . Vnde . 1. Pet. 1.
Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu
Christi , qui secundum magnam misericor-
diam suam regenerauit nos in spem viuam , in
hereditatem incorruptibilem & immaneseci-
bilem & incontaminatam conseruatum in ca-
elis . Hinc est , quod ipse Dominus dicit Matth.
6. Theaurizate vobis thesauros in cælis , vbi
neq. arugo nec tinea demolitur : & vbi furas
non effodiunt , nec furantur . Hæc diuinos
faciunt filios , sicut dicitur . 1. Corinth. 1. In
omnibus diuitis facti estis in illo , & in omni
verbo , & in omni scientia , ita vt nihil vobis
desit in vlla gratia , sicut dicitur . 2. Pet. 9.
quod magnificatus est Salomon diuitis &
gloria super omnes reges vniuersæ terre . Sic
dicitur de sanctis Ecc. 44. Homines diuites
in virtute pulchritudinis studium habentes .
Hæc sunt filios tanti patris ad omnia hono-
rum promouentia & exaltantia . Greg. 31. Tu-
lit Iacob que fuerunt patris nostri , & de illius
facultatibus ditatus , factus est inclutus . Ipsi
enim infelices terreni pro cælestibus commu-
tantes , hæc substantiam ut donis summi
patris delexerunt , quam spiritualis & fa-
piens promouet Iacob , & tollens eam de ma-
nu patris in cluui honoris factus est . Sic enim
gloria & honore coronat filios & constituit
eos super opera manuum suarum . Sic dicit
Psal. 8. Gloria enim & diuites sumus deus
cælestis , & non in terrena . Primus . 3. Mecum
sunt diuitis & opes superbe , hoc est , super-
bie , hoc est , excellentes , & omnes quibus
dantur in honore exaltantes .

Sapificatur nomen tuum . Hæc prima est

inter septem petitiones . Nomen autem quod
hic sanctificari petimus , hoc est quod gene-
rat in nobis tantus pater . Pater enim homo
generat hominem , & ipsa generatione sua
dat ei hoc nomen , quod homo vocatur in ver-
itate sicut homo est . Ita pater Deus gene-
rat Deum , & ipsa sua generatione dat nato,
quod Deus vocatur , & est . Generat enim nos
per gratiam in nobis formando suam deita-
tem , & huius generationis semen est verbum
in intellectu & gratia in affectu . Quod au-
tem sic nos generet , ipse dicit Ista . 66. Si ergo
qui aliis generationem tribuo , ipse sterilis
ero , dicit Dominus ? Quasi diceret : Non
ero sterilis . Sic autem à Deo patre formatus
partus secundum participationem diuinæ
imaginis & virtutis verè dicitur Deus . Vnde
Ioan. 10. Illos dixit deos , ad quos sermo
Dei factus est . Et est sensus verbi , quod
sic est in generatione filiorum Dei , sicut
est in generatione hominis secundum natu-
ram . Cum enim semen hominis conceptum
in utero iam factum est per effectum & ope-
rationem boni & efficaciae seminis , tunc id
quod factum est , dicitur homo & est . Cum
igitur sermo Dei sine verbum Dei sit semen
Dei , quando verbum in effectu & ope-
ratione iam factum & perfectum est in operatione
verbi seminalis Dei , tunc illud quod tali ef-
fectu & operatione factum & perfectum est
constitutum est , dicitur Deus secundum di-
uinæ virtutis participationem . Verè enim
Deus est qui participat dicitur Deus , sicut
in antè habitis meminimus nos dixisse . Sic
ergo intelligitur , quod dicit illos deos ad
quos sermo Dei factus est , & non potest solui
scriptura . Psal. 81. Ego dixi , Dii estis , & filij
Excelsi omnes . Sic dicitur Moysi . Exod. 7.
Conspice te Deum Pharaonis . Sic etiam ar-
guitur Iacobus abbas Clarus . Quem pater
sanctificauit & misit in mundum , vos dicitis
que blasphematis , que dixi , Filij Dei sum .
Quasi diceret : Irrationabiliter & mendaciter
hoc dicitis : per talem eam generationem
conformamur filio quem Pater sanctificatum
misit in mundum , & filiorum Dei nomen ha-
bemus & participationis deicitis & veri filij
conformemur . sicut dicitur Rom. 8. Quos
preceps conformes fieri imaginis filij sui,
hos & vocantur & quos vocantur . illos & in-
stificantur & quos iustificauit . illos & magni-
ficantur . Et paulo mox dicit , Quos conseruit
conformes fieri imaginis filij sui , vt sic ipse
preceps conseruit in multis fratribus . Hoc est
quod dicitur . 1. Cor. 3. Videte qualem
charitatem habet nobis Deus , vt filij Dei no-
mimur & simus .

Hoc igitur nomen quod dicitur filij Dei no-
mimur & simus . sanctificatur , dum &
emendatur & conformatur . Et hoc iterum ac-
cipitur ad similitudinem nomen nati no-
bis per naturam : hoc enim nomen , homo ,
quod insubstantiale nomen per naturam hominem ,
primò insubstantiale nomen ex utero profertur pri-
mo , & immutabile est & delectabile . Inuendum
quidem . Quis huiusmodi uerè inuendum sibi
habet inuentionem & insubstantialem : vnde sermo hy-
pothet huiusmodi concepta huiusmodi & habio
efficiuntur

efficitur & molles valde. Propter quod præcepit scriptura educus, quæ corpora nato- rum dicitur aperitur, vel aqua salata vel sulphurea dicitur dantur propter exiccationem. De his enim est in infantibus humiditas: & ideo præcipitur cibo solidiori de die in diem, quam in congruum est arari, præcipiuntur confortari, donec perfectus in exiccatione membris & quantitate, perfectam hominis & sui patris accipiat virtutem, digerit & exccato paulatim fandi veri humido, & in nobis per nutrimentum solidum rediens ad virtutem. Per omnem eundem modum mundatur & confortatur in nobis nomen Dei à diuina generatione nobis ingenuum. Oportet enim in nobis scdm exiccari humorem concupiscentiæ, quem ab vtero fædo contraximus, de quo dicit *Psal. 50.* Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Vnde Dominus improperat quibusdam non sic emundatis. *Ezech. 16.* Radix tua & generatio tua de terra Chanaan, pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa: & quando nata es, in die ortus tui non est præcisus umbilicus tuus, & in aqua non es lota in salutem, neque sale saluta: nec inuoluta pannis: fædum enim semer & humore concupiscentiæ fluens est de Canaan. Vnde *Dav. 13.* Semen Canaan & non Iuda, species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum. Et vterus pessimus & infantia plenus est vterus Cethææ, quæ infantis interpretatur, & qui ab ipso profundantur. Vterus ille continuam induit infantiam, si non gladio severissimæ distictionis præcudatur. Ectalis partus nec aqua balnei salutaris est lotus, nec sale sapientiæ salutus, nec pannis siue scientiæ disciplina inuolutus, & ideo quod sic natum est, torum est maledictum & immundum, & nullo modo sanctificatum vel mundatum. Si autem mundatur & lauetur aqua saluari sacramentorum & la chrymarum & salitur sale discretionis, & præciditur ab vtero concupiscentiæ per gladium severissimæ distictionis, tunc pro certo exccatur & emundatur: ideo sanctificatur, quia sanctum idem est quod mundum. Vnde in figura huius dicitur de Maria. *Luc. 1.* Quod ex te naceretur sanctum, vocabitur Filius Dei. Et sic sanctificatur nomen Dei, quando ab immunditiis id quod nobis de Deo inaratum est, emundatur, sicut dicitur *Ezech. 36.* Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. *Psal. 50.* Lauabis me, & super niuem dealbabor. Confirmatur etiam de die in diem, donec perfectus in virtute & operationibus quod inaratum est nobis de forma & nomine diuine: quia nomen formatum sequitur, quia à forma vnumquodque denominatur: & ideo post hoc solidior cibo ministratur, & iterum post illum solidior, & sic deinceps donec membra ad perfectas operationes confortantur. Et sic est in diuina generatione. Vnde *1. Jo. 3.* Charissimi nunc filij Dei sumus, & nondum apperuit quid erimus, supple. ex ipsa filiationis genitura: quia nondum perfecti sumus. Et sequitur. Scimus autem,

quoniam cum apparuerit, scilicet hoc quod ex Dei genitura & filiatione Dei erit in nobis, similes ei erimus in perfectione virtutis & operationis, & tunc videbimus patrem nostrum in nobis sicut est perfectus: quia tunc cum iocunditate dicemus illud *Deut. 32.* Date magnificentiam Deo nostro, perfecta Dei sunt opera. Tunc enim Isaac ablactatus ad mensam patris adducitur. *Genes. 21.* Capiens solidum cibum sicut perfectus. *Heb. 5.* Perfectorum est solidus, cibus eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali. Sic sanctificatur nomen Dei in nobis: quia sanctum est idem quod forte vel firmum. *Isa. 28.* Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus. Sic dicit Paulus *1. Corin. 13.* Cum essem paruulus, cogitabam vt paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus. Quando autem factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli. Dum ergo nomen Dei innatum nobis emundatur à pollutibus, sanctificatur: & dum illud quod innatum est nobis ex Dei genitura, confortatur, nomen Dei sanctificatur. De primo dicitur *Ioan. 1.* Pater clarifica nomen tuum. De secundo dicitur *Ieremia 14.* Nomen sanctum tuum inuocatum est super nos. *Malach. 1.* Magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, & vos pollutis illud inter gentes. Et hæc est expositio literalis quando dicitur: Sanctificetur nomen tuum, quod scilicet ingenuum est nobis ex tua o pater generatione. Sic pater dicit nobis *Leuit. 19.* Sancti estote, quoniam ego factus sum Dominus Deus vester, qui sanctifico vos. Sic mater sancti sanctorum dicit *Luc. 1.* Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Hæc ergo est literaliter exponenda petitio prima.

Adueniat regnum tuum: quia regnum Dei, sicut in aliis operibus meis sæpe dixi, nihil aliud est quam perfecta & confirmata potestas iustitiæ diuina, in qua in nobis & in tota Ecclesia regnat Deus. Quia sic regnum & à Tullio & à Platone & à Dionysio exponitur dicentibus, quod regnum est omnis finis legis & ordinis distributio pro personis ad regnum pertinentibus. In hoc enim regno perficiuntur & consistunt omnes vrbantates & omnia regimina, quod bonum ciuium & fines intenti à legislatoribus & obseruationes legum & officiorum congruis personis distribuuntur. Hoc autem regnum tribus perficitur, scilicet essentialibus siue substantialibus virtutibus & operationibus. Essentialia regni in rege sunt ea quæ regem faciunt & regni decorem perficiunt in ipso, & sunt tria, quorum vnum est vt iustitiam habeat pro anima, vt sicut anima est principium & causa omnium motuum & operationum corporis, ita in anima iustitia sit principium omnium motuum & operationum animæ regis, & nullas alias in se sentiat operationes, & in signum huius datur regi corona. *Sup 5.* Accipient regnum decoris & diadema speciei de manu Domini. Secundum est, quod totus rationibus iuris & iustitiæ irradiet intellectus

tellectus regis. Ideo dicitur *Essther. 1.* quod Assuerus qui interpretatur beatus rex, secum habuit sapientes scientes leges, & iura maiorum, quorum consilio omnia faciebat. Et in signum huius regi datur purpura. Vnde de se dixit rex optimus *Iob 29.* Iustitia, indutus sum & vestiui me sicut vestimento. Tertium quod perficit regem, est tranquillitas iusticiæ recti: In signum huius datur regi thronus & sceptrum. Thronus quidem pro tranquillitate quæ exequitur omne iudicium. Sceptrum autem, quia cum iudicium nihil aliud sit quam executio iustitiæ, & iustitiæ executio omnia dirigit, datur sceptrum in signum huius directionis: Thronus tuus Deus in sceptrum sceculi, virga directionis, virga regni tui. Primum horum est regnum in regis affectu. Secundum est regnum in intellectu. Tertium est regnum in effectu. Hæc est igitur in rege regni substantia & perfectio. Virtus autem regni consistit in tribus, scilicet quod sit virtus & potestas supposita, non inclinabilis ad scabellarum & concalanda: & in perfectionem illius & signum datur & ordinatur regi proceres omnibus superpositi muneribus, ad seruilia non inclinabiles, sed semper in alto dignitatis iustitiæ consistentes. Lex autem procerum ponitur. *Isa. 33.* Qui ambulat in iustitiis & loquitur veritatem: qui proicit auaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere: qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malum, iste in excelis habitabit. Proceres enim sunt qui ex nomine vocantur in altis sedibus circa regem sedentes, & quorum sciti & indicio omnia discernuntur. Secundum quo perficitur virtus regni, est inuincibilitas & intractabilitas implendi decreta. Et ad hoc datur regi legiones & duces, sicut dicitur *2. Reg. 20.* Egredere tu cum eo viri Iobab, Cerethi quoque & Phéleti, & omnes robusti exierunt de Ierusalem ad persequendum Sibam. Cerethi autem interpretantur viuificantes, qui bonos à malis defendebant. Phéleti autem interpretantur occidentes, qui latrones & malos regnum inuadentes occidebant. Et tales legiones cum duce suo intractabiliter omnia fieri cogebant statuta procerum & regis. Tertium quod totam regni virtutem perficit, fuit potestas potestatum, qui ex suo officio libera seueritate absque furore & ira malos intra regnum existentes punierunt, ne turbatio bonis ciuibus intra regnum oriretur. *Rom. 13.* Vis non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Si autem malum feceris, time. Non enim sine causa gladium portat. Vindex enim est in iram ei qui malum agit. Perfectio autem operis regni consistit etiam in tribus, quorum primum est vt opus omne publicum lege regulateur, & ad hoc constituti sunt principes qui iurisdictione esse dicebantur. *Isa. 32.* Princeps ea quæ sunt digna principe, cogitabit, & ipse super duces stabit. Secundum est, vt omne emergens dubium consilio sapientum determinetur. Et ad hoc datur consiliarij, sicut Chusi fuit apud David. *2. Reg. 15.* Propter quod im-

properando dicit *Isa. 19.* Sapientes consiliarij Pharaonis dederunt consilium insipientem. Tertium autem est vt omnium opera in plebe & populo virtute formentur. Et sic ad beatam vitam quilibet pro suo modo viuendi ordinetur. *Isa. 60.* Populus tuus omnes iusti in perpetuum hereditabunt terram, germen plantationis tuæ opus manus tuæ ad glorificandum. Hoc est regnum Dei perfectum: & talis distributio ordinatiua est iustitiæ & virtutis & operis, sicut sciunt omnes qui in vrbantatibus bene studuerunt. Si ergo iustitia hōis amet, si ratio iustitiæ diuina illuminet, si tranquillè in nobis Dei iudicia resideant: si virtus Dei alta non inclinabilis sit nobis, si inuincibiliter & intractabiliter à nobis voluntas Dei sit perfecta: si libera seueritate absque ira & furore quicquid voluntati Dei non congruit sit repressum & puniendum: & id quod congruit legi Dei, liberos sit expeditum ad actus: si omnia nostra opera lege Dei mensurata sint & licita, si omnia ad consilium Dei terminata sint dubia nostra, si omnia virtute sint informata & ad beatitudinem diuinam ordinata: tunc pro certo aduenit nobis regnum Dei, per quod perfectè in nobis regnat Deus. Et hoc est quod dicitur *Luc. 17.* Regnum Dei intra vos est. *Luc. 11.* Si in digitis Dei eiicio demonia, regnare Deum in hominibus impediencia, profectò peruenit in vos regnum Dei. *Matth. 4.* Agite penitentiam, contraria regni in vobis pueniendo. Appropinquabit enim regnum celorum. *Rom. 14.* Non est regnum Dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in Spiritu sancto. *Apoç. 5.* Fecisti nos Deo nostro regnum.

Est voluntas tua sicut in celo & in terra. Voluntas Dei est voluntas beneplaciti & voluntas signi. Beneplaciti autem voluntas est quam habet in seipso, qua omnipotens est & impediti non potest; quin semper voluit consequatur. *Psal. 113.* Nam quæcumque voluit Dominus, fecit in celo & in terra, in mari, & in omnibus abyssiis. *Rom. 9.* Voluntas eius quis resistit? Est autem voluntas signi quam aliquo signo expressit. Et hoc est quicquodque modis, scilicet præcepti, consilij, prohibitionis, operationis, permissionis. Vnde verus:

Imperat, & prohibet, permittit, & concedit, implet.

Quod enim præcipit vel consilij vel prohibet vel pericit opere exempli, signat, quod illud velit. Quod autem permittit, in hoc vult ad quod ordinat illud: & quantum non velit peccatum illud quod permittit, tamen vult bonum quod ex ordine illius illi elicitur: sicut non vult crudeliterum detrahere ab ortum tyrannorum, tamen vult ex hoc carere & elucescere cunctis in exemplum patientiam Laurentij, & aliorum martyrum. De his voluntatibus dicitur in *Psal. 110.* Magna opera Domini, ex quibus in omni voluntate eius, dum præcepta implentur, prohibitionem cauetur, consilium amplexumur, operationem sequimur, tanquam exemplum, & in permissione studemus bonum in nobis perficere propter quod permittitur malum heri:

fic enim facimus illud *Roma. 12. Ut probetis* quæ sit voluntas Dei bona & beneplacens & perfecta. Bona quidem in præceptis & prohibitionibus, beneplacens in consiliis & operationibus exemplaribus, perfecta autem in bono quod in nobis de permis malis elicetur. Hæc est voluntas Dei de qua dicitur 1. *Thest. 4. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, ut abstineatis vos à fornicatione* Hac voluntate benignè facit nobiscum, quando nostram voluntatem conformat voluntati suæ, ut adificetur muri Ierusalem, qui de viuis & voluntate Dei facientibus lapidibus instaurantur. Hanc voluntatem Dei petimus fieri in terra sicut in celo. Dedit enim Deus nobis ut dicit *August. 12. super gen. ad literam, duas partes rationis. Vnam quidem quæ fide illuminata & sapientia Dei & intellectu & scientia adiuta, contemplandis cælestibus & æternis & diuinis rationibus inhæret, quæ est caput in anima nostræ vitibus. Aliam autem dedit, qua inferiora sine quibus hæc vita non agitur, prudenter disponit, ut puta prudentia & arte & consilio humano & huiusmodi. Hæc autem partes sic se habent adinueniam, quod prima regit, & secunda regitur: quia inferiora ad sapientiam & intellectum & scientiam superiorum sunt disponenda & ordinanda. *Exod. 25. Vide, omnia facite secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Petimus ergo ut voluntas Dei quintuplex sic fiat in terra, hoc est, in terrestri vitæ nostræ dispositione sic disponatur, sicut ipsa perficienda ordinata est in celo & in Dei sapientia & intellectu & scientia: quia tunc terrena descendunt à cælestium ordine, & nullus error, nulla confusio, nulla inordinatio, nulla perversitas fiet in omnibus terrenis, in quibus vita nostra agitur, & nulla vanitas se nobis potest ingerere quæ efficere possit ut opus nostrum mercede euacuetur. Hoc signatur *Genes. 13. ubi dicitur, quod Deus eduxit foras Abraham, & ait illi: Suspice caelum, & numera stellas si potes. Et dixit ei, sic erit semen tuum. Quod enim eum eduxit, signat quod à propriis remouit curis, ut liberè aliquando cælestia valeret contemplari. Quod autem dixit, suspice, voluit ut totam mentis aciem conuerteret ad sublimitatem diuinorum. Et quod dixit, numera stellas, voluit quod sanctitatis eternæ contemplaretur lucas quantum posset. Et quod subiunxit, Sic erit semen tuum, intelligi debet, quod lucis æternarum rationum semina semper haberet ad dispositionem terrenorum operum. Sic dicit Dominus ad *Iob. 38. Nunquid nosti ordinem caeli, & rationem eius ponas in terra? Sic dicit Paulus *Phil. 3. quod nostra conuersatio in caelis est: quia in tota vita nostra non nisi caelum aspicitur, quando tota vita caeli rationibus expressa formatur.*****

7.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Hæc petitiō quamuis multipliciter in aliis nostris operibus sit à nobis exposita super *Matthæum & super Lucam*, tamen quia propter hanc petitiōnem hîc altè clamans sacerdos præmonet populum ad panis Eucharistiae desiderium, hîc non exponemus eam nisi de illo

pane de quo dicit *Iohan. 6. Hic est panis verus qui de celo descendit, & dat vitam mundo.* Hic enim panis est, qui verè reficiendo cor confortat. *Psal. 103. Panis cor hominis confirmat.* Hic est panis nobilis de celo descendens. *Psal. 77. Panem Angelorum manducauit homo.* Hic est utilis deseruiens desiderio. *Sap. 16. Paratum panem de celo præstitisti eis sine labore, habentem in se omne delectamentum & omnium saporis suavitatem.* Substantiam enim tuam & dulcedinem tuam quam in filios habes, ostendebas, & voluntari vniuersiusque eorum deseruiens, ad quod quisque volebat, conuertebatur. Hic est delectabilis conditus pinguedine deitatis. *Genes. 49. Aser pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus.* Hic est fortissimam præbens virtutem & viaticum, ut via meriti qua itur ad Deum, perficiatur. *3. Reg. 19. Comedit Elias, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus vsque ad montem Dei Horeb.* Hic est manu sapientiae Dei factus sub cinere humilitatis humanæ carnis in vtero Virginis deo-ctus. *Gene. 18. Accelera, tria lata farinae similæ commisce, hoc est, puritatem corporis & animæ & diuinitatis, & fac subcineribus panes azymos.* Hic est azymus sine omni peccati corruptione. *1. Cor. 5. Epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiae, sed in azymis sinceritatis & veritatis.* Hic est copiosus ad omnem benedictionem. *Isa. 30. Panis frugum terræ tuæ erit vberimus & pinguis.* Hic est sanctus quem non licet nisi sanctis in loco sancto comedere. *1. Reg. 21. Non habeo ego panes laicos, sed tantum panem sanctum: si mundi sunt pueri, maxime à mulieribus, manducant. Panem igitur nostrum, qui nobis est panis dulcis & specialibus tuis filiis.* *Matth. 15. Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Da nobis:* quia vendi non potest quod nullo pretio potest estimari. *Isa. 61. Quare appenditis argentum vestrum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Hodie, hoc est, quotidie: quia quotidie tua indigemus refectione. *Dan. 1. Constituit eis rex annonam per singulos dies de cibis suis & de vino vnde ipse bibebat. Et quia infinita sunt hîc dicenda de hoc pane, in fine post officij Missæ expositionem resumentes tractabimus de ipso cum subtilitate. Hæc igitur sunt quatuor petitiōnes primæ quæ sunt pro adeptiōne boni. Bonum autem hoc aut est secundum esse diuinum, aut secundum posse, aut secundum perfectum diuinum opus, aut secundum deperditum refectionem in esse diuinum, quam deperditionem necesse est fieri ex instantia continua tentationum, & huius vitæ miseræ necessitatum. Et quoad esse diuinum in nobis datur petitiō prima, quoad posse autè datur petitiō secunda, quoad perfectum opus datur tertiâ, & quoad restaurans deperditum datur petitiō quarta. Et scitur istarum petitiōnum & numerus & ordo: quia in adeptiōne boni pluribus adpetendum non indigemus. Quæ autem sequuntur,**

quuntur, sunt deprecationes pro malis amouendis.

8. *Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Debita sunt quæ reddere debemus per satisfactionem Deo, tum ex malo commisso, tum ex bono ad quod tenemur omissio, tum ex talento nobis credito. Omnia enim hæc secundum numerum & pondus & mensuram reddere habemus. Et quia fragiles sumus, ad perfectum reddere non valeamus. De malo enim commisso dicitur 2. *Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut respondeat unusquisque, rationem reddendo, propria corporis, hoc est, quæ in corpore commisit, prout gressus in corpore. De debito autem quod est ex bono omissio, dicitur *Luc. 16. quod quidam habebat villicum, & hic diffamatus est apud eum quasi dissipasset bona sua, & dixit ei Dominus: Redde rationem villicatiois tuæ: iam enim non poteris vellicare. De talento credito, siue in naturalibus, siue in gratuitis, siue in bonis fortunæ, dicitur *Matth. 25. quod vocauit seruos suos & posuit rationem cum eis. Scimus autem seueritatem Domini cui debemus dicentis: Non exies inde, hoc est, de carcere donec reddas ad nouissimum quadrantem. Et illud *Matth. 12. De omni verbo otioso quod locuti fuerunt homines, reddent rationem in nouissimo die. Scimus etiam pietatem Domini in nos & misericordiam. *Matth. 18. Miseratus est Dominus seruo qui prociuderat ante eum, rogans quod patientiam haberet in eum, & dimisit ei vniuersum debitum. Similiter *Luc. 7. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. Et procedentes oramus in eadem spe dimissionis, dicentes: *Dimitte nobis debita nostra, nihil habentibus reddere, nisi cum peccatrice affectum dilectionis *Luc. 7. Dimissa sunt ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Quæ dilectio ad offensum patrem elicuit lachrymas & doloris in compunctiōne tribulationem. Hoc enim etiam in Publicano meruit condonationem, qui ex humilitate confusus depressit oculos, & in oratione de se veritatem confitebatur, & in afflictione satisfactionis turbidit pectus *Luc. 18. Hæc autem Manassen restituerunt. 1. Pal. vlti. In hac ergo fiducia his qui dicti sunt similiter dispositi in cordis contritione & dilectione, & in oris vera confessione & in satisfactionis labore, accedimus ad thronum gratiæ patris nostri dicentes: *Dimitte nobis debita nostra, & non intres in iudicium seueræ distinctionis: quoniam nullus apud te iustificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum & debitorum fiat remissio. Scientes autem peccata non dimitti nisi in comunione sanctorum & debitorum sanctis & omnibus in charitate communicantes addimus: *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et intentione & affectu: quia ipse Dominus dicit *Matth. 6. Si non dimiseritis ex corde vnusquisque vestrum proximo suo, nec pater vester cælestis dimittet vobis peccata vestra. Vnde *Matth. 18. super eum qui noluit dimittere confesso suo, reuocauit Dominus vniversum debitum. Vnde *Eccl. 28. dicit: Homo**************

D. Alb. Mag. lib. de sacrif. Missæ.

homini seruat iram, & à Deo querit medellam? In hominem similem sibi non habet misericordiam, & à Deo querit veniam? Quasi diceret: Nunquam consequetur veniam, qui non remittit in se peccanti. Distinguit tamen hic quidam, quod aliud est debitum hominis, & aliud debitum iustitiæ. Et hominis debitum aliud priuatum vnus solius hominis, & aliud est debitum priuilegij communis. Debitum hominis est, ut dicunt quidam, quod debetur homini fragili corrupto; qui cum prouocatur iniuriis, vel damnis læscit ad similia irroganda vel maiora: quia secundum hunc modum dicitur à quibusdam Philosophis, sicut à Socrate & Platone & Aristote quod de natura hominis est amicis benefacere, & inimicis male facere. Et dicunt, quod de perfectione gratiæ Christi est etiam hoc debitum dimittere. Debitum autem iustitiæ est id quod pro iniuria irrogata vel damno illaro determinauit lex, sicut oculum pro oculo, dentem pro dente, & huiusmodi. *Exo. 21. & similiter in damnis ut reddat quod subtraxit, vel quantum occasionem damno dedit. Et hoc debitum, ut dicunt, potest quis sine peccato exigere tam secundum leges humanas, quam diuinas, dummodo in iniuriis & damnis ultra legem propter documentum sibi illarum non procedat. Debitum autem priuatum est, ut dicunt, quod quilibet personæ secundum legem debetur. Et quia quilibet ei iuri quod pro se solo indulgum est; potest renuntiare, idè quis hoc debitum potest dimittere. Debitum autem priuilegij communis est, sicut quod percussus clericum incidit in excommunicationem maiorem, & quia hoc pro pace communis toleratum est, idè vnus solus illud non potest dimittere. Quicquid autem sit de hoc, quia pro certo verum est quod isti dicunt in ista distinctione, tamen consulendum est cuiuslibet, ut tam vnus quam aliud debitum, quantum in se est, in se peccanti dimittat. Si autem nihil horum facit, & reseruat & rancorem & malefactorem, non ob hoc consulendum est ei, ut Pater non dicat; sed potius ut in persona Ecclesiæ sepe dicat, quæ omnibus dimittit debita, & dicat cum gemitu, ut cor eius Dominus ad dimissionem debiti emolliat, & ad alia bona quæ Dominus paratus est dare orantibus: frequenter enim sit, quod in ipsa oratione peccatores conuertantur, & tunc dimittant ut eis dimittatur.*

Et nos nos iudicis in tentationem. Hæc est petitiō de cautelamali futuri: quia sicut dicit Magister Hugo de sancto Victore, Tentatio est pulsus tentatoris ad illicitum; quamuis enim Dominus teneat aliquando; hæc tentatiō est æquiuocè dicta ad istam de qua hîc loquimur: tentat enim Dominus ut probatū ostendat, sicut tentauit Abraham *Genes. 22. Sap. 3. Deus tentauit illos, & inuenit dignos se. Diabolus autem in se & in mundo & in carnis illecebrā tentat, ut deceptum ad illicitum aliquid propellat. *Iacob. 1. Vnusquisque tentatur à concupiscenciā sua abstractus & illecebrā. Abstractus ab inuestigatione boni incommutabilis, & illecebrā libidinosa deceptio boni incommutabilis. Hæc autem deceptio habet gradus, ut**

H. dici

dicit Grego. quoniam aliquando ab extrinseco tantum hōrē, & aliquando est ab intrinseca libidinosā voluntate & pronitate, aliquando ab utroque. Ab extrinseco autem tantum fuit in Adam & Eva antequam peccarent, quando diabolus eos de illicito tentavit & viciat ab extrinseco etiam fuit in Christo, vt dicitur *Matth. 4.* quando diabolus eum de illicito alloquens tentavit, & victus est. Ab extrinseco autem & intrinseco simul est in nobis: quia dum nobis tentator illicitum aliquod offert, statim pronitas nostræ corruptionis titillat ad illud faciendum. Gradus ergo eius sunt per quos intratur in barathrum perditionis, scilicet illiciti sensus vel visio, & ex visione tacita lauta cogitatio, & ex cogitatione orta delectatio, & in delectatione morosa permanens, & ex permāssione illecebrosa cōsensio, & ex consensu voluntatis impetus, & ex impetu opus & adhibitio membrorum vt exhibeantur arma iniquitatis peccato, & opere perfectio iteratio, & ex iteratione consuetudo, & ex consuetudine peccati defensio, & ex defensione peccati desperatio. Non ergo petimus vt non tentemur: quia humanum est tentari. *1. Cor. 10.* Tentatio vos non apprehendat nisi humana. Et ibidem: Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Sed vt non intremus per gradus & ostia tentationis in peccatum. Hæc in ista petitione à patre nostro petimus, de quibus ostiis & gradibus dicitur *Iob. 38.* Nunquid apertæ sunt tibi portæ mortis & ostia tenebrosa vidisti? Et est sensus: Et ne nos inducas, hoc est, induci permittas per gradus pessimos & ostia in tentationem, quæ paulatim propellit in perditionis barathrum. Hanc enim formam à Domino accepimus orationis *Matth. 6.* Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Si autem probandi sumus, tu pater nos tenta, & tene manu tua ne cadamus. Sic dicimus cum *Psal. 25.* Proba me in omni, & tenta me: vt teneas meos & cor meum, & vide si via iniquitatis in me est, & deduc me in via æterna. Hoc est ergo quod petitur in hac tentatione.

10. *Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo.* Et malum istud pœnæ quod non promouet ad bonum, sed turbat bonos, aliquando ortum habet à nobis, sicut est ignorantia sciendorum & infirmitas agendorum, aliquando autem habet ortum à proximo vel à mundo bellum nobis mouente, sicut conuenit sponsa *Cant. 1.* Filij matris meæ pugnaverunt contra me. De quo dicit *Matth. 18.* Vt mundo à scandalis. Et quocunque modo malum sit non promouens ad bonum, sed impediens pacis tranquillitatem bonorum, docetur nostra infirmitas petere ab hoc malo liberationem. Formam autem huius à Domino accepimus. *Ioan. 17.* vbi pro suis orat dicens: Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo. Sic orauit Apostolus. *Rom. 15.* dicens: Obsecro vos igitur fratres per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti Spiritus, vt adiuuetis

me in orationibus vestris ad Dominum, vt liberet ab infidelibus qui sunt in Iudæa. Hæc ergo tres petitiones sunt deprecationes de amouendis malis. Malum autem est aut culpæ, aut pœnæ ad bonum non promouentis, quia pœna promouens ad bonum, non est petenda amoueri. Si autem est malum culpæ, aut est culpæ perpetrata in præterito, aut quæ timeatur perpetranda in futuro. Et si est culpæ perpetrata in præterito, tunc contra illud malum ordinatur petitio quinta quæ dicit, *Dimitte nobis, &c.* Si autem contra malum quod timeatur in futuro, tunc contra illud ordinatur petitio. 6. quæ dicit: *Et ne nos, &c.* Si autem est malum pœnæ non promouentis ad meritum, tunc contra illud ordinatur petitio. 7. quæ dicit, sed libera nos à malo. Hæc autem petitiones ordinantur: quia prius in intentione est bonum quam mali vitatio: & idè quatuor priores sunt ante tres sequentes. In vitiatione autem mali ordo est secundum maius malum. Culpæ autem malum est maius quam pœnæ malum: & idè vltima est de pœna. In malo autem culpæ maius factum est quam quod timeatur sciendum: & idè quinta est ante sextam petitionem. Hæc igitur in grosso de pater noster dicta sunt. Hac vltima petitione responso à populo tanquam infirmo, qui malum pœnæ timeret, submissè responderet, Amen, perfectior sanctitatis, hoc est, verum fiat in hoc coram Deo qui solus conscius est secretorum, ostendens compassionem affectum & optans eius dictam liberationem. Ac si dicat cum Apostolo *Rom. 10.* Voluntas cordis mei & obsecratio ad Deum est pro illis in salutem. Testimonium enim illis perhibeo, quod amulationem Dei habeant. Et ideo addit sacerdos in petitione quæ faciunt ad populi tranquillitatem, dicens.

11. *Libera nos quæsumus Domine ab omnibus malis, ad bonum & meritum infirmitatem nostram non promouentibus, præteritis, in culpis quas petimus nobis dimitti, præsentibus, in pœnis insurgentibus à mundo, & futuris, in tentatione ad illicitum, de quibus oramus, Et ne nos inducas in tentationem.* 2. *Matth. 1.* Exaudiat orationes vestras, & reconcilietur vobis, nec deserat vos in tempore malo. *Psal. 119.* Redimet Deus Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Et quia hoc sine suffragio sanctorum fieri non præsumitur, idè addit, *Et intercedente beata, cuius beatus venter dicitur, quia Christum portauit, & gloriosa, quæ regis gloriæ est solium in quo carne indutus sedit.* *Ierem. 14.* Solij gloriæ tuæ recordare. Semperque ante partum in partu & post partum *Virgine, mente & corpore Gen. 24.* Virgo pulcherrima & incognita viro. *Dei genitricis, & idè communem filium habente cum Deo. Luc. 1.* Quod ex te nasceretur sanctum, vocabitur Filius Dei. *Maria, illuminante cælum & terram. Apoc. 12.* Mulier amicta sole, & corona duodecim stellarum in capite eius. Quia maria interpretatur illuminatrix, *Maria, domina mundi: quia figura Ecclesiæ est & mater castis visceribus per compassionem filios Ecclesiæ concipiens, in charitate formans, & per adoptionem filios Ecclesiæ fratres filij sui perficiens,*

perficiens, sic omnium mater est & domina. *Sap. 7.* Omnium bonorum mater est. 2. *Matth. 7.* supra modum mater laudabilis & bonorum memoria digna. *Maria, stella maris dubiorum omnium dux, & reorum vnica spes penitentium, via & iustorum exemplum. Iudith. 15.* Tu gloria Ierusalem, tu læticia Israë, tu honorificentia populi nostri quæ fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum, eò quod castitatem amaueris. Hæc ergo merito prima ponitur in intercessione. *Et beatis Apostolis, in præputio & circuncisione, ex quibus collecta est Ecclesia principibus. 2. Gal. Qui operatus est Petrus in apostolatam circuncisionis, operatus est & mihi inter gentes. Petrus & Paulus, quorum alter princeps Ecclesiæ, alter plus omnibus laborauit, vt dicit. 1. Cor. 15. Atque Andrea, qui idè ponitur, quia Petrum ad Christum adduxit. Ioan. 1. & sic principis Apostolorum Apostolus ipse fuit. Fuit autem & benignissimus, & idè cantatur de eo quod de Ieremia legitur. 2. *Matth. 15.* Hic est fraterum amator, & populi Dei Israel. Hic est qui multum orat pro populo & pro ciuitate sancta Dei. *Et omnibus, generaliter sanctis, vt desideratam nobis tue propitiationis abundantiam multiplicatis intercessoribus largiaris.* Et hoc dicto sacerdos accipit patenam, quæ à petendo dicta, latitudinem signat charitatis. *Psal. 118.* Latum mandatum tuum nimis. Et osculatur eam in signum charitatis quam habet ad omnes, & signum crucis facit in facie cum ipsa, in signum quod virtus communionis in omnes sit per virtutem eiusdem charitatis. Et postea subijcit, *Da propitiis pacem in diebus nostris, ne populus in tanti sacramenti communionem per mala insurgentia turbetur. Isa. 39.* Fiat pax & veritas in diebus nostris. *Vt opem, quæ verè opem & opes fert, misericordia tua adiuti. Psal. 93.* Misericordia Domini adiunabit me omnibus diebus vite meæ. Quia in propriis meritis confidere non audeamus. *Et à peccato, præterito & futuro, sumus semper liberi, per hoc quod præteritum dimittas, & in futurum non inducas, & ab omni perturbacione, quæ est malum ad meritum non promouens, securi, te seruante & custodiende. Psal. 120.* Ecce non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel. Hoc dicto sacerdos reponit patenam, & inter dicendum conclusionem orationis in tria diuidit hostiam dicendo, *Per eundem Dominum nostrum, &c.* Per quæ vt mediator & pontificem, bona omnia adipiscimur, & ab omnibus malis liberamur: & concludens non dicit, Amen occultè, sed exaltans vocem dicit, *Per omnia secula seculorum, consensum in petito volens habere à populo.**

D. Alb. Mag. lib. de sacrif. Missæ.

CAPVT XXI.

De fractione corporis Christi, de pace, ac de hoc quod ter agnus Dei cantatur.

DE fractione autem corporis Christi hic aliqua breuiter dicemus: quia in fine de ipsa in tractatu de corpore Domini cum studio differemus. Dicimus autem, quod fractio hæc à Papa Sergio est instituta, à quo etiam ter tantandum esse, *Agnus Dei*, inter communicandum est statutum. Hæc autem fractio non est in corpore Domini, sed in formis solis sacramentalibus: corpus autem integrum & sanum & perfectum est sub qualibet parte. In tres autem partes frangi est institutum: quia corpus mysticum quod in ipso incorporatur, est triforme: quædam enim pars ipsius cum capite suo regnat & triumphat in cælis, quædam autem adhuc in labore militat in terris, & quædam in purgatorij pœnis. Instituit ergo beatus Papa Sergius, vt pars vna statim acciperetur à perfectiore sanctitatis qui loco Christi stat in altari, quæ signat partem in cælis triumphantem, quæ iam plenè in Christo transiit. Statuit etiam vt secunda mitteretur in calicem: quia calix signat huius vite passionem, quæ significat partem in laboribus & pœnis huius vite adhuc laborantem, & ideo immixtam in calicem. *Psal. 115.* Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Statuit etiam vt tertia in altari remaneret in fine post omnia mysteria sumenda, quæ signat eos qui in sepulchris sunt, & in purgatorio, in fine cum Christo viuendos fore per spiritualem incorporationem. Sed modo diminuta ipsa deuotione Christi fidelium, & crescente circa altare indeuotione frequentantium, sumitur simul à sacerdote, & pars quæ signat triumphantes & pars quæ signat in sepulchris quiescentes, & in purgatorio à pœnis spe felici liberationem expectantes. De fractura autem illa & masticatione & contritione multa in sequentibus dicemus, quæ vsque illuc differemus: quia hic sine magno dispendio huius tractatus dici non possent. Hæc ergo de fractura Domini corporis dicta sufficiant.

His dictis perfectior sanctitatis stans ad aram alta voce pronuntiat, *Pax Domini sit semper vobiscum*, signans hoc quod dicit *Aug.* in libro 14. de ciui. Dei, quod pax cælestis ciuitatis est concordia fruendi Deo & inuicem in Deo. Et quia iam omnes ora porrigunt fideles ad fruendum corpore Domini, ideo pax Dei in ista concordia publicè omnibus à perfectiore sanctitatis pronuntiat, signans quoniam in pace factus est locus eius qui sumitur: & qui pacem Christi non habet communionem cum Christi corpore. *Ioan. 16.* In mundo pressuram habebitis, in me autem pacem: sed confidite, quia ego vici mundum. Dicendo autem, *Pax Domini, &c.* tres facit cruces super calicem, vt triplicem quam iam scripsimus diximus, significet pacem. Super calicem facit: quia calix, sicut diximus, significat eos qui

H 2 adhuc

qui. In fine belli istius vitæ sunt cōstituti, quoniam omni pace indigent. *Isa. 6* Dabit pax nobis omnino. Pacem, quia in te speramus, nihil enim ita mortalibus desideratum est, sicut pax: & ideo super calicem signatur per cruceem, quod in eos à primo perfectione sanctitatis pax procedat. Respondet autem chorus, *Et cum pax in tuo*: quia optat, quod omnia quæ à perfectore sanctitatis illius sunt, in spiritu & non in carne percipiuntur, sicut dicit Apostolus *Rom 8*. Quæ spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Et Dominus *Isa. 6*. Verba quæ locutus sum vobis, spiritus & vita sunt: caro autem non proficit quæquam. Hæc sunt igitur quæ citra fructum hostiæ perficit perfectore sanctitatis per omnia.

3. Hoc facto chorus aliter clamat secundum *Ser. 3* Papa indicata, *Agnus Dei*. Et quidem primo in Ecclesia in tertio agnus Dei non dicebatur, sed sicut in aliis dicebatur, *Et in 3*, quæ consuetudo adhuc tenetur in Ecclesia sancti Ioannis in Laterano: sed postea malis vni que crebreferentibus, in illa Ecclesia per se sine omni statuto assumptæ, ut in tertio agnus Dei terminante dicerent, *Dona nobis pacem*: eo quod pax sit bonum cunctis mortalibus exoptatum, sicut dicitur *1. Cor. 13*. Quod autem tertio dicitur agnus Dei, non puto aliam esse causam, nisi quod triplex malum pronuntiatum fuit à perfectore sanctitatis, scilicet perpetratum quod dolebamus esse commissum, tentatum quod timebamus fore committendum, & subortum ad meritum impediendum à quo petebamus omnem hominem esse liberandum, & ideo tertio agnus Dei: & quia tertium subditur, dicitur orationem omne bonum impediens, ideo in tertio diximus, *Dona nobis pacem*. In primis autem duobus dicimus, *Miserere nobis*: quia nec culpa perpetrata dimittitur, nec culpa de qua tentatur nisi per misericordiam omnipotentis. Vnde dicit *Psal. 58*. Misericordia eius præueniet me, à cauendo scilicet à culpa de qua tentatur. Et misericordia eius subsequetur me, liberando me à culpa quam me doleo commisisse. Hæc igitur causa est, quod agnus Dei cantatur: quia sicut dicitur *1. Cor. 5*. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinavit, & Dominus posuit omnes iniquitates omnium nostrorum. Verba autem quæ cantantur, dicit Ioannes Baptista *Ioan. 1*. Agnus autem dicitur vel ab agnitione Græcè, quod sonat primum Latine, vel ab agnitione, quia in magno grege quilibet agnus cognoscit matrem suam ad nutum balatus & odorem venter. *Isa. 10*. Cognosco meas, & cognoscunt me meæ. De pietate autem dicitur *Isa. 11*. Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Dicitur autem tollere, hoc est, abtolere peccata mundi triplicia, sicut diximus: quia sicut dicitur, *1. Pet. 2*. Peccata nostra ipse in corpore suo portauit super lignum. *Isa. 53*. Ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus suis orauit, ut non perirent. *Miserere nobis*. Dicta iam est à nobis causa quare dicatur. Similiter causa dicta est

quare in tertio agnus Dei dicatur, *Dona nobis pacem*. Quod autem quidam hic dicunt, quod quia agnus Dei ab agnoscendo, & quia Christus in cruce agnouit patrem cum dixit *Luc. 23*. Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et quia Christus in cruce agnouit matrem, cum dixit ad discipulum, Ecce mater tua. Et quia agnouit suos, quando dixit ad matrem, ecce filius tuus. *Ioan. 19*. Et quando dixit *Luc. 23*. Filiz Ierusalem nolite flere super me, sed super vosmetipsas flere. Quia si in viridi hoc faciunt, in arido quid fiet? Bona quidem, & vera sunt, sed ad propositum nihil facientia: & ideo non curamus ea. Et hoc est quod dictum est, de agnus Dei.

Interim autem dum hæc cantantur, sacerdotes in silentio dicunt, *Hæc sacrosancta commixtio*, & corpus Domini in calicem mittit. Commixtionem autem dicit tantum propter formarum sacramentalium commixtionem, & dicitur sacrosancta: quia præ aliis sancta & sanctificans omnes communicantes: hæc enim aspersio sanguinis omnibus inducit sanctificationem, sicut dicitur *Hebr. 12*. Accersistis ad asperionem sanguinis melius loquentem quam Abel. Sanguis enim Abel loquitur vindictam. *Genes. 4*. Ecce vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Christi autem sanguis loquitur emendationis peccati remissionem. Et hoc est quod dicit, *Hæc sacrosancta commixtio corp. tu & sanguinis Domini nostri Iesu Christi*, qui remissionem omnibus in sanguine suo impetrauit, *fiat mihi*, quia sicut diximus, perfectore sanctitatis, siue sit sacerdos, siue pontifex, offert pro sua & populi ignorantia, sicut dicitur *Hebr. 4*. Et ideo addit, *omnibus sumentibus*, siue seruitute sumant ut clericus, siue voto ut populus, siue spirituali siue sacramentali manducatione sumentibus, *salus*, æterna mentis per virtutem & corporis ut possit esse instrumentum animæ ad salutem promerendam. *Psal. 83*. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. *Psal. 62*. Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. Et hoc est in corpore & anima secundum præsentem iustitiam & gratiam in præsentem, & ad vitam æternam secundum gratiam finalem in futuro, quæ vocatur perseverantiæ donum, *promerendam*, ex operibus gratiæ & virtutum, & *capescendam* per effectum, *preparatio salutis æternæ*, quia hoc sacramentum per hoc quod significat qualiter in vita æterna percipiemus Deum in rerum veritate, præparat ad vitam æternam. *Ioan. 6*. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. *Per eundem Christum Dominum nostrum*. Hoc sæpius expressum est.

Hoc dicto sacerdos siue perfectore sanctitatis ad aram stans dans pacem, osculans prius altare, vel calicem, vel ut melius alij dicunt, corpus Domini: quia sicut dicit Innocentius II. Hæc pax signat omnium consensum ad ea quæ acta sunt in mysterio rotius consecrationis. Primum enim institutum fuit, quod omnes in Ecclesia conuenientes omni die

CAPV T XXII.

De oratione quæ dicitur ante communionem in altari.

communicarent. Cum autem hoc excrecente multitudine fidelium non satis idonee seruari posset, constitutum est ut communicarent in diebus Dominicis. Cum autem & hoc ritè non seruaretur, constitutum est ut communicarent tribus vicibus in anno iuxta legem Domini *Exod. 34*. quæ dicit, quod omnino masculinum tribus vicibus in conspectu Domini appareat in Pascha & Pentecoste & scenophegia, & loco eius quod dixit scenophegia, constituit Ecclesia, quod communicarent in natiuitate. Cum autem nec hoc ritè seruaretur, nuper in consilio Lateranensi constituit Ecclesia, quod semel in anno, in Pascha scilicet quilibet peccatis suis apud proprium sacerdotem confessis, comunicet, & loco eius quod communicare deberent, pax daretur, in qua significetur, quod in corde communicent, quamuis à communionem abstinent propter indignitatem & humilitatem: sicut enim etiam dicit Apostolus *1. Pet. 3*. Salutate inuicem in osculo sancto. Et sponsa in Canticis, Osculetur me osculo oris sui. Dando autem pacem secundum quosdam dicit, *Habete vinculum pacis & charitatis*: quia pax oritur ex charitatis vinculo, & sumitur ex illo. *Ephes. 4*. Solliciti seruate vnitatem spiritus in vinculo pacis *Osea 11*. In funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis, ut *apertis* per charitatem *sacrosanctis mysterijs Christi*: quia sacramentum est charitatis, & nemo est dignus Sacramento nisi per charitatem. Vnde *Cant. 5*. dicitur: Comedite amici & bibite & inebriamini charissimi. Quidam autem alij dicunt, *Pax Christi*, sicut auctoris pacis. *Ephes. 2*. Ipse est pax nostra, qui facit vtraque vnium, medium parietem inimicitiarum soluens in carne sua. Et *Ecclesie*, sicut cui data est pax per Christum. *Ephes. 2*. Veniens euangelizauit pacem. Pacem his qui longe sunt, & pacem his qui propè. *Abundet in cordibus vestris*. Sumitur de *Psal. 121*. vbi dicitur, *Fiat pax in virtute tua*, & abundantia in turbis tuis. Pax autem abundat, quando etiam vsque ad inimicos ostenditur. *Per spiritum sanctum qui datus est nobis. Isa. 9*. Pacis non erit finis. Spiritus sanctus enim facit hanc pacem: quia ipse est nexus amoris: & ideo in ipso non potest esse discordia: vnde in columba significatur, cuius est osculum columbinum, quod significatur *Genes. 8*. vbi cum signo pacis, hoc est, cum ramo virentis oliuz reuersa est ad arcam, hoc est, ad Ecclesiam. *Phil. 4*. Pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras.

Hoc facto sacerdos perfectore sanctitatis in oculis tenens Christum, antequam pro se & omnibus comunicet, dicit hanc orationem, *Domine Iesu Christe*, dirigens ad eum quem in manibus tenet & oculos & intentionem & orationem, notans obedientiam qua venit ad oblationem in ara crucis, in qua se pro omnibus obrulit, dicens: *Qui ex voluntate patris. Phil. 2*. Factus obediens patri vsque ad mortem, mortem autem crucis. *Cooperante Spiritu sancto*, qui hanc hostiam in vtero Virginis formauit. *Luc. 1*. Spiritus sanctus superueniet in te. Et iterum, *Quod ex te nascetur sanctum*, vocabitur Filius Dei. *Matth. 1*. Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est, *Per mortem tuam* potentissimam, sicut dicitur. *Ioan. 10*. Quia ego pono animam meam ut iterum sumam eam: nemo tollit eam à me, sed ego ponam eam à memetipso. *Mundum* peccatis mortuum; *uiuificasti. Psal. 79*. Non discedimus à te, viuificabis nos. *Osea 6*. Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos. *Libera me primum & in me omnes alios. Ioan. 8*. Si filius vos liberauit, verè liberi eritis. *Per hæc sacrosanctum corpus & sanguinem tuum*, de quo dixisti *Ioan. 6*. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. *A cunctis iniquitatibus meis*, quæ sunt mors animæ, & omnibus malis, quæ sunt mors corporis. Quod autem quidam libri hoc habent, & cogitationibus peruersis, non est de litera: quia peruersæ cogitationes separant à Deo, ut supra *Sap. 1*. & sub iniquitatibus continentur, *Et fac me*, & meos pro quibus tibi offero, in omnibus tuis semper obedire mandatis: quia obedientia generalis debet esse. *Iacob. 2*. Quicumque totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnino reus. *Et non finas me per donum perseverantiæ vnquam à te separari. Matth. 24*. Qui perseverauerit in finem, hic saluus erit. *Qui vinis & regnas*.

Deinde secundum consuetudinem quarundam Ecclesiarum sacerdos dicit hanc orationem, *Corpus tuum Domine quod accepi*, per assumptionem sacramentalem pro me & pro omnibus quibus illud obruli, & calix sanguinis tui quem potavi, ex quo spiritui tuo communicauimus sacramentaliter, *adherere visceribus meis*, non corporalibus, sed spiritualibus: via enim vitæ animæ dicuntur hic viscera, quæ sunt intellectus & voluntatis & rationis & cogitationum. & affectionum animæ: cibus enim & potus animæ est, ut dicit *Ambrosius*, & ideo in viis animæ debet permanere, & sic de corporali & sacramentali assumptione manducatio fiat spiritualis, quia

illa proficit ad salutem. Sacramentalem autem & corporalem sumptionem multi accipiunt ad damnationem. Vnde *Ioan. 6.* Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Et non fuerat locutus nisi de sumptione sacramenti. Et ideo sequitur, *Et præsta*: quia hoc non est in nobis perficere nisi tu dederis. *1. Cor. 15.* Sine me nihil potestis facere, *ut ibi*, in interioribus vitalibus animæ, non remaneat peccati macula. Macula autem deturpatione imaginis animæ ex peccato & reatu peccati causata, sicut dicimus maculosum esse denarium vel monolum. Vnde *Exech. 16.* dicitur, quod amatores demonum animæ præciderunt ei nasum & aures, & effodiunt oculos: quia priuant visum luminis spiritualis à discretione diuinæ bonitatis, & auditum verborum Spiritus sancti in allocutione cordis. Has autem maculas delet & reparat ad pulchritudinem cibis & potus spiritualis. Vnde dixit Agnes, sicut dicit *Ambrosius*: Iam corpus eius corpori meo sociatum est, & sanguis eius ornauit genas meas. Sic ergo nullā remaneat peccati macula, *ubi tam pura & sancta*, hoc est, in se quidem pura immunitate omni macula, & sancta omnium virtutum puritate & puritatem & sanctitatem conferentia, *ut dicitur* ad interiorum penetrationem sacramenti. Pluraliter dicitur propter duas species elementales sacramenti. Hanc enim virtutem intima penetrandi habet sacramentum ex hoc quod est veritatis & verbi Dei sacramentum. De illo enim dicitur *Heb. 4.* Virtus est sermo Dei & efficax & penetrabilior omni gladio incipiti, compagum quoque ac medullarum & discretor cogitationum & intentionum cordis. Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. *Sap. 7.* Est enim omnibus mobilibus mobilior sapientia. Et ideo in sacramento penetrat ad intima. Hoc autem sacerdos dicit perfectior sanctitatis profectio pro omnibus aliis: quia quamuis ipse solus sacramentaliter communicet, tamen omnes alij ad hoc adfunt, quia debent spiritualiter communicare. *Qui vult & regna in unitate Spiritus sancti.* Hoc est expositum. Deinde facit secundum omnes ordines Ecclesiarum dicit hanc, *Quod ore*, sacramentali manducatione *sumpsimus* ego & omnis clerus & populus pro quibus ego sumpsi, *pura*, hoc est, depurata per fidem, *mente capiamus* *Act. 15.* Fide purificans corda eorum. Capiamus, inquam, ut vasa gratiæ quæ signantur per illud aurum vas in quo gomor mannatis reseruantur est. *Exod. 16.* in illo enim ad perpetuam rei memoriam manna custodiebatur, *de manna*, quod de tuo dono accepimus, *temporalis*, quantum ad species visibiles & temporaliter mutabiles sacramenti, *sicut nobis* ad utilitatem nostram de gratiæ plenitudine. *Ioan. 1.* Nos de plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia. Vnde etiam sacramentum gratiæ vas & Eucharistia vocatur, *remedium* contra peccatum & in diem spiritualem, *semper vivens*, qui vegetat & nutrit ad gratiam sempiternam. *1. Cor. 15.* Qui manducat hunc panem, vivit in æternum *Per eundem Christum.* Hoc est expositum.

CAPVT XXIII.

De cantu communionis, salutatione ad populum ac conclusione Missæ.

Hoc factum cum lætitia & voce iubilo cantatur communio, quæ antiquitus antiphona dicebatur, hoc est, circularis sonus: quia sicut introitus, ita & communio iterabatur. Hic autem cantus est in signum lætitiæ infra viscera suscepti Dei, & ideo cum lætitia cantabat illum cantum vnus ad alium quasi nuntians qualiter Deus susceptus sit ab eo: & hæc iteratio cantus significabatur. *Psal. 41.* In voce exultationis sonus epulantis. Et hoc signatur est *Luc. 15.* vbi cum magnus pater occideret vitulum saginatum, fecit chorum & symphoniam in signum lætitiæ: quia dulcedine diuinæ pinguedinis infusa sunt intima *Psal. 62.* Sicut adipe & pinguedine repletur anima mea, supple, refectione sacramenti, & labijs exultationis laudabit os meum. In cantu semper post communionem. *Ecc. 49.* In omni ore quasi mel indulcabitur memoria eius, & ut musica in conuiuio vini. Modo autem iste cantus non iteratur, ne ex prolixitate tardium generetur: & ideo nunc communio non antiphona consuevit nominari. Quod autem quidam hic dicunt, quod communio canitur in memoriam & gaudium Dominicæ resurrectionis, & quod iteratio ipsius significet gaudium quod vnus Apostolorum vel discipulorum alij nuntiabat, sicut ad duos qui Dominum cognouerunt in fractione panis reuertentes in Ierusalem, quia surrexit Dominus verè & apparuit Simoni, & ipsi narrauerunt ea quæ gesta erant in via, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis, hoc ego non puto esse verum: quia nec nomen hoc ostendit quo cantus iste communio vocatur: quia in gaudio & sensu infusa dulcedinis in communicando cantatur: & quia nulla in plerisque Missis in cantu isto de resurrectione mentio habetur. Verum tamen est, quod antiqui quidam monachi hoc tradiderunt, cuius aliam non puto causam esse, nisi quia melius aliquid tradere nescierunt. Hac igitur de causa, & sic cantanda est communio. Hoc autem gaudio ex parte spiritualiter communicantis populi audito lætus & hilaris perfectior sanctitatis ab altari se conuertit ad populum salutans eum & dicens, *Dominus vobiscum*, & supplendum est, maneat in æternum visceribus vestris infusus, sicut dicitur *Ioan. 14.* Alium paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum. *Ioan. 17.* Tu in me pater, & ego in eis, ut sint in vnum consummati. Et respondet populus lætenter, *Et cum spiritu tuo*, intendens quod in spiritu sacerdotis remaneat, quem pro omnibus accipit sciens quod parum valet sacramentum corporaliter accipere, nisi remaneat in penetralibus cordis & in intima spirituali deuotione. *Ioan. 4.* Veri adoratores adorabunt patrem

patrem in spiritu & veritate: nam & pater tales querit qui adorent eum; spiritus enim est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. *1. Cor. 14.* Orabo spiritu, orabo & mente. *Psal. 138.* Spiritu, psallam & mente *1. Cor. 14.* Spiritu meo in præcordiis meis, de mane vigilabo ad te spiritualis enim cibus in spiritu & non in corpore est conseruandus.

Hoc completo sacerdos lato vultu & expansis manibus se ad altare conuertit, & orationem quæ postcommunio vocatur, perficit, quæ ideo postcommunio vocatur, quia in ea perfectio communionis oratur. Perfectio autem est duplex. Vna quidem gratiæ quam perficit in anima. Alia autem figuræ quam perficit Deus in beatitudine. Dat enim gratiam refectionis in anima in præfenti ad gratiam, sicut dicitur in *Psal. 138.* Manducauerunt & saturati sunt nimis, hoc est, effluenter, & desiderium eorum attulit eis Dominus, non sunt fraudati à desiderio suo. Id autem quod signat in cælesti beatitudine, est quod sicut nunc percipitur in specie panis & vini, ita percipietur in patria perceptum in diuinitatis dulcedine & veritate: & sicut hic sub medio se cooperiente & abscondente percipitur, ita sine medio apertè in cælo aliquando in beatitudine percipietur. Hæc autem perceptio quæ sit hic, facit perfectionem gratiæ. Illa autem facit gloriæ perfectionem, ut sic verum sit quod dicit *Psal. 83.* Gratiam & gloriam dabit Dominus. Hoc autem planum est videre in omnibus postcommunione per totum annum, si quis eas diligenter inspicat: omnes enim illas ordinavit *Grego.* ad orandum ea quæ dicta sunt. Et hoc sæpè expressit etiam in ipsa verborum significatione, sicut hic, *Perficiantur Domine tua sacramenta, quod continent, ut quod nunc specie gerimus, verum veritate capiamus, per Dominum nostrum Iesum Christum filium unum, &c. in unitate spiritus sancti Deus.*

Peracta autem post comunione, sacerdos iterum quasi licentians populo, se ad populum conuertit iterum dicens, *Dominus vobiscum*, optans ut recedentes à templo non recedant à Domino, sed satagant ut Dominus semper cum eis in omnibus agendis maneat, & nunquam ab eis recedat, quod & facit si nos cum ipso mentis deuotione maneamus. *1. Reg. 10.* Quando ergo euenerint tibi omnia hæc signa, fac quæcunque inuenerit manus tua: quia Dominus tecum est. Et *2. Reg. 7.* Omne quod est in corde tuo, fac: quia Dominus tecum est. Populus autem, hoc est, chorus pro se & pro populo iterum respondet, *Et cum spiritu tuo*: quia non nisi spiritus intenditur in sacramento, & perfectior sanctitatis spiritualia semper operatur in populo: & ideo orandum est semper ut cum spiritu suo Dominus maneat & operetur. *Gal. 5.* Spiritu ambulare, & desideria carnis non perficietis. *Roma. 8.* Lex enim spiritus vitæ liberauit me à lege peccati & mortis, &c. *1. Cor. 3.* Litera occidit, spiritus autem uiuificat. Et sic mirra salutatione communionem indicantes, Missa perfecta est. Quo perfectio diaconus, vel alius vice diaconi

clamat in festis diebus: *Ite, missa est.* Vel in profectis: *Benedicamus Domino.* Vel in Missis defunctorum: *Requiescant in pace.* Quod autem dicit, *Ite*, hoc est, ad propria redire, & de virtute in virtutem proficere. *Psal. 83.* Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion. Sicut enim dicit Augustinus, duo sunt quæ nos in duobus moribus moueri compellunt. Vnum est charitas veritatis, quæ abiecta vel deposita sollicitudine curæ rei familiaris facit nos recedere à proprio ad templum & ad Deum ire. *1. Cor. 14.* Ibunt populi multi, & dicent, Venite, ascendamus ad montem Domini & ad domum Dei Iacob. Docerit enim nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius. Et ibidem: Domus Iacob, venite & ambulemus in lumine Dei nostri. Aliud est necessitas charitatis, quæ nos redire & ad propria & ad curam rei familiaris compellit. In hac enim necessitate ordo charitatis, in quo nos primo & postea proximum suum secundum gradum suæ coniunctionis per actum operis, & exhibitionem necessariorum diligere oportet: & ideo ut illa paremus quæ necessitati tali exhibeamus, oportet sollicitare & laborare. *Luc. 10.* Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Ibidem, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Istud ire ad Deum & redire ad propria significatur *Genes. 22.* vbi seruis suis dixit Abraham patriarcha: Expectate me hic cum asino, ego & puer illuc vsque properantes, cum adorauerimus, reuertemur ad vos. Serui enim domus & curæ familiaris & necessitatis huius vitæ signant ministros, qui sunt sollicitudines & cogitationes & labores, qualiter acquirantur huius vitæ miseræ adminicula: asinus autem asinum sensum signat huius animalis corporis. Hæc enim familia relinquenda est quando itur ad templum, ad Missam, & ad Deum. Post adorationem autem & sacrificium quod cum puero, hoc est, cum puro spiritu faciendum est, promittitur ad familiam reuersio: quia ad propria redire oportet propter vitæ huius multiplicem necessitatem. Hac ergo de causa dicit diaconus: *Ite.* Quod autem addit, *Missæ est*, intendit, quod hostia oblata est iam consumptis sacramentalibus speciebus, iam ad dexteram Patris missa sit, ut ibi nos Patri in se offerat, & ibi nos incorporatos sibi societ & locum patet, sicut dicitur *Ioan. 14.* Vado parare vobis locum. Et hoc facit diaconus, ut omnes se sciant in sacra communionem missos & commissos esse Domino, & omnes studeant in Domino permanere, quasi dicentes illud *Philip. 3.* Nostra conuersatio in cælis est: vnde & saluatorem expectamus Dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configurationem corpori claritatis suæ. Et sic vadit quilibet ad propria. In profectis autem diebus dicit *Benedicamus Domino*, & est gratiarum actio pro perfecto Missarum mysterio. Ac si dicat illud *Deut. 32.* Date magnificentiam Deo nostro, hoc est, magnificas gratias: quia Dei perfecta sunt opera. Ad vtramque autem istarum diaconi acclamationem chorus pro populo respondet, *Deo gratias*, supple, referimus

mus: quia de tanto percepto sacramento ab omnibus gratia sunt agenda, ne dicatur nobis illud Luc. 17. Non est inuentus qui rediret & daret gloriam Deo. In Missa autem defunctorum, quia illis in omnibus & cito subueniendum est, dicit, *Requiescant in pace*, docens quod omnia quæ in Missa defunctorum acta sunt, ad pacem defunctorum ordinata sunt. *Pal.* 4. In pace in idipsum dormiam & requiescam. Et responderetur, *Amen*, hoc est, fiat vt torum dirigatur ad remedium defunctorum. 2. *Mach.* 12. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. Sic ergo omnes ad propria reuertuntur.

In quibusdam autem Missis, sicut in illa quæ est de scrutinio in feria quarta post mediam quadragesimam, post Euangelium clamat diaconus: Catechumeni exeant: hoc idem fit quia catechumenus instruitur, & idem ad illam partem Missæ quam de instructione esse diximus, admititur: quia verò catechumenus nondum est baptizatus, & ideo non est Christianus, idem ad illam partem Missæ quæ de communicatione fidelium est, non admititur, sed exire præcipitur. Hoc igitur est quod de Missarum peractione breuiter & grosse videbatur esse dicendum, alia subtilia melioribus relinquendo.

INDEX.



INDEX

Tractatum & Caputum, in libro de sacrificio Missæ contentorum.

TRACTATUS I.

De prima parte Missæ.

- CAP. I. **D**e boni diuini per magnos clamores aduocatione. Et primo de introitu. 4
- II. In commemorationem deuoti populi ad misericordiam desiderio Patrum perclamantis cantatur, Kyrie eleison. 9
- III. In consolationem populi Deum inuocantis cantatur à sacerdote, Gloria in excelsis. 12

TRACTATUS II.

De secunda parte Missæ.

- CAP. I. **D**ominus vobiscum. 21
- II. Oratio qua primò dicitur in Missa, dicitur Collecta. 23
- III. De imperfectorum instructionis doctrina, scilicet Epistola. 25
- IV. De graduati quod Epistola adiungitur. 26
- V. De tractu. 27
- VI. De Alleluia. 28
- VII. Instructionis altera pars, scilicet de doctrina perfectorum, sine Euangelio. 29
- VIII. De acclamatione chori per symbolum, & quid nomine illo dicatur. 32
- IX. De simbolo Apostolorum & di-

D. Alb. Mag. lib. de sacrif. Missæ.

- X. uisione eius 33
De expositione symboli Apostolorum, siue de simbolo Patrum in Nicena synodo explanato. 37

TRACTATUS III.

De oblatione in qua ordinatur totius vitæ perfectio. Pars tertia.

- CAP. I. **D**e offertorio cui præmittitur Dominus vobiscum. 42
- II. De preparatione qua ad offerendum se preparat. 43
- III. De accessu ad Præfationem. 45
- IV. De ipsa Præfatione. 47
- V. Chori responsio. 52
- VI. De his qua pertinent ad oblationis sanctificationem, ac triplici communionem, & primò de prima. 53
- VII. De communionem secunda. 59
- VIII. De communionem tertia. 61
- IX. De petitione qua oblatio acceptari petitur. 64
- X. De modo quo oblatio petitur acceptari. 65
- XI. De perficientibus sacramenti consecrationem, primò de perfectione sacramenti corporis. 66
- XII. De consecratione sacramenti sanguinis Christi. 67
- XIII. De elevatione & de eam perficientibus, & primò qua Christus in seipso perfecit. 68
- XIV. De his qua facta sunt in sacramenti figura & typo. 70
- XV. De modo ipso elevationis. 71

I XVI.

Index Tractatum & Capitem.

XVI. De supplicatione pro his qui in sacramento sunt eleuandi, & primo pro mortuis. 73	tionis Dominica. 78
XVII. De supplicatione seu eleuatione uinorum in hostia. 76	XX. De ipsa oratione Dominica. 79
XVIII. De operibus sancta Trinitatis in confessione corporis Domini. 77	XXI. De fractione corporis Christi, de pace, & de hoc quod ter agnus Dei cantatur. 87
XIX. De exortatione desiderij adpetendum panem caelestem, & de promissione institutionis orationis Missae. 90	XXII. De oratione qua dicitur ante communionem in altari. 89
	XXIII. De cantu communionis, salutatione ad populum ac conclusione Missae. 90



INDEX



INDEX RERVM

Notabilium, quæ in libro de sacrificio Missæ continentur.

A



ABREVIATVM verbum, quod fecit Deus super terram. t. 3. c. 4. n. 13
 Adorandus Christus summa humilitate in sacramento. t. 3. c. 4. n. 14
 Adoratio est prostratio super terram, in recognitionem, quod ille qui adoratur, est de nihilo. t. 3. c. 4. n. 15
 Adoratur diuina maiestas prostratione totius corporis. t. 1. c. 3. n. 8
 Aduentus Christi duplex. t. 1. c. 1. n. 6
 Quomodo adunantur fideles in Christo. t. 3. c. 6. n. 9
 Aternitas est interminabilis vitæ tota simul & perfecta possessio. t. 3. c. 4. n. 9
 Agnus quomodo librum aperuerit. t. 3. c. 4. n. 3
 Alleluia quid significet & quibus festiuitatibus cantari debeat. t. 2. c. 6
 Alleluia quibus Psalmis prænotatur, ibid.
 Altissime non est addendum in Gloria in excelsis. t. 1. c. 3. n. 16
 Angeli sacramento Eucharistiæ assistunt. t. 3. c. 15. n. 3
 Angelis per Christum data est laudis materia. t. 3. c. 4. n. 12
 Angelorum vnum commune opus, hymnis laudare Deum. t. 3. c. 4. n. 14
 Antistes mediator inter Papam & cæteros homines. t. 3. c. 6. n. 12
 Apostolorum nomina cur in Canone memorantur. t. 3. c. 8. 3
 Aquilo quid in scripturis significet. t. 2. c. 7. n. 7
 Arij, Sabellij & Hebjonis error damnatus. t. 2. c. 10. n. 1
 Articulus fidei est minimum credibile arcans nos ad credendum. t. 1. c. 8. n. 4
 Omnis articulus habet substratam sibi diuinam veritatem, vel in essentia diuina, vel in persona, vel in propriis personarum operationibus, vel passionibus. t. 2. c. 9. n. 10
 Vtrum articulus sit res vel enuntiabile. t. 2. c. 10. n. 12
 In azymo Christus celebrasse ostenditur. t. 3. c. 11. n. 1

B

Baptisma ianna & fundamentum omnium sacramentorum. t. 2. c. 6. n. 10
 Baptisma vnum tantum. ibid.
 D. Alb. Mag. lib. de sacrif. Missæ.

Bartholomæus solus nobilis & Philosophus inter Apostolos. t. 3. c. 8. n. 3
 An benedixerit Christus panem signo, aut verbo occulto, aut virtute diuinitatis sine signo & verbo, incertum est. t. 3. c. 11. n. 2
 Benedictio duplex, vna sacras quod benedicitur, & altera quæ est laus & præconium dari & accepti. t. 1. c. 3. n. 7
 Boni diuini firmitas, admirabilitas & puritas. In prol. n. 7
 Quia Deus bonus est, sumus: & in quantum sumus, boni sumus. t. 3. c. 18. n. 1
 Bona nostra considerantur tripliciter, scilicet prout sunt à Deo, & prout à nobis, & prout referuntur ad ipsum. t. 1. c. 3. n. 7

C

CAin malè diuisit, qui de suis bonis Deo, & seipsum obtulit diabolo. t. 3. c. 1. n. 2
 Canonis ordinatio. t. 3. c. 6. n. 1
 Cantores quatuor præcinentes, & quatuor millia succinentium Psalmos Dauid. t. 1. c. 2. n. 1
 Caro Christi vera, non phantastica. t. 2. c. 10. n. 3. & 4
 Catechumenus cur per diaconum in secunda parte Missæ ex Ecclesia exire iubebatur. t. 3. c. 23. n. 1
 Cedar tenebræ. t. 1. c. 1. n. 6
 Celebratio est concentus multorum laudem Dei solemnizantium. t. 3. c. 4. n. 14
 Promissionis diuinæ certitudo. t. 1. c. 1. n. 5
 Christus tactu suarum manuum panis & vini contulit vt semper possint in suum corpus & sanguinem conuerti. t. 3. c. 11. n. 1. & c. 11 n. 1
 Christus potuit & debuit pro nobis satisfacere. t. 1. c. 3. n. 16
 Christus saluauit potenter, mansuetè & obedienter. t. 1. c. 3. n. 17
 Christus, agnus Dei. ibid.
 Christus vngit, lucet & pascit. t. 1. c. 2. n. 5
 Christus feder ad dexteram Patris secundum vtramque naturam. t. 2. c. 9. n. 6
 Christi regnum. t. 2. c. 10. n. 7
 Christus macatur in mysterio & immortalis permanet. t. 3. c. 4. n. 13
 Cum dicitur Christus conceptus de Spiritu sancto, præpositio de. notat potestatem & operationem non materiam. t. 2. c. 9. n. 3. Item t. 2. c. 10. n. 3
 Clamor Patrum Christum suspirantium se. I 2 prem

Index rerum

prem veritates. t.1.c.1.n.9
 Caeli caelorum nomine quid intelligatur. t.3.
 c.4.n.17
 Cur Deus in caelis habitare dicatur, cum ta-
 men sit vbique. t.3.c.20.n.2
 Caelum est locus Dei secundum omnium opi-
 nionem & assertionem. ibid.
 Quare vocatur Collecta oratio quae primò di-
 citur in Missa. t.2.c.2.n.1
 Collectarum ritus. t.2.c.1.n.1
 Collectas numero impares dici statuit B.Gre-
 gorius & non vltra septem. t.2.c.2.n.2
 Quare vna vel 3, vel 5, vel 7. Collectae dican-
 tur. t.1.c.1.n.3
 Collectarum conclusio vnde fit, & qualiter
 faciendae, & quae in ea continentur. t.2.c.2.
 n.4, 5, & 6.
 Communio triplex fidelium in Ecclesia. t.3.
 c.6.n.2
 Communio sanctorum quid sit. t.2.c.9.n.9
 Confessione cur non ponatur in Canone si-
 cut Apostoli & martyres. t.3.c.8.n.3
 Confessio cordis, oris & operis. t.3.c.13.n.1
 Consecrationis panis forma. t.3.c.11.n.2
 Consecrationis vini forma. t.1.c.12.n.2
 Consolatorum p. puli Dei imperfectio. t.1.
 c.1.n.7
 Cor sursum eleuatur intellectu veritatis, af-
 fectu charitatis, virtute conuersationis, &
 rectitudine intentionis. t.3.c.3.n.2
 Corona, purpura & sceptrum quare dantur
 regi. t.3.c.20.n.5
 Corpus Christi quantum decoris Ecclesiae
 praestiterit. t.3.c.4.n.13
 Corpus Christi quanta sit reuerentia adorand-
 um. t.3.c.4.per totum.
 Corpus vnum quomodo omnes nos sumus in
 Christo. t.3.c.6.n.9
 Corpus Christi postulatio est diuinae recon-
 ciliationis. t.1.c.15.n.3
 Cruces tres cur fiant in Canone, & iterum
 duae, veris rationibus declaratur, falsis reie-
 ctis. t.3.c.10.n.1 & 2
 Cruce cur fontem, os & pectus signat diaco-
 nus incipiens lectionem Euangelij, & cur
 populus id imitetur. t.2.c.7.n.7
 Crux quare fiat super quolibet oblata. t.3.c.6.
 n.5
 Crux inuenta in corde Cypriani in specie auri
 depicta. t.3.c.8.n.4

D

Demonas incensores malarum cogitatio-
 num & concupiscentiarum, non im-
 missores. t.1.c.1.n.4
 Demones non torquent animas in purgatorio.
 3.c.16.n.1
 Damnatorum poena an possit fieri tolerabilior
 vel tolli per suffragia. t.3.c.16.n.4
 Dammati non sunt susceptibiles gratiae. ibid.
 Supplicatio pro defunctis. t.3.c.16
 Defunctorum quatuor ordines. t.3.c.16.n.3
 Deprecatio est oratio pro amouendis malis.
 t.1.c.3.n.19
 Dei est benedicere, & nostrum est inuocare
 Deum vt benedicat. t.3.c.6.n.5
 Deo non possumus offerre nisi dona eius. ibid.
 Deus pater clementissimus. t.3.c.6.n.3

Deus est nomen gubernationis. t.1.c.3.n.12
 Deus vnde dicitur. ibid.
 Deus rex Angelorum & hominum. t.1.c.3.
 n.13
 Deus omnipotens. t.1.c.3.n.14 & t.2.c.9.n.1
 Voluntas Dei duplex, scilicet beneplaciti &
 signi. Quae signa sunt praecipio, consilium,
 prohibitio, operatio, permissio. t.3.c.20.
 n.6
 Deum lucis & Deum tenebrarum posuit Ma-
 nes. t.2.c.10.n.3
 Dei maiestas laudanda in sacramento Eu-
 charistiae. t.3.c.4.n.14
 Deus multipliciter dicitur. t.3.c.7.n.5
 Diaboli insidiae. t.1.c.1.n.4
 Diaconus Euangelium lecturus quare librum
 accipit de altari. t.2.c.7.n.1
 Quare benedictionem postulat à sacerdote, &
 procedit cum candelis & cruce. t.2.c.7.n.2
 Quare vertitur ad Aquilonem, & signat cruce
 frontem, os & pectus. t.2.c.7.n.7
 Quare lecto Euangelio dar librum subdiacono
 portandum. t.2.c.7.n.9
 Domini absque domino diabolus & quilibet
 impius. t.1.c.1.n.4
 Dominus est nomen superpositionis, & ideo
 ponitur in genere relatiuorum. t.1.c.2.n.3.
 item t.3.c.3.n.1
 Verus dominus est dominationis incessanter
 appetitiuus. ibid.
 Dominus est nomen potestatis. t.1.c.2.n.6
 Dominus est nomen auctoritatis. t.1.c.3.n.12
 Dominus vobiscum cur vultus ad populum con-
 uerso dicitur à sacerdote. t.2.c.2.n.2
 Quare dicitur, Dominus, non Deus, vel Iesus,
 vel Christus vobiscum. ibid.
 Quare non dicitur, vos sitis cum Domino,
 sed Dominus vobiscum. t.2.c.1.n.3
 Quinque modis optatur Dominus esse nobis-
 cum. t.2.c.1.n.4
 Quare populus non respondet, Dominus sit
 tecum, sed dicit, Et cum spiritu tuo. t.2.c.1.
 n.5. item t.3.c.1.n.1. item t.3.c.2.n.1
 Dominum vobiscum quare dicitur ante offerro-
 rium. t.3.c.1.n.1
 Donum & munus quomodo differunt. t.3.c.6.
 n.5
 Dona Dei accipere, & non magnifica laude
 extollere quam sit iniquum. t.3.c.4.n.4
 Dormire in somno pacis dicitur in purgato-
 rio existentes. t.3.c.16.n.1

E

Ecce denotat certitudinem. In prol. n.1.
 Ecclesia fidelium, synagoga irrationabili-
 ter viuentium congregatio. t.3.c.6.n.8
 Ecclesiae adunatio in caelo praefulget, in natu-
 ris ostenditur, in operibus Christi exempli-
 ficatur, in diuinis legibus praecipitur, & in
 toto Christi corpore mystico obseruatur.
 t.3.c.6.n.9
 Ecclesiae sanctitas à Spiritu sancto. t.1.c.9.
 n.9
 Ecclesia dicitur Catholica, quia principia eius
 vniuersaliter vera sunt, & quia per totum
 orbem vniuersaliter dilatanda. ibid. item
 t.3.c.6.n.8

Index rerum

Suffragia Ecclesiae quibus profunt & ad quid
 profunt. t.3.c.16.n.3 & 4
 Quae & à quibus facta suffragia profunt. t.3.
 c.16.n.5
 Eleuatio cordis ad Deum quadruplex. t.3.c.3.
 n.2
 Epistolam antecedentia & consequentia quae
 sint & quid significant. t.2.c.1.n.1
 In Epistolarum lectione quatuor attendenda,
 scilicet locus, conuersio corporis, legendi
 modus, & reditus ad sacerdotem. t.2.c.3.
 n.2
 Epistola instructio imperfectorum. t.2.c.1.n.1
 Quare legens Euangelium & audientes stant.
 t.2.c.7.n.7
 Euangelij sex prerogatiuae praeter reliqua scri-
 ptura. t.2.c.7.n.8
 Quare lecto Euangelio sacerdos primò li-
 brum osculatur, deinde diaconus. t.2.c.7.
 n.9
 Euangelium instructio perfectorum. t.2.c.1.
 n.1
 Tedium longae expectationis. t.1.c.1.n.6
 Eucharistia sacramentum charitatis. t.3.c.10.
 n.2
 Tempus quo Christus Eucharistiam instituit.
 t.3.c.11.n.1

F

Fides est certitudo inuisibilium. In prol. n.6
 Fides ad speranda oculos aperit. t.2.c.8.n.1
 Fidei triplex acceptio. t.2.c.8.n.3
 Fides habet antecedentia, conclusiones, &
 consequentia. t.2.c.8.n.3
 Fides cur dicitur Catholica & Apostolica.
 ibid.
 Quare sanctitatis perfectior incipit Credo. t.2.
 c.8.n.5
 Filij alieni qui sint. t.3.c.19.n.1
 Filio attributa. t.1.c.3.n.15
 Filius Dei ex deitate habet facultatem saluan-
 di, ex humanitate vnde satisfacere debet
 pro nobis. ibid.
 Filius Dei donum, munus, & sacrificium. t.3.
 c.6.n.5
 Filius Dei ex amore hominum descendit de
 caelis. t.2.c.10.n.3
 Forma consecrationis panis, Hoc est enim cor-
 pus meum. t.3.c.11.n.2
 Forma consecrationis vini, Hic est enim calix
 sanguinis mei. t.3.c.12.n.2
 Fractio hostiae instituta à Papa Sergio. t.3.c.21.
 n.1

G

Gloria Patri, à quo institutum sit & cur
 singulis Psalmis annexatur. t.1.c.1.
 n.16
 Gloria est late patens pigeonium. t.1.c.3.
 n.11
 Gloria est multorum praedicata laudatio. ibid.
 Gloria est clara cum laude adiecta. ibid.
 Gloria est quod sui nobilitate & honestate
 conscientiam hominum se manifestat. ibid.
 Gloria in excelsis quare incipit sacerdos &
 prosequitur chorus. t.1.c.3.n.1
 Gloria in excelsis quare in diebus profectus de
 D. Alb. Mag. lib. de sacrif. Missa.

luctus non canitur. ibid.
 Gloria in excelsis, hymnus Angelorum. ibid.
 Gloria in excelsis compositus ex duobus, scilicet
 hoc quod est Angeli praecipientis, & ex hoc
 quod est multitudinis Angelorum laudan-
 tium Deum. t.1.c.3.n.2
 Gloria quadruplex, scilicet mala, ficta, vana & vera:
 ibid.
 Gloria soli Deo attribuenda. t.1.c.3.n.4
 Ad haec verba Angelorum, Gloria in excelsis
 Deo, addidit Laudamus te &c. quae sequuntur
 Telephorus Papa, non autem Hilarius
 Pictauiensis. t.1.c.3.n.1
 Glorificationis opus. t.1.c.3.n.20
 Gomor vas mensurale quod signat sacramen-
 tum Eucharistiae. t.3.c.4.n.7
 Gradule significat profectum instructorum à
 subdiacono. t.2.c.4.n.1
 Gradualis versus citr à iuuenibus cantatur.
 ibid.
 Gradus octo quibus ad diuinitatis templum
 & culturam ascenditur. t.3.c.6.n.9
 Graeci Deum naturali ratione cognouerunt:
 t.1.c.2.n.7
 Graeci ex fide iustitiae naturalis sicut Iudaei ex
 fide legis Moisaicae iustitiam Euangelij co-
 gnouerunt. ibid.
 Graeci inter gentiles primi fidem ab Aposto-
 lis acceperunt. ibid.
 A Graecis ad Latinos fides deriuata est. ibid.
 Gratiae lumen à Patre luminum. t.1.c.3.n.10
 Gratia Dei quomodo membris Ecclesiae di-
 stribuatur. t.2.c.9.n.9
 Gratiarum actio Deo debita. t.1.c.3.n.10
 Ad gratiarum actionem inuitatio. t.3.c.3.n.3
 Gratias Deo agunt caelum, terra & infernus:
 t.3.c.4.n.6
 Gratificationis opus. t.1.c.3.n.19
 Gregorius dedit in celebrationibus decus, &
 ornauit tempora vsque ad consummatio-
 nem vitae. t.2.c.1.n.1. item t.3.c.11.n.1

H

Hereticus & infidelis quomodo disse-
 ruit. t.2.c.9.n.5
 Hominibus bonae voluntatis pax congrua. t.1.
 c.3.n.5
 Honor est exhibitio reuerentiae in testimo-
 nium virtutis. t.3.c.4.n.14
 Quare hostia frangitur in tres partes. t.3.c.21.
 n.1
 Hostia pura, sancta, immaculata Christus. t.3.
 c.13.n.4
 Supplicatio vt hostia iussu Dei & ministerio
 Angelorum subleuetur, & agitate Dei
 praefertur. t.3.c.15
 Hostis nostri instantia. t.1.c.11.n.4

I

Iesus dicit Deum humanatum, Christus
 hominem deificatum. t.1.c.3.n.16
 Vera immortalitas est vera aeternitas & im-
 mutabilitas. t.3.c.7.n.5
 Ingratitudo est veniens vrens exiticis fontem
 pietatis. t.1.c.3.n.10

Index rerum

Instructio imperfectorum Epistola, perfectorum verò Euangelium. t. 2. c. 1. n. 1
 In Euangelica instructione duo notanda, scriptus & doctrinæ excellentia. t. 2. c. 7. n. 8
 Introitus Missæ quid significet in prol. n. 8
 In introitu Missæ suspiria Patrum representantur. t. 1. c. 1. n. 2
 Introitus non tam ab introitu celebrationis Missæ, quam ab introitu salutis & gratiæ dicitur. ibid.
 Introitus dicebatur ab antiquis antiphona. ibid.
 Iuenculæ tympanistræ quæ sint. t. 1. c. 1. n. 15

K

K *Tris eleyson* quare in Missa inducatur & quid significet. t. 1. c. 2. n. 1
Kyrie eleyson cur nouies dicatur. t. 1. c. 2. n. 2
Kyrie eleyson quare ter primò cantatur. t. 1. c. 2. n. 3
Christe eleyson quare ter subiugitur. t. 1. c. 2. n. 5
Kyrie eleyson quare iterum ter in fine cantatur. t. 1. c. 2. n. 6
Kyrie eleyson quare potius Græcè quam Latine dicitur. t. 1. c. 2. n. 7

L

L *Inter* Latinos & Græcos controuersia de processione Spiritus sancti. t. 2. c. 10. n. 8
 Laudamus Deum pro virtutibus & gratiis, benedicimus pro bonis naturalibus. t. 1. c. 3. n. 7
 Laus est proprium virtutis præconium. ibid.
 Lex diuinitatis est per prima media, & per media vltima reducere. t. 3. c. 6. n. 9

M

Manichæorum secta in tres diuisa. t. 2. c. 10. n. 1
 Manichæi signentum de prælio inter Deum lucis & Deum tenebrarum. t. 2. c. 10. n. 3
 Maria virgo gloriosa. t. 3. c. 8. n. 2
 Maria virgo in partu & post partum. t. 2. c. 10. n. 3
 Maria theotocos. ibid.
 Martyrum commemoratio cur fit in Canone. t. 3. c. 8. n. 3
 Tres membrorum communionem in corpore. t. 1. c. 6. n. 2
 Membra alia officialia, alia simplicia. ibid.
 Memoria quomodo Deo & hominibus diuersimodè contueniat. t. 3. c. 7. n. 1
 Quare Missa non incipit à precibus sicut aliz horæ canonicæ. t. 1. c. 1. n. 2
 Missa diuiditur in tres partes, in introitum, in instructionem, & in oblationem. In prol. n. 8
 Misericordia Dei duplex, liberans & relaxans. t. 3. c. 16. n. 4
 In miseriam triplicem incidimus per peccatum. t. 1. c. 2. n. 4
 Miséria conditionis nostræ. t. c. 1. n. 3
 Quod in Angelis est casus, hoc est in hominibus mors. t. 3. c. 16. n. 4
 Mors piorum est somnus. t. 3. c. 16. n. 1

N

Natiuitas duplex, vna in vtero, alia ex vtero. t. 2. c. 9. n. 3
 Nominis qualitas est illud à quo nomen est impositum: substantia verò illud cui est impositum. t. 1. c. 2. n. 3
 Nomen Patris quod sit, quod in oratione Dominica sanctificari petimus. t. 3. c. 20. n. 3
 Nomen Dei quomodo in nobis sanctificatur. t. 3. c. 20. n. 4
 Necessaria vitæ esse petenda, plurimorum exemplo ostenditur. t. 3. c. 7. n. 4
 Numero impare cur Deus gaudeat. t. 2. c. 2. n. 2
 Norgherus abbas omnes antiquas ferè sequentias fecit. t. 1. c. 6

O

Oblationes Noui Testamenti in quinque differunt ab oblationibus Veteris Testamenti. t. 3. c. 10. n. 1
 Oblatio interior & exterior. t. 3. c. 1. n. 2
 Oblatio exterior qualis debet esse, vtilis valore, pinguis deuotione, oblata in charitatis dilectione, & munda acquisitione. t. 3. c. 1. n. 3
 Monendus populus vt oblationem ad altare deferat. t. 3. c. 7. n. 3
 Olei actio, pascere, lucere, & vngere. t. 1. c. 2. n. 6
 Ordo est relatio multorum in gradibus differentium ad vnum. t. 3. c. 6. n. 9
 Origenis error Christum adhuc venturum passibilem in aëreo corpore pro demonibus. t. 2. c. 10. n. 7
 In oratione tria notanda, scilicet nomen, ritus & conclusio. t. 2. c. 2. n. 1
 Oratio est pius affectus mentis in Deum directus. t. 3. c. 1. n. 2

P

Panis noster quotidianus, Eucharistia. t. 3. c. 20. n. 7
 Papa, pater patrum, successor Petri, & vicarius Iesu Christi. t. 3. c. 6. n. 12
 Patena latitudinem signat charitatis. t. 3. c. 20. n. 11
 Ardor desiderij Patrum suspirantium in carne Christi præsentiam. t. 1. c. 1. n. 8
 Pater nomen dulcedinis & formatiuz virtutis. t. 3. c. 19. n. 1
 Deus trinitas pater noster est. ibid.
 Patri appropriata. t. 1. c. 3. n. 12
 Patres Christi præsentiam suspirantes. t. 1. c. 1. n. 1
 Sex præcipuè causæ cur Patres clamauerunt in desiderio aduentus Domini. t. 1. c. 1. n. 3
 Patriarchæ & Prophetæ cur in Canone non ponantur. t. 3. c. 8. n. 3
 Pax vnde oriatur. t. 3. c. 21. n. 5
 Pacis necessitas, veritas & cõgruitas. t. 1. c. 3. n. 5
 Pax tēporis, pectoris & æternitatis. t. 1. c. 3. n. 6
 Pax & quies vera vbi reperitur. In prol. n. 5
 Peccatum mundi est peccatum originale. t. 1. c. 3. n. 18

Pilatus

Index rerum

Pilatus dicitur Pontius, quia Pontum insulam deuicit. t. 2. c. 9. n. 4
 Porphyrij error, Prophetas spiritu phanatico esse locutos. t. 2. c. 10. n. 8
 Potestas est vltix iniquitatis, compressiua malæ voluntatis, & defensiua virtutis. t. 1. c. 2. n. 6
 Potestatum est libera seueritate corrigere omnē quod reuerentiæ legum diuinarum non congruit. t. 3. c. 4. n. 16
 Potestas vltix iniquitatis, compressiua malæ voluntatis, & defensiua bonitatis. t. 1. c. 2. n. 6
 Præfatio diuiditur in duas partes, scilicet excitationem populi ad attentionem, & ipsam instructionem præfationem. t. 3. c. 3. n. 1
 Præfationis luculenta expositio. t. 3. c. 4. n. 1
 Præfationis Auctor. ibid.
 Tria in præfatione continentur, responsionis acceptæ comprobatio, sacramenti supereminens ostensa magnitudo, & vt voces Ecclesiæ vocibus angelicis miscantur, suppletario. t. 3. c. 4. n. 1
 Processio personarum est causa processus creationis & gratificationis & glorificationis. t. 2. c. 9. n. 1
 Profectus in causa virtutis, in virtute, in effectu virtutis, in adiunctis ad virtutem, & in forma virtutum. d. 2. c. 4. n. 2. 3. & seq.
 Propheta quilibet custos Domini. t. 1. c. 1. n. 1

R

Redemptionis opus, t. 1. c. 3. n. 18
 Solum redemptor quomodo dicitur sanctus. t. 1. c. 3. n. 21
 Reformationi ad bonum tria in nobis reluctantia, scilicet naturæ grauitas, infinitatis fragilitas, & spiritalis nequitia iniquitas. t. 1. c. 3. n. 14
 Resurrectio duplex, animæ scilicet & corporis. t. 2. c. 9. n. 5
 Resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis. t. 2. c. 9. n. 11
 Resurrexisset Christum tertia die quomodo intelligitur. t. 2. c. 10. n. 5
 Resurrectio mortuorum nondum facta, sed expectatur. t. 2. c. 10. n. 11
 Pro regibus orandum. t. 3. c. 6. n. 11
 Rex debet habere iustitiam pro anima. t. 3. c. 20. n. 5
 Regni virtus in quibus consistat. ibid.

S

Sacerdos præparat se ad offerendum in processione, & oratione. t. 3. c. 2. n. 1
 Sacerdos Angelus. t. 2. c. 1. n. 2
 Sacramenta Christi per quæ nos eleuat. t. 3. c. 13. n. 3
 Sacrificia sancta & illibata quæ sint. t. 3. c. 6. n. 6
 Sanctitas est ab omni inquinamento libera munditia. t. 2. c. 9. n. 8
 Sanctissima populo celari debent, ne ea vilipendant & ad alios vsus adhibeant. t. 3. c. 2. n. 5
 Sanctus multipliciter dicitur. t. 1. c. 3. n. 21
 Sanctus cur tribus vicibus dicatur. t. 3. c. 5. n. 1
 Sanguinis Christi effectus. t. 3. c. 12. n. 2

Sanguis Christi vinum germinans virgines. t. 3. c. 6. n. 6
 Sanitas & salus quomodo differunt. t. 3. c. 7. n. 4
 Secreta Missæ prima quid petatur. t. 3. c. 2. n. 5
 Sequentiam quis officio Missæ primus addidit. t. 2. c. 6
 Seraphin, incendentes vel ardentis. t. 1. c. 1. n. 10
 Seraphin automastice beata. t. 3. c. 4. n. 18
 Seruitus Domini quæ & qualis sit. t. 3. c. 9. n. 1
 Solus filius quomodo dicitur sanctus. t. 1. c. 3. n. 21
 Spes est certa expectatio boni ex meritis & gratia proueniens. In prol. n. 6
 Spiritus est animæ pars purior & simplicior & superior. t. 1. c. 1. n. 1
 Spiritui sancto appropriata. t. 1. c. 3. n. 23
 Spiritus sanctus est nexus & consensus & dilectio & delectatio Patris & Filij. ibid.
 Spiritus dicitur quia spirat vitam, & intelligentiam veritatis, & ad cœlestia eleuationem intentionis. ibid. & t. 2. c. 9. n. 8 & n. 11
 Spiritus sancti proprium opus est sanctificare Ecclesiam. t. 2. c. 9. n. 9
 Spiritus sanctus non est pater Christi. t. 2. c. 9. n. 3. item t. 2. c. 10. n. 3
 Amen quid significet. t. 1. c. 3. n. 24
 Spiritus sanctus viuificator. t. 2. c. 10. n. 8
 Spiritus sanctus à Patre & Filio procedit. ibid.
 Spiritu sancto Prophetæ inspirati. ibid.
 Subdiaconus imperfectorum, diaconus perfectorum doctrinam pronuntiat. t. 2. c. 3. n. 1
 Quare subdiaconus lecturus Epistolam non accipit benedictionem à sacerdote. ibid.
 Quare subdiaconus ad lectionem Euangelij puluillum portat ante pectus. t. 2. c. 7. n. 5
 Superpositio perficitur ex tribus. t. 1. c. 2. n. 3
 Symbolum quid significet & cur sacerdos & non populus incipiat *Credo*. t. 2. c. 8. n. 1
 Symbolum quid sit secundum nomen. t. 2. c. 8. n. 2
 Symbolum fidei quomodo ab Apostolis compositum. ibid.
 Symboli Apostolorum diuisio & expositio. t. 2. c. 9
 Symbolum Apostolorum quomodo in Nicenæ synodo sit expositum. t. 2. c. 10
 Quare cantatur symbolum synodi, non Apostolorum. t. 2. c. 10. n. 11
 Symbolo non licet quicquam addere. t. 2. c. 10. n. 8

T

Tentatio à qua petimus liberari, quid sit, & qui tentationis gradus. t. 3. c. 20. n. 9
 Tentationum modi. t. 1. c. 1. n. 4
 In terra pax necessaria. t. 1. c. 3. n. 5
 Thadæum Apostoli vocabant corculum, ed quod esset custos cordis. t. 2. c. 9. n. 11
 Thus incensum sub Euangelij lectione quid significet. t. 1. c. 7. n. 2
 Thurificatio rema in oblatione quid significet. t. 3. c. 2. n. 1
 Tractus quid significet, & quibus temporibus, & quibus notis cantetur. t. 2. c. 5. n. 1
 Quare tractus plures habet versus. t. 2. c. 5. n. 2


I 4 Venti

Index rerum

V
Venti quatuor qui mundum hunc turbant. t. 1. c. 3. n. 5
 Virtus in omni re est vltimum potentia. t. 3. c. 4. n. 17.
 Virtus moralis, intellectualis, heroica & diuina. t. 2. c. 4. n. 2
 Virtutis tres gradus quantum ad eius radicacionem. ibid.
 Virtus purgans, purgatoria & purgati animi. t. 2. c. 4. n. 4
 Virtus est bona qualitas mentis, qua recte viuunt, qua nemo male vitur, quam Deus operatur in nobis sine nobis. t. 1. c. 3. n. 7
 Vouere est voluntatis, & reddere necessitatis. t. 3. c. 7. n. 5
 Vxor gloria viri. t. 1. c. 4. n. 4



INDEX



I N D E X

Locorum Scripturae, qui in libro de sacrificio Missae explicantur.

Genesis.

CAP. I. **V**IDIT Deus cuncta qua fecerat, & erat valde bona. t. 3. c. 18. n. 1
 15. Suscipe calum, & numera stellas, si poteris. t. 3. c. 20. n. 6
 18. Accelera, tria sata farina similia commisce. t. 3. c. 20. n. 7
 22. Expectate me hic cum asino, & ego & puer illuc usque properantes, cum adorauerimus, reuertemur ad vos. t. 3. c. 23. n. 3

Leuitici.

9. Pectora eorum & armos dexterarum separauit Aaron eleuans coram Domino. t. 3. c. 6. n. 7

Numeri.

6. Ostendat Deus faciem suam tibi, & misereatur tui. t. 3. c. 14. n. 1
 6. Innocentiam meam sicut filium matris & sicut puerum matris meae. t. 3. c. 17. n. 1
 10. Ego sicut mater tua in arboribus, & sicut filia in cunabulis. t. 3. c. 17. n. 1

Deuteronomij.

21. Si uideris in medio captiuorum mulierem pulcherrimam, &c. t. 2. c. 4. n. 2

Iob.

14. Hemo natus de muliere, breui uiuens tempore, &c. t. 1. c. 1. n. 3
 16. Ad Deum stillat oculus meus. t. 3. c. 3. n. 2
 16. Terra ne operiat sanguinem meum. *ibid.*
 21. Qui dixerunt Deo, Recede a nobis. t. 3. c. 16. n. 3
 40. Si habes brachium ut Deus & uoces similes tonitru, circunda sibi decorem. t. 1. c. 3. n. 3
 41. De ore eius lampades procedunt, &c. t. 1. c. 1. n. 4

Psalmodum.

16. Custodi nos Domine. t. 6. n. 9
 Filij alieni mentis sunt mei. t. 3. c. 1. n. 1
 34. In populo grati laudabo te. t. 3. c. 5. n. 8
 44. Filia Tyri in muneribus. t. 3. c. 6. n. 3

50. Iustificor in sermonibus tuis. t. 1. c. 1. n. 5
 50. Amplius lana me ab iniquitate mea. t. 3. c. 2. n. 2
 73. Ne tradas bestiarum animas consentes tibi. t. 3. c. 16. n. 1
 87. Pauper sum ego, & in laboribus a inuentum te mea. t. 1. c. 1. n. 3
 110. Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius. t. 3. c. 20. n. 6
 117. Confitearis diem solemntem in frequentationibus usque ad cornu altaris. t. 3. c. 1. n. 1
 118. Memento mei Domine. t. 3. c. 7. n. 1

Canticorum.

5. Manu eius tomatis aurea, plena hyacinthis. t. 3. c. 11. n. 1
 8. Quis mihi det te fratrem meum, &c. t. 1. c. 1. n. 8

Sapientiz.

Disciplina effugiet filium.

Isaia.

47. Dedit in celebrationibus decus & ornatum tempora usque ad consummationem uitae. t. 2. c. 1. n. 1. *item* t. 3. c. 1. n. 1

Isaia.

10. Consummationem & abbreviationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terra. t. 3. c. 4. n. 13
 21. Custos quid de nocte? t. 1. c. 1. n. 1
 26. Possederunt nos domini absque te. t. 1. c. 1. n. 4
 26. Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritus meo in precordiis meis de mane uigilabo ad te. t. 1. c. 1. n. 1
 44. Christo meo Cyro. t. 1. c. 3. n. 16
 66. Ad quem respiciam nisi ad pauperulum, & contritum spiritum, &c. t. 3. c. 14. n. 1
 66. Ecce ego declinabo super eam quasi flammam pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam gentium, &c. *in prel.*

Threnorum.

4. Paruuli perierunt panem, & non eras qui frangeres eis. t. 3. c. 1. n. 2. *item* t. 3. c. 19. n. 1
 Ezechielis



Index Locorum Scripturæ.

Ezechielis.

16. *Pater tuus Amorrhæus, & uxor tua Ce-
thea.* t.3.c.16.n.4

Zachariz.

9. *Tu in sanguine testamenti tui emisisti vin-
ctos de lacu, &c.* t.3.c.16.n.2
9. *Bibentes inebriabantur quasi vino, &c.* t.3.
c.6.n.6

Malachiz.

3. *Placebit Domino sacrificium Iuda & Ie-
rusalem sicut dies seculi & anni antiqui.* t.3.c.9.n.1

Matthzi.

7. *Nolite sanctum dare canibus.* t.3.c.2.n.3

Lucz.

6. *Mensuram bonam & confertam & coagi-
tatum & superfluentem dabunt in sinum
uestrum.* t.2.c.6
16. *Chaos magnum firmatum est inter nos &
vos.* t.3.c.16.n.2

Ioannis.

19. *Pacem relinquo vobis, &c.* t.1.c.3.n.6

Ad Romanos.

8. *Ipsè Spiritus postulat pro nobis gemitibus
inenarrabilibus.* t.3.c.19.n.2
11. *Ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia.*
t.1.c.3.n.24
12. *Ut probetis quæ sit voluntas Dei bona &
beneplacens & perfecta.* t.3.c.20.n.6
13. *Vis non timere potestatem? bonum fac, &c.*
t.1.c.2.n.6

Ad Hebræos.

11. *Fides est substantia rerum sperandarum.*
t.2.c.8.n.3

1. Ioannis.

3. *Filij Dei sumus, & nondum apparuit quid
erimus.* t.3.c.20.n.4

Apoealypsis.

3. *Cum aperis librum, quatuor animalia
& 24. seniores ceciderunt coram agno.*
t.3.c.4.n.3
5. *Nemo dignus inueniens est aperire li-
brum.* t.3.c.4.n.3
12. *Prælium magnum factum est in celo.* t.2.
c.10.n.3

F I N I S.



D. ALBERTI MAGNI, RATISBONENSIS EPISCOPI, ORDINIS PRÆDICATORVM,

LIBER

De sacramento Eucharistie.

PROLOGVS.



VIA de sacramento al-
taris multa sunt quæ spe-
cialem habent difficul-
tatem, idè hæc ad finem
referuntur, ut cum de-
uotione & subtilitate ad
hæc tractanda vacemus.
Et quia aliquando in missa vocatur gratia,
& aliquando donum, sine datur, sine mu-
nus, & aliquando communio, & aliquando
sacrificium, & aliquando sacramentum, idè

ipsum in sex istis dictis generibus ponimus,
& quid propriè sibi secundum quodlibet
dichorum generum propriè conueniat, in-
quantum generum propriè conueniat, in-
quantum Deus reuelare dignabitur, dili-
genter inquiremus. Primum autem tracta-
bimus qualiter est in genere gratie: quia ab
hoc genere Eucharistie nomen accepit, quod
bona gratia interpretatur, eò quod illum
continet qui vas est omnis boni & in quo
est omnis gratie plenitudo.

DISTINCTIO I.

Quomodo hoc sacramentum sit in genere gratie.

INCIPIENTES igitur ab hoc
genere, gratiam Dei innocen-
tes, dicimus: Hoc est sacra-
mentum sacramentorum Eu-
charistia, omnis gratie con-
tentiu, e dulium vegetans ad vitam æter-
nam, viaticum confortans nos ad perficien-
dam huius exilij viam, & pignus æternæ sa-
lutis, & communicatio omnis sanctitatis.
Dico igitur, quòd hoc sacramentum, in sex
generibus ponitur propter innumerabiles
gratias quarum est contentiuum. Neque
vnum genus est, quod tot gratiarum potest
esse contentiuum. Est enim in genere gra-

tie, doni, cibi, communionis, sacrificij, &
sacramenti. In genere quidem gratie est
propter sex causas, quarum vna est: quia
non est nisi à gratia, & non nisi gratia esse
potest. Secunda autem: quia non datur nisi
à gratissimo. Tertia: quia non nisi gra-
tissimo administratur. Quarta autem:
quia gratiam operatur. Quinta
autem: quia est gratia facta
per gratiam. Et sexta,
quod omnis gratie
est conten-
tiuum.

D. Alb. Mag. lib. de Euch.

A

CAPVT



CAPVT I.

Hoc sacramentum non est nisi gratia.

Quod enim non sit nisi gratia, probatur per nomen ipsius: quia Eucharistia & est & nominatur quod sonat bona gratia: quia cum in omnibus sacramentis gratia eius percipiamus, tamen in hoc sacramento totum est gratia quod videmus, tangimus, & degustamus. Vnde Zacharia 4. dicitur de hoc sacramento; Et exequabat gratiam gratia eius: quia quicquid in omnibus sacramentis & virtutibus sparsum in gratis colligitur, totum simul hic in vna gratia inuenitur. Vnde significatur per gomor, quod est mensura mannae, quæ unicuique sufficiebat Exod. 16. Mensura enim sufficiens homini ad salutem, non est nisi quæ continet gratiam in qua totus Christus continetur. Hæc est vna aurea continens manna. Hebr. 9. quæ intra sancta sanctorum collocatur, quæ ad vniuersumque sufficit capacitatem. Vna enim aurea vel forma est exterior, quæ hanc gratiam includit. Vel cor est, quod intra se hanc gratiam colligit, significans corpus Christi contentiuum animæ Christi, & deitatis ipsius, quod totum non est nisi gratia: quia præter meritum tantum accepimus gratia beneficium. In hoc enim reuera gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Ioan. 1. Quia gratia ista impleuit figuralem sacramenti vacuum, & per veritatem vmbra repleuit antiqui & typici sacramenti. In hoc sacramento gratiam & gloriam dabit Dominus. Gratiam quidem in presenti, gloriam autem in futuro in influxu suo, quando sua diuinitate infuset in nos quasi flumen, pacem, & gloriam omnium gentium infuset in nos, quam fugemus, sicut dicitur. Isa. 64. hoc enim sacramentum pacificat desiderium, & sicut torrens ex igne charitatis liquefactus superimplerit omne cor nostrum. His enim sex dictis de causis Eucharistia nominatur. Non autem tantum est gratia, sed etiam non nisi gratia esse potest: quod nec merito, nec prece, nec pretio comparari potest. Quis enim dignis meritis, aut digno pretio, vel prece, hoc posset comparare, quod in sua solius dulcedine parauit Deus pauperibus suis. Psalm. 67. Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. Sap. 16. Paratum panem de celo presticisti illis sine labore. Hoc enim non nisi ex dulcedine procedere potest, quod Deus in sua dulcedine parauit. Hoc verè est quod oculus non vidit, nec auris audiuit, quæ preparauit Deus diligentibus se. 1. Cor. 2. Et Isa. 64. A seculo non audierunt, neque auribus perceperunt. Oculus non vidit Deus absque te, quæ preparasti expectantibus te. Et idè non nisi gratia esse potest: quia nullo merito, nullo pretio comparari potest. In hoc enim sacramento Christus Deus est omnis gratia. In aliis autem est gratia vnus solius. Vnde de hoc sacramento

dici potest quod dicitur. 1. Cor. 1. In omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni gratia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis. Ita etiam dicitur vobis in vna gratia expectantibus salutem nem Domini nostri Iesu Christi. 1. Cor. 1. Ecce. 14. In me omnis gratia vestra est. In me omnis scientia vestra est. Vnde dicitur non nisi gratia esse potest. Quia scriptum est omni plenitudine sua nobis præbuit in sanctificationis sacramentum: nullo enim merito hoc unquam aliquis præuenire potuit, nullo unquam pretio comparare. Vnde dicitur Isaia 55. Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Bonum enim omnis boni hic comeditur. Et anima ærumosa & destituta, in crassitudine dulcedinis Dei delectatur. Et hoc nemo mereri posset, nec comparare. Et idè non nisi gratia esse potest. Si enim gratia dicitur quæ gratis habetur, hoc sacramentum non nisi gratia esse potest, in quo seipsum nobis dat Deus. Si autem dicitur gratia, quia gratia accipitur, iterum non nisi gratia esse potest: quia nihil adè gratè à Deo accipitur sicut quando seipsum spiritualiter & corporaliter dat Deus. Proverb. 21. Superargentum & aurum gratia bona. Hæc est gratia bona quæ sonat Eucharistia, quam coram Deo inueniunt humiles corde. Eccli. 3. Humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Attende ergo, quod ab initio illius cap. 3. adductæ sunt auctoritates, quartum prima probat, quod idè dicitur Eucharistia, quia continens in se omnis gratia auctorem, æquar omnem gratiam virtutum donorum, & sacramentorum. Secunda probat, quod idè dicitur bona gratia: quia unicuique secundum suum statum sufficientem sibi confert mensuram gratiarum. Tertia probat, quod cor hominis locat intra sancta sanctorum in splendore deitatis: & idè bona gratia vocatur. Quarta ostendit, quod optima gratia est, quæ gratiam conferendo impleuit veteris sacramenti vacuum, & veritatem quæ in Christo est, ostendendo, totum antiquæ legis illuminauit typum. Quinta docet, quod idè bona gratia nominatur: quia Dei in nos & per gratiam & per gloriam hic & in futuro sub specie sacramentalis manducationis complet influxum. Sexta monstrat dulcedinis diuinæ in nos fluentis in hoc sacramento abundans & inundans delectamentum. Septima diuini cordis dulcedinem, quod pauperibus suam hanc gratia parauit. Octaua probat, quod idè totum dicitur gratia, quia sine merito & labore ex solo Dei bonitate est homini concessum. Non ostendit, quod non potest esse nisi bona gratia, quæ sui pretiositate ultra sensum & estimationem & intellectum hominis est in altissimo collocatur. Decima docet, quod sui valore in homine nihil relinquit paupertate destitutum: & idè bona gratia est vocatum. Vnde decima, quod idè bona gratia dicitur, quia omnis boni bonum exhibet, & dilectissimam crassitudinem infundit affectui. Decima

CAPVT II.

Hoc sacramentum non datur nobis nisi à gratissimo.

Secunda autem causa eiusdem nominis est, scilicet quod Eucharistia dicitur: quia non est datum nobis nisi à gratissimo Domino: licet enim omne quod nobis datur, gratia & bona voluntate Dei nobis datur, tamen excellenter gratissimam & benignissimam ad nos habuit voluntatem, quando hoc magnum nobis sacramentum preparauit: ad hoc enim inclinauit torrens & totam suam dulcedinem liquefaciens charitas. Hoc ostendit, quod sex sunt, quæ omne cor faciunt extuberare ad subiectos, scilicet bonitas, benignitas, pietas, dulcedo, charitas, & placabilitas, quæ cor Dei disposuerunt ad huius gratia preparationem. Bonitas enim est sui ipsius ad omnia communicatio & diffusio, sicut dicit Dionysius. Benignitas autem boni igniti & continè liquefacti cordis, in omni bonitate manans effluxio. Pietas autem in sibi familia semper liquefactus affectus. Dulcedo verò conuenientiam secundum naturam, contraria immanatio, quæ sub se continet suauitatem, quæ nihil aliud est, nisi in dulcedine immanante iocunda perceptio. Charitas autem ardor est cor torrens & incendens, ad hoc vt totum se expendat ad fruendum dilecti. Placabilitas autem facillis pacificatio, quæ etiam propter commissa aliqua sibi contraria non auertatur à beneficiis. Hæc igitur sunt, quæ cor gratissimi Dei hanc gratiam pro nobis preparare fecerunt. In hoc enim nobis suam communicat deitatem, vt seipsum totum in nos fundit, & in nobis ad totius animæ & corporis se diffundit spiritualiter & corporaliter per participationem. In hoc igitur suum bonum vt torrens voluptatis nobis infunditur. In hoc gustum accipimus suæ naturalis dulcedinis in omni suauitate delectationis. In hoc ita totum se ad nos effundit & expendit, quod nihil sui à nobis contineat, deitatem, spiritum, animam, sanguinem, & corpus nobis exhibens ad fruendum. In hoc propiciationem posuit, quæ placaretur in his in quibus aliquando suam meremur indignationem. Verè ergo Eucharistia vocatur & est, quæ tam à gratiosissima Dei voluntate pro nobis est preparata. Et de bonitate quidem dicitur Math. 19. Quid de bono me interrogas? Vnus est bonus. D. Alb. Mag. lib. de Eucha.

nus Deus. Quia sicut dicit Gregori. Esse suum bonitas est, natura dulcedo. Proprium ex tali fluens natura, est misereri & parcere. Hanc bonitatem omnibus communicat, & ad omnia diffundit, sicut dicitur 4. Reg. 4: quod impleuit sapiens mulier, vxor prophete, quæ sapientiam Dei significat, hoc est, cognitionem sapore bonitatis sapidam, vasa vacua non pauca: quia per omnia se diffundit, quæ non ponunt obstaculum ad ipsum. Oleum bene signat Eucharistiam, cuius figura est manna, quod sicut dicitur Exod. 16. saporem habuit panis vncti siue panis oleati: quia ille in eo percipitur, quem vnxit Deus oleo exultationis præ participibus suis, sicut dicitur Hebr. 1. & illud Ps. 44. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ confortibus tuis. Bonitas enim & olei virtus in hoc conueniunt, quod inter liquores commixtos nihil est adè diffusibile sicut oleum: & inter dona spiritualia nihil tam longè & late communicatum sui sicut bonitas, sicut dicit Boet. in libro de hebdomadibus: Omnia bonitatem Dei participant, & idè bona sunt, quia à bono sunt. Genes. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Hæc igitur bonitate affectus in voluntate non fuit contentus, quin communicaret se nobis ultra esse & bonum creationis, & ultra bonitatem & formam optimæ virtutis præparando lecythum huius olei, quo totus à nobis per substantiam & esse diuinum & humanum communicaretur, dicente Propheta Eliã. 3. Regum 17. Oleum in lecytho non deficiet, & farina in hydria non minuetur, vnde & nos & domus nostra pascamur. Lecythus enim & hydria formas sacramentales inter quas Eucharistia continetur, significant. A dicta igitur bonitate in qua preparatum est, Eucharistia nomen accepit. Hoc est bonum de quo communicatiua promissio promittit in bonitate sua Deus. Ierem. 31. Inebriabo animas sacerdotum pinguedine, & populus meus abundabit bonis. Sacerdotibus enim paratur in ministerium, & populo in communionem diuinæ bonitatis. Hoc est de quo replebitur in bonis desiderium suum quia in bonis communionis, Christi deitatis, spiritus, animæ, sanguinis & corporis omne sanctorum quietatur desiderium. Hoc est, de quo dicitur: Anima eius in bonis demorabitur. Quia quod hic in specie sacramentali modo percipitur, in gloria rerum veritate beata semper & felici instillatione sumetur. De benignitate autem, hoc est, bona ignitate Dei, quæ ignita & torrens eius bonitas hoc pro nobis prouidit & preparauit sacramentum, sicut dicitur in Psal. 50. Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Ierusalem. Muri enim Ierusalem non nisi de viuis lapidibus & diuinitate solidatis ædificari possunt. Hoc autem in se non habent homines, nisi lapidis angularis sint partes & membra, & hinc incorporantur per admirabile & efficax Eucharistia sacramentum, sicut enim dicitur Ios. 2.

Quæ cor Dei preparauit ad conseruandum nobis Eucharistia sacramentum.

3.

Boni

& talibus coram fodalibus gaudens iactabat se à Deo habuisse affectus.

7.
Charitas.

Adhuc & ex nimia charitate qua dilexit nos Deus, hoc sacramentum nobis exhibendo vocatur Eucharistia, hoc est, bonæ gratiæ diligentiæ & boni est, sicut dicit Dionysius, bona adducere, & optimi & optime diligentiæ est adducere optima. Cum igitur optima sui dilectione ad nos Deus hanc gratiam nobis paravit, dignè & iustè ratione Eucharistiæ, hoc est, bonæ gratiæ nomen accepit. Et hoc quidem ignorans dixit Abfalon ad Chufai Arachitem. 2. Reg. 17. Hæc est, inquit, gratia tua ad amicum tuum. Chufai enim arcanum interpretatur. Arachites autem fuscitans fratrem captivum. Quia hæc gratia tam excellens est, quod nemo novit arcanum eius, nisi qui accipit: & in tanta dilectione parata, quod omnes captivos fratres Christi ad vitam resuscitavit, dicente Christo Joan. 6. Qui manducat me, vivit propter me. Optime igitur in tali affectu & affectu dilectionis præparata gratia ad amicum, Eucharistia dicitur. Hinc est quod de dilectione ista loquens Dominus per Jerem. 31. dixit: In charitate perpetua dilexte: idè attraxi te miserans. Nunquam enim nos tantum attraxit, quantum tunc attraxit, quando ipse sacramentaliter secundum veritatem in nobis est, & nos in ipso secundum spiritualement sibi factam incorporationem: tunc enim fortissimè attraxi sumus, & eius colligari vinculo indissolubilis charitatis, ut nos in intimis suis firmus spiritualiter, & ipse in intimis nostris per sacramentalem sumptionem. Et hoc est quod dixit Is. 41. Confortavit faber ferrarius percussens malleo eum qui cudebat: tunc temporis, dicens, Glutino bonum est: & confortavit eum clavis, ut non moveretur. Faber enim ferrarius est Pater nos amans, & ex philanthropia, hoc est, amore hominum, dicens, Glutino, hoc est, amore charitatis, tanquam glutino mihi bonos coniungo. Et respondit omnis sanctus: Bonum est, quia nihil melius pro nobis excogitari potest. Dicitur autem faber ferrarius, amor Patris celestis: quia sicut ferrum omnia domat, ita amor vincit omnia: unde Virgilius in Buc. Omnia vincit amor, & nos cedamus amori. Nihil enim amoris amplexus est: quia nos adeo sibi glutinavit, ut ipse in nobis esset, & nos in ipso tam intime, ut ipse in viceribus nostris infunderetur, & nos sibi essemus incorporati. Si enim, ut beatus dicit Dionysius in libro de divinis nominibus, extrinsecus faciens est divinus amor, optime iste dicens est divinus amor, qui Deum in nos sic transponit, & nos in Deum: extrinsecus enim extrinsecus, constat quod Latine est transpositio. Dicit enim Is. 6. Qui manducet meam carnem, & bibit meum sanguinem: in me manet, & ego in eo. In me, inquit, manet, extrinsecus transpositus: & ego in ipso maneo, transpositus extra meipsum. Sic enim patitur sponso quando dicit in Cant. 7. Dilectus meus mihi, & ego ipsa. Non enim dilectus suus, sponsus esset, nisi esset in

ipsam transpositus: nec ipsa dilecto esset, nisi in ipsum toto esset affectu transformata. Sic tantum dicitur: Dilectus meus mihi, ad me conversio eius Cant. 7. Totus enim in nos convertitur, quando qualiter in ipso incorporati maneamus, in sacramento perficitur & ordinatur. Hinc est, quod clamat in Cant. 8. Dilectus meus clamat ad me: Pone me sicut signaculum super cor tuum, & super brachium tuum: quia fortis est ut mors dilectio. Extra amantem ponit animam in amatum, & idè fortis est ut mors: & idè dilectus super cor ut signaculum ponendus est, quia animam suam & corpus & deitatem ita profundè in nos transponit, ut in visceribus meis sit sacramentaliter, & nos in ipso corporaliter spirituali virtute unius efficiamus. Unde optime dixit sanctus Hieronymus in amatiis hymnis suis, quod amor siue charitas est virtus unitiva, que reuera, sicut dicit Augustinus, est virtus vinciens & uniens amantem & amatum. Et hoc etiam sacramentum cum sit amoris dicta de causa dicitur unionis sacramentum. Est enim quasi vinculum vinciens & uniens nos cum Deo, & Deum nobiscum. Unde in Psal. 62. dicitur: Adhæsit anima mea post te, & suscipit dextera tua. Anima enim nostra in sacramento adhæret immobiliter, & nos æternitatis suæ dextera amplectendo suscipit intime, & stringendo, ut nunquam separamur ab ipsa. Hoc est iterum quod dixit Os. 11. In funiculis adæ traham eos, in vinculis charitatis. De Adam enim in hoc sacramento accepimus corpus & sanguinem, quibus duobus funiculis in hoc sacramento, trahit nos Dominus. Vincula autem charitatis habemus: quia & secundum animam & deitatem nobis vincitur Dominus in hoc sacramento, ut in perpetuum non separemur: & sic sibi sumus incorporati, attrahiti, & colligati, dicit Dominus. Is. 41. quod nemo habet maiorem dilectionem, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Et saluum quidem per omnia sit verbum Domini mei: quia signum est, inestimabilis dilectionis, quod animam in mortem pro nobis posuit dedit nobis in sacramento, pignus redemptionis, & sanguinem in sacrificium expiationis, & corpus in communicationis vinculum, & deitatem in lapore optimi dulcoramentum: multum enim nos sibi sinxit in amplexum charitatis, quando taliter nos sibi sociavit. In hac charitate fundari & radicari, sicut dicitur Eph. 3. possumus comprehendere cum omnibus sanctis que sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum. Latitudo, inquam, qua hæc nos dilexit, ubique retrahit, nos sibi uniens per communioneis sacramentum. Longitudo vero, qua æternam in nobis operatur dilectionem, quando quod nunc specie sacramentali gerimus, in æternitate ipsum veritate capiemus. Sublimitas autem, quia supra modum in sublimitate operatur in nobis, & profundum inquit, quando etiam in profundum intimis cum in corpore & sanguine sibi incorpora-

mur. Sic quasi tribus diametris siue dimensionibus sociati, in longum scilicet, latum, & profundum, ut sicut deitas in ipso corporaliter inhabitavit, sicut dicitur Col. 1. ita & nos in ipso per trinam dimensionem corporaliter habitemus. Hoc enim potest perficere intima eius charitas, que in nos penetrat sicut ignis qui maxime penetrat, & nos sibi attrahit sicut calor ignis qui inter omnia trahentia magis trahit. Et idè dicitur de charitate. Cant. 8. Lampades ignis lampades ignis atque flammarum. Quia & nos sibi non modo attrahit, sed intrahit, & ipse in nos penetrat usque ad medullas. Tali enim affectione dixit Jerem. 17. De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me. Ignis enim in medullas penetrans erudit que sit vis istius amoris, quo sic nobis Christus se infundit, & nos sic intrahit iara seipsum: nec alius potest scire quam amor intimus hanc virtutem. In hoc, inquit, Is. 41. cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis. Quia in hoc magisterio & vos in me, & ego in vobis manebimus, ut sumus in vnum consummati. Quid igitur nisi bona & optima gratia esse potuit, quod Deus nobis in hac dilectione ad nos affectus præparavit.

9.
Placabilitas.

Placabilitate autem maxime offendit, quod non nisi gratiosa pro nobis cogitavit, & ea que erat optima gratia, que Eucharistia vocatur, demonstrativa: quia etiam veteribus, delictis provocatus adhuc pro nobis hanc gratiam præparavit: & idè bona gratia vocatur, quia ab optima voluntate præparata. Is. 2. Benignus & misericors & patiens & multum misericors & præstabilis super malitiam. Hæc enim ultra modum est bona gratia, qua voluit à nobis separari, quibus voluit vni nobis qui separati ab ipso per meritum peccati debebamur. Unde Rom. 7. Commendat autem suam charitatem in nobis Deus: quoniam cum adhuc impij essemus, sed secundum tempus Deus pro nobis mortuus est, & non tantum mortuus est, sed etiam per passionis suæ sacramentum nobis univit. Propter hoc enim etiam in ipso sacramento sacrificium placationis posuit, ut si quid esset quod nos ab ipso dilingeret, merito sacrificij illius purgaretur sic enim dicitur in Psal. Sacrificium & oblationem noluit, aures autem perfecisti mihi. Holocaustum & pro peccato non postulasti, tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam Deus. Quia enim Deus nullam præter legis sacrificium accepit in quo peccata remitteret, idè Christo aptavit corpus coniunctum, & unitum deitanti, in quo sacrificio placatus nobis de omnibus efficeretur peccatis: & quia holocaustum animalium & sanguinem animalium pro peccato sibi oblatorum nec voluit nec debuit accipere pro peccati satisfactione, idè et voluntate venit Christus in mundum: deinde obediens Patri peccaret voluntatem: & offerendo ut nobis omnibus in suo sanguine placationem inueniret. Hæc igitur est quæ

quotidiè deuotamus agnum ad aram sine macula mysticaliter maciando, ut in placabili voluntate qua hanc gratiam pro nobis inuenit Deus, Deum placatum nobis esse faciamus. Unde Hebr. 9. dicitur: Non per sanguinem taurorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem semel in sæcula æterna redemptione inuenta. Optima igitur est hæc sacramenti gratia, que à tam gratiosa & placabili voluntate Dei pro nobis est inuenta: dicitur enim ad Hebr. 9. quod sine sanguinis effusione non fit imudatio. Magna igitur est ista gratia, quæ à nobis placabilis Dei voluntas que omni casu contingente placari voluit: & ut placari posset, per seipsum hanc viam placationis inuenit, ut filius carnem assumeret unde placare deberet, & deitatem non deponeret unde placare posset: unde hoc sacrificij quotidie oblatio placaretur: & huius optime gratiæ ipse inuentor existeret & acceptor. Psal. 50. Tunc acceptabis sacrificium iustitiae, oblationes & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos. Tunc, inquam, quando istud sacrificium à Christo est oblatum, tunc omne sacrificium iustitiae oblatum acceptat Deus, & oblationes vororum nostrorum, & holocausta in igne deuotionis incensa, & etiam vitulos petulantiae nostræ maciatis per carnis mortificationem imponimus super altare sacrificij corporis Christi, ut in ipso etiam ipsi vitali placabiliter acceptentur. Nunquam enim esse potest, quod is qui de facili placabilis est, non bonam semper cogitat gratiam facere pro his quibus de facili placatur. Dicitur Exod. 34. quod placatus factus est Dominus ad orationem Moyfi de malignitate quam dixit facere populo suo. Et hoc idem Num. 14. confirmatur. Multo autem magis placatus sit oblatione Filij sui, quam Filius suus obrulit, & in qua Filius suus sibi offertur & sacrificatur in placationem. Optima igitur hæc gratia est & Eucharistia dignè vocata, quam ipse Deus placavit sibi ut offerretur, inuenit ut placaretur. His igitur de causis Eucharistiæ siue hanc gratiæ hoc sacramentum nomen accepit quia in bonitate, benignitate, pietate, dulcedine, charitate, placabilitate hanc gratiam nobis Deus præparavit: in bonitate de nobis sentiens, benignitate bonitate sua suæ, pietate liquefacto affectu in omnes nos effluens, dulcedine sua affectus in filios, & charitate feruens, & placabiliter ut bona facere possed etiam mala condonans, hoc sacramentum bonitatis, benignitatis, pietatis, dulcedinis, charitatis, & placabilitatis, nobis præparavit, &c.

CAPVT III.

Hoc sacramentum non datur nisi
gratissimis amicis.

Est autem adhuc bona gratia vocatum : quia sicut à gratissimo Deo, ita & gratissimis amicis est præparatum. Quod autem gratissimis paratur, optimæ gratiæ dignè nomen accepit : quia gratissimis optima cupimus & paramus. Huius autem quatuor causas aliquis potest assignare. Vna quidem : quia charissimi sunt & intimi, & idèo intima ad dilectum gaudent coniunctione : & hoc per optimam gratiam perficitur. Alia autem : quia gratissimi maiori coniunctione sunt digni : dignitas autem hæc & electio per optimam pernici habet gratiam. Tertia autem : quia gratissimi in superabundantia non possunt esse gratissimi, nisi per optimam gratiam, & illam Eucharistiam esse oportet. Quarta autem : quia gratissimi fonti gratiarum sunt simillimi, & idèo Euchares Græcè vocantur, Eucharistia, hoc est, bona gratia porientes. Et de prima quidem harum causarum dicitur *Cant. 5.* Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Cum enim charorum sit in seinuicem habitare per desiderium, non diceret, Comedite amici, & bibite, nisi per suum corpus & suam sanguinem & animam & deitatem in eos penetrare quereret. Nec diceret, Inebriamini charissimi, nisi vellet, quod oblati sui ipsius in ipsam Deum viceuersa etiam ipsi quererent penetrare per incorporationem, sicut dicitur *Genes. 43.* de Ioseph & fratribus suis : Introduc viros domum, qui mecum comesturi sunt in meridie, hoc est, in pleno seruire lucis, veritatis, & caloris charitatis. Mecum, inquam, comesturi sunt, & perfecte mecum, vt ego, dicit Christus, sum & commensalis & cibus. Vnde versus :

Rex sedens supra urbem cinctus duodena,
Se tenet per manibus, se cibari ipse cibus.

Seipsum enim & manibus tenuit, & de se ipso intimos cibavit : & idèo quasi ebrius dulcedine & charitate suorum, nihil sui fuit in quo dilectissimi sibi non communiuicauerint, sicut & Ioseph in seruire meridiano comedens cum fratribus suis, eoram eis legitur fuisse inebriatus. *Genes. 43.* Sic ergo dilectissimorum est præparatio, optime gratiæ.

^{1.} Sunt autem secundò gratissimi & dignissimi vt gratia poriantur optima : & hoc Eucharistia Græcè vocatur. Hoc signatum est *Dan. 1.* vbi summus rex & monarcha mundi præcepit, vt introducerent de filiis Israël pueros, in quibus nulla esset macula, decora forma, & eruditos omni sapientia, cautos scientia, & doctos disciplina, qui possent stare in palatio regis. Et post pauca : Et constituit eis rex annonam per singulos dies, & de vino vnde bibebat ipsiales enim charissimi gratia optima digni sunt, qui filij

Quatuor de
causis Eucharistia
gratissimis
paratur.
1. causa.

2. causa.

sunt per imitationem rectissimi in omni virtutis rectitudine. Pueri in omni puritate sine macula innocentiae, candore decori in omni forma compositionis gratiæ, eruditi, hoc est, extra ruditeriam positi celesti sapore cognitionis diuinæ, cauti ad omnem astutiam diaboli, & mundi per scientiam, quæ benè docet conuersari in medio prauæ & peruersæ nationis : docti doctrina Spiritus sancti in omni disciplina spirituali per vnctionem quæ docet de omnibus, qui omni dignitate præcellentes sunt egregij, stare erecti ad cælum possint in palatio templi gratiæ & templi gloriæ, contemplando vultum regis. His vt optima gratia dignissimis constituit rex annonam Eucharistiæ per singulos dies accipiendam, & de vino regali sanguinis sui. Vnde ipse rex per omnia membra sua bibit & infunditur, vt eadem sagina corporis vnde rex viueret, & eadem vindemia sanguinis quo membra eius infunduntur, nutriantur, & regerentur ad beatitudinem. Hoc etiam significatur *Esther 1.* quod Assuerus tertio anno imperij sui fecit grande conuiuium principibus & pueris suis fortissimis Persarum & Medorum in clytis præfectis prouinciarum eorum se. Sic enim noster Assuerus qui beatus interpretatur, tertio anno, hoc est, tempore gratiæ, quod antecesserat annus naturalis legis, in quo hoc sacrificium in oblatione Melchisedech fuit præfiguratum, & annus legis Moysei, in quo in agno paschali fuit expressus significatum in conspersa farina & asinis. *Exod. 12.* Hic igitur tertio anno imperij sui perfecit grande conuiuium Dei gratia & veritate perfectum. Fecit autem dignis dignum conuiuium : quia & principes sunt, nulla nisi ea quæ sunt digna principe cogitantes, sicut dicit *Isa. 32.* & pueris suis omni puritate cordis & corporis dignissimis in clytis Medorum, qui mensurantes & adæquantes interpretantur : quia tales semper se mensurantes intra fines suos consistunt, in nullo se super se eleuantes : quia sicut dicit Philosophus, insipiens est, qui sui ipsius ignorat quantitatem, semper se carius vendens quam sit propria æstimatio spiritus. Hi sunt Persarum qui tentari interpretantur fortissimi : quia ipsi sunt de quibus dicitur *Luc. 22.* Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Interpretantur etiam per se latera sua disidentes, quod optimè tantæ dignitatis competit viris, qui latera sua, id est, carnalium amicorum omnino deserunt, patrem spirituum sequentes : & hac fortitudine confortati digni haberi sunt tanto conuiuium. Hi sunt præfecti prouinciarum Dei sui, quia quasi pro speculo positi sunt in quibus se diiudicent inferiores, & inueniant in eis quid imitentur. Dignissimis ergo præparatum hoc conuiuium optima gratia est vocatum.

^{3.} Adhuc autem tertia causa est : quia gratissimi per super abundantiam dicti gratissimi esse non possunt, nisi per optimam gratiam digni sint effecti. Hæc autem optima gratia non vocatur nisi Eucharistia : quia per assumptionem

ptionem huius gratiæ omnino eucharistia sunt facti & appellati. Vnde Apostolus dicit *Hebr. 13.* loquens de gratia hac. Optimum est gratia stabilire cor, non escis quæ non proficiunt ambulanti in eis. Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt. Optima enim gratia potior per superabundantiam, qui hæc gratia cor stabiliunt à carnalibus gastrimargiæ escis se penitus auerentes : quia illæ nihil gulosis profuerunt nisi ad corruptionem : & idèo qui tabernaculo corporis deseruiunt, de altari Eucharistiæ edere non habent potestatem. Vnde hanc optimam gratiam qua gratissimi Deo potiuntur commendans *Isa. 25.* dixit. Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, & conuiuium vindemiæ, & conuiuium pinguium medullatorum, & vindemiæ defæcatæ. Nullus enim nisi Dominus exercituum Deus Sabaoth, cuius plena est omnis terra gloria eius, possit hoc perficere. In monte, hoc est, tam excellentis gratiæ altitudine omnibus quidem partem, sed gratissimis exhibitum. Conuiuium pinguium omni pinguedine gratiæ & deuotionis saginarum, conuiuium medullatorum pinguium quæ medullæ dulcissimæ consolationes sunt saporum Spiritus sancti per totum conuiuium diffusi. Vindemiæ autem est conuiuium in gaudio cordis. Et vindemiæ defæcatæ : quia hoc gaudium Spiritus sancti nihil impuritatis habet admixtum. Hic enim est calix in manu Domini gratissimis porrectus. Calix, inquam, vini plenus meri, hoc est, defæcati, qui calix semper est plenus mixto : quia aquam quæ populum signat, semper habet admixtam, vt nec nos sine ipso, nec ipse sit sine nobis. Sic ergo gratissimis per superabundantiam optima gratia porientibus, hæc gratia data merito Eucharistia vocatur.

^{4.} Quarto loco gratissimi sunt fonti omnia gratiæ similes vel simillimi : sicut enim etiam secundum naturam aliud simillimum nobis efficitur quod membris nostris incorporatur. Hi pro certo Christo simillimi sunt, qui iam Christo concorporales & incorporati sunt effecti : nullus autem Theologorum dubitat, quin incorporatio hæc fiat per Eucharistiæ Sacramentum : & sic incorporati gratissimi sunt Deo, quibus continuè ad magis & magis incorporandum se Domino Eucharistia præparatur. Vnde de taliter gratissimis à Domino dicitur *Luc. 22.* Ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Regnum enim gratiæ est, in quo perfectè potestatem regnat Deus in his qui iam Christo concorporales effecti, sibi sunt incorporati. In his enim sicut cor regnat in membris corporis, ita rex gloriæ & gratiæ Christus regnat in illis. Hi sunt de quorum vno dixit : Quæsiuit Dominus sibi virum iuxta cor suum. *1. Reg. 13.* His ergo hoc regnum disponit per omnes iustitias suæ & legum distributiones : his vt amplius incorporaretur, dixit, vt edatis me in vos sumen-

do, & vos mihi magis & magis incorporando, & bibatis redemptionis & expiationis sanguinem continuè nobis infundendo ; & pignus salutis in eo magis ac magis continuè fumendo. Hoc est quod dixit quidam in Spiritu sancto. *Luc. 17.* Beatus qui manducabit panem in regno Dei. Quia reuera beatus est, qui iam in regno Christi, hoc est, membrorum incorporatorum Christo, panem Christi manducat. Hi sunt de quibus dicitur *Thron. 2.* quod nutriebantur in croceis. Crocus enim & subtilis est ad penetrandum, & flagrans ad odorandum, & virtutem habet ad splendorem pulchritudinis conferendum : quæ omnia sunt in hac gratia, quæ sublimitate deitatis penetrat, odore virtutum flagrat, & splendore plenæ gratiæ pulchritudinem inducit spirituales, qua pulcherrimo regi & fonti gratiarum assimilantur. Propter quod & gratissimi fonti gratiarum simillimi vocantur. Quia igitur tam intimis in charitate, tam dignis merito, tam excellentibus in gratia, tam similibus fonti gratiarum, hæc gratia præparatur, dignè & iuste vocatur Eucharistia : quia non decet, quod talibus nisi optimæ gratiæ iudicium præpararetur : & hæc Græcè Eucharistia vocatur.

CAPVT IV.

Hoc sacramentum Eucharistia non
nisi bonam gratiam operatur.

Quarto autem loco supra posuimus, quod idèo etiam Eucharistia vocatur : quia non nisi gratiam bonam operatur : & idèo omnis suus effectus optimæ gratiæ est effectus. Hoc autem in quatuor probatur. Quorum primum est, quod hoc sacramentum proprium habet gratiæ effectum. Secundum, quod specialis gratiæ coram Deo est inuentium. Tertium, quod specialiter Deo est acceptum. Quartum etiam, quod nihil est in eo nisi gratum. Primum autem horum probat ea quam in præhabitis induximus autoritas *Hebr. 13.* vbi dicit de Eucharistia loquens : Optimum est gratia stabilire cor. Gratia ergo cor stabilis & confortat ad hoc quod in bono diuino permaneat. Hoc autem specialiter hæc gratia facit, sicut dicit *Psal. 103.* Panis cor hominis confirmat. Ex debilitate enim hominis homo hac gratia destitutus, nutat & vacillat, seipsum in bono tenere non valens, huius gratiæ medicina destitutus. Et diu nutauerat Paulus, & sicut dicitur *Act. 9.* Cum accepisset gratiæ huius cibum, confortatus est. Hæc vera gratia cibum animæ vegetans ad saturitatem & confortationem, cum alia omnia nec saturitatem offerant, nec cordis confortationem, dicente Anna, quæ gratia interpretatur. *1. Reg. 2.* Repleti prius pro panibus se locauerunt, & famelici saturati sunt. Qui enim prius ingluuie ventris repleti sunt, & pro panibus se locant, temporalem quærentes satum

Sacramentum
Eucharistia
proprium habet
gratiæ
effectum.

saturationem, nihil penitus gratiæ saturantis & confortantis accipiunt. Famelici autem cibum Domini desiderantes saturantur & confortantur. Et hoc idem dicit nostra illuminatrix Maria filia Annæ, hoc est, gratiæ *Luc. 1.* Esurientes impleuit bonis, & diuites, sufficientiam in temporali refectione querentes, dimisit inanes. Qui enim aliam quam gratiæ querunt refectionem, de hac gratia edendi non habent potestatem, dicente Apostolo *1. Cor. 11.* Conuenientibus vobis in vnum, iam non est Dominicam cœnam manducare: vnusquisque enim cœnam suam præsumit ad manducandum, & alius quidem esurit, alius verò ebrius est. Ac si dicat: Si aliam quam gratiæ refectionem queritis, hanc gratiam percipere non potestis: Alius enim iam concupiscentia illecius, temporalem refectionem esurit. Alius autem delectatione carnali repletus, insanus & ebrius est. Et ideo istis talem gratiam non querentibus non contingit Dominicam cœnam manducare. Hoc est quod dicitur *Prov. 17.* Iustus comedit & replet animam suam: venter autem impiorum insatiabilis est. Quia igitur gratia faciat, & proprium habet hunc effectum hoc sacramentum in cibo acceptum, propriè bonæ gratiæ nomen accepit.

2.
Est specialis gratia coram Deo inuenitur.

Secundum autem est, quod specialis gratiæ coram Deo est inuentiuum: pro omnibus enim inuenit gratiam oblatum in cruce: & ideo quando Christus hoc sacramentum suis discipulis tradidit *Matth. 26.* & *Marc. 14.* & *Luc. 22.* dixit: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur, vt scilicet vos gratiam coram Deo inueniatis. Et hoc signatum est *Ruth. 2.* vbi statim vt Booz dixit ad Ruth. Ne vadas in alterum agrum ad colligendum, nec recedas ab hoc loco, sed iungere puellis meis, & vbi messuerint, sequere: mandavi enim pueris meis, vt nemo molestus sit tibi: sed etiam si sitieris, vade ad farcinulas, & bibe aquas, de quibus pueri mei bibunt: statim in gratiarum actione cadens in faciem suam & adorans super terram, dixit: Vnde mihi hoc, vt inueniam gratiam ante oculos tuos? Ager enim in quo gratia istius refectionis colligitur, terrenum & diuinum est Domini corpus: nec ad alium agrum euntes inuenimus gratiæ edulium, sed iuncti puellis & pueris nostri Booz, qui in quo est virtus, interpretatur, virtutis colligimus cibum, & ad farciunculas quæ figuras & formas sacramentales significant, bibimus aquas refrigerii sempiterni: statim in gratiarum actione odorantes & dicentes, quia gratiam inuenimus specialem. Hanc autem non inueniunt, qui in agro corporis Christi victum non querunt, sed potius omni gratia priuati inanes relinquuntur. Hæc sunt noualia patrum, de quibus *Proverb. 13.* dicitur: Multi cibi in noualibus patrum. Patres enim omnes in Christi corporis noualibus gratiam saturationis inueniunt: quia nihil malarum stirpium in hoc nouo fundo vnquam succreuit: gratia ergo nouæ sarietatis coram Deo specialiter in sacramento hoc inuenitur: & ideo Eucharistia vocatur.

Tertiò etiam constat, quod specialiter Deo est acceptum: quia specialis gratiæ est ostensiuum: vnde *Matth. 16.* & *Marc. 17.* & *Luc. 9.* & *Ioan. 6.* vbi hæc gratia sacramentalis significatur in panibus quibus Dominus turbas satiauit, semper præmittitur, Accepit Iesus panes, & benedixit, ac fregit. Vbi Glossa dicit, quod accepit, quoniam specialiter hoc sacramentum acceptauit inter omnes gratias quas hominibus exhibuit. Oportet autem specialiter gratiæ nomen habere, quod in gratia ipsi fonti gratiæ acceptissimum. Vnde *Psal. 50.* Acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos. Sacrificium enim iustitiæ est, quod omnem pro nobis perfecit iustitiam, & quod specialiter in gratia Deo est acceptum, sacramentum est Eucharistiæ, in quo oblationes sunt corporis & sanguinis animæ & spiritus & deitatis Christi, & holocausta agni omni tempore immolandi catamanè & catauere, sicut dicitur *Leu. 6.* qui agnus totum in igne charitatis se incendit in odorem suauissimæ gratiæ apud Deum: & tunc illa gratia potentes etiam nostros vitulos, hoc est, omnem carnalem petulantiam mactantes imponimus super altare sacramenti in igne charitatis, nostra sibi offerentes, vt accepta sint in tanti sacramenti acceptatione. De his autem qui huic gratiæ non communicant, dicitur *Mal. 1.* Non est mihi voluntas in vobis, & munus non suscipiam de manu vestra, hoc est, quicquid offeritis, non acceptabo: quia sine huius oblationis gratia nihil est acceptum. Et hoc est quod subdit: Ab ortu enim solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in Gentibus, & in omni loco nomini meo offertur oblatio munda. Munda autem digna Deo est & accepta.

4.
Nihil est in eo nisi gratia.

Quartum autem est: quia nihil est in hoc sacramento nisi gratiarum: omnia enim quæ in ipso sunt, corpus, & anima, & deitas. Corpus autem ex purissimis est sanguinibus gloriosæ Virginis, qui ex Spiritu sancti gratia sunt mundati, nunquam vlla originalis vel actualis peccati macula infecti. Anima autem à Deo Patre & Filio & Spiritu sancto ad imaginem Dei perfectissima creata de nouo, & deitas æterna, in cuius munditia nihil vnquam immundum potuit incurere. *Sap. 8.* Et cum essem magis bonus, veni ad corpus incoquinatum. Et ergo propter suam munditiam nihil inquinatum incurrit in illam. Et sic mirabili & noua gratia hæc occurrunt aliqua, scilicet antiquum, nouum & æternum. Antiquum quidem tantum in antiquitatis primæ gratia assumptum: quia in immunitate culpæ Christus assumpsit corpus, quamuis voluntariè assumpsit penam. Et hoc est quod dicitur *Ioan. 1.* Qui de celo venit, super omnes est, sicut dicit Glossa ibidem: Non quod de celo corpus attulerit, sed quia hoc quoad immunitatem culpæ de altitudine humanæ naturæ assumpsit. Et hoc corpus plenum gratia fuit propter duas causas. Quarum vna est: quia corpus altitudinis diuinæ naturæ in gratia

3.
Est Deo specialiter acceptum.

fuit. Secunda autem: quia corpus manibus Spiritus sancti formatum totum fuit gratiæ promptuarium. Et hoc est signatum *Iudic. 6.* vbi ros in arena descendens, & conchiam & vellus impleuit. Ros enim gratiæ & conchiam vteri virginis & vellus agni immaculati in corpore Christi impleuit: & expressum vellus conchiam impleuit, quia de corpore Christi redundans gratia impleuit Virginis vterum, & impleuit Ecclesiam, cuius ille vterus fuit figura. Patet igitur, quod nihil nisi gratia fuit in eo quod fuit antiquum. Nouum autem, hoc est, anima, plenum fuit gratia. De hac enim dicitur *Ioan. 3.* Non ad mensuram dat Deus spiritum: hæc enim anima non ad mensuram in donis sanctitatis accepit Spiritum sanctum: hæc enim felix anima est, de qua dicitur *Proverb. 70.* Multæ filiz congregauerunt diuitias, tu supergressa es vnuerfas. Et ideo nouum etiam plenum fuit imbre gratiarum. Æternum autem quod est deitas, non tam est gratiæ plenum, quam etiam fons gratiarum: hic est enim fons copiosè omnia per gratiam infundens, de quo dicitur *Cap. 4.* Fons horrorum, puteus aquarum viuientium, quæ fluunt impetu de Libano. Libanus enim candidus est noster Christus, à quo impetu diuinitatis eius fluunt indeficientes riuus gratiarum. Sic igitur omne quod est in hoc sacramento, gratia est plenissimum. Et hoc signatum est *Gen. 18.* vbi magnus patriarcha Deus Pater vxori suæ sapientiæ dixit: Accelera, tria fata farinae similæ commisce, & fac subcineritios panes azymos, procul dubio Angelorum vsui præparatos. Simila enim corporis & animæ & deitatis signat puritatem. Et ideo tria fata dicuntur esse, in quo corporis sit puritas & animæ & gratiæ & deitatis candor æternus. Ex his autem fit manu sapientiæ præparatus noster subcineritios panis, Iesus Christus, sub cineribus nostræ mortalitatis decoctus, & vsui Angelorum ad omnem delectationem præparatus: quia sicut dicit *Psal. 77.* Panem Angelorum manducauit homo, cibaria misit eis in abundantia. Nihil enim nisi gratiæ plenitudo in hoc inuenitur sacramento: quia & corpus in nobis efficit gratiæ communionem, & anima gratiæ redemptionem: & deitas omnis gratiæ acceptationem: & ideo meritò bona gratia, hoc est, Eucharistia vocatur hoc sacramentum.

CAPVT V.

Hoc sacramentum est gratiam supra gratiam, quasi cumulum continentem gratiarum.

Quinta causa quam supra posuimus, est quod est gratia super gratiam quasi cumulum continens gratiarum. Confert enim hoc sacramentum gratiam communionis, & super hac gratiam expiationis, & super has

duas gratiam redemptionis, & super has tres confert gratiam viuificationis, & super has quatuor dat gratiam refectionis spiritalis, & super has quinque significat nobis gloriam æternæ beatitudinis. Et ex his patet, quod cumulum confert gratiæ & sanctitatis, & ex corpore quidem confert gratiam communionis omnium Christi membrorum, ex sanguine autem dat gratiam expiationis, ex anima verò gratiam redemptionis, & ex Spiritu Christi dat gratiam viuificationis & virtutis, ex deitate autem affert gratiam refectionis, & ex toto signo sacramenti dat gratiam æternæ beatitudinis. Et de communionem quidem corporis dicit *Apostolus 1. Corinth. 10.* Panis quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est? Quasi diceret. Sic est: quia sicut dicit *Apostolus 1. Corinth. 12.* sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo. Sicut enim in vno corpore Christi naturali & vero omnium membrorum fuit vna in corpore Christi omnis boni & omnis gratiæ communicatio, ita in corpore mystico per corpus Christi verum omnes in omnibus gratiis Christi & omnium fidelium communicamus. *Psal. 118.* Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua Domine. Vnde verè dicitur de fidelibus *Act. 4.* Erant illis omnia communia. Et sequitur statim, quod non erat quisquam egens inter illos, sed verè fit in illis quod dicit *Apostolus 2. Corinth. 8.* ex æqualitate, sicut scriptum est de manna. *Exod. 16.* Qui multum habuit, non abundauit: & qui parum, non minorauit: omnibus enim in hac communionem corporis Christi omnia quæ sunt corporis, sunt communia, sicut & membra corporis Christi veri omnia bona corporis communicauerunt. Hæc est sanctorum communio, quam in simbolo nos credere profiteremur, dicentes: Credo in sanctorum communionem. Quia in communionem corporis Christi omnia quæ sunt Christi & fidelium propria, nobis omnibus efficiuntur communia, sicut dicitur. *1. Cor. 8.* Vestra abundantia illorum inopiam suppleat, vt in illorum abundantia vestra inopia sit supplementum. Hæc enim sunt promptuarium huius sacramenti, de quibus dicitur *Psal. 143.* Promptuarium eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Et hoc est quod in consonanti iocunditate sanctorum de plenitudine ista accipientium in gratiarum actione dicit *Psal. 144.* Memoriam abundantie suauitatis vestre eructabunt, & iustitia tua exultabunt. Habentes enim illam memoriam abundantie istius communionis Christi & omnis sanctitatis, de plenitudine illa eructant suauitatem, & exultant in iustitia abundantissima ad omnem plenitudinem gratiarum.

Gratia cum: munitio.

2.
Gratia est: piamia.

Super hanc communionem plenitudinem in omni gratia confert gratiam expiationis ab omnibus peccatorum piaculis. Non enim vnquam expiatur, quod sanguis Christi non expiauit & emendauerit: Vnde dicit *Psal. 59.*

Psal. 50. Lauabis me, & super niuem dealbabor. Et præmisit, Asperges me Domine hyssopo, & mundabor. Hyssopus autem herba est sanguinis & pulmonis purificatiua, sanguinem Christi signans, qui nos omnes expiat à maculis peccatorum. Vnde *Apo. 7.* dicitur de omnibus expiatis: Lauarunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Quia quicquid in conuersatione operis, vel obseruantia cordis, vel affectibus, & sensibus animæ, vel cogitationibus spiritus inuenitur, non expiatur nisi sanguine Christi asperusione. Et hoc est quod dicitur *Iob 9.* Si lotus fuero velut aquis niuis, & fultentur velut mundissimæ manus meæ, tamen fordibus intringes me, & abominabuntur me vestimenta mea. Quia quamuis niueas virtutes habeamus naturales & purgatorias, siue etiam animi purgati, sicut distinxit Plotinus: & si vestimenta conuersationum nostrarum fulserint velut mundissima picturis heroicarum virtutum decorata, tamen nisi sanguis Christi expiet nos, & sordescimus & sordidi sumus, dicente *Apostolo Hebr. 9.* Sine sanguinis effusione non fit remissio. Hoc etiam est quod signatur *Hebr. 9.* ubi omnia præcipiuntur mundari in sanguine, dicente Aaron, Hic est sanguis testamenti quod mandauit ad nos Deus. Testamenti enim sanguis, sanguis est expiationis, in quo omnia mundantur, dicente *Apostolo Hebr. 9.* Sanguis Christi emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad feruendum Deo uiuenti. Hæc igitur gratia expiationis est super gratiam communionis in hoc sacramento.

3.
Gratia redemptionis.

Cumularur & hoc sacramento per gratiam redemptionis quæ est in animæ pretio quod pro nobis in hoc offertur sacramento: hoc enim, ut dicit Ambrosius, est admirabile pretium, cuius pondere rota est redempta captiuitas, mundi tartarea confracta sunt claustra inferni, aperta est nobis ianuæ regni, & nos sumus omnes liberati. *Isa. 40.* Ecce Deus noster, ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo. Merces, inquam, qua omnes redempti sumus. *Psal. 129.* Apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Quia pretium animæ plus ponderis intulit in thesauros patris, quam totum abstulerit humanum genus. Hoc est pretium decoris. *Zachar. 11.* Proiice illud ad statuarium, decorum pretium, quo appreciatus sum ab eis. Ad statuarium, hoc est, primum imaginis humanæ factorem intulit pro nobis Christus in redemptionem nostræ captiuitatis. Vnde Iacob in figura Christi dicit de eo *Genes. 31.* Damnum omne redderam, si quid furtim perierat, à me exigebas. Plus enim quam damnum pro nobis soluit anima Christi: quia & nos ab obligatione captiuitatis redemit, & nobis vitæ æternæ mercata est beatitudinem: sic enim in redemptionem pro nobis Christus animam suam posuit. *Ioa. 15.* Maiorem hæc dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Et iterum *Ioa. 10.* Bonus pastor animam suam ponit

pro ouibus suis. Et hoc pretium redemptionis quotidie offerimus ad aram in deuotione, ut ab omni obligatione redimamur. Vnde *Apostolus 1. Corinth. 6.* Empti estis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore vestro. Empti enim sumus non alitur, quia redempti sumus animæ Christi pretio. Et hoc quod dicitur. *1. Pet. 1.* Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis à vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine tanquam agni immaculati Christi. Nec loquimur de sanguine in quantum in ipso specialiter est gratia expiationis, sed potius in quantum sedes animæ est in sanguine, in pretium redemptionis. Ad hanc redemptionem clamat Dauid in *Psal. 129.* dicens: Redimet Deus Israël ex omnibus angustiis suis. Hanc igitur gratiam super duas dictas habet hoc sacramento.

Adhuc autem & his quartam cumulat gratiam viuificationis ex spiritu Christi: quia sicut in aliis hominibus vehiculum est spiritus vitæ & virtutis, restituent in nobis omne quod deperditum vitæ spiritualis ex inedia famis antiquæ, per quam macerati non habentes istud edulium, vita diuina deperdita est in nobis: hoc enim totum deperditum spiritus Christi refundit in sacramento corporis Christi viuifici, quod totum est plenum spiritu. Vnde *Ioa. 6.* dicitur: Qui manducat me, viuuet propter me. Et quod à spiritu hæc vita procedat, dicit ibidem: Spiritus est qui viuificat, caro autem non prodest quicquam. Sic etiam de mortuis qui corpus Christi acceperunt, dicitur. *Exech. 37.* Ingressus est in ea spiritus vitæ, & vixerunt. Spiritus enim perpetuus vitæ, spiritus Dei est: quoniam abundanter nostrum spirat sacramento. Vnde *Apostolus dicit Rom. 8.* Qui suscitauit Iesum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora nostra, propter inhabitantem spiritum eius in nobis. Mortalia enim corpora sunt, quæ continuè deperditionem habent in vitæ principiis, quæ deperditio continuè reparatur per viuificationis & vegetationis æternæ sacramento. Sic de Christo summa sapientia Patris, qui hunc viuificationis modum excogitare potuit, dicitur *Eccli. 4.* Sapientia vitam filiis meis inspirauit. Inspirauit enim omnibus filiis suis vitam in pane filiorum viuifico, in quo Christus sumitur, à quo vitæ spiritus procedit. Sic enim ut *Eccli. 15.* dicitur, cibabit illum pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illum, sicut dicitur *Ioa. 10.* Ego vitam æternam do eis, & non peribunt. Per cibum enim coniungit eis spiritum qui æternam vitam spirat in eis: & ideo perire non possunt, & hæc est quarta gratia quam cumulat super tres anteriores.

Habet autem & quintam ex refectione deitatis: hæc enim est quæ verè reficit & verum confert homini nutrimentum refectionis. Vnde *1. Corin. 3.* Neque qui plantat, est ali-

Gratia viuificationis.

timere,

timere, ego pascam vos & liberos vestros. Nihil enim interius mentem reficit, nisi sumpta in corpore Domini diuinitas, de qua dicit *Psal. 22.* In loco pascue ibi me collocauit. Alibi enim pasqua non inueniuntur. Vnde Christus hæc pasqua suis exhibens tam in nuda diuinitate in qua cum Patre communicat, quam etiam in humanitate quæ deitatis est vnita, dicit *Ioa. 10.* Ingressus est & egredietur, & pasqua inueniet. Iustus enim inueniet in deitate, & extra ad sensum humanitate, quæ deitati est vnita. *Exech. 34.* In pascuis vberibus pascam eos. Vberissima pasqua sunt refectiones sacramenti, saporem diuinitatis habentes. Hoc est quod dicit *Isa. 58.* Sustollam te super altitudinem terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui. Altitudo enim terra est excellentia corporis Christi, in qua cibum est refectionis per hoc quod corpus deitati est vnitum, & hoc est hæreditas Iacob, & omnium ab ipso patriarcharum: quia omnes in fide & benedictione huius sacramenti sunt vegetati & refecti. Hoc est quod omnes inuitas Dominus dicit *Matth. 11.* Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Reficitur enim quod deperditum est gratiæ huius edulium: quia comedentes ipsum semper sunt in desiderio refectionis huius. Vnde *Eccli. 24.* dicitur: Quia edunt me, adhuc esuriunt: & qui bibunt me, adhuc sitient.

6.
Gratia æternæ beatitudinis.

Præter omnes dictas gratias ex se signat nobis fructum æternæ beatitudinis, sicut dicit beatus *Dionysius* in primo capitulo celestis hierarchie. Et hoc etiam innuit *Greg.* in quadam collecta dicens: Præstet vt quod specie gerimus, retum veritate capiamus. Sicut enim Christus in specie sacramenti sacramentaliter se infundit nobis ad gratiam, ita secundum deitatem infuset se nobis & omnibus beatis ad gloriam. Et hoc est quod dicitur *Ioa. 18.* Ego claritatem quam dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnum sicut nos vnum sumus: ego in eis, & tu in me, vt sint eam summati in vnum. Claritas enim quam Pater perficiendam dedit Filio, est claritas qua clarior in omnibus membris corporis mystici. In omnibus enim illis fulget & lucet claritas Christi. Et ideo cum ab aliis remoueretur secum portans hoc corpus, Iudas proditor *Ioa. 13.* statim dixit Christo, nunc clarificatus es filius hominis. Et cum conuenterentur ad ipsum gentiles claritatem eius accipiendum, statim dixit *Ioa. 12.* Venit hora vt clarificetur Filius. Nihil enim claritatis habere possumus, nisi claritas Filij Dei clareat in nobis. Sic ergo influendo se nobis spiritualiter & sacramentaliter nobis suam dat claritatem, quam sibi Pater dedit in mundo perficiendam, & sic vnum sumus cum ipso corpus, dicente *Apostolo 1. Corin. 2.* Vos estis corpus Christi & membra de membro. Hoc enim modo Pater per consubstantialitatem Filio deitatem suam est clarens in Christo hominis secundum suam humanitatem. Et sic claret Filius in Patre secundum vnæ & tantem substantiam deitatis clarissimam. Et

D. Alb. Mag. lib. de Euch.

si hoc igitur modo Christus claret in nobis, & sic sumus in vnum Patris & Filij in claritate consummati in gratia quæ signum est æternæ claritatis in gloria, quæ clarebimus per influxum in nos deitatis Patris & Filij & Spiritus sancti. *Ioa. 14.* Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Apud nos enim manet: quia in nobis sibi claram constituit mansionem. Sic complebitur quod dicit *Apostolus 1. Corin. 15.* Vt sit Deus omnia in omnibus. Et hoc est quod dicit *Iob. 28.* Non adæquabitur ei aurum vel vitrum. Aurum enim & quicquid splendet corporaliter, æterni splendori adæquari non potest. Vitrum enim omne & quicquid peruium in lapidibus pretiosis, transpareat, quia id quod intus est, vel in paruo, vel in magno abscondant, quod non adeo reluctet quando nudum exhibetur, non potest adæquari illi celesti gloriæ, quæ erit in nobis quando tam clare erunt membra nostra & corpora nostra, quod quicquid in nobis est de Deo & Dei claritate, in nullo penitus per corpulentiam nostram abscondatur. Et hoc intendit *Gregorius* dicere ibidem in Glossa dicens, quod in beatitudine vniscuiusque mentem ab alterius oculis corpulentia non abscondet. Et hæc diuina, & dicit *Dionysius*, signat Eucharistia, quæ cum Deus sacramentaliter in nobis hinc fluit, & à nobis sic percipitur vt sibi incorporemur, designat in nos futurum influxum suæ clarissimæ deitatis, quæ vniuersè gloriose fulgens in nobis, non abscondetur, sed sua claritate omnino clari efficiemur. Hæc est enim de qua *Sep. 7.* dicitur: Hæc est speciosior sole, & super omnem dispositionem stellarum, luci comparata inuenitur prior. Luci enim succedit nox: sapientiam autem non vincit malitia. Hæc claritate incorporati nobis solis fiet sermo qui scriptus est *Matth. 13.* Tunc fulgebunt tusti sicut sol in regno Patris eorum. Nec mirum: sicut enim Christo incorporati, in quibus nulla peccati est obscuritas, sunt incorporati ei: de quo dicitur *Sep. 7.* quod candor est lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Et in hoc est aduertere quantum est videre Deum in tot beatis, sicut videtur lumen in pluribus lucernis diuersimodè participantibus ipsum secundum diuersam vniscuiusque dignitatem. Et hæc est significatio quam modo ipsi Eucharistia presentamus: propter quod Eucharistia vocatur:

CAPVT VI.

Hoc sacramento est omnis gratia contentum.

Septam autem causam huius nominis esse diximus: quia omnis gratiæ est contentum: continet enim cum qui vas est omnis gratiæ plenissimum: propter quod etiam à pluribus sacramentum dicitur sacramentarium. Quod autem omnia sacramenta significant

ficant & continet diuifim & particulariter, itud simul compl. Etitur, continendo vas & auctorem gratiarum. Et hoc figuratur Eccl. 50. Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretiofo. Corpus enim Christi vas est auri pretiofi deitatis. Col. 2. In ipfo funt omnes thefauri fapientie & fcientie Dei abfconditi. Quod elle non poffet, nifi in fe perfecte totum contineret splendorem deitatis. Totus enim omnis fanctorum fplendor in ipfo ab æterno refplenduit, totus in ipfo contentus manfit, totus in agro fuz humanitatis germinauit, totus ab ipfo proceffit, totus in ipfo exiftens particulariter à fanctis accipitur, totus in ipfo elle cognofcitur & oftenditur in admirationem. Et de primo quidem horum, quod fcilicet fplendor omnis fanctitatis ab æterno effulfit in ipfo, dicitur in Pfa. 109. In fplendoribus fanctorum ex utero ante luciferum genui te, hoc eft, ex fecunda mea deitate fili te genui radiantem in omni fplendore fanctitatis, antequam lux creata oriretur in calis vel in terris. Hic autem filius in omnibus fplendoribus in f Sacramento Euchariftie continetur: & ideo de ipfo potefit dici quod dicitur Eccl. 43. Medicina omnium in feftinatione nebulae. Quoad literam hoftia de qua corpus Domini confecratur, nebula vocatur: quia feftinat in noftam medicinam: quia panis qui fub nebula eft, feftinanter abfque mora temporis in corpus Christi tranfubftantiatur, in quo omnis medicina eft: quia in ipfo ab æterno eft omnis decore fanctitatis quo quifque fanatur. Sic etiam potefit exponi quod dicitur 3. Reg. 8. Dominus dixit ut habitaret in nebula. Glo. id eft, opere monftrauit. In hac enim nebula ftatuit habitare ad noftam falutem: & quia fic omnium fanctorum fplendor eft in ipfo, non eft mirum fi in eadem imagine refplendent illi qui dignè ipfum percipiunt 3. Cor. 4. Nos omnes reuelata facie gloriam Domini fpeculantes, in eandem imaginem tranfformamur à claritate diuina in claritatem, tanquam à Domini Spiritu. Continet igitur hoc f Sacramento Christum in omni fplendore fanctitatis. Continet rectè Christum in omni fanctitatis plenitudine. Vnde ipfe filius fapientia Patris dicit Eccl. 24. In plenitudine fanctorum deitatis mea. In Christo enim corporaliter plenitudo eít fanctitatis. Et ideo filius Dei etiam fecundum diuinitatem per uationem detinetur in ipfo homine, qui in hoc f Sacramento continetur & conficitur. Vnde etiam ille homo fic affumptus fpecialiter debet elle beatus. Vnde Pfa. 64. Beatus quem elegifti & affumpfifti habitare in atriiis tuis, hoc eft, ille fpecialiffima & priuilegiata beatitudine factus eft, cuius tu Deus affumpfifti naturam, & quem ad hanc fanctitatis plenitudinem elegifti: hic enim tibi vnicus habitabit in atriiis tuis in eminentia omnium bonorum tuorum quibus ipfe pax omnibus perficitur in omni plenitudine tuam communicans fanctitatem. Et ideo de Christo fecundum perfectam rationem dicitur, quod & fecundum perfectam participationem fcri-

Filius Dei in omnibus fplendoribus in f Sacramento Euchariftie continetur.

ptum eft, de primo Angelo. Exechi. 28. Tu fignaculum fimilitudinis, plenus fapientia, & perfectus decore, in deliciis paradifi Dei fuifti. Pax omnibus enim eít fignaculum fimilitudinis, quæ eít ipfa in nullo differens imago Patris, Patrem in toto conequans in omni plenitudine deitatis & fanctitatis. Hunc autem in plenitudine copie & affuetudine iftud continet f Sacramento plenitudine, inquit, copie: quia nunquam deficiet, dicente Domino Matth. 28. Ecce ego uobifcum fum omnibus diebus ufque ad confummationem feculi. Eft autem nobifcum in f Sacramento. Plenitudine autem fupereffluentie dico: quia ipfe totus in fe effulfit in omne & totum corpus myfticum, ut ficut dicitur Ephe. 3. impleamur in omnem plenitudinem Dei. Et iterum ad Ephe. 4. dicitur in adificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionem Filij Dei, in uifum perfectum fecundum mefuram ætatis plenitudinis Christi. Hoc eít dicere, omnia quæ fecit Christus in myfteris fceleftis, ad hoc fecit ut, adificationem myftici corporis perficiatur & impleatur proportionabiliter ad plenitudinem fanctitatis ueri corporis, donec fic omnes qui fic fumus membra eius, occurramus Christo Deo noftro in unitatem fidei fuz & agnitionem imaginis fanctitatis Christi uirum illam perfectum Christum in toto fuo corpore, & participemus mefuram ætatis in gratia & fanctitate plenitudinis Christi, ita quod in gratia & fanctitate perfecta habeamus quantitatem, nec de capere fimus paruuli & imperfecti. Sic ergo in plenitudine copie & effluentie fanctitatis Christus in hoc f Sacramento continetur: & ideo bona gratia uocatur.

Adhuc autem totum quod eít fanctitatis & gratie, in agro fuz humanitatis nobis germinauit, quem fanctitatis odorem percipiens patriarcha magnus admirans dixit Gen. 27. Ecce odor filij mei ficut odor agri pleni, quem benedixit Dominus. Et fubiungit de incremento myftici corporis ad plenitudinem ueri dicens: Crescere te faciat Deus meus, & donec tibi de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam. Ac fi dicat: Faciat te crescere in membris ficut creuifti in teipfo. Et hoc facies: quia deitate tua dabis eis de rore cæli qui gratiam fignat, & de pinguedine terræ, & hoc eít, tui terreni corporis, quod omni fanctitate impinguaturn eít, abundantia. Hæc abundantia roris & pinguedinis quæ germinauit in agro corporis Christi, nobis de plenitudine huius ministratur f Sacramento: & ideo plenitudo gratie & bona gratia uocatur. Hoc eít quod dixit Pfa. 84. Dominus dabit benignitatem, fcilicet roris & pinguedinis de corpore fuo in f Sacramento: & terra nofta membris omnibus dabit fructum fuum ad modum fructus qui creuit in agro. Dominici corporis hoc modo fic dicitur Hais. 1. Apertur terra, fufcipiens rorem gratie & pinguedinem deuotionis, & germinet. Saluatorem. Quæ enim melior terra elle potefit, quam corpori Christi coniuncta, & fanguine fuo

Totum quod eít fanctitatis & gratie, in agro humanitatis nobis germinauit.

fuò impinguat: Pro certo nulla: quia ad literam fecundum terre naturam nulla pinguedo aded terram fecundat, ficut rigatio humani fanguinis. Multo autem & in infinitum magis fecundat fanguis Saluatoris. Vnde Job. 16. Terra necepeffas fanguinem meum, neque inueniat in te locum harendi clamor meus. Ecce enim in celo eít testis meus & confcius meus in excelsis. Vult enim, quod fanguis in terram fufus à fructu vacuus non lateat, & clamor quem offerendo feipfum in holocaustum pro nobis, non lateat, fed cum effectu exauditionis ueniat ad aures Patris, qui testis eít & confcius hominum eorum quæ gefit: quæ omnia fecit et Patris obedientia. Hæc autem omnia in f Sacramento Euchariftie in fmgulis miffis repræfentantur, & omnia nobis de agro Dominici corporis fucrouerunt.

Totum etiam hoc quod noftre falutis eít, in ipfo proceffit. Vnde Ioan. 1. dicitur: De plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia. Nec ab ipfo acciperemus, nifi effer ab ipfo: nec aliquo modo etiam de hoc quod in ipfo eít, accipere poffemus, nifi fibi communicaremus. Non autem uerè communicamus, nifi in communicationis f Sacramento: totus enim ibi percipitur & emanat de ipfo in omnes. Propter quod etiam ipfe Dominus cum omnia fua communicare uellet fuis, & nihil abfcondere ab ipfis, ultimo feipfum in cornu Apoftolis in f Sacramento exhibuit, dicens: Accipite, hoc eít corpus meum: quod pro uobis tradetur. Matth. 26. Ac fi dicat: Gratie plenitudinem quæ in me eít in uafe f Sacramento corporis mei, & ex illa recipietis reconciliationem & remiffionem: quia ex ipfo manat gratia redemptionis. Num. 24. Fluat aqua de fitula eius, & fermen illius erit in aquas multas. Situla hic

fignat corpus Christi, & Christum, de qua aqua glorie & gratie plene effluxit, quæ quali fermen in cordibus fidelium effufa in aquas gratiarum plurimarum redundauit. Sic enim dicitur Ephes. 10. Fons paruulus in humilitate Iefu Christi, creuit in flumem maximum: & in aquas plurimas redundauit. Sic gloriofa Virgo plena gratia effufa eít, & Stephanus plenus gratia & Spiritu fano. Act. 6. Vnufquifque fibi proportionabilem plenitudinem accepit, ita quod in fpiritu & gratiarum actione dixerunt: Repleti fumus mane misericordia tua, & exultauimus & delectati fumus.

Hæc plenitudo gratie in ipfo uidetur & cognofcitur: quia nihil in hoc f Sacramento nifi plenitudo gratie percipitur. Vnde Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quafi unigeniti à Patre, plenum gratia & ueritate. Quicquid enim uidetur in ipfo, non uacua, fed plena eít gratia de pleniffimo fonte emanans. Vnde Ephes. 15. exclamans dicit: Valde mirabilis es Domine, & facies tua gratiarum plena. In quacunque enim facie in fpicitur, mirabilis & plenus gratia inuenitur: à facie enim deitatis caufatur gratia, & per faciem humanitatis propagatur, in natiuitate confecrat uirginitatem, in uita decorat conuerfationem, in uerbo oftendit gratie ueritatem, in miraculis probat gratiam potentem, in morte gratiam oftendit efficacem: & fic omnis eius facies eít plena gratiarum. Et hic totus in omni gratie ehofo plenus continetur, ubique probans, quoniam gratia & ueritas eít per Iefum Christum facta, ut dicitur hoc f Sacramento. Omnibus igitur hoc f Sacramento Euchariftie percipientibus, gratie plenitudo & uas omnis gratie communicatur: & ideo f Sacramento Euchariftie dignè uocatur.

4. Plenitudo gratie in Christo.

DISTINCTIO II.

Quomodo hoc sacramentum sit in genere doni.

TRACTATUS I.

De proprietate donantis.

Hoc autem sacramentum etiam in genere doni & muneris inuenitur. In dono enim tria considerantur, scilicet proprietates donantis, & proprietates doni, & proprietates eius cui fit donatio. Proprietates autem donantis in dono isto triplex est, scilicet magnificentia in donantis largitate, hilaritas in ipsa donatione, & affectus donantis in doni charitate.

CAPVT I.

De magnificentia in donantis largitione.

Magnificus si-
ma liberalis
qua sit pro-
prietas.

Magnificus enim est, qui tantum donum vel thesaurum dedit. Vnde *Exod. 15.* Quis similis tui in fortibus Domine, magnificus in sanctitate. Tantum in hoc dono dedit, quantum ipse est in corpore & anima & deitate: & sicut dicitur *Esai. 2.* Largitus est munera iuxta magnificentiam principalem. Principis enim fuit tam magnificum dare donum. Ante quidem dederat munera, sed parua respectu huius doni fuerunt. Magnificum autem donum est sibi in corpore & anima & deitate nil priuatum retinere, quod non nobis exhibeat: vnde dicitur *Deuter. 32.* Date magnificentiam Deo nostro, Dei perfecta sunt opera. Perfectum tunc fuit opus donationis, quando nihil sibi priuatum retinuit quod non nobis donauerit: tunc enim omni laude liberalitatis suae, sicut dicit *Psal. 8.* Eleuata est magnificentia tua super caelos: & quicquid in caelo fuit gratiae & gloriae, totum nobis dedit. Vnde hanc magnificentiam canens *Psal. 103.* Omnia a te expectant, vt des illis escam in tempore. Hoc est donum alimenti diuini, de quo dicitur *Psal. 144.* Aperis tuam manum tuam, & imple omne animal benedictione. Ac si dicat: Quicquid habenus dedisti, parum est, adhuc inedia destituit, expectamus omnes donec largam manum magnificentiae aperias, & nos omnes dono quo te ipsum das in escam, benedictione

impleas. Et hoc est quod in Euangelio *Matth. 21.* dicitur de cena magna, quae ex abundantia omnibus Dei magnificentia est preparata. Sic *Astuerus Esai. 1.* dicitur fecisse grande conuiuium ex magnificentia Dei preparatum. Iussit conuiuium preparari per magnificum cunctis principibus ac seruis suis. Et post modicum: Et dedit requiem vniuersis prouinciis, ac dona largitus est iuxta magnificentiam principalem. Magna enim dona Christi in hoc conuivio, corpus dedit in cibum, sanguinem in potum, animam in pretium, deitatem in condimentum exhibendo. Sic igitur magnificentia diuina donum hoc significatur, & magnificentia liberalitate. *Psal. 144.* Magnificentiam gloriae sanctitatis tuae loquentur, & mirabilia tua narrabunt.

CAPVT II.

De hilaritate donantis in donatione.

De hilaritate autem in donando & quam hilariter donauit hoc donum, non est qui possit dignè exprimere. Si enim aliqua tristitia cordis in dando retractus esset, non totum in dono seipsum dedit. Propter quod dicitur in *Eccli. 39.* In omni dato hilaritatem fac vultum tuum, & exultatione sanctifica decimas tuas. Hoc enim solum datum est, quod omne datum est: quia in hoc dato nihil priuatum sibi Christus retinuit, humanitatis simul & deitatis nobis omnia dona conferens. Et hoc donum est signatum per omnem decimam ab omnibus tam in lege naturae quam in lege Moysi oblatam. Per omnes illos decima facientibus, qui vicem & locum liberatoris tenebant, offerebatur. 9. retentis partibus, quae imperfectionem & indigentiam liberationis signabant, & decima oblata, quae perfectionem per quam per summum sacerdotem liberatio facta est, significat. Haec autem perfectio non est nisi in corpore & sanguine Domini, quam omnis significat decima. Hic ergo rex & sacerdos nobis dona sua conferens, quae omne datum in se habent, & per omnem

Hilaritas
quantum be-
nignum sit, &
quanta hi-
laritate
Christus se
nobis dedit.

De Euchar. Dist. II. Tract. I. Cap. 3. 17

omnem decimam significantur, in omni hilaritate hoc exhibuit: omnino enim cor eius exhilaratum est, quando nimia charitas eius se sensit a membris communicari ad perfectam membrorum incorporationem sibi factam in communionis dono. Adhuc autem in omni hilaritate perfusus est ille magnificus in liberalitate rerum, quando a se vidit tantum procedere. De proprietate enim magnifici est delectari & hilarescere in magna donando, & contristari si magna donare non poterit. Hoc autem optime significatum est. 2. *Paralip. 30.* vbi loquitur Scriptura de pascha quod celebravit Ezechias rex, qui regem Christum significat, & pascha eius significat donum pretiosi corporis & sanguinis Christi, vbi sic dicitur: Sanctificata est ergo sacerdotum plurima multitudo, & omnis turba Iuda hilaritate perfusa est tam sacerdotum quam leuitarum quam vniuersae frequentiae quae venerat ex Israel. In hac enim hilaritate ad quam quidem sanctificantur sacerdotes & inferiorum ordinum ministri, sanctificatur tota frequentia populi communicans huic dono Domini nostri Iesu Christi. Et hoc est quod dicitur *Eccli. 26.* Diuitis & pauperis cor bonum, omni tempore vultus eorum hilaris. Largitoris enim & eorum quibus largitur hoc donum, necesse est cor hilarescere in iocunditate mutuae communionis, quamuis tristitia fuerit de passione imminente, tamen maxima fuit hilaritas in istius communionis collatione. Vnde *Esai. 9.* dicitur: Luctus atque tristitia in hilaritatem gaudiumque conuersa sunt. Quis enim non hilaresceret in tantorum bonorum collatione, sciens quod scriptum est *Prover. 16.* In hilaritate vultus regis vita, & clementia eius quasi imber serotinus. Omnis enim vita & omnis clementia & omnis imber gratiae ab ipso procedit sacramento: dicitur enim *Prover. 19.* Sicut ros super herbam, ita & hilaritas regis: quia hilaritas eius omnes perfundit gratia suae largitatis: qui enim semper per Apostolum suum dixit 2. *Corinth. 9.* Hilariter datorem diligit Deus, non potuit in tantis suis donis non esse hilaris. Et iterum *Rom. 12.* Qui miseretur in hilaritate. Vnde & ipse in tota misericordiae indicibus nobis exhibitis non nisi hilaris esse poterat. Et hoc optime significatur *Ruth. 3.* vbi dicitur: Cum comedisset Booz atque bibisset & factus esset hilarior isserque ad dormiendum, vbi notatur, quod Booz noster, qui in quo robur interpretatur, eo quod sic robustus omnia perfecit nostrae redemptionis & sanctificationis opera, in cena cum suis sua donans in cibo & potu, factus est hilarior. Et sic iuit dormitum in crucem & sepulchrum.

D. Alb. Mag. lib. de Euchar.

Vnde etiam perfecto omni negotio dixit *Psal. 4.* In pace in idipsum dormiam & requiescam. Sic ergo magnificus est in largitate, & hilaris in donatione.

CAPVT III.

De affectu donantis in charitate & intimo amore.

Atrenditur autem in donante etiam affectus in quo dat, vt scilicet ex intimo amore det dulciter affectus in donando. Hoc enim patet ex hoc quod dixit *Lu. 22.* cum donaret corpus suum in communionem discipulorum. Desiderio, inquit, desideravi hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar. Desiderio enim desiderabat, qui ex intimo affectu se suis communicabat, & gaudens mortem sustinebat, qui non moriens a suis recedebat, sed in dono quod dederat in optima communionem suorum, remanebat. Vnde etiam & sui ad ipsum in hac communicatione magno instabiliter affectu sunt affecti, ita vt *Iob. 31.* sub iuramento dicat: Si non dixerunt viri tabernaculi mei, de carnibus eius quis det vt saturemur? hoc enim verbum Ioannes Chryso. tractans super *Ioannem 13.* dicit, quod viri tabernaculi, Christi Apostoli fuerunt & discipuli, qui ex intimo affectu suspirantes in desiderio animae dixerunt, de carnibus eius in communionis sacramento, quis det vt saturemur? ita quod ulterius non esuriamus. Plenam enim refectionem fert cibus iste, si quis ipsum spiritualiter degulset, & plenum charitatis affectum. Vnde Chryso. ibidem dicit in originali super *Ioann. 1.* Vt leones ignem spirantes, ita a mensa secedimus illa. Ipse enim est, qui per dilectum suum discipulum dixit 1. *Canon. Ioannis 3.* Qui viderit fratrem suum necessitatem patientem, & clausit viscera sua ab eo, quomodo est charitas patris in illo? Quasi diceret: Nullo modo est charitas in eo. Vnde Christus omnes suos fratres videns necessitate famis deficere, non clausit ab eis viscera, sed in visceribus charitatis affectus corpus & sanguinem & viscera spiritum & animam & deitatem nobis communicauit: fecit enim quod in spiritu Tobiam docuerat, *Iob. 4.* Si multum tibi fuerit, abundanter tribue. Et hoc quod ipse diues in misericordia & copiosus habuit, totum nobis dedit in communionem, paternae liberalitatis se probans heredem, de quo dicitur *Iacob. 1.* Dat omnibus affluenter, & non improperat. Sic ergo magnificus & hilaris & affectuosus Dominus in dono fuit.

B 3 TRAG



TRACTATUS II.

De proprietate doni.

CAPVT I.

De doni nobilitate.

Eucharistia
donum Dei
victimum.

IN ipso autem dono sacramenti huius quatuor notanda esse occurrunt, scilicet doni nobilitas, doni sufficientissima copiositas, & doni utilitas, & quarto doni huius ad donantem conformitas. Propter quod semper etiam memoria habetur in dono, & de nobilitate est pretiositas & electio doni: quia nobile pretiosum est & electum. Hoc est enim illud donum de quo dicitur Sap. 3. Dabitur enim illi fidei donum electum, & fors in templo Domini acceptissima. Quamuis enim multa sint fidei dona, tamen hoc donum præ omnibus fidei donum est, in quo tanta sunt fidei fundamenta: quia in hoc dono & fides Christi fundatur, & fideles sanctificantur: & ideo ex omnibus est donum electum, & magnum fidei sacramentum, quo donatum est fidelibus. Et est istud donum tota fors fidelium acceptissima, in qua omnes acceptantur in templo Domini, in quo donum offertur, & ad cuius oblationem totum Ecclesie templum sanctificatur, dicente patre ad filium Isa. 56. Holocausta eorum & victimæ eorum placebant mihi super altari meo. Quia in hoc dono omnia alia munera sunt accepta, in quo filius offertur Patri, & in Filio nobis sic dato omnes nos ipsi dono communicantes acceptantur, dicente Isa. 60. Offerentur super placabili altari meo, & donum maiestatis meæ glorificabo. Hoc enim bono nobili pretioso & electo tota domus diuinæ maiestatis & exaltatur & glorificatur. Propter quod Aggæ. 2. dicitur. Magna erit gloria domus huius nouissimæ plusquam primæ. Quia nullum tale donum in aurato templo synagogæ fuit, quantum est istud donum in dono templi Dei fidelibus donatum. Vnde 1. Pet. 1. dicitur: Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis à vana vestra conuersatione patemæ traditionis, sed pretioso sanguine Domini nostri Iesu Christi tanquam agni immaculati. Quod tractans Ioan. Chrysost. in originali super. Ioan. 1. 3. Sicut homo auro seruos emit, & seruos quos honorare vult, mundat & ornat: ita Dominus noster nos & sanguine mundauit & ornavit. Et Ambros. in libro de virginitate loquens de sancta Agnere dixit: Ad alio amatore præuenta sum: quia mihi fatis meliora te obtulit ornamen-

ta, iam corpus eius corpori meo sociatum est, & sanguis eius ornauit genas meas. Hic est enim de quo dicitur Cant. 5. quod est candidus & rubicundus, electus ex millibus. Est donum istud in candore cibi immaculati confecti ex adipe candidissimi frumenti, & rubore pretiosi sanguinis ex vna sui corporis expressum. Vnde Genes. 49. secundum transla. 70. legitur: Lauit vino stolam suam, & in sanguine vuz & oliuz pallium suum. Hoc ergo donum, quod nobilitate suæ pretiositas est ex omnibus electum. Hoc est donum, quod sui pretiositate à multis est absconditum & amicissimis datum, de quo dicitur Proverb. 21. Munus absconditum extinguit iras, & donum in sinu indignationem maximam. Omnem enim iram & indignationem Dei hoc pretiosissimo dono extinguis: hoc enim munus omnes qui Deum placare querimus, offerimus tam pro viuus quam pro mortuis. Vnde dicitur Soph. 3. Filij disperforum meorum deferent munus mihi. In die illa non confunderis super cunctis adinuationibus tuis, quibus præuaricata es in me: quia tunc auferam de medio tui magniloquos superbiz tuæ, & non adicies exaltari amplius in monte sancto meo. Ac si dicat: Tam pretiosum munus mihi offers, non tuum, sed à me tibi datum, quod remittam tibi omnes tuas adinuationes peccatorum, & non imputabo tibi eas ad confusionem: & adeo vincet te magnificentia & pretiositas muneris, quod ultra de te magna non senties, nec in superbia magna loqueris, nec exaltaberis in corde magna de te sciens: sed de me magna dices, qui tali te munere magnificauit. Hoc enim tantum est munus, quod omnem nostram vincit iactantiam, & dignum donum Deo est sua nobilitate.

CAPVT II.

De doni copiositate.

HOc est munus sufficientissimum sui copiositate quod de suis copiosis abundantis largitus est nobis Deus. Et hoc est quod dicitur. 2. Corinb. 9. Potens est Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, ut in omnibus super omnem sufficientiam habentes abundetis in omne opus bonum. Sicut dicit Philosophus, quod in commutabilibus vnum est, quod fideiussor est omnis necessitatis, & ideo ad omnia sufficiens est:

De Euchar. Dist II. Tra& II. Cap. 3. & 4 19

Christi om-
ni necessi-
tati nostra
fideiussor.

ita & in donis gratia vnum est, quod ad omnia sufficit, & ideo omnis necessitatis spiritalis est fideiussor, de quo omnia sibi sufficiunt: & hoc est donum, in quo totus Christus à quo procedit Spiritus sanctus, intelligitur, de quo intelligitur hoc quod dicitur Tob. 10. Omnia in te vno habentes, non te debemus dimittere à nobis. Vnde Eccli. 29. Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris; dedit enim pro te animam suam. Quia sicut etiam in ante habitis diximus, corpus dedit in communionem, animam in redemptionem, sanguinem in abluitionem, & delectationem in omnis virtutis acquisitionem. Optimus est ergo omnis necessitatis nostræ fideiussor: ipse enim est, qui pignus pro nobis ornatus sufficiens ponit: Proverb. 20. Tolle vestimentum ab eo qui fideiussor extitit alieni, & pro extraneis auferat pignus ab eo. Vestimentum enim Domini corporis à Domino tollimus, qui pro nobis alienis pignus posuit, & fideiussor extitit, & pignus animæ suæ accepimus, ut nos ipsos redimamus: & ideo ipsemet Dominus dicit in Psal. Quæ non rapui, tunc exolvebam: quia ipse pro omnibus nobis pignus fuit, & soluit quæ non rapuit: & sic hoc donum fideiussor omnis necessitatis est. Sic enim dicitur. 2. Corinb. 3. Non quod sufficientes sumus aliqui cogitare à nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Quia ex nimis copiis Domini ad omnia sufficientes sumus, quæ omnes in hoc dono continentur, in quo concluditur omnis boni plenitudo. Inde dicitur Isai. 3. quod diues est in omnes qui inuocant illum: quia omnibus seipsam dando sufficiens est & copiosus. De hoc enim dono verum est quod dicitur Genes. 24. quod filio suo dedit summus patriarcha omnia quæ habuit. Et filius in largitate paterna omnia in illo nobis donauit. Rom. 8. Quomodo etiam non omnia nobis in illo donauit? Vnde omnes cum Isa. 63. dicamus: Miserationem Domini recordabor, laudem Domini super omnibus quæ reddidit nobis Dominus secundum multitudinem bonorum domus Israël, quæ largitus est eis secundum indulgentiam suam, & secundum multitudinem misericordiarum suarum. Omnem enim misericordiam ostendit, quando in vno dono omnem nostræ indigentia sufficientiam exhibuit. Sic ergo omnis in isto dono est sufficientia.

CAPVT III.

De doni huius sacramentali utilitate.

Est autem hoc donum etiam vtile, omnem in se habens utilitatem: sic enim sicut dicitur ad Hebr. 12. Multo magis obrepemus patri spirituum. Et post pauca: Hic autem erudit ad id, quod vtile est in recipiendo sanctificationem eius. Quantæ putas utilitatis est doni huius sacramentum, quod omnem in se exhibet ad corpus & ani-

mam utilitatem? Isa. 48. dicit, quod ego Dominus docens te vtilia, & gubernans in via quam nescis. Hoc enim quantum in omnibus faciat, in hoc tamen sacramento præcipue hoc facit, in quo homo ad omnia quæ vtilia sibi sunt, accipit eruditionem. De hoc enim loquens Eccli. 20. dicit: Est datum quod non vtile, & est datum cuius retributio est duplex. Datum enim mundi fallit, & non est vtile. Datum autem Christi præcipue quod dedit in dono corporis sui, vtile est in duplicem remunerationem: quia proficit in vitæ spiritualis deperditæ restaurationem, & proficit in redemptionem: & sic valde vtile hoc donum inuenitur. Vnde de eodem dono ibidem post pauca subinfertur: Est qui multa redimat modico pretio, & restituens ea in septuplum. Modicum autem pretium dicitur corpus Christi, non ideo quod modicum sit, sed est magnæ humilitatis, quod reuera multa redemit: quia omnia nostra redemit & restituit in septuplum. Affert enim ex corpore Christi dulcissimam participationem, ex sanguine autem sanctificationem. Ex anima verò reconciliationem, & ex spiritu vitæ spiritualis in nobis restorationem, & ex diuinitate omnis virtutis perfectionem, & ex ipso sacramento Christi recordationem, & ex modo percipiendi sacramentum affert æternæ beatitudinis imaginem, & sic omnia restituit in septuplum: Hæc est ergo utilitas istius sacramenti.

Corpus Christi
si proficit in
vita spirituali
deperditæ
restorationem,
& sic
redemptionem.

CAPVT IV.

De doni huius ad donantem conformitate.

EX hoc autem quod donum tantam habet conformitatem ad donantem, ut in ipso donans ipsum totus sit & totus habeatur: vnde Luc. 22. dicit: Hoc facite in meam commemorationem. Et Apostolus 1. Corinb. 11. Quotiescunque panem hunc manducabitis, & calicem Domini bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat. Propter quod etiam donum istud memoriale abeuntis Domini vocatur: quia in ipso recordatio & representatio Domini habetur: vnde Psal. 21. Adhæreat lingua faucibus meis si non meminero tui. Faucibus enim lingua adhæret, quando querit temporales faucium delectationes contempnis spiritualibus. Quando autem habet spirituales delectationes, iam non faucibus adhæret. Et hoc effectum dicit David, quod si non recordatur in suo memoriali abeuntis Domini, lingua sua faucibus adhæret: quia recordatione Domini non nisi faucibus retrahitur. Ierem. 51. Recordamini procul Domini, & Ierusalem ascendat super cor vestrum. Sunt autem tria quorum facit hoc sacramentum recordationem, scilicet dulcissimæ charitatis, in qua his qui in sacramento sumitur, animam pro nobis posuit, & se nobis in sacramento exhibuit, amarissimæ passionis, quam pro nobis

Eucharistia
memoriale
dulcissimæ
charitatis,
amarissimæ
passionis, &
sacrificium est
hoc tantum
ad Patrem.

bis sustinuit, & transitus ex hoc mundo ad Patrem, per quem nobis in cælum ingressum construxit, reconciliationem nostri ad Patrem perfecit. De prima dicitur *Eccles. 49.* Memoria Iosias in compositione odoris facta est opus pigmentarij. Iosias interpretatur in quo est sacrificium & incensum Domini, & signat Christum, qui seipsum obtulit in igne charitatis, torus factus incensum Domini in odorem suavitatis, sicut opus pigmentarij, qui pro nobis pigmenta confecit suavitatis & sanitatis, sicut dicitur *Eccles. 38.* Et in huius rei memoriam deuotamus ad aram hoc sacrificium venerandi corporis & pretiosi sanguinis Domini nostri Iesu Christi. *Osee 14.* Memoriale eius sicut vinum Libani. Vinum enim illud valde odoriferum, & in omni suauitate flagrans, & dulce ad gustum, & valde rubicundum: quæ omnia dilectionem Domini signant omni odore virtutis flagrantem, & dulcissimam omnium cordibus fidelium, & in omni corde lætitiã generantem, & iudicio dilectionis maximè in effusione sanguinis nobis demonstratam: quia sicut dicitur *Cantic. 8.* Fortis est vt mors dilectio. Et idè *Eccles. 49.* dicitur: In omni ore quasi mel indulcoratur memoria eius, & sicut musica in conuiuio vini. Hoc enim melos musicum est in iubilo cordis, & vinum oris ad reamandum, & inflammans in affectu dilectionis, & stringens nobis dilectum in amplexibus intimæ communionis: quorum amplexum duo brachia sunt: quia ex dilectione pro nobis passus est, & ex dilectione se nobis tradidit in sacramento. Vnde beatus *Bernardus*: Supra omnia te mihi reddit amabilem Domine Iesu calix quem bibisti opus redemptionis. Propter quod in recordatione huius dicit sponsa *Cantic. 1.* Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur, supple, ad recordationem. Et statim subiungitur: Borrus eypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi. Quia multiplicitas passionum Christi, & dilectio quæ per vinum significatur, Christum nobis reddunt memorabilem ad amandum. Cyprium enim vinum valde est accendens & spiritus multiplicans dulces in amorem. Hic autem maximè deprehenditur in vino vinearum Engaddi, quod oculus solis ab antiquis est vocatum, & fons hædi interpretatur: quia ad literam illuc sol recto radio respicit, & fontem petulantiz hædi, hoc est, vinum calidum amoris petulantiam perficiens ex loco illo manare facit, & in hac proprietate amoris sui sponsi recordationem facit. Sic ergo memoriale est dulcissimæ charitatis.

Est autem etiam memoriale amarissimæ passionis, quam pro nobis sustinuit. Propter quod *Exod. 12.* Lactucis agrestibus intincta caro, assa igni sumi præcipitur, vt memoria passionis sit ex succo amaro, & memoria charitatis ex igne. Nec crudum nec coctum aquæ sumitur, sed tantum assum igni. Crudum enim cor est, quod nulla decoctione pietatis & charitatis ab humore concupiscentiz est transmutatum. Elixir autem est aqua, quod aqua feruens concupiscentiz

mundanz interius ab omni pietatis amore destituit. Elix autem, sicut dicit Philosophus 4. meteororum, intus sicca sunt, humiditate naturali destituta, & exterius humore aquæ feruentis infusa. Assa autem igni intus sunt humida & exterius sicca sunt per propriam carnis mortificationem. Hoc est quod dicitur *Thren. 3.* Recordare paupertatis meæ, transgressionis, absynthij, & fellis. Paupertatis, inquam, qua omnibus spoliatus nudus sum suspensus, transgressionis qua in sensu dolotis omnes omnium passiones longè excessi. *Thren. 1.* O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte si est dolor sicut dolor meus. Absynthij & fellis, quibus commixtis cum aceto & hysopo interius in gustu sum amaricatus. Et respondet pro omnibus *Ierem. Thren. 3.* Memoria memor ero, & tabescet anima mea. *Isa. 43.* Reduc me in memoriam, & iudicemur simul. Narra si quid habes vt iustificeris. Ac si dicat, Compara passiones tuas in doloribus, & paupertatem & amaritudinem ad meas, & iudica me Deum nulli debitorem ad te hominem omnia debentem per comparisonem, & tunc narra si quid habes quod comparari possit, & videbis quia nihil habes nisi vt diligas & gratias agas. *Iob. 9.* Si voluerit contendere cum eo, non respondebit ei vnus pro mille. Sic ergo est memoriale passionis.

Est etiam memoriale Domini abeuntis, qui dicit *Iohan. 14.* Si quo minus dixissem vobis, quia vado parare vobis locum: & idè eandem quam pro nobis obtulit, frequentamus hostiam: quia per ipsius sanguinem introiuit Iesus pro nobis in sancta, & cum ipso habemus ingressum. *Hebr. 9.* Christus assistens pontifex futurorum bonorum. Et post pauca: Sed per proprium sanguinem introiuit pro nobis in sancta æterna redemptione inuenta. *Rom. 5.* Per ipsum enim accessum habemus ad Patrem, & gloriamur in gratia ista in qua stamus. Hoc attendens *Paulus Hebr. 10.* dicit: Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, quam initiavit nobis viam nouam, & viuentem per velamen, id est, carnem suam, & sacerdotem magnum super domum Domini: accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem. Hoc est enim quod nulla vnquam delere debet obliuio, quod pro nobis abiit, & sanguinem quo introiuit ad hoc quod semper introire possimus, nobis frequentandum in deuotione reliquit. *Psal. 136.* Si oblitus fuero tui Ierusalem. Sic igitur primū memoriale accendit ad amorem. Secundum ædificat ad fidei veritatem. Tertium autem mirabiliter eleuat ad spei firmitatem. Vnde *Hebr. 6.* Firmissimum habemus solatium, qui confugimus ad tenendum propositam spem, quam sicut animæ anchoram habemus tutam ac firmam. Sicut enim anchora figuratur nauis, ita hæc spes in nobis fluctuantem tutatur mentem, & expectatione salutis tenet immobilē. Hæc ergo in ipso dono sunt consideranda, &c.

TRACTA



TRACTATUS III.

De proprietate acceptantis.

CAPVT I

Quod donum debeat esse effectuosum ex parte accipientis.

DONUM autem in accipiente tres querit habere proprietates, scilicet quod sit effectuosum, proprias doni veri participantis effectus: quod ex parte accipientis in dono seruetur debitus modus, & quod donum sit permansum & non euansum, sicut quidam iudus. Effectum enim querit donum quo suscipiatur aliquid conferat, proportionem querit donandi modus vt quisque sibi competens & confertus accipiat, permansum autem vult habere, ne indigentia accipientis deficiat. Multi enim dant ea que effectum doni non habent quia nihil conferunt nisi nocturnarum. Vnde *Eccles. 10.* Datus insipientis non erit tibi utilis: oculi enim eius sepe simplices sunt. Exigua dabit, & multa impetabit: & apertio oris illius inlatumatio est. Omnia autem dant insipientes est, qui non dat nisi ad decipiendum, sicut diabolus promittens regna, & mundum promittens sperantia bona, & caro promittens delicias: & vniuersumque oculi horum sunt sepe simplices, quia sepe capitales inuunt vitia in donis suis: & apertio oris in tentando ad accipiendum inflammatio mala est, vel ad ambitionem, vel cupiditatem, vel carnis concupiscentiam. Et idè post pauca ibidem dicitur: Hodie feneratur quis, & cras expetit. Et odibilis est homo huiusmodi. Quosdamque enim quasi fenerando dant diabolus, mundus, & caro, cras, hoc est, post medicum tempus expetit cum vitæ mortis, & inferni in penis æternis: & idè tales in datis suis nobis debent esse odibiles. His de causis distinguendum est in donis sicut dicitur *Eccles. 10.* vbi sic dicitur: Est datum quod non est utile, & est datum cuius retributio est duplex. Quia data ad decipiendum non sunt utilia, sed multum nocua: quia sicut aues laqueo & pisces esca in hamo, ita per talia insipientes decipiuntur. Vnde *Sep. 14.* Creaturæ in odium factæ sunt & in tentationem animæ hominum & in musculam pedibus insipientium. Datum autem duplicem habet retributionis utilitatem: quia & hic ad gratiam, & in futuro valet ad gloriam. *Psal. 83.* Misericordiam & veritatem diligit Deus, gratiam & gloriam dabit Dominus. Hoc est

quod dicit *Iacob. 1.* Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est descendens à patre luminum, apud quem non est transmutatio, neque vicissitudinis obumbratio. Datum enim optimum est, quod & fortunæ bonis & naturalibus est melius in seipso: perfectum autem est, quod omnem boni doni habet effectum.

Istud autem donum habet quidem multiplicem effectum, sed vnus habet essentialem vel substantialem, alios autem effectus habet adiunctos. Substantialis autem effectus est restauratio deperditæ in spirituali vita, quam homo incurrit ex longa abstinentia cibi spiritualis. Adiuncti effectus sunt in causando & significando. In causando quidem dicitur hoc donum vnitium, & confortarium, & charitatis intentium. In significando autem dicitur sacramentum veritatis, & sacramentum representationis cælestis beatitudinis. Primus quidem effectus qui essentialis est, ostendit quod donum istud edicæ spiritualis est restauratum, sicut cibi corporalis in ediam restaurat corporalem: & hoc est Dei donum. Vnde *Psal. 12.* Parasiti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Impinguasti oleo caput meum, & calix meus inebrians quam preclarus est. In eo enim quod dicit, quod mensam Dominus parauit, refectionem innuit. In eo autem quod dicit, Aduersus eos qui tribulant me, innuit quod hæc mensa confortat contra eos, & illa quæ in ediam in spirituali inducunt virtute. In eo autem quod dicit, Impinguasti in oleo caput meum, innuit crassitudinem dulcedinis huius doni, quæ delectabiliter nutrit. Et itè quod dicit, Calix inebrians quam preclarus est, innuit humorem calidum & dulcem, qui spiritualiter membra infundit ad sui obliuionem, & transitum in diuinam delectationem in optima ebrietate. De adiuncto autem effectum inquiram est vnitium, dicitur *Iohan. 6.* Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. De confortatione autem dicitur in *Psal. 103.* Panis cor hominis confortet. Et de incendio charitatis dicitur *Cant. 5.* Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Et hæc breuiter transitus: quia multa talia in ante habitis diximus. De effectu autem quem habet in significanda veritate, est in eo quod quicquid figurale fuit in veteribus sacramentis, hic ostenditur in veritate. Vnde *Iohan. 1.* Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Et iterum ibidem: Vidimus gloriam eius, gloriam quæ vnigeniti à Patre, plenam

Eucharistia habet vnus effectum substantialem & plures ad-iunctos.

plenum gratia & veritate. In veritate enim reficit hoc sacramentum, & non in umbra typi antiqui. Sic enim veritas de terra orta est, hoc est, de terreni corporis & sanguinis dono & sacramento. In signanda autem beatitudine sanctorum dicitur *Luc. 14.* Beatus qui manducat panem in regno Dei. Nullo igitur destituitur effectu, ex quo habet omnia quæ deseruiunt instructioni in signando, & gratiæ refectiois deseruiunt in causando. Est autem aduertendum in hoc sacramenti dono quod Hilarius dicit in 9. libro de synodis, quod scilicet hoc donum naturalem nostrum ad Christum perficit vnionem. Sed naturalem vocat vnionem, veram vnionem naturarum: quia per hoc sacramentum Christus in nobis per vtramque manet naturam, & nos in ipso per corpus & animam, quæ quasi duæ naturæ sunt in nobis: ipse enim veraciter vnitur nobis per humanitatem & diuinitatem, & nos in ipso manemus spiritualiter per spirituales manducationem & corporaliter per sacramentalem mäducationem, sicut offendit præinducta auctoritas, Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. *Ioan. 6.* Sic ergo hoc donum nullo effectu destitutum verum est donum.

CAPVT II.

Donum hoc est conueniens & proportionatum suscipienti.

Secundum autem quod in dono consideratur, est vt sit ei cui donatur, conueniens & proportionatum. Non enim idem est dandum militi & rustico, non enim idem nobili & ignobili, non idem puero & seni. Dicit enim Philosophus, quod sphaera & lecythus pulcherrima & magnificentia sunt puerilis doni, quæ tamen seni exhibita potius irrisio quam dona viderentur. Hoc significatur *Matth. 23.* vbi sic dicitur: Vnicuique dedit secundum propriam virtutem, hoc est, secundum propriæ virtutis proportionem. Hoc ergo donum quantum est existimationis, quæ vniciuique dat à se consideratam gratiam & delectationem. *Sap. 16.* Voluntati vniciuisque eorum deseruiens, ad quod quisque volebat conuertebatur. Et parum ante dixit: Angelorum esca nutriuiti populum tuum, habente in se omne delectamentum & omnem saporem suauitatis: *Philip. 4.* Habeo autem omnia & abundo.

Eucharistia dicitur vniciuique dat à se consideratam gratiam & delectationem.

Vnde *Act. 4.* de Apostolis & discipulis dicitur, quod nullus erat egens inter eos qui ex gratia communionis quam hoc sacramentum signat, omni indigentia replebantur. Eo quod ipsum donum omnibus esset proportionatum, vt eo quilibet quam querit inueniat & non deficiat. *Luc. 22.* Quando misi vos sine sacculo & pera, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, nihil. Communicatio enim quam habebant adinuicem quæ in hoc sacramento & exhibetur & significatur, omnes omnium repleuit indigentias.

CAPVT III.

Donum debet perseverare & permanere cum eo qui accepit.

Tertium in dono bono considerandum est, vt sit perseverans cum eo qui accepit & in vita & in morte, nec sic evanescent sicut dona ludentium in mundi vanitate. Vnde *Ecclesi. 11.* dicitur: Dario Dei permanet iustus, & profectus illius successus in æternum habebunt. Hæc est enim vera dario quæ in transitu manet in viaticum, & in vita in refectioem, & in iudicio in redemptionem, & in patria in æternæ beatitudinis significacionem. Tales enim successus donum istud habet in æternum. Hoc modo novit Pater celestis bona data dare filiis suis. *Luc. 11. Præverb. ult.* Reddet enim bonum & non malum omnibus diebus vite sue. Quis omnibus diebus vite nostræ & in gratia & in gloria donum istud perseverabit, vel in re gratiæ contenta, vel in re gloriæ significata. *Tab. 12.* Bonis omnibus repleti sumus per eum. *Ioan. 10.* de hoc dono dicit: Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est. Hoc enim maximum fuit quod perseverans nobis donum donavit: per hoc enim semper & omnia sumus & erimus sufficientes. Vnde *Psal. 110.* dicit: Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus, escam dedit timentibus se. Hoc enim omnibus mirabilibus est mirabilius, quod se nobis donat, & in se consistens permanet, quod sumitur in cibum, & integer perseverat, quod perseverat in nobis in omnem sufficientiam corporis & animæ & vite & mortis & gratiæ & gloriæ, nihilominus est donator & donum omnium illorum. Vnde *Isa. 55.* Panis ei datus est, quæ eius fideles sunt: quia non deficiunt sicut panis mendacij mundi & carnalis deceptionis, &c.

DISTIN



DISTINCTIO III.

Quomodo hoc sacramentum sit in genere cibi.

TRACTATUS I.

Cuiusmodi sit hic sacramentalis cibus.

PRONOTUR autem hoc sacramentum à sanctis Patribus in genere cibi & potus, sicut & ipse Christus dicit *Ioan. 6.* Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus: qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo, &c. Et sic circa hoc sacramentum quatuor in communi occurrunt notanda. Primo scilicet cuiusmodi sit cibus. Secundo qualis sit potus. Tertio qualiter totus Christus sub cibo contineatur & potus. Quarto verò qualiter sit sumendus, & quid in eo percipiatur. In primo autem, scilicet cuiusmodi cibus sit Eucharistia. 1. in genere notanda occurrunt, scilicet cibi nobilitas, ex genere. Cibi suavitatis, ex sapore. Cibi lautitatis, ex preparacione. Cibi sanitatis, ex operatione. Cibi nutritivitas, ex virtute. Cibi ad cibatum congruitas, ex similitudine. Cibi ad cibatum penetrabilitas, ex subtilitate. Cibi ad cibatum vnibilitas, ex consuetudine. Et cibi cum cibato firmæ hæcilitas, ex cibari per cibum apprehensione. Hæc enim 9. in omni cibo verò & bono considerantur, &c.

CAPVT I.

De nobilitate huius cibi ex genere.

1. Eucharistia dicitur regibus quia regibus preparatur, quia filij regis debent, quia ex preparacione summi regis assumptus.

DE primo notatur, quod nobilis esse debet ideo, quia est regius, quia est regis filius ordinatus, & quia de ipis promptuariis summi regis assumptus. De primo horum dicitur *Genes. 49.* Aser pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. Non enim ignobilis est cibus istius Aser, qui beatus interpretatur, & delicias etiam regibus valet præbere: regibus, inquam, illis qui in regno Christi omni decore virtutis coronati regium honorem obtinuerunt. Hic est cibus qui Vriæ fidelissima militi exhibitus est à David cum reverteretur ab exercitu. 2.

Reg. 11. vbi sic dicitur: Egredius est Vriæ de domo David, securusque est cum cibus regius. Vriæ lux mea Deus interpretatur, vel incendium meum Dominus, & signat eos in quibus decor fulget regius in lumine sapientie, & igniti radiant lapides virtutum in igne affectus in charitate. Hi sunt de domo & palatio regis David: quia pertinent ad curiam regalem ad regnum ordinari: in palatio enim cæli cogitatione & auditate & intentione & desiderio conuersantur, dicentes cum *Apostolo Philip. 3.* Nostra conuersatio in cælis est coram David qui aspectu est desiderabilis in contemplatione veritatis, & manu fortis in omni honestate virtutum. Hos per manum summi regis missus sequitur cibus regius ad regalem dignitatem preparatus. Hoc optime significatum est *Isa. 66. ult.* vbi dicitur, quod monarcha summus Euilmerodach, qui tunc monarcha fuit, eleuauit caput Ioachim, qui Domini exaltatio interpretatur, regis Iuda, & eduxit eum de domo carceris, & locutus est cum eo bona, & posuit thronum eius super thronos regum, qui erant post se in Babylone: & mutauit vestimenta carceris eius, & comedebar panem coram eo semper cunctis diebus vite eius: & cibaria eius, cibaria perpetua dabantur ei à rege Babylonis statuta per singulos dies, vsque ad diem mortis sue: Rex Babylonis, rex huius mundi & Dominus & iudex, qui Ioachim, eum quem Deus gratia surgere fecit in altum, de domo carceris sui strictissimi in quo multi captiui tenentur in peccatorum vinculis, eleuatum, benigne alloquitur, & vesci eum conuersatione regij decoris, & de mensa regali cibaria facit exhibere in refectioe huius cibi cunctis diebus perpetuo, quæ vegetent in æternum. Sic ergo cibus iste est regius: quia regibus preparatus.

Est ideo etiam regius: quia filiis regis summi ad regnum vocatis debitus est & ordinatus. Vnde etiam dicitur *Matth. 15.* à Domino: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Hi autem sunt filij de quibus dicitur: *Ioan. 1.* Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.

A

A spiritu enim formati in similitudinem diuinam facti sunt filij Dei, quibus diuinus cibus est præparandus. Et hæc est causa, quod vocatur panis Angelorum qui filij Dei secum dicuntur in gloria regnantes. Panem Angelorum manducauit homo, homo scilicet ad similitudinem Angelorum prouectus. Sap. 16. Angelorum esca nutriuiti populum tuum, & paratum panem de celo præstitisti illis sine labore, habentem omne delectamentum in se & omnis saporis suauitatem. Substantiam enim tuam & dulcedinem tuam quam in filios habes, ostendebat. In dulcedine paterna regis celestis filijs Dei est præparatus iste cibus, & ideo regius.

Est autem tertio regius: quia de ipsis summi regis promptuariis est assumptus, sicut dicitur *Psal. 35*. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Abundans enim est cibus regalis in domo summi regis, nec aliud est in ea nisi splendidum & regale: hoc enim est de quo dicitur *Eccl. 31*. Splendidum in panibus benedicientiæ labia multorum, & testimonium veritatis illius fidele. Splendent abundantia & decore regio omnia quæ in domo sunt regis: & ideo in panibus splendorem habet: quoniam omnium gustantium panes illos benedicunt labia magna gratiarum actione & testimonium veritatis de omni regio cultu mentis suæ fidele & verax in perpetuum. Propter quod & filius prodigus qui primo per stultitiam bona sua consumpserat, sapiens iter in seipsum reuersus, ait *Luc. 15*. Quanti mercenarij in domo Patris mei abundant panibus: ergo autem hic fame pereor. Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Fac me sicut vnum ex mercenariis tuis. Abundans enim omnibus est domus, & omni abundantia regalium ciborum adimpleta. *Psal. 143*. Promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud. Sic ergo cibus dicitur regius.

In specie autem acceptus iste cibus in quantum est cibus & non sacrificium, inuenitur in animalibus quidam in tribus dignioribus significatus, in granis autem præsignatur in duobus. In animalibus enim præsignatur in vitulo saginato, in agno, & in hædo, qui leguntur cibi fuisse & Angelorum & patrum. In granis autem præsignatus est in mannate, & in pane frumenti, nec in alijs cibis de facili inuenitur præsignatus in cibo simplici. Cuius causa est: quia in vitulo præsignatur Christi officium quod est Christi cultura, qua excoluit corda hominum tanquam quædam diuinæ vitulamina plarationi & seminationi præparanda: & quantum ad refectionem talis operis voluit in cibo vituli saginati præsignari. In agno autem significatur quantum ad innocentiam & patientiam: & ideo præsignans suarum virtutum refectionem voluit præsignari in cibo agni. In hædo autem significatur quantum ad incarnationis & passionis causam quæ est peccatum: quia venit in similitudinem carnis peccati, qui peccatum omne tulit: & ideo voluit cibo hædi præsignari: quia & hædus similitudinem hircorum & caprarum habet, sed

4. Quare Christus vitulo, agno, hædo, mannate & frumento præsignatus

fætorum & hircorum & caprarum non habet. In his præsignatus est in cibis patrum istecibus. De granis autem ratio est: quia in Christo id quod eum cibum nostrum fecit, pietas est, & misericordia, & obedientia patris. & quoad hæc tria præsignari voluit in manna, quod de celo venit, in quo signatur obedientia Patris de celo. Et saporem habuit cibi dulcis & pinguis. Et in dulcedine quidem significatur naturalis bonitas & pietas quæ eum cibum nostrum effecit. In pinguedine enim significatur misericordia ipsius, quam ad nos habuit, quando talia bona multiplicibus defectibus nostris opposuit. In grano autem frumenti præsignatur, in cibis patrum quantum ad robur gratiæ, quod patrat hoc sacramentum: tam magnus enim cibus vno & eodem signo non potuit præsignari. Refert enim Philo qui librum sapientiæ fecit, quod omnis saporis in cibo patrum exuentium de *Egypto* fuit delectamentum salutare.

In vitulo quidem præfiguratur Angelorum esca. *Genes. 18*. vbi sic dicitur, quod tribus Angelis venientibus ad tabernaculum Abraham in ipso seruore diei, & facientibus promissionem de nascituro filio, qui cunctis risum & gaudium esset facturum, dicitur, quod ipse Abraham cucurrit ad armentum, & tulit inde vitulum tenerimum & optimum, deditque puero qui festinauit & coxit eum. Tulitque butyrum & lac & vitulum quem coxerat, & coram Angelis posuit, Abraham enim pater fidei & prima credendi via, summum patriarcham significat. Armentum autem significat totam vitulum fidei congregationem, ex quorum grege assumptus est vitulus: quia ex eorum corporali substantia sine lege concupiscentiæ assumptus est noster cibus Iesus Christus. Vitulus autem qui iugum non portauerat alicuius feruitutis. Hic est vitulus de quo dicitur in *Psal. 68*. Placebit Deo super vitulum nouellum, cornua producentem & vngulas. Iste enim vitulus super omnes Deo placet vitulos, qui ad illius nostri optimi vituli similitudinem in cibum Angelorum sunt formati: quia sancti Angeli in conuersatione eorum delectabiliter reficiuntur: & cornua producant virtutis & veritatis, quibus & vitia & falsitatem omnem ventilant & vngulas duras fissas feuerissimæ censure & distractionis, quibus se & effectus suos protegent, ne terrenis delectationibus inquinari molestentur. Hic est vitulus tenerimus, quem nulla indurauit mali consuetudo, teneriter se præbens ad fidelium manducationem. Hic est vitulus optimus omnium bonitatem excedens sanctorum, ita ut in comparatione ipsius alij non dicantur boni. *Matth. 19*. Nemo bonus nisi solus Deus. Hic est vitulus puero patriarchæ, id est, ordini sacerdotum assignatus. Coquendus in igne passionis & charitatis & deuotionis, quibus ignibus nobis in cibum conuenientem præparatur, ut communicantes simul passionibus affecti in charitate, & tota mentis deuotione accedamus. Hoc cum butyro suæ deitatis nobis proponitur, & cum lacte humanatis,

manitatis, dicente *Isa. 7*. Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum & eligere bonum. Et in *Cant. 4*. Mel & lac sub lingua tua. Iste est vitulus saginatus, quem occidit magnus paterfamilias *Luc. 15*. quando filium suum saluum recepit; & symphoniam & thronum exultare fecit: quia in reconciliationem nostri ad Deum hic vitulus omni pinguedine gratiæ saginatus, occisus fuerit, cui totus cætus prophetarum & sanctorum concorditer quasi in symphonia cecinerunt, & omnes in tripudio conuiuium istius solemnitatis laudauerunt. Iste est vitulus, cui multi vituli sunt postea adiuncti in Angelorum nuntiorum Dei refectionem, ad laudem Domini nostri Iesu Christi. *Osæ 14*. Reddemus vitulos labiorum nostrorum, hæc est, vororum nostrorum tibi vtilis laboris offeramus. Hic est vitulus, de quo dicitur *1 Reg. 1*. Adduxit eum secum Anna in vitulis tribus, & tribus modis farinæ & amphora vini. Anna enim gratia interpretatur, quæ puerum à Deo postulatam in vitulis tribus, hoc est, in profectu veritatis virtutis & deuotionis secum ad sacerdotem adduxit, & tribus modis farinæ quæ tres signant mensuras innocentie, hoc est, quod nulli nocuit, quod bona pro malis rependit, quod læsus à lædente vindictam non expetit, sed indulgentiam impetrauit. Et amphora vini quæ signat mensuram internorum gaudiorum in sanguine Christi. Sic ergo preciositas & nobilitas istius cibi in vitulo signatur saginato.

6. Significatur etiam in agno qui occisus est ab origine mundi *Apoc. 1*. Hic enim cibus etiam fuit sanctorum libertatis eos à percussore Angelo. Signatur autem in agno quantum ad innocentiam & patientiam & obedientiam simplicitatem. Vnde *Exod. 12*. Erit autem agnus sine macula masculus anniculus. Absque omni macula peccati fuit Christus. Masculus, hoc est, perfectus, anniculus super quem omnes celestium luminum fuerant completæ reuelationes. Hic est enim annus perfectæ celestis illuminationis, annus benignitatis diuinæ. *Psal. 64*. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. In coronam enim in ipsis illuminationibus transiit, quando umbra veritatis respondit. Hic est agnus sine macula, de quo dicitur *Ierem. 11*. Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. Et *Isa. 54*. Sicut ouis ad occisionem ducetur, & sicut agnus coram tendente se sine voce est: quia innocentiam suam per omnem modum patientiæ & obedientiæ probauit, ostendens quod ipse est agnus Dei qui tollit peccata mundi. *Ioh. 1*. Vnde *Apoc. 14*. Vidi supra montem Sion agnum stantem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus eorum. Qui multi Agnelli humiles & mites & obedientes hunc agnum imitati sunt & securi, qui seiplos Deo immolauerunt. De quibus dicitur *Apoc. 8*. Agnus qui in medio throni est, reget illos, & deducet illos ad vitæ fontes aquarum. Agnus enim quia mansuetum animal est &

D. Alb. Mag. lib. de Euch.

inhocens, gregale animal est & delectatur in grege agnorum, in quo est ipse dux & veruere omnium manufactorum. *Isa. 40*. In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit.

In hædo autem significatur quantum ad causam incarnationis & passionis. Vnde *Exod. 12*. præcipitur, quod iuxta ritum agni tollatur & hædus, in cuius sanguine & cibo filij Israël liberentur. Vnde *Genes. 27*. Mater Rebecca dixit Iacobi filio suo: Affer mihi duos hædos optimos, sicut velle nouerat patrem suum, & coxit inde pulmenta. Duo autem hædi significant: vnus quidem similitudinem peccati in corpore Christi, aliter autem causam peccati in corpore nostro: qui tamen cocti igne diuino deuotionis & charitatis, mirabiliter delectant fauces Dei & ad benedictionem inclinant. Hic est hædus quem Manue, id est, requiescens obrulit Domini Angelo. *Judic. 13*. In cuius flamma Angelus in celum ascendit. Angeli enim Dei in penitentiis peccatorum reficiuntur, & ascendentes in celum, coram Deo vota penitentium exponunt referentes gratiam pro operibus penitentium. Sic ergo cibus iste præsignatus est in animalibus, & hac ratione quæ assignata est à nobis. Sicut enim diximus, tanti sacramenti cibus vna & eadem figura simplici non potuit præsignari, sed pluribus propter plures eius gratias præsignari digne debebat.

In granis autem præfiguratus est in duobus, scilicet in manna quod ad modum grani coriandri cadebat, & in frumento. In mannate autem quinque de causis præfigurabatur, scilicet quantum ad originem: quia celeste fuit manna. In sapore: quia diuersos saporos habebat. Et in loco: quia transcutibus per desertum tantum dabatur. Et in miraculo: quia miraculosè venit. Et in defectu: quia gustatis fructibus patriæ defecit. Et de primo quidem horum conuenientia est: quia & Christus de celo venit. Et multitudo gratiarum in Christo multiplicis saporis in mannate indictum fuit. Desertum autem in quo exhibitum est, desertum mundi significat, quod à perfectæ receptione diuinæ dulcedinis desertum est & incultum. Miraculosa autem natiuitas Christi responderet in miraculo mannaris. Et defectus eius in patria, significat quod post exilium huius vitæ talibus formis & similitudinibus cibi diuini non indigemus, quando Deus per se ipsum se nobis in aperta specie insillabit. His igitur de causis in mannate est præsignatum, & in memoriale huiusmodi gratiæ coram Domino est reseruatum. *Hebr. 9*. In qua vna aurea habens manna. Primum ergo istorum est, quod origine cibus noster est de celo, hoc est, de altitudine humanæ nature in qua Christus nostram naturam accepit immunem à culpa. *Ioh. 3*. Qui de sursum venit, super omnes est: & quod vidit & audivit, hoc testatur. *Psal. 77*. Panem cæli dedit eis, cibaria misit eis in abundantia. Et melius, est panis noster de celo: quia de celo humanæ nature fuit assumptus. De celo autem sanctæ Trinitatis fuit assumptus. Et de altiss

8. Manna quæ de causis figura Emmanuelis.

altissimo virtutis caelestis facta assumptio. *1/a. 18.* Sustollam te super altitudines terræ, & cibabo te hereditate Iacob patris tui. Altitudo autem terræ supremum est naturæ humanæ prout quantum ad innocentiam culpæ fuit in primo statu hominis, de quo statim Christus nostram naturam assumpsit, quæ diuinitati est vnita, per quam vniuersam plenitudinem omnis gratiæ accepit: & ideo Eucharistia, hoc est, bona gratia, quæ fideles nutriat, esse poterit. Hoc autem per corpulentam substantiam hereditas patrum nostrorum fuit, à quibus Christus descendit. Vnde de se & omnibus talibus sibi isic incorporatis dicit Christus *Ioan. 3.* Nemo ascendit in cælum nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo, qui per naturam diuinam de cælo sanctæ Trinitatis descendit, & in ipso remansit. Per naturam autem humanam de cælo in quo creatus fuit homo, assumendo passibilitatem descendit, & in ipso quantum ad immunitatem peccati permansit, & cum omnibus electis sibi incorporatis in vtrumque cælum reascendit. Sic ergo conueniunt manna & cibus iste quantum ad originem.

Conueniunt etiam in saporum diuersitate: quia sicut manna diuersos sapes habuit corporaliter, ita diuersos sapes gratiæ habet iste cibus spiritualiter. Dicit enim Philo in suo Exodo quem fecit texendo Pentateuchi historiam, quod manna masticatum semper conuertebatur ad saporem desiderarum à comedente, ita tamen quod vincebat in eo sapor dulcis & pinguis, vt ex dulcedine reciperet naturam, & ex pinguedine condiret cibum, & ex affectu saporis ad quem conuertebatur, satisfaceret appetitui comedentis. Et hoc est quod, vt dicit Philo, intendit *Psal. 78.* Manducauerunt & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis Dominus. Non sunt fraudati à desiderio suo: quia ex dulcedine attulit saturitatem, ex pinguedine demulsi gustum, & ex desiderato sapore attulit desiderium. *Sap. 16.* Paratum panem de cælo præstitisti eis sine labore, habentem in se omne delectamentum, & omnis saporis suauitatem. Et paulò post: Voluntati vniuscuiusque eorum deseruiens, ad quod quisque volebat, conuertebatur. Ita etiam spiritualiter panis noster quem ad aram deuotamus, omnium vas est gratiarum, omnem saporem gratiæ exhibens, & præter hæc dulcedinem diuinæ naturæ & pinguedinem deuotionis ad nos gustu exhibet spirituali. Et sicut aures diuersorum verba Dei audientium diuersas in verbo inueniunt pro vniuscuiusque facultate illuminationes, ita fauces diuersorum hunc cibum gustantium, diuersas gratiarum inueniunt refectiones. *Iob 12.* Nonne aures verba diiudicat, & fauces comedentis saporem? Quasi diceret: Dummodo fauces aliena amaritudine non sint infecti. Infirmis enim omnia amara videntur, sicut dicit Philosophus: quia cholericæ & felleæ amaritudo palatum inficit febricitantium. Et sic infirmi ex amaritudine peccati non diiudicant verum saporem huius cibi. *Ab. 8.*

In amaritudine fellis & obligatione iniquitatis video te esse. Hoc significatum est *Exod. 29.* vbi de agno offerendo Domino in vespera Dominus dicit sic, quod iuxta ea quæ diximus, in odorem suauitatis sacrificium Domino est oblatione perpetua. Dicunt autem hi qui eruditi sunt in naturalibus, quod odor sequela est saporis, nec potest esse odor suauissimus nisi saporis suauissimi: nec hoc esset in oblatione perpetua in omnes generationes, nisi vniuscuiusque saporem spiritum quem quærit, in agno isto inueniret. Hinc est, quod *Cant. 4.* Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Quia omnis vniuersionis & pinguedinis gratia est in Eucharistia contra omnem infirmitatem & omnem refectionem sapor omnia vincens aromata. Sic igitur conuenientia est eucharistialis cibi & mannat in diuersitate saporis.

In loco etiam exhibitionis vtriusque gratiæ conueniunt. Non enim dabatur manna nisi in deserto, vbi aliud delectabile & reficiens ad esum non fuit: & sic non sentitur dulcedo gratiæ & sapor Eucharistiæ nisi ab his qui se in desertum corde transferunt, vt mundanas non sentiant delectationes. Vnde *B. Berna.* Delicata est diuina consolatio, non datur admittentibus alienam. Et hoc est quod dicit *Psal. 64.* Pinguedinem speciosa deserti, quæ seipsa deserta faciunt, ne in eis quicquam colat mundus de tumultuosis & caducis delectationibus, & colles tam altorum cordium frequenter exultatione diuinæ consolationis accinguntur. Ad hoc desertum inuitat Dominus *Mat. 6.* Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum. In hoc deserto bis Dominus patitur turbas, & alibi pauisse non legitur. *Mat. 16.* & *Mar. 27. Ioan. 6.* Patres vestri manducauerunt manna in deserto. Hoc est desertum, de quo dicitur *Isa. 32.* Erit desertum in Chermel, & Chermel in saltum reputabitur, Chermel enim agnus tener interpretatur: quia desertum illud delicias nostri & Dei agni omni gratia tenerimi habere experitur. Et Chermel reputabitur in saltum: quod quia ibi omnia exiliunt fructueta, saltum vocatur: quia in talibus deliciis viror salt omnis virtutis.

Conueniunt etiam in traditionis & exhibitionis modo: vtrumque enim per miraculum Dei est exhibitum naturalibus potentiis ad hoc existentibus infirmis & inualidis. Vnde *Exod. 16.* Ecce ego pluam vobis panes de cælo. Egredietur populus & colligat quæ sufficiunt per singulos dies *Psal. 77.* Portas cæli aperuit Dominus, & pluit illis manna vt ederent. Sic etiam Filius Dei sua voluntate & verbo cibum nobis Eucharistiæ ministravit *Ioan. 6.* Panis quem ego dabo, caro mea est. Ac si dicat: Ego dabo & non alius: quia non nisi Deus hunc cibum mannat gloriofum saporem in se contentæ diuitatis habentem poterit dare. Vnde Christus hunc cibum præferens mannat, & ostendens quod nec illum nec istum dare potuit nisi solus Deus, dicit *Ioan. 6.* Amen amen dico

dico vobis. Non Moyse dedit vobis panem de cælo, sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum. Panis enim Dei est, qui de cælo descendit, vt det vitam mundo. Ille enim panis quem Moyse à Deo oratione impetravit, & non de thesauris suis dedit: sed Dominus non ad vitam æternam sumentes eum vegetauit, quamuis de cælo descenderit: iste panis qui sicut ille descendit, quem sicut illum non de thesauris humanis, sed de diuinis suis promptuariis Pater caelestis protulit, in hoc verus est: quia refectus ad se vegetat ad vitam æternam, & ita vterque miraculo bonitatis Dei est exhibitus. Et in hoc verum est quod dicit *Psal.* nouum miraculum veteri conformans *Psal. 110.* Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus, escam dedit imentibus se. Quia ne inferiores reputaremur antiquis patribus, qui Angelorum esca nutriti sunt, quinimò vt superiores in infinitum reputaremur, Dominum Angelorum nobis parauit in escam. *Ioan. 6.* Operamini cibum non qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis. De quo pane post pauca quidam ignorantes verum dixerunt: Domine semper da nobis hunc. De quo etiam Dominus exponens subdit: Ego sum panis vitæ: qui venit ad me, non eluriet. Patet igitur, quod vterque ab ipsa Dei dulcedine per miraculum est administratus. Dicit enim *Ioan. Chrysostomus*, quod id per miraculum fit, quod sola sit Dei voluntate, nulla potentia naturæ cooperante.

Est autem conuenientia in defecione. Manna enim defecit filiis Israel in terram promissionis intrantibus, & de fructibus terræ promissionis gustantibus. Vnde *Iosue 5.* Defecitque manna postquam comederunt de frugibus terræ, nec vli sunt vltra cibo illo filij Israel: sed comederunt de frugibus præsentis anni terræ Chanaan. Ita etiam in hoc transitu mundi vtimur cibo Eucharistiæ sub specie panis & vini velati: sed cum ad patriam veniemus, ipsam rerum veritatem gustabimus in vera specie Dei qui est fructus terræ Chanaan, hoc est, transmutatæ: quia ibi gratia transmutatur in gloria. Et hoc est quod Dominus dicit *Io. 16.* Hæc in prouerbis locutus sum vobis: sed venit hora cum iam non in prouerbis, sed palà de Patre meo annuntiabo vobis. Similitudinibus enim sacramentalibus vtimur tantum vsque ad manifestationem & perceptionem apertæ veritatis. Hoc est quod dicit *Apostolus 1. Corin. 13.* Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Hoc enim perfectum, quod Deum sicut est, participamus. Similitudinibus autem panis & vini sensibilibus modo manducamus propter nostram imperfectionem. In omnibus ergo quinque dictis conuenit manna cum Eucharistia, & talis conuenientia in diuinis concordia vocatur. Sic ergo per manna Eucharistiæ præfiguratur.

Huius autem sacramenti materia tantum in cibo sui generis nobilissimo accipitur in pane de frumento: huic enim frumento Christus se comparauit *Ioan. 12.* dicens.

D. Alb. Mag. lib. de Eucha.

Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum manet. In granis enim quatuor considerantur, scilicet color, figura, quantitas, & puritas substantiæ, si debeant esse nobilia. Hæc autem omnia in grano frumenti inueniuntur. Est enim interius coloris niuei, & exteriùs coloris rubei. Et hæc meliora dicuntur à physicis esse grana. Et hæc duo competunt sacramento, vt rubor sanguineus referatur ad passionem, & niueus color referatur ad candorem vitæ innocentis. *Cant. 5.* Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Candidus innocentia, & rubicundus passionis patientia. Figura autem grani frumenti columnalis est. Cuius genus, dicit Euclides, est quod circulus circa centrum æqualiter distans, æqualiter eleuetur: figura enim à centro æqualiter distans, vbique æqualiter premit & premitur, & est fides fulcimentum, sicut hoc intelligitur esse sacramentum. *Apo. 3.* Qui vicerit, faciam illum columnam in templo meo. Et hoc modo dicitur *Eccles. 24.* Thronus meus in columna nubis. Hæc est enim columna immobilis vna de septem sacramentalibus gratis, de quibus dicitur *Proverb. 9.* Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem. Quantitas autem consideratur: quia maius est inter grana, quæ in panem qui hominis est panis, assumuntur. Hordeum enim cibus est iumentorum. Avena enim cibus est altilium. Siligo est infirmitas ad frumentum: quia in terra bona siligo seminata, nobilitatur in triticum: & in terram malam frumentum seminatum, degenerat in siliginem: & ideo perfectum granum non est nisi granum frumenti. *Zach. 9.* Quid est enim bonum eius, aut quid pulchrum eius nisi frumentum electorum & vinum germinans virgines, hoc est, virgines mentes? Puritas autem substantiæ est, quod hoc etiam adeps aliorum granorum esse perhibetur. Vnde *Psal. 147.* Adipe frumenti sariat te. Hoc enim purum est & adeps omnis grani nutrientis. In quibuscunque granis ista quatuor inueniuntur, illa sunt nobiliora, & ideo materiæ corporis Domini apta. In nullo autem ita inueniuntur sicut in grano frumenti, & ideo corpus Domini potest consecrari. Patet igitur, quod in genere cibi panis ista grana continens, nobilissimo cibo comparatur. Vnde *Gen. 27.* dicitur: Frumento & vino stabiliui eum. Quia tota domus Iacob; hoc est, Ecclesia fundata est super hoc sacramentum frumenti & vini: quia in eo materia est materia frumenti & vini. Hinc est, quod dicitur de patribus hoc sacramentum desiderantibus, Tantummodo oculus Iacob in terra frumenti, vini, & olei: quia frumentum signat huius sacramenti quam in sacramento dat cordis firmitatem. Vinum autem spirituales iocunditatem, & oleum pietatis pinguedinem: hæc sunt super quæ tota consistit Ecclesia. Sic ergo patet, quod iste cibus in genere suo quantum ad significationem & causationem est egregius: hoc enim est granum pinguisimum & dulcissimum.

num inrer omnia grana. Vnde etiam is qui degustavit, id clamavit, & dixit *Psal. 62.* Sicut adipe & pinguedine repletur anima mea, & labris exultationis laudabit os meum. Quia adeps gratiæ deitatis & pinguedo deuotionis, ita repleuerant animam ipsius, quod tota prorupit in exultationem laudis. Hoc est triticum quod purissimo purissimum congruit, & grano quod est Deus incorporatur: & ideo totum ad horreum Domini pertinet colligendum *Matth. 13.* Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos myrrha ad conburendum. Triticum autem congregare in horreum meum. Omnes enim isti pertinent ad horreum Domini cæli, & ad mensam Dei. Et quia ipse cui incorporandi sumus, purissimus est, ideo congruit ut non nisi de purissimo grano conficiatur cibis corporis eius. Hoc est triticum & vinum quod omnes antiqui inedia famis consumpti petebant, dicentes *Thren. 2.* Matribus suis dixerunt: Vbi est triticum & vinum, cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum: Inedia enim longa consumpti populi matribus suis, hoc est, prælati dixerunt: Vbi est triticum corporis Christi, & vinum sanguinis eius, quod solum sacramentum est pignus salutis æternæ? Et hoc dixerunt eo tempore, cum ex inedia defituti exhalarent animas suas viatico carentes in sinu, hoc est, in gremio prælatorum hoc sacramentum non exhibentium: quia non nisi figuram habebant & non veritatem. Nullum igitur in genere granorum inueniri potest adeo nobile & adeo dulce & minus ventosum, quod humilitatem signat, sicut granum frumenti. Et dicit *Psal. 4.* A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicari sunt. Hæc igitur est causa: quia in genere grani non nisi de grano frumenti hoc sacramentum confici potest.

CAPVT II.

De cibi huius suauitate & sapore.

^{1.} Secundum ordinem superius inductæ diuisionis, nunc dicendum occurrit de sapore suauitate, quæ in hoc cibo spiritualiter gustantibus eum inuenitur. Et quamuis in præmissis quædam de hoc dicta sint, tamen quia ad cibum bonum etiam pertinet saporis suauitas, etiam hic quædam alia & aliter quam superius dicta sunt, scribemus. Habet igitur in causando saporẽ hoc sacramentum, & habet saporẽ in significando, & in ambobus his admirabilem spirat sanctitatis odorem. In causando quidem habet sex saporẽ: habet enim saporẽ puritatis ex corpore, saporẽ dulcedinis valde amabilis ex sanguine, saporẽ autem omnis virtutis ex anima, qui est sapor aromaticus. Habet etiam saporẽ subtilitatis & subtilis in nos penetrantis ex spiritu humano, qui est in ipso, & saporẽ omnis gratiæ, qui est sapor gratiosus ex deitate, & tandem habet saporẽ celestem in omnibus ex vniõne hu-

^{1.} *Zuchristia sex huius saporis in causando, sciunt saporẽ puritatis ex corpore.*

manorum suorum cum deitate. Quamuis enim, sicut dicit Isaac in dietis vniuersalibus 9. sint saporẽ corporales, scilicet dulcis, pinguis, ponticus, stipticus, acutus, & acerosus, salus, amarus, & aquosus qui insipidus vocatur, tamen quia probatum est, quod sapor est sequela complexionis, necessarium sequitur, quod sicut quælibet res composita vel composita propriam habet complexionem, ita quælibet proprium habet sibi attributum saporẽ. Quia igitur quædam sunt in parte pura, & in parte impura, & in parte corrupta, & in parte non corrupta, ideo pauca inueniuntur in omni puritate suum saporẽ exhibentia. Sed Domini nostri Iesu Christi purissimum corpus naturalis solum inter omnia communicatiua suæ puritatis exhibet saporẽ, & sicut dicitur de Moab *Isa. 16.* & *Ierem. 48.* dicitur in malo, quod non est transfusus de vase in vas, ideo gustus eius permansit in eo, & odor eius non est mutatus, ita per contrarium in bono dicitur de Dominico corpore, quod in vase vteri virginis manibus Spiritus sancti formatum, in aliquod vas commaculationis non est transfusus. Et ideo gustus puritatis eius permansit in eo, & odor qui est saporis quædam euaporatio, non est immutatus: omnino enim incorruptum est quod est in ipso, sicut ipse dicit in *Psal. 25.* Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Scitur autem ab omnibus physicis, quod impuritatis odor ab aliquo impuro resoluitur, & sapor similiter. Considerentur enim omnia principia hoc corpus deficientia. Materia enim purissimus sanguis est vteri virginis. Virtus in eo diffusa, virtus Altissimi est, ut dicitur *Luc. 1.* Virtus Altissimi obumbrabit tibi. Operans, Spiritus sanctus est, sicut dicitur ibidem: Spiritus sanctus superueniet in te. Assumens hoc corpus, Filius est Altissimi, sicut dicitur *Luc. 1.* Anima de nouo à manibus Trinitatis creata, & puritati corporis infusa, & omni gratia repleta. Quid ergo impuritatis in hoc corpore gustari poterit: est prorsus nihil. Vnde *Sap. 8.* ipse qui est sapientia Patris, dicit, Puer eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam: & cum essem magis bonus, veni ad corpus incoquinatum. Bene enim puer, qui sic testa recenti imbibitum seruabat puritatis odorem: & bene anima bona sortitus, quia omnis gratiæ vas sortitus est animam, & bene magis bonus omnibus erat, qui verus erat Deus de quo dicitur *Mat. 19.* Nemo bonus nisi solus Deus. Et optimè subiungitur, quod venit ad corpus à commaculatione omni incoquinatum: quia de puro sanguine à puro spiritu & in purissimo vase vteri virginis est cõfectum. Habet igitur purissimum ex omni parte saporẽ, si puris faucibus, sicut ipsum est purum, degustetur.

^{2.} Habet etiam saporẽ dulcedinis valde amabilis ex sanguine: naturalis enim est, quod omnis sanguis dulcis est saporis: quia cum sanguis sit vltimum nutrimentum eorum quæ sanguinem habent, & nihil nutriat nisi dulce, oportet quod omnis sanguis qui incorruptus est, dulcedinis habeat saporẽ.

^{2.} *Saporẽ dulcedinis valde amabilis ex sanguine.*

Quantæ

Quantæ ergo putas dulcedinis est sanguis sacramenti huius, qui de tam dulci fonte manauit, & à tam dulci fonte hauriente in tam dulcẽ vas est transfusus. Fons enim huius sanguinis est sanguis in visceribus gloriosæ Virginis contentus: hauriens hunc fontem, Spiritus sanctus est: vas in quod transfunditur, corpus Dominicum est, ex quo etiam manat in sacramentum & ex sacramento in corda fidelium: quæ omnia nihil amaritudinis habent admixtum. Vnde *Cant. 2.* vbi sponsa de fructu arboris crucis loquitur, dicit, Sub vmbra illius quem desideraueram, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Et hoc dicit propter sanguinem à cruce distillantem. Vnde sapientia Salomonis suadet, & dicit *Proverb. 24.* Comede fili mel: quia bonum est, & fauam dulcissimum gutturi tuo. Sanguis enim dulcis de Dominico corpore in nos distillans, est tanquam fauus dulcissimus, in quo mel à cera distillat.

^{3.} Saporẽ autem aromaticum omni virtute fragrantem habet ex anima, quæ omnibus virtutibus fuit, est, & erit semper plenissima. Vnde per ortum deliciarum significatur. *Cant. 4.* vbi sponsa Spiritum sanctum alloquitur, & à se spiritum malignum fugat, dicens: Surge Aquilo; & veni Auster, perfla hortum meum, & fluent aromata illius. Ab Aquilone enim pandetur omne malum, qui est ventus frigidus diabolicæ suggestionis, constringens aromata, ne saporẽ & odorem virtutum effundant. De hoc igitur dicit, quod fugat, hoc est, recedat, & de medio tollatur: quia ille vterque omnino repulsus est ab horro veterum deliciarum, quæ est anima Christi. Sed veni Auster, qui est ventus calidus & humidus, ex calore aperiens, & ex humiditate laxans aromata, & significat Spiritus sancti aspirationem calidam charitate, & deuotione humidam, pietatis consolatione resoluens & laxans & spirare faciens hortum istum: ut aromaticus eius sapor & odor in omnem fluant Ecclesiam, ut omnes hi inebrientur sapore. Vnde ibidem dicitur: Odor tuus super omnia aromata. Sicut autem in antè habitis diximus, odor est iudicium saporis, & respiratio quædam ex sapore facta.

^{4.} Ex spiritu autem humano Christi qui est in hoc sacramento, & pulsans ad vitam, & animales perficiens operationes ad connotandum, habet hoc sacramentum saporẽ subtilitatis: quia etiam secundum naturam subtilium in compositione spiritualium saporẽ & odores valde sunt subtiles & facile penetrantes. Tali enim spiritali & spiritu pleno sapore se transfert Dominus in omnium sanctorum animas, & in saporẽ suum conuertit, ut *Hebr. 4.* dicitur, quod est penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens usque ad diuisionem animæ, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis, pertingens ad diuisionem animæ & spiritus. In omnia enim hæc spiritus iste subtilis penetrat, & omnia saporẽ deitatis informat. Et hoc est quod dicitur *Sap. 7.* Per nationes in animas

^{4.} *Saporẽ subtilitatis ex spiritu humano.*

D. Alb. Mag. lib. de Euchar.

sanctas se transfert, amicos prophetas Dei constituit. Quod enim dicit, quod in animas sanctas se transfert, non est nisi subtilitatis & spirationis, in cuius spiritus materia, hoc est, humore, sicut in proprio subiecto est sapor, & exspiratio ipsius secundum naturam est causa odoris. Nec aliquis dicat, quod subtilitas ad saporẽ non pertineat: quia quamuis subtilitas non sit sapor, tamen dispositio est omnis saporis & odoris, subtiliter in nos penetrantis & bene moti ad hoc, quod in nos transferatur & moueatur. Per hanc subtilitatem in nos penetrantem dicitur de sapientia, quæ est Filius Dei *Sap. 7.* omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia. Attingit autem vbiq; propter suam munditiam. Vapor est enim virtutis Dei, & emanatio quædam claritatis omnipotentis Dei sincera. Talis autem vaporis spiratio & emanatio sincerissima spiritus subtiliter in nos penetrans, nos ad omnem sui spiritus informat saporẽ & odorem.

Saporẽ autem gratiosum valde habet ex deitate, in qua, sicut dicitur *Ioan. 1.* Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vniuenti à Patre, plenum gratiæ & veritate. Hoc sapore omnibus præfertur delectabilibus, nec aliquid est quod comparari possit delectationi huius sacramenti. Sic accipitur quod dicitur *Psal. 36.* Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Si enim delectatio est, ut dicit *Aspasius*, diffusio naturæ super maximè conueniens, inestimabilem conuenit esse delectationem super gustum deitatis in omni gratiæ & omni bono refertum. *15. Psal.* Delectationes in dextera tua usque in finem. Et *Isa. 55.* Comedite bonum & delectabitur in crassitudine anima vestra. Hic est enim delectabilis sapor, omni satisfaciens desiderio sanctorum, sicut dicitur *Proverb. 13.* Desiderium si compleatur, delectat animam, &c.

^{5.} *Saporẽ gratiosum gratiæ ex deitate.*

^{6.} Ex vniõne humanorum suorum omnium cum deitate saporẽ habet inusitatum in terris, qui est sapor celestium gaudiorum, quem omnia quæ sunt in Christo gustantibus hoc sacramentum, infundunt: & hic est sapor vite æternæ, de quo dicitur *Proverb. 15.* Gustauit & vidit, quia bona est negotiatio eius. Hæc est enim vinea gaudium æternum gustui inferens, & saporẽ bonorum æternorum. *Ecclesi. 24.* Quasi Libanus non incisus vaporari habitationem meam. Libanus enim mons optimus & delectabilibus plenus: & ideo non vnum, sed omnia spirat bona, & signat coniunctionem summæ deitatis cum humanitate, in qua celestia omnia terrenis sociata sunt, & omnia quæ in cælo sunt, sapiunt & spirant. Et attende, quod licet isti saporẽ non sint de saporibus corporalibus qui ad faucium corporalium gustum deprehenduntur, tamen omnem conuenientiam quæ ad nos potest esse, determinant. Ad nutrimentum enim substantiæ exigitur puritas: quia impurum in nutrimento sumptum abiicitur à natura, & ad naturæ conuenientiam assumitur dulcedo: quia nihil nisi dulcedo appetitur & retrahitur à natura.

^{6.} *Saporẽ celestem ex vniõne humanorum suorum omnium deitate.*

tura. Aromaticus autem assumitur ad appetitus excitationem: quia cum fastidio & abominatioe cibus sumptus abiicitur magis quam vtiliter fumatur. Subtilitas necessario requiritur ad penetrationem ad interiora. Delectabilitas autem vt natura expansa & dilatata vndique capiat & capiatur à cibi nutrimento. Et quia nihil perficit suam operationem naturalem sine virtute cælesti, coniungitur omnibus in sapore virtus cælestis, bona cælestia ingerens, vt quodlibet prædictorum ad suum proprium deducatur effectum. Et in hoc deprehenditur mirabilis altitudo sapientie diuinæ. In quo altitudo diuina consideratur, quæ in vno cibo omnia congregauit, quæ ad perfectionem requiruntur nutrimenti. Et hoc significatum est *Gen. 45.* vbi sic dicitur: Venite ad me, & ego dabo vobis omnia bona *Egypti*, vt comedatis medullam terræ. Omnia enim bona nostra, quæ *Egypto* huius terræ habitamus, sunt in corporis Domini sacramento, & tota medulla terræ, hoc est, terreni corporis per saporem & nutrimentum est in eo. Medulla enim purius est quod in corpore est, & dulcius, & magis odoriferum, & subtilis humiditatis etiam per ossa penetrantis, & delectabilis in gustu, & virtutis maximè ad nutriendum propter pinguedinem quam in se habet infusam. Hos igitur sapes spiritaliter habet in causando.

Habet autem duos sapes in significando, scilicet saporem panis, & saporem vini. Quia quamuis aqua vino in calice admisceatur, non tamen tanta apponi debet vt vini tollat & deleat saporem, sed potius ipsa aqua tota transire debet in saporem vini. Quia aqua significat insipiditatem populi, quæ tota transire debet in saporem spiritus Domini, sicut inferius ostendemus. Sapor enim panis de frumento assumitur ad significandum cordis ex isto nutrimento confortationem, sicut ipse dixit patriarcha *Gen. 18.* Ponam buccellam panis, & confortetur cor vestrum. Confortat autem principium vite & virtutis ferens nutrimentum in vehiculum: quia per substantiam suam per nutrimentum, & per spiritum quo illud granum plenum est, diffundit spiritum qui vigoris & virtutis est vector in membra. Et hoc magis facit panis in sacramento, qui nutrientis puritatem substantie habet perfectam, & fons est omnis spiritus administrantis virtutem & fortitudinem. Inde enim dixit patriarcha, Confortetur cor vestrum. Et in *Psal. 103.* propter hoc dicitur: Panis cor hominis confirmet. Et *Act. 27.* dixit Paulus: Rogo vos accipere cibum pro salute vestra quia nullius vestri capillus de capite peribit. Cibum enim salutis saluberrimus omnibus & confortat in gratia, & saluat à periculo. Vnde etiam *3. Reg. 19.* Elias in fortitudine panis quem sibi ministravit Angelus, ambulauit per desertum quadraginta diebus & quadraginta noctibus vsque ad montem Dei Oreb. Quia per totum desertum huius mundi quadraginta diebus & quadraginta noctibus penitentialibus am-

7.
Eucharistia
duos habet
sapes in
significando,
scilicet sapes
panis &
vini.

bulamus, donec ad montem diuinæ visitationis & visionis veniamus. Sapor autem vini in signando assumitur, vt sapor cælestium gaudiorum in nobis perficiatur, sicut dicitur in *Psal. 103.* Vinum lætificat cor hominis. Et *Iudic. 9.* dicit hæc nostra vitis: Non possum deserere vinum meum, quod lætificat Deum & homines, & ire vt inter ligna promouear. Sicut autem diximus, quamuis aqua pro nobis in sacramento accipiatur, tamen sapor aquæ in sacramento non sentitur: quia populus iunctus sanguini Domini, non sanguinem conuertit ad insipiditatem, sed potius gaudiorum spiritualium accipit saporem, sicut *Ioan. 2.* Aqua à Christo conuersa in vinum, nihil retinuit de aquæ insipiditate, sed tota conuersa est in vini saporem. Vnde ibidem dicitur: Seruasti bonam vinum vsque adhuc. Sic etiam vitis in se complutam per radicem bibit aquam, & ex illa generat vinum, quod propinet eis à quibus colitur. Propter quod, *Isa. 5.* dicitur de vinea fructum congruum non ferente, Mandabo nubibus meis ne pluat super eam imbrem. Propter quod etiam Empedocles de natura vini loquens, dixit quod vinum est aqua putrefacta in vite, putrefactionem pro digestionem accipiens. Sic igitur & naturali exemplo & Christi miraculo probatur, quod aqua in sacramento cum vino mixto, non debet in sapore aque remanere, sed potius saporem vini accipere: quia de insipidis dicitur *Apoc. 3.* Quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Tepidum autem ibi ponitur pro insipido.

Vinum autem assumitur in significando, tum propter hoc quod Christus se vite comparauit, tum propter hoc quod dictum est, quia vinum in iocunditatem animum conuertit, & cor dissoluit in gaudio, & bona spe futurorum bonorum. Hæc enim tria facit vinum, quando proportionabiliter sumitur. De primo horum dicitur *Eccles. 31.* Vinum in iocunditatem creatam est, & non in ebrietatem. Ab ipso exultatio corporis & animæ. Vinum moderatè potatum est sanitas animæ & corporis sobrius potus. Hoc enim maximè de vino Eucharistie intelligitur, quod animam iocundam facit, quod corpus & animam in exultatione spiritali infundit, quod sanitatem animæ & corpori tribuit. Hoc enim est quod dicitur *Eccles. 30.* Iocunditas cordis hæc est vita hominis, & thesaurus sine defecione sanctitatis. De secundo autem, hoc est, de gaudio supra inducunt auctoritates: quia vinum lætificat cor hominis: quia læticiam æternam de æternis iam sacramentaliter degustatis infundit. Hoc est vinum, de quo dicitur *Prouerb. 9.* Bibite vinum quod miscui vobis. *Prou. 31.* Dare siceram merentibus, & vinum his qui mesto sunt corde, sicut qui amaro sunt animo: bibant & obliuiscantur egestatis, & doloris sui non recordentur amplius. De spe autem quam bonam tribuit futurorum bonorum, dicit Philosophus, quod vinum bonæ spei facit hominem. Et hoc est vinum de quo *Cant. 7.* dicitur, Guttur tuum

sicut

sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labiisque & dentibus eius ad ruminandum. Guttur enim gustans hoc vinum, diu in se reuoluit saporem, in se reuolvens rei speratæ dulcedinem, & hoc labiis cordis, hoc est, intellectu & affectu reuoluitur, & continuè ruminetur, dulcedo beatitudinis in eo speratæ perfectè sugatur. His igitur de causis duos in hoc sacramento sapes significantes à Christo habemus, scilicet & panis & vini.

CAPVT III.

De cibi huius laucitate ex preparatione.

Modo autem tertio loco quæ sit cibi huius laucitas ex preparatione, describemus. Est autem laucissimus huius preparationis modus in quatuor, scilicet in efficacia virtutis, in altitudine sapientie huius cibum temperantis, & in condimento delectationis, & in abundantia administrationis. Primum horum attribuitur potentie Patris. Secundum attribuitur sapientie Filij. Et tertium attribuitur bonitati Spiritus sancti. Quartum autem maiestati attribuitur totius Trinitatis. De potentia enim Patris potuit hæc fieri præparatio. De sapientia Filij inuenta est. De bonitate Spiritus sancti condita est. Nec expressè haberi poterant nisi de maiestate & magnificentia totius Trinitatis. De potentia enim Patris dicitur *Esther. 13.* Domine Deus rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit resistere tue voluntati, si decreueris saluare Israel. Tu creasti cælum & terram & quicquid cæli ambitu continetur. Dominus omnium es, nec est qui resistat magnificentie tue. Ac si dicat: Talem redemptionis nostre cibum & pignus impossibile est humane infirmitati preparare: sed tibi Domine Deus rex omnipotens nihil est impossibile: quis in ditione tua cuncta sunt posita, quia in verbo simplici tibi coeterno fecisti cælum & terram, & omnia quæ in eis sunt contenta & eodem verbo creaturas, vt dicit *Ambr.* mutare potes in corporis & sanguinis Filij tui cibum. Nec enim mirum est si verbum quod omnipotentia Dei fecit creaturas, eadem potentia mutat creaturas in illud quod voluerit: quia Dominus vniuersorium ipse est: cuius magnificentie cuncta obediunt, & nihil resistit. Et hoc est quod dicitur *Sap. 12.* Subest tibi cæm volueris posse. Quia quamuis fides in omnibus articulis suis omnipotentie Dei innitatur, in sacramento tamen altaris, in quo consistit fundamentum fidei & totius Ecclesie cõmunio, maximè innititur omnipotentie. Et hoc quod in signo huius sacramenti dicit ad Sarat Angelus *Gen. 18.* vbi similis promissio sanguinis facta est, & confectio cibi Angelorum de tribus farinae satis, quæ magna fuerunt, & non nisi ab omnipotentia Dei fieri poterat. Num enim Deo quicquam erit difficile? Quasi diceret:

Cibus potentia Patris præparatus.

Non erit: facile est enim creaturas mutare & transubstantiare quas fecit, & de cibis nobis confueris, hoc est, pane & vino, corporis sui & sanguinis nobis dulcem cenam præparare. Hoc est etiam quod *Luc. 1.* Angelus dixit cum de perfectione & conceptione Domini corporis & sanguinis ageretur: Non erit apud Deum impossibile omne verbum. Et persuadens Virgini, vnde hoc fieri posset, dixit: Virtus Altissimi obumbrabit tibi. Quod exponens *Orig.* dicit virtutem Altissimi esse virtuosam potentiam Patris, quæ vmbra & imaginem suipsius fecit in Maria Virgine, de creatura verustatis corruptæ nouum hominem secundum Deum creaturam perficiens, & huic non ad imaginem, sed ipsam imaginem faciens per vñionem, in quo perfecta resulteret potentia Patris.

De sapientia autem hunc cibum temperante dicitur *Rom. 9.* O altitudo diuitiarum sapientie & scientie Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim dignè valeat inuestigare qualiter ex antiquo corpus incorruptum sit innouatum, qualiter noua anima viuificatum, qualiter vtrumque horum deitati sit sociatum, in vnam personam vñitum & assumptum, qualiter in carne infirmitates carnis portauerit, & qualiter in cruce mortuus sit, & qualiter in corpus & sanguinem principalia esculenti & poculenti, naturam humanam mutauerit, & sic se huiusmodi præbuerit in cibum? Hæc enim viæ sapientie Dei sunt absconditæ. Vnde *Prouerb. 30.* dicit Salomon confitens hæc sibi esse abscondita sic: Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro. Viam aquilæ in cælo, & viam colubri super petram, & viam nauis in medio maris, & viam viri in adolescentia. Viam enim aquilæ acutè videntis & altè volantis & de longè escam odorantis in cælo, viam vocat altissimæ sapientie diuinæ & profundas partes omnes circumspectantis: alto quidem consilio voluntatis super Cherubin in quibus est scientie plenitudo: quia mysterium hoc nec ipsa Cherubin & Angeli ad plenum cognoscunt, & de longè prouidentia sua escam hanc qualiter parant odorantis. Via autem nauis est via veritatis in doctrina & virtutis in vita: quia sicut per nauem, ita per crucem saluat eos qui hoc mare mundi nauigant, cuius mysterium etiam altitudinem sapientie humane excellit. Via autem colubri qui exaltatur pro nobis, vt morsus venenatici serpentis euadamus, est via medicine sacramentorum & præcipue huius sacramenti, in quo sicut in pyxide continetur omnis medicina: & hoc est super petram solidissimæ veritatis fidei, in qua fundatur Ecclesia, quæ etiam humanam vincit sapientiam. Via verò viri perfecti in omnibus virtutibus & gratis & in adolescentia iuuenili est introitus sapientie in humanam naturam infantilem & iuuenilem, quæ infantilis & iuuenilis esse solet, & non habere proprietates viri perfecti in prouidentia & actibus virtutis. Hæc igitur sapientia omnem humanam sapientiam excedens, hæc omnia prouidit & condit

2.
Sapientia Filij inuenta.

C 4

coniunxit in hoc sacramento. Hæc est mulier euangelica *Matth. 13* Fermentum efficacissimæ dicitatis abscondens sub farinæ fatis tribus, hoc est, purissima natura corporis, & purissima natura animæ, & purissima natura corporalis spiritus, tanquam sub tribus fatis abscondens, donec totum fermentetur, hoc est, à deitate penetretur, & diuinæ virtutis & sapientiz in intima sua recipiat influxum, & totum sic deitati societur. Hæc etiam sapientia per Saram principem & uxorem magni patriarchæ significatur *Gen. 18*, ubi Saræ uxori suæ dixit Abraham: Accelera, tria sata farinæ similæ commisce, & fac subcincios panes. Hæc est enim sapientia summi Patris, quæ tria sata deitatis & animæ & corporis commiscuit, hoc est, sociavit & ut vndeque simul sint, & tamen commixtionem quæ mutet aliquid illorum, non patiat. Accelerat autem: quia in momento operata est, & non per momenta temporum ut infirma facit natura, & fecit nobis panes æternæ refectionis sub cineribus huius nostræ mortalitatis decoctos. Simila autem purissima fuit: quia in deitate nihil furfuris cadere potuit. Anima autem nunquam commaculata fuit: & corpus sine omni contagione conceptum & natum, & per totam vitam conseruatum. Vnde etiam *Leuit. 2*. Dominus de similia purissima præcepit fieri sibi sacrificium & præparari.

3.
Bonitate Spiritus sancti
tam sicut
conuincit.

De bonitate autem Spiritus sancti, per quam iste cibus est conditus: quia ipse est Patris & Filij delectatio & condimentum, ut dicitur *Sap. 12*. O quam bonus & suauis est Domine spiritus tuus in nobis. Omne enim condimentum est in ipso, & sine ipso cuncta efficiuntur insipida. Et in huius rei figuram dicitur ad sponsam in *Cantic. 8*. Dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum. Vinum enim sacramenti cibus & potus est, conditum cum sapore bonitatis Spiritus sancti. Mustum autem malorum granatorum est succus delicatissimæ pietatis corporis Domini, quod sicut granatum quædam in se continet grana spiritualium virtutum & refectionem, quæ ex ipso per passionem expressæ, tãquam mustum mali punici continentur in sacramento: propter quod in dulcedine sua sacramentum parasse pauperi dicitur dulcissimus Deus. Hoc signatum est. *4. Reg. 4*. vbi dicitur, quod amaritudo colloquidarum per farinam in ollam immisam ab Eliseo tota in dulcedinem versa est, ita quod non fuit quicquam amaritudinis in illa olla. Farina autem illa dulcissima est, & delicata, dulcedinem signat & condimentum Spiritus sancti. Olla autem vas sacramentale signat. Colloquidæ autem amarissimæ signant tumultum Christi passionum amarissimarum, quæ tamen omnes nobis dulcissimæ sunt condimento farinæ, hoc est, bonitatis Spiritus sancti.

4.
Ex abundantia totius
Temeritate
admiratione.

De abundantia autem diuinæ maiestatis quæ dat impensas, dicitur *1. Paralip. 17*. Ego totis viribus meis præparavi impensas domus Domini. Et domus in qua infallibiliter omni tempore inuenitur Dominus, sunt

species sacramentales, quas post consecrationem ritè celebratam semper inhabitat Dominus. Huius domus impensas sunt natura diuina & humana in anima & corporis, & sanguine & spiritu & omnibus bonis quibus plena est natura diuina, & quæ non ad mensuram data sunt homini Christo, quas impensas nemo parare potuit nisi magnus ille rex, qui maiestatem totius signat Trinitatis. Vnde *Esther 1*. Bibebant autem qui inuitati erant, aureis poculis, & aliis atque aliis vasibus cibi inferebantur. Vinum quoque, ut magnificentia regia fuit dignum, & abundans & præcipuum ponebatur. Inuitati autem ad hoc sacramentum sunt omnes fideles Christo in sacramento cum Apostolis & discipulis communicantes, qui omnes aurea bibunt pocula: quia omnis eorum resectio in splendore deitatis administratur. Et cibi resectionis eorum aliis & aliis vasibus gratiæ inferuntur: quia in corpore cibus, in sanguine potus, in anima pignus redemptionis, in spiritu vita, in deitate omnis gratiæ gustus infertur, & vinum æternorum gaudiorum abundans in hydria perfectæ personæ diuinæ quæ est Filius: & præcipuum, quia in ipso fonte omnium gaudiorum haustum, nobis in hoc sacramento proponitur. Hoc est quod de maiestate Dei dicitur *Matth. 22*. Quidam homo fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Hæc enim est Dei magnifica maiestas quæ dicitur quidam singulari dignitate homo humanitate siue benignitate, fecisse dicitur præparatione, magnam quidem magnifica præparatione cœnam autem quæ vltima est, & post eam alia resectio in sacramento fidelibus non præparabitur, sicut ista post prandium agni typici veteris parata fuit, sed alia post istam in gratia fidei de cætero non parabitur, & ideo cœna vocatur. Hæc cœna signata est *2. Esdra. 3*. vbi sic dicitur, quod Darius rex fecit cœnam magnam omnibus vernaculis suis, & omnibus magistratibus Medis, & Persis, & omnibus purpuratis, & prætoribus suis, & consilibus, & præfectis. Darius enim significatur seu interpretatur augmentatus, & signat Christum qui omnibus fidelibus continuum accipit augmentum. Hic rex fidelium suæ magnificentiz demonstrans decorem in hoc quod tam lautam & magnam in sacramento fecit cœnam omnibus vernaculis, qui sunt serui in domo sua nati, quæ domus est Ecclesia. Magnates autem sunt viri magna virtute, quorum pietates & merita nunquam defecerunt. Purparati autem sui sunt martyres purpureo sanguine conformiter Christo rubificati. Prætores autem sui sunt sancti Ecclesiarum iudices, decreta canonica & leges & ad regimen sanctæ Ecclesiæ statuentes. Consules autem sunt doctores de secretis Scripturæ in dubiis fidelibus consulentes. Præfecti autem sunt plebibus in Ecclesiis præpositi. Quibus omnibus hæc cœna magna est præparata eximio & lauro præparationis modo, quem oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. *1. Corinth. 2*.

Eucharistia
cur dicitur
cœna.

Corinth. 2. & *Isa. 52*. Oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti diligentibus siue expectantibus te. Hæc est cœna de qua dicitur. *Apo. 3*. Ecce ego sto ad ostium, & pulso: si quis aperuerit mihi, intrabo, & cœnabo cum eo, & ipse mecum. Hic enim rex cœnat cum fidelibus, & se tribuit in cœnam Angelis reuerentiam exhibentibus, & sacerdotibus ministrantibus istius conuiuij ferula & cibum. *Isa. 66* Quis audiuit vquam tale, aut quis vidit huic simile? Rex cum suis cœnat & se in cibum exhibet, sacerdotes sanctificati ministrant, Trinitas condit, Angeli cælestes obsequuntur.

CAPVT IV.

De cibi huius suauitate ex operatione.

1.
Cibus sanus
quia ab infirmitate
preseruat.

Sic cibus sanus est ex operatione: quia operatur suauitatem in homine ipsum in communionem sumentem. Est autem sanus quadrupliciter, scilicet ab infirmitate præseruando, causam infirmitatis expurgando, sanitatem perditam reparando, & sanitatem reparatam conseruando. De præseruatione quidem ab infirmitate dicitur *Eccl. 38*. Deus de terra creauit medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam. De terra enim illa benedicta Dominici corporis & sanguinis, de qua scriptum est, Domini est terra, &c. creauit nobis Deus medicinam gratiæ præseruantem nos ab omni peccati infirmitate. Vir ergo prudens, qui de futuris habet prouidentiam, quod scilicet sine hac medicina non præseruatur homo ab infirmitate, & ideo non abhorret eam: quia licet sit apud imperitos horribile fumere humanam carnem, vel humanum sanguinem, tamen in hoc sacramento medicina est supra modum amplectenda. Et hoc est quod dicitur *Eccl. 43*. Medicina omnium in festinatione nebulæ. Quia forma panis intra quam corpus Domini continetur, nebula vocatur, quæ medicina est præseruans ab omni infirmitate. Hoc est quod dicitur *Iob. 5*. In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tangeret te malum. Tot enim sunt infirmitates quas timemus. Sunt enim sex quæ causantur ab infirmitate corporis & mentis. A corpore quidem tres, luxuria, gula, auaritia. Ab anima tres secundum quod est in corpore corrupto, scilicet ira ex sanguinis accensione, acedia ex corporis ponderositate, inuidia ex cordis prauitate, quia scilicet timet ne alterius prosperitate ipse impediatur. Hæc est quæ ducit hominem in desperationem. De hoc vide in *Bern. sermone. 43*. Superbia autem causatur ex sola spiritus altitudine, & hæc est septima. In quibus nos non tangit malum, à quibus nos corpus Christi præseruat. Si enim cogitamus patientis humilitatem, quædo in memoriam passionis Christi corpus Domini sumimus, non tangit nos malum superbiæ. Si autem cogitamus Christi charitatem in qua nobis se in corpore & san-

guine communicauit, non tangit nos malum inuidiæ. Si autem cogitamus, quod impiger fuerit ut omnia faceret quæ ad nostram salutem requirebantur in offrendo se pronobis, liberamur à malo acediæ. Et si aduertimus quam liberaliter sua & se nobis impendit, liberamur à malo auaritiæ. Si autem ad cor reducimus patientiam ipsius & mansuetudinem cum se pro nobis obtulit, liberamur à malo iræ. Si autem subuenit nobis de sobrietate illius cœnæ, liberamur à malo gulæ. Et si cogitamus amaritudinem in lactucis agrestibus, quæ amaritudinem & acerbiter signant passionis, liberamur à malo luxuriæ. Hoc signatum est *Tob. 6*. Cordis eius particulam si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus demoniorum. Quia omne genus demoniorum consistit in his septem: hæc enim est illa optima particula inter omnia sacramenta quæ nobis Saluator exhibuit, & ideo illa posita super carbones deuotionis igniti cordis, statim fumar in effectum ad Deum, & omnem vim inimici expellit à nobis. Fel autem valet ad vngendos oculos in quibus est albugo, & sanabuntur. Fel enim est fellea amaritudo exprobrationum Christi patientis, quæ extergit albuginem spissam, quam nobis ante oculos vanitas mundi posuit, ut non videamus lumen cæli: quia Christi amaritudo reducit nos, quod nos cognoscimus & ad lumen cæli oculos attollimus, & vanitatem mundi non curamus quæ nobis oculos obtexit. Sic igitur est cibus iste operans sanitatem, præseruando nos ab omnibus malis, quæ septem sunt in mortalibus, & vnum octauum in cæcitate veritatis.

2.
Causam infirmitatis
expellit.

Est etiam iste cibus sanus causam infirmitatis expellendo. Omnis enim causa nostræ infirmitatis est quintuplex. Quod enim ad infirmitatem mouet, extra nos est secundum id quod dicitur *1. Ioan. 2*. Omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Et quod in nobis inducit, aut est timor humanus vel mundanus, vel amor improbus, in quo superflue nos ipsos amamus. Et hoc totum curat cibus iste. Si enim cogitamus Christi in patiendo dolorem, expurgatur concupiscentia mollitiei, carnalis. Si aduertimus patientis nudam paupertatem, concupiscentiam expurgamus oculorum. Si autem aduertimus illius & exprobrati & derisus etiam à crucifixis larronibus vilitatem, totum expurgatur quod in nobis est de vitæ superbia. *Thren. 3*. Recordare paupertatis meæ, transgressionis, absynthij & fellis. Paupertatis, inquam, ne concupiscentia oculorum in mundi spectaculis diuitiarum te inficiat. Transgressionis in sensu doloris, ne dulcedo te concupiscentiæ carnalis alluciat. Absynthij & fellis in exprobratione derisionis & illusionis, ne superbia vitæ decipiat. Contra timorem valet recordatio gaudij, quia pro nobis audacter crucem sustinuit. Et recordatio mortis, quam pro nobis sustinuit, valet contra amorem superfluum, ne nos tantum amemus, quod pro ipso

nihil sustinere velimus. De 1. dicitur *Mat. 10.* Nolite timere eos qui occidunt corpus, & post hoc non habent amplius quid faciant. *Hebr. 12.* Recogitate eum qui ralem à peccatoribus aduersus semetipsum sustinuit contradictionem, vt non fatigemini animis deficientibus. De amore autem dicitur *Ioan. 12.* Qui amat animam suam, perdet eam. Et qui odit animam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. De vtriusque similiter dicitur *Hebr. 12.* Aspicientes in auctorem fidei & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta. Sic enim sic quod dicit *Apostolus 1. Corinth. 11.* Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem Domini bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat. Sic enim memoria passionis expurgat ab omni causa infirmitatis.

3.
Sanitatem
perditam re-
parat.

Est item medicina sanitatis, sanitatem perditam restitendo: sicut enim perditur sanitas & vires corporis, ita perditur sanitas mentis. Sanitas autem corporis & vires perduntur per longam abstinentiam inedia, ita quod consumuntur substantia membrorum & vires: & sic per longam abstinentiam inedia perditur substantia spiritus & vires & substantia boni naturalis in spiritu. *Thren. 4.* Melius fuit occisis gladio, quam interfectis fame: quoniam ipsi extabuerunt & consumpti sunt à sterilitate terræ. Occisi enim gladio sunt percussis rumpsa diaboli, quæ est peccatum aduale & mortale, in quo sariatur libido concupiscentiæ. Fame autem per abstinentiam istius cibi laborantes, interius destituuntur, & contabescit bonum spiritus naturale ex longa inedia famis, & omne bonum nutrimentum interius conuertitur in tabem. Vnde *Psal. 38.* Propter iniquitatem corripuisti hominem, & tabescere fecisti sicut araneam animam eius. Quia propter iniquitatem operis corrumpitur homo, & corruptus à sumptione istius cibi spirituali manducatione suspenditur, & tunc inedia consumptus, spiritualia sua in tabem conuertuntur & destituuntur in seipso. Per hunc autem cibum fit deperditum in substantia spiritualis boni restauratio, & reuertuntur vires, & homo redit ad statum & vigorem debitum. *Sap. 16.* Quoniam non natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos qui ipse te crediderint, conseruat. Natiuitatis enim fructus pascunt corpus, sed non animas: sed sermo Dei, hoc est, verbum Dei, formam & figuram cibi & porus assumens in sacramento pascit eos qui in te confidunt ad restorationem substantiæ boni spiritualis & naturalis, & virtutum spiritualium restorationem: quia per abstinentiam cibi istius sacramenti tabescit anima, hoc est, in tabem corruptam conuertitur, sicut aranea quæ labore venationis muscarum, in quibus vana huius mundi gaudia signantur, pro quibus homo laborat, contabescit cuiuscumque se in Tuius labore: liuida enim tabes efficitur in interioribus omnis homo, qui hoc cibo diu priuatur. Hoc optime in *Psal. 106.* signatum est. Collocauit illic, hoc

est, in terra fructifera, esurientes & sitientes, & condituerunt ciuitatem habitationis, & seminauerunt agros, & plantaerunt vineas, & fecerunt fructum natiuitatis. Esurientes enim sunt cibum corporis Christi desiderantes, & sitientes sunt qui desiderant sanguinem Christi. Hi constituerunt se per Dei gratiam in hoc loco, vbi est habitatio ciuitatis Dei, hoc est, in Ecclesia, & ibi semine iustitiæ seminauerunt agros abaugendo seu agendo dictos, in quibus crescit fructum panis corporis Christi, & plantaerunt vineas in quibus crescit porus sanguinis Christi, & in his fecerunt fructum dulcissimum gratiæ sacramenti quo cibamur, qui dicitur fructus natiuitatis, quia ex eisdem & corporaliter & spiritualiter nascimur & nutriuntur: gratia enim Christi nascimur, & gratia Christi in sacramento nutriuntur. *Psal. 22.* Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ vbi me collocauit. Ibi enim & substantia spiritualium restituitur, & vigor virtutum perficitur, & reuertitur spiritus omnium bonorum. *Act. 9.* Cum accepisset cibum, confortatus est, ita quod sicut dicitur. *3. Reg. 19.* Elias recreatus est in fortitudine cibi Angelorum panis, rotum desertum transiit, & ambulauit vsque ad montem in quo Deo est coniunctus. Hinc est quod patriarcha dixit *Genes. 18.* Ponam buccellam panis, & confortetur cor vestrum, quod scilicet prius per inedia longæ famis erat tabefactum. *Genes. 42.* Descendite & emite nobis cibaria necessaria, vt possimus viuere, & non consumamur inopia. Triticum enim quod ad imperium Ioseph venditur in *Egypto*, omnes saluat à sterilitate famis. Hoc est triticum corporis Domini, quod à Domino, qui per Ioseph significatur, venditur commutatione animæ & corporis, & in mundo saluat omnes à famis spiritualis consumptione. Sic igitur restituendo deperditum in substantia & vigore spiritus sanitatem restituit deperditam & reparat vigorem. *Gen. 47.* Alebat eos omnemque domum patris sui, præbens cibaria singulis. Sic alit nos Christus, & omnem domum, hoc est, Ecclesiam quæ est domus Patris, præbens cibaria singulis in sacramento cibi spiritualis, in quo est medicina perfectæ sanitatis, quo omnia restituuntur deperditam per inedia antiquæ famis.

Est etiam iste cibus sanus, repertam sanitatem & robur conferendo: sic enim per gratiam sacramenti dicitur de Christo *Eccles. 38.* Honora medicum propter necessitatem. Etenim creauit illum Altissimus. Necessitas autem vocatur necessitas conseruatio sanitatis: vnde ibidem dicitur, à Deo est omnis medela, & à rege accipiet donationem. Quia hæc medicina sanitatis à Deo est: sed ipsa pyxis, hoc est, sacramentum in quo datur, accipit donationem à Christo rege nostro, qui omnem gratiam in sacramento posuit. Miro enim modo studuit quomodo nobis gratiam nos in omni sanitate conferantem præpararet, & inuenit sacramentum, in quo ipse medicus & ipsa medicina semper

4.
Reparat
sanitatem
conferunt.

haberentur. *Psal. 106.* Misit verbum suum, scilicet in sacramentis, & sapauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum. Et hoc studium commendatur *Eccles. 38.* Disciplina medici exaltabit caput illius, & in conspectu magnatorum omnium collaudabitur. Hæc enim disciplina honorabilem fecit Christum, & in conspectu magnatorum omnium, hoc est, Ecclesiæ patrum fecit ipsum laudabilem in charitate qua nobis dedit seipsum: & quia sic sanitatem restauratam conseruat, vnctio vocatur: quia secundum naturam nulla corpora se in sanitatem conseruantur, vt dicit *Auicenna*, sicut quæ vndique circumdata sunt naturali & propria pinguedinis vnctione. Hoc est signatum *Ioan. 12.* vbi cum Christus esset in coena, Maria venit & effudit vnguentum super caput ipsius recubentis, & domus repleta est ex odore vnguenti: quia tota Ecclesia replenda erat vnctione sacramenti Christi, quod fracto alabastro corporis sui in passione sacramentaliter in totum corpus mysticum Christi distillauit ad sanitatis conseruationem. *Psal. 132.* Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius. Et hoc signando dicitur *Eccles. 38.* Vnguenta conficiet pigmentarius suauitatis, & vnctiones conficiet sanitatis. Et sic conseruet sanitatem restitutam, ne iterum infirmitas peius quam prius reuertatur, sicut dicit *David*: Vnixit me vnctione misericordie sue. Quia sic cognoscimus mirabilia Dei qui tantum studium conseruandæ sanitatis habuit de nobis. *Eccles. 38.* Dedit hominibus scientiam Altissimus, honorari in mirabilibus suis. In his enim mitigabit dolorem. *Ierem. 17.* Sana me Domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero, quoniam laus mea tu es. Nullus enim his modis qui dicti sunt, sanat & sanus est, nisi solus Deus.

CAPVT V.

De cibi huius nutritate ex virtute.

Dicemus nunc de cibi huius nutritate, hoc est, virtute quam habet ad nutriendum. Virtus autem huius cibi ad nutriendum in sex cognoscitur, scilicet quod nutrit virtute celesti, quod nutrit veritate veri cibi, quod nutrit ad vitam, quod radicem confert immortalitatis, quod nutrit virtute vincens nutritum & ad se conuertente, & quod nutrit virtute vniuersali. Primum habet ex origine: Secundum ex naturali puritate. Tertium ex coniuncta sibi deitate. Quartum habet ex æternitate virtutis. Quintum autem habet ex spiritus plenitudine. Sextum autem ex omnium gratiarum plenitudine. Primum igitur notandum est, quod nutrit celesti virtute quæ nobilior est omni virtute humana vel humani cibi. Vnde *Ioan. 6.* dicitur: Non Moyses dedit vobis panem de celo, sed Pater meus dedit vobis panem de celo verum. Panis enim verus est, qui de celo descendit:

1
Cibus nutrit
tate: quia
nutrit virtute
celesti.

hoc enim panis vegetare & nutrire habet ad vitam celestem, de quo dicitur *Isa. 55.* Quomodo descendit imber & nix de celo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen ferenti, & panem manducanti: sic erit verbum quod egredietur ex ore meo, non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui, & prosperabitur in his ad quæ illud misit. Imber enim gratiæ descendit de celo Trinitatis, & nix candidissimæ castitatis nihil habens de incendio fomitibus veterum beatæ Virginis, & inebriauit terram illam ad maledicti veteris abolitionem, & infudit eam ad huius tritici fertilitatem, & dedit semen ferenti omni sacerdoti, & dedit panem manducanti & omni communicanti huic sacramento. Et sic factum est de verbo quod egredietur de ore Altissimi: hoc enim vacuum à fructu & diuinum in spiritu tantum non est reuersum, sed se incorporando fecit quæcumque Pater voluit, omnem familiam suam celesti virtute satiando: quod prosperatum est in his ad quæ misit illud, quia continuè sumptum multiplicat virtutem, in nullo deficiens à seipso: sic enim impletum est quod dicitur in *Psal. 131.* Vidua eius benedicens benedicam, pauperes eius saturabo panibus. Vidua eius Ecclesia est, quæ benedictione eius in nouo sponso suo & cultore Christo consecuta est, ita vt omnes pauperes spiritu panibus eius qui virtutis sunt celestis, sint saturati. Hoc enim non nisi virtute celesti fieri potuit, nec famelici Christi esurient, nisi panem virtute celesti nutriant. Panis enim de terra talibus non deficit, sed panem de celo esuriant. Est autem aduertendum, quod etiam alimentum corporale corpora animata non nutrit nisi virtute celesti, quamuis elemento corporali, hoc est, calore naturali, qui virtutem habet ignis, nutrimentum digeratur & purificetur, eò quod caloris ignei est segregare grossa à subtilibus, & aggregare subtilia quæ sibi attrahit: tamen ad æqualitatem complexionis non nutrit, nisi in eo esset virtus celestis, quia omnis æqualitas in complexionem corporum animarum est ab æqualitate celi, in quo prima est æqualitas in genere corporum: & ideo Christus nobis naturalem perficiens cibum, optimam celestem virtutem posuit in ipso, qua nutrit. Quia etiam ipsum nutrimentum, propter hoc de celo venisse dicitur. *Ioan. 6.* Panem de celo dedit eis. Et ibidem, Pater meus dedit vobis panem de celo, sicut etiam dicitur in *Psal. 143.* Inclina celos & descende. Non tantum vt nobiscum in terra sis, sed etiam sic vt nobis celestem cibum in communicando celestem virtutem ingeras, qua ad celestem vitam nutriantur. Hoc est quod dicitur *Ios. 3.* In illa die stillabunt montes dulcedinem, & omnes colles fluent lacte. Montes enim sunt supremi celi Trinitatis vertices, à quibus celis nobis hæc stillauit dulcedo nutrimenti. Colles autem sunt eminentiæ humanæ in natura & persona Christi. In natura quidam in corpore, sanguine & spiritu quidem viuifico & naturali, & in anima Christi. In persona autem vna

in deitate & humanitate. Hæc enim omnia de celo humanæ naturæ dicit venisse *Ioannes Baptista Ioan. 3.* Qui desursum venit, super omnes est. Ex his omnium cælorum virtutibus habet virtutem nutritivam iste cibus. *Psal. 67.* Terra mota est: etenim cæli distilla-verunt à facie Dei Sinai, & facie Dei Israël. Terra enim corporis Domini mota est & mota de infimis in virtutes cælestes: quia cæli qui dicti sunt, sicut dictum est, potenter in eam distillaverunt omnem suam virtutem à facie præsentis Dei Sinai, qui in monte Sinai apparet manna tanquam cæli cibum dedit patribus, & à facie præsentis Dei Israël, quem sicut dicitur *Gen. 22.* pascit à iuventute sua, sicut vsque in præsentem diem verum Israël pascere dignatur. Ideo tota die continè clamamus ad ipsum dicentes *Mat. 6.* Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie, qui supersubstantiali virtute nobis præstet nutrimentum. Vbi enim nos habemus supersubstantialem, Hebraicus sermo, habet Egolga, quod interpretatur egregius panis. Panis enim cælestis est: quoniam ad gregem communem non pertinet, sed specialiter his preparatur, qui ad cœlibem, quantum possunt, vitam toto desiderio & conatu referuntur, dicentes cum cum *Apostolo Philip. 3.* Nostra conuersatio est in cælis. Vnde & Salvatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Quia per nihil corpus humilitatis nostræ ad eum configuratum est corpori claritatis suæ, scilicet Christi, sicut per nutrimentum cælestis & cælesti virtute nutritive, quod dedit nobis. Sic est quod dicitur *Deuter. 18.* Aperiet Dominus thesaurum suum optimum cælum, ut pluviam tribuat terræ tuæ in tempore suo. Optimus enim thesaurus Dei est hæc cælestis virtutis in nutrimento nostro gratia. Et hic thesaurus est cælum, hoc est, virtus cælestis, ex quo sicut ex pluvia ad fecunditatem irrigatur terra propter cæli virtutem quæ in guttis roris & pluvie descendit in ipsam. Ita irrigatur ad fecunditatem cælestem tota natura terrena quæ in nobis est ex influxu in nos huius nutrimenti, quod optimi thesauri cælestis fecundum in nos defert virtutem, & irrigat animas nostras ad proferendum cæli decorem. Hoc est quod dicitur *Deuter. 33.* Oculus Iacob in terra frumenti & vini: cælique caligabunt rore. Oculus enim signum est desiderij sanctorum ad frumentum istud, vinum in quo cæli iam concepta dulcedine cælesti rore tantæ gratiæ caligant, & distillant nobis cælestis roris virtutem. Sic ergo cibus iste optimè nutritivus est ea quam in se habet cælesti virtute, quæ nutrit ad cæli conformitatem, & in cælo nostram facit esse per cælibatam conuersationem & intentionem rationis.

Nutrit veri
nisi veritate.

Sicut autem nutrit cælesti virtute, ita etiam nutrit ipsa veri cibi veritate. Et ideò dicitur *Ioan. 6.* Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Et hoc ipsum de isto cibo conueniens dicitur, quam de na-

turali corporis cibo, quamvis & cibus corporeus non nutriat nisi per id quod est in ipso de cibi veritate. Verus enim cibus vocatur ille, qui nihil habet sibi admixtum nisi cibum. Multa enim sunt admixta cibo corporali, quæ non sunt de cibi veritate: & ideò natura in nobis fecit instrumenta, quæ non verum cibum à vero cibo separent, ita quod solus verus cibus ad nutrimentum membrorum referatur. Sicut enim stomachus à cibo separat grossa terrestria, & grossa emittit in feces, sic hepar & venæ eius aquosum grossum separantes à vero cibo, aquosum per renes mittunt ad vesicam. Sic incensum amarum à cibo vero separatam ad receptaculum fellis mittitur. Sicut melancholicum fetulentum cibi ad splen dirigitur, sic etiam de ipsis venis aliquid terestre separamur, quod non satis conueniens est quod redundans ad venas magnas hepatis in vesicam emittitur, quod in vrina à medicis hypostasis vocatur. Sic etiam aliquando quod ipsius membrum in veritate cibi influxum est, per apostemata vel sudores emittitur, ut syncerus cibus ad membrorum nutrimentum in cibi simplici veritate adhibeat. In isto autem cibo nihil est nisi simplex & verum, nihil penitus de impuro vel non vero cibo habens admixtum, & ideò verus cibus & potus vocatur. Absit enim ab omnium fidelium cordibus, quod aliquid sit in hoc cibo, quod verus cibus non sit, similitudine cibi se verum cibum esse mentiat. Et ideò de omnibus sic illo cibo cibatis & potu isto potatis dicitur *Ioan. 6.* Ego sum panis viuus. Qui venit ad me, non esuriat ultra: & qui credit in me, non sitiet in æternum. Adeò enim habet cibi veritatem, quod alterius aufert esuriam: quia desiderium sanctorum iam ad aliud nutriendi spiritum, iterum non accenditur, quamvis per necessitatem corporis cibus terrenus propter sustentationem suscipiatur. *Apo. 22.* Non esuriant neque sitiant amplius, neque cadet super illos sol neque vllus æstus. Sic enim veritate cibi interius reparantur, quod esuries in alium cibum non accenditur, & infunditur vero potu, quod sitis secularis refrigerij in ipsis non sentitur: & sic interius refrigeratur gratia à veritate cibi, quod æstus mundani solis, hoc est, æstus mundani honoris, vel deliciarum, vel cupiditatis diuitiarum huius seculi, in desiderio non cadit, neque aliquis æstus concupiscentiæ carnalis. Et hoc totum efficit nutriendo omni cibi veritate, & potando omni veritate potus. Et ideò *Ioan. 6.* A non intelligentibus Iudæis veritas huius cibi in desiderio sanctorum patrum petitur: Domine da nobis semper panem hunc, qui sic verè cibatur, ut alium cibum ad refectorem animæ non queramus. Hoc est quod dicit *Elias. 3. Reg. 17.* Hydria farine non deficiet. Hydria enim est sacramentum, farina autem cibus contentus in ipso sacramento, veritati cibi nihil habens admixtum. Qui cibus quia verus est, & non deficit in ipso veritas eius, non permittit redire famis inedia, si non sponte à sumentibus eum abiiciatur: nulla enim causa est, quod in nostro corporali cibo sumpto

sumpto iterum sic esuries redeat, nisi quod ille cibus à veritate cibi corrumpitur & destituitur, & quando destituitur à veritate cibi, membra exinanita alium desiderant cibum. Sed iste cibus quia nunquam virtute cibandi per corruptionem aliquam destituitur, sic cibatur, ut fames ad alium cibum non reuertatur: sed desiderium sanctorum est, ut in ipsis iste cibus continuetur, & in sumptione sacramentali iterata non cibus iteratur, sed idem qui ante sumptus est, continuatur. Et hoc vult dicere *Salomon Proverb. 13.* Iustus comedet & implet animam suam. Venter autem impiorum insatiabilis. Quia sicut dicitur *Philip. 3.* Quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum: qui terrenis sapiunt. Nunquam satiantur: quia terrenum cibum querunt, qui semper perit à membris eorum. Hinc est, quod dicitur de sanctis in *Psal. 77.* Desiderium eorum attulit eis Dominus, non sunt fraudati à desiderio suo. Quia continè manens in eis verus cibus in omni cibi veritate, desiderium aliorum delectantium redire non permittit. Hic enim cibus non mutatur. Iste enim est de quo consulte Dominus *Ioan. 6.* Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Sic ergo cibus hic nutrit & cælesti virtute & ipsi cibi veritate.

Nutrit ad vitam.

Nutrit etiam tercio ad vitam: quia est cibus vite: quia scilicet ipsa vite principia sunt in ipso, sicut dicitur *Ioan. 6.* Ego sum panis vite. Glossa ibidem: Qui pasco donec passus iungam vite. Pastos enim omnes principia diuinæ vite coniungit. Et ideò statim ibidem subiungit: Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Quia manna fuit figura & typus panis vite, sed in se non habuit ipsa vite principia & causas: sed iste panis habet in se vite principia & causas. Vnde dicit *Ioan. 6.* Hic est verus panis de celo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Hæc autem sicut & alia duo habet hic cibus ad similitudinem naturalis cibi: quia sicut diximus, quod nutrimentum non perueniret ad æqualitatem complexionis membrorum corporis quod cibatur, nisi per virtutem cæli: & sicut diximus, quia non nutriret substantiam membrorum, nisi per cibi veritatem: ita dicimus secundum naturam, quod non nutriret viuum nisi per vite principium: & ideò in naturali nutrimento anima vegetatiua est primum mouens ad nutrimentum, quæ formam vite influit nutrimento per hoc quod sicut dicit *Aristot.* Nutrimento in gibbo hepatis acceptum, eleuat ad medium cordis thalamum, vbi requiescens à sede vite accipit vite principium, quomoueri possit ad membra viua, & vnitum eis viuificari, & viuere vita ipsorum. Dominus igitur nobis in omnibus modis condescendens, & nutrimentum cibi spiritalis connaturaliter cibo naturali perficiens, ut magis hunc cibum desideremus, posuit se in ipso in quo est vita sicut in patre à quo fuit omnis vita, ut nos intus viuificet in seipso, qui est vite nostræ in gratia & gloria principium. *Ioan. 6.* Sicut me misit videns

D. Alb. Mag. lib. de Eucha.

Patrem, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, viu t propter me. Sic enim nobis hoc alimentum vite influit vitam gratiæ, & beatis influit vitam gloriæ: quod significatum est *Genes. 2.* Lignum vite plantauit Deus in medio paradisi. Quia Dominus Iesus Christus in sacramento viuifico omnibus se exhibet in medio Ecclesie, qui nutriti ab ipso eandem quæ ipse viuuit vitam ab eo percipiunt. Cum enim sicut dicitur in libro de causis, vita sit adus continuus fluens ab ente quieto, quod est fons vite, in ea quæ sunt viua, patet quod hoc vite nutrimentum cibus est, in quo Pater fluuit vitam in Filium: & Filius habens vitam in semetipso, fluit vitam in sacramento, sacramentum autem fluit vitam in nos. *Ecclesi. 15.* Cibauit illum Dominus pane vite & intellectus. Dat enim vitam intellectualem, quæ est pars vite beatæ: omnis enim beata vita est secundum vitam intellectualem. Vnde *Ioan. 6.* Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Quia ex illa hauritur vita indeficiens. Sic ergo iste cibus nutrit ex principiis vite in vitam æternam & diuinam.

Hic est cibus, qui non tantum nutrit cælesti virtute, nec tantum cibi veritate, nec cum his tantum principiis vite, sed confert immortalitatem, immortalitatis radicem. Et hoc est quod dicitur *Ioan. 6.* Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habent vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Et inde habet, quod viaticum iste cibus vocatur: quia est vite viaticum, hoc est, itinerantium per istud mortale desertum vsque ad immortalitatis æternæ stabilimentum. Et in hoc dissimilitudinem habet iste cibus ad cibum corporalem, qui non nutrit nisi mortaliter & corruptibiliter. *1. Corinth. 6.* Esca ventri, & venter escis. Deus autem hunc & has destruet. Iste autem cibus radix est immortalitatis, quia is qui sumitur in ipso, principium est vite perpetuæ. Vnde *Ioan. 6.* Non sicut manducauerunt patres vestri manna in deserto, & mortui sunt: qui manducat hunc panem, viuere in æternum. Nec in æternum nutriret, nisi immortalitatis radicem haberet, per quam immortalitatis vitam continuè à fonte vite fugeret. *Osai 14.* Viuent tri tico, & germinabunt quasi vinea. Memoriale eius sicut vinum Libani. Quia ex hoc tritico fugunt alimoniam immortalitatis, ut dicit *Gregor.* & ideò germen immortalitatis surgit ex ipso, sicut ex vinea surgunt noui furculi ferentes fructum æternorum gaudiorum. Hoc signatum est. *3. Reg. 19.* vbi Elias perambulauit in fortitudine cibi Dei per totum desertum, quod signat, quod viaticum istud per totum desertum istius mortalitatis vite nos pascit vsque ad firmamentum æternitatis & immortalitatis. Quænter enim non conferret radicem immortalitatis, quod habet virtutem nutrientem in æternum? Defectus enim nutrimenti non est nisi ex defectu virtutis nutrientis in cibo vel defectu eius qui nutritur. In nobis autem qui nutriuntur, nulla est ad hæc virtus nisi habitatis & preparationis: & cum totum sit in cibo, oportet

D

ter, quod cibus in se haberet potentiam & radicem immortalitatis. Hinc est, quod *Preuerb. 11.* dicitur: Fructus iusti lignum vite. Hinc enim est fructus illius qui antonomastice iustus est Christus, vt sit lignum per quod habetur fructus vite in æternum: sicut enim homo si non peccasset, de ligno vite immortaliter vixisset, ita Dominus ad restitutionem eius quod perdidimus, fructum nobis dedit in sacramento, gustum scilicet vite immortalis. *Apo. 2.* Vincenti dabo edere de ligno vite, quod est in paradiso Dei mei. A radice enim ligni vite fugitur vita immortalis. Et hoc ibidem vocatur manna absconditum, vbi dicit: Vincenti dabo manna absconditum; & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit nisi qui accipit. Manna enim quod datur Vincenti, est corpus Domini, quod est absconditum, quia speciebus panis & vini velatum, ex quo trahitur immortalis vite alimentum. Vnde illi eidem dat calculum qui signat veri & immortalis vite firmitatem: & vt in perpetuum maneat, dat ei hoc nomen nouum scriptum, quo Christus sicut sibi concorporalis ascribitur: quia in memoria æterna erunt iusti, ab auditione mala non timebunt. Et hoc nomen æternæ vite nemo nouit nisi qui accipit: quia tales deliciae ignotæ sunt mundanis. Hoc signatum est *Leuit. 29.* vbi de comedentibus manna, quod corporis Christi est figura, dicitur: Adduxit vos quadraginta annis per desertum. Non sunt attrita vestimenta vestra, nec calceamenta pedum vestrorum vetustate consumpta sunt. Panem non comedistis, vinum & siceram non bibistis, vt sciretis quia ipse est Dominus Deus vester, & venistis ad hunc locum. Ac si dicat: Per desertum huius mortalis vite quadraginta, qui est numerus penitentiae, adducit nos Dominus ad immortalitatem perpetuam vite, ita quod vestimenta virtutum conuersatione non attrita aliqua peccati vetustate, & calceamenta quæ sunt duorum pedum animæ munimenta, quia veritas munit intellectum, & charitas munit affectum, non sunt aliqua vetustate vanitatis vel frigiditatis cordis consumpta. Et hoc ideo: quia panem mundanæ refectiois non comedistis, nec vinum & siceram inebriantia in quibus est luxuria, bibistis: & tamen Dominus suæ immortalitatis alimonia, adduxit nos per sui cibi vitium ad hunc solidum locum, qui non moueri potest, æternæ immortalitatis. *Nec. 9.* Manna tuum non prohibuisti ab ore eorum, & aquam dedisti eis in siti. 40. annis pausti eos in deserto, nihilque eis defuit. Vestimenta eorum non inueterauerunt, & pedes eorum non sunt attriti. Et patet expositio huius auctoritatis per præcedentem, nisi quod aquam vocat sanguinem, non propter hoc quod ex aqua conficiatur sanguis immortalitatis alimonie, sed propter hoc quia refrigerium præstat ab æstu concupiscentiæ. Vnde etiam aliquando mel dicitur, sicut ibi: Er de petra melle saturauit eos. Quia sicut dicit *Apostolus 1. Corinth. 10.* Patres nostri omnes eandem escam spiritalem manducauerunt,

& omnes eundem potum spiritalem biberunt. Biberunt autem de spiritali consequente eos petra. Petra autem erat Christus. Et sic introducti sunt in terram promissionis possessionis & quietis æternæ, vbi sicut dicitur *Apo. 21.* mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, sed neque vllus dolor. Sic igitur iste cibus cibatur cælesti virtute, cibatur cibus purissima veritate, cibatur principis diuinæ vite, cibatur radice immortalitatis æternæ vite.

Cibus etiam virtute excellenti cibatur vincente. Et hoc etiam habet proprium, & non communicat hanc cibandi proprietatem cum cibo naturali & corporali. Vnde dicitur est *Augst.* sicut ipse dicit in libro confessionum. 10. Cresce, & manducabis me: nec tu me mutabis in te sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. *Ierem. 15.* Ipsi conuertentur ad te, & tu non conuerteris ad eos. Hoc autem ideo quia cibus carnis à corpore nostro cibandi accipit potestatem, sicut ab anima cibatiua siue nutritiua, quæ ipsum alterat & conuertit ad corporis cibati similitudinem. Et quia corpus cibatum & corruptibile est & dissolubile, ideo cibus in ipso corpore corrumpitur & dissoluitur, & vtrumque, scilicet cibus & corpus in putredinem rediguntur. Hoc autem corpus diuinum si ad nos mutaretur, nihil nobis prodesset, sed nobiscum periret. Quoniam autem virtus eius vincit nostram infirmitatem, & nos ad se commutat, oportet quod nostra infirmitas in suam transeat diuinam virtutem: & sic firmatur, & perire non possumus ab ipso in esse firmati in æternum. Sic intelligitur quod dicitur *Ioa. 12.* Omnia traham ad meipsum. Sicut enim in vnam personam accepit humanam naturam, non consumens eam in seipso, sed in vnitatem personæ traxit, vt in ipso esse diuinum participaret: sic conuertit nos ad se, non consumendo, sed vt esse suum diuinum in sui sumptione participemus. Sic radii sunt ipsius habens sponsa. *Can. 1.* & desiderans in participationem sponsi, in desiderio animæ clamat & dicit: Trahe me post te, vt in esse tuo & virtute feliciter sim, quæ mihi displiceo in meipsa. Sic orat *Ierem. Thren. ult.* dicens: Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur, & in noua dies nostros sicut à principio. In principio enim creationis non in nobis, sed ad te tracti sumus, & tunc conuersi fuimus in te tanquam tibi incorporati. Modo autem male sumus & peruersi in nobis ipsis: & ideo virtute tua propria nos ad te, & à nobis conuerte: & sic incorporatis nobis tibi in nouabis dies nostros sicut à principio. Sic Ecclesia dicitur esse corpus Christi, sicut dicitur *Rom. 12.* Vos estis corpus Christi, & membra de membro. Hæc spiritualia membra Christi de membro capite, quod nobis insinuat hanc virtutem, quæ nos in ipsum conuertit, vt membra eius & corpus efficiamur. Hoc expresse dicitur *Ephes. 4.* Veritatem facientes in charitate, crescimus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem

5.
Nutritur
vita
vincta
nutritum
&
conuertente
in se.

rationem in mensuram vniuersiuique membri: augmentum corporis facit in edificationem sui in charitate. Non enim ratio potest assignari quare Ecclesia dicatur & sit corpus Christi, nisi hoc modo quo dictum est, dando illi corpus suum, & conuertit eam ad se, vt corpus eius efficiatur, & singuli sint membra eius. Constat enim, quod Ecclesia mystice vel metaphoricè corpus Christi dicitur. Omnis autem translatio mystica habet fieri per appropriationem ad aliud. Quod verò eodem nomine dicitur nomine & ratione. Hæc autem non est nisi communio corporis & sanguinis Christi naturalis & veri, quod cum insinuat Ecclesie, totam Ecclesiam ad se conuertit, & à sui natura non auertitur, & sibi eam sic assimilando in spiritu vite & calore veritatis viuifico & operatione virtutum tanquam quadam operatione membrorum Ecclesiam facit esse corpus suum spirituale & mysticum. Et hoc est quod dicitur *Ephes. 4.* quod scilicet diuersas gratias dando, in diuersis officiis constituit, sicut in corpore in diuersis officiis & operationibus constituntur membra. Et hæc sunt verba Apostoli: Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios verò pastores & doctores ad consummationem sanctorum in edificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis Filij Dei in virum perfectum & in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Sic Christus dicit ad Ecclesiam. *Genes. 2.* sub figura Adam & Eua loquens: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Quia & fortiora & firmiora membra apud ipsum sic mutantur. Sic translatis ad fratres de terra Chanaan loquitur magnus ille Ioseph in membris per continuum augmentum accrescens. *Genes. ult.* Nolite timere, ego pascam vos & paruulos vestros, quos non pauit quando ad ipsum non fuerunt translati. Hoc est significatum 2. *Reg. 5.* vbi sub typo filiorum Israël & David Ecclesia loquitur ad Christum: Ecce nos os tuum & caro tua sumus: sed & heri & nudius tertius cum Saul rex super nos esset, tu eras educens & inducens Israël. Et dixit Dominus ad te: Tu pasces populum meum. Quia quod modo facit Christus in Ecclesia, heri fecit in lege Moyse, cuius regnum per Saul figuratur: & nudius tertius fecit in lege naturali. Per fidem autem tunc fecit, quod modo facit in sacramento & in ipsa veritate presentis corporis Christi. Iste igitur nobilissimus modus pasturæ est, quo sua indeficiente virtute hoc sacramentum nos conuertit in corpus Christi, vt simus os ex ossibus, & caro ex carne, & membra de membro eius, & ex omnibus nobis corpus Christi connectatur.

6.
Pascit
vniuersali
virtute,
& corpus
nutriens
& animam:
in quo etiam
excedit
cibi
corporalis
virtutem,
quod
tantum
deperdit
in corpore
restaurat.
Vnde
beatus
Gregor. in
quadam
Collecta
quæ post
communione
dicitur,
orat
dicens:
Præsta
quæ sumus
omnipotens
Deus, vt
quod in
sacramento
percepimus,
ad nostrarum
vegeta-

D. Alb. Mag. lib. de Euch.

tionem transeat animarum. Et beatus *Ambrosius* dicit, quod sicut homo ex duobus componitur, corpore scilicet & anima: sic etiam Christus cibus corporis sui ex duobus composuit, visibili scilicet sacramento, & invisibili corpore suo pleno gratia, vt vterque homo, scilicet interior & exterior in corpore Christi inueniat refectioem. Et hoc est quod dicitur *Ioa. 10.* Ingredietur & egredietur, & pasca inueniet. Foris enim inueniet ad sensum in manducatione sacramentali: intus autem inueniet in manducatione spiritali, ita vt nihil nobis desit in hoc sacramento. Et hoc est quod dicitur in *Psal.* Dominus regit me, & nihil mihi deerit in loco pascuæ, ibi me collocauit. In hoc enim cibo vtramque perficiat sumptionem. Nihil potest deesse. Vnde sequitur: Super aquam refectiois educauit me, animam meam conuertit. Quia in refrigerio sanguinis sui intus reficit, & animam spiritali manducatione ad se conuertit: & ideo iterum dicit: Paraisti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Tantam enim pasturam confert mensa illa, quod tribulantes, scilicet mundus, caro, demonia nihil possunt aduersus nos: statim enim vt huius sacramenti in nobis sentiunt spiritum & odorem & virtutem, confusi abscedunt à nobis inimici, & omnis potestas inimicorum. Quia sicut dicit *Chrysostomus*, vt leones ignem spirantes, ita à mensa secedimus. Cui aliquid simile est in naturalibus. Narrat enim Auicenna suo libro de animalibus, quod cum auis parua confingere vult cum serpente, ne venenum noceat auiculæ, accipit per cibum lactucam agrestem. Et in succo lactucæ agrestis præcipitur sumi sacrificium agni paschalis, sicut patet *Exod. 12.* quia cum in memoriam passionis Dominicæ sumimus corpus Christi, flagrans de ore nostro virtus sacramenti fugat & ab anima & corpore omne venenum inimicorum: & est vtriusque hominis ex sua generali virtute refectio propter deitatem quæ tam animæ quam corpori in Christo est vnitæ. Et hoc est quod dicitur *Isa. 30.* Panis stragum terræ tuæ erit vberimus & pinguis. Terra enim plena benedictionibus omnium gratiarum est terrenum corpus Christi, quod trahit de Virgine. Hic panis creuit & factus est de fruge Trinitatis in utero Virginis. Et est vberimus: quia corporis & animæ est plena in eo refectio. Est autem pinguis omnis dulcedinis deuotione: quia deitatis dulcedo & pinguedo saginat vtramque. Et ideo omnis fidelis plenam, dulcem, & pinguem in hoc cibo inuenit refectioem. Et hoc est quod dicitur *Ioa. 6.* Spiritus est qui viuificat, caro autem non prodest quicquam. Verba quæ locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Hæc enim dixit Dominus discipulis, quando carnalem istum cibum intellexerunt, & non esse cibum spiritalem, qui spiritum spiritu manducatione reficeret, & sensum reficeret manducatione sacramentali. Et ideo Dominus mittit eos ad virtutem vniuersalem, quæ reficit & sensum ex plenitudine charitatis spiritus, quæ habet in seipso. Sic igitur iste

Vide lib. 8.
de animalibus
Ioa. tract. 2.
c. 1. & lib. 1.
metaphys.
tract. 1. cap. 6.
in fine.

cibus reficit tribus, quæ communia habet cum cibo materiali, & tribus quæ habet cum spiritali, secundum quod differt à cibo materiali. Reficit enim ex cælesti virtute, & ex substantiæ suæ puritate, & ex principiis quæ in ipso sunt vitæ, & hæc habet communia cum cibo naturali. Reficit iterum ex hoc quod est radix immortalitatis, & ex hoc quod est vincens, & alia ad se conuertentis virtutis, & ex hoc quod est cibus generalis animæ & corporis. Et hæc tria habet specialiter inquantum est cibus singularis ab aliis quidem cibus discretus, &c.

CAPVT VI.

De cibi huius ad cibatum congruitate ex similitudine.

Nunc restat dicere secundum ordinem superius digestæ diuisionis, quæ sit cibi huius ad cibatum congruitas ex similitudine. Dicunt enim Philosophi, quod nihil nutrit nisi simile: & ideo cum cibus iste maximè nutrit, oportet quod maximè sit similis: quia si etiam dissimilis est à proprio principio cibus, tamen antequam nutriat corpus, per digestionem oportet quod efficiatur similis. Hæc autem digestio in cibo fit in eo quod conuertitur ad alterum: & ideo quia cibus materialis conuertitur ad corpus cibatum, oportet quod digestio fiat in cibo & potu. *1. Reg. 1.* Digere paulisper vinum quo mades. In cibo isto spiritali, quia non conuertitur ad nos, sed nos conuertitur ad ipsum, oportet quod digestio fiat in nobis ad illius cibi salutaris similitudinem: & tunc in quinque consistit congruitas cibi ad cibatum, ex similitudine scilicet in nostri ad cibum digestionem, in imaginis similitudine, in naturæ conformitate, & conuersationis pulchritudine, & in nostræ miserie secundum pœnas indetractabiles susceptione. Per digestionem autem nostri ad cibum fit similitudo compunctione peccati & deuotione feruentis desiderij. De compunctione quidem peccati dicitur. *1. Corinth. 11.* Prober autem seipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Prober autem seipsum homo, quando probando iudicat quod facit, & de factis perpetratis peccatis compungitur, vt per penitentiam munditiæ cibi assimilatur: & sic diiudicat corpus Domini, quando ipsius cibi munditiæ assimilatur, sic per quandam spiritalis digestionem calore compunctionis præparatus. Hoc significatur per lactucas agrestes amaras, in quibus carnes agni comedi præcipiuntur *Exod. 12.* Hinc est quod etiam *Genes. 27.* hædi à Rebecca cocti & præparati ad delectationem, patriarchæ oblati sunt, per quos filius benedictionem patris meruit accipere. Hædi peccatores significant, qui igne compunctionis decocti & sapore satisfactionis conditi, oblati summo Patri, im-

Congruitas cibi consistit in similitudine nostri ad cibum ex digestionem.

petrant benedictionem in venia & gratia sacramenti ad plenitudinem omnis boni. Hoc est quod dicitur *Isa. 41.* Assimilauit te, & tu non cognouisti me. Primo enim non cognoscimus Dominum cognitione approbationis & beneplaciti: sed tunc quasi digerendo nos sibi assimilatur, vt cibo eius digni sumus, & vt nobis proficiat, quando compunctione & satisfactione ad se nos transfundit. *Psal. 101.* Mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem permanes, & anni tui non deficient. De assimilatione autem deuotionis intelligitur id quod dicit *Psal.* Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescit ignis. Quando enim cogitamus charitatem Christi in hoc quod pro nobis se in sacrificium obtulit, cogitamus mansuetudinem patientis, & aduertimus deuotionem se pro nobis offerentis, largitatem se pro nobis exhibentis, benignitatem nos ad mensam hanc rapientis, dulcescit cor nostrum ad cibum hunc, & in rota cordis deuotione accenditur, & feruet in amore, & sic ad similitudinem istius cibi digeritur per ignem qui exardescit in meditatione. Et ideo dicit *Eccles. 31.* Supra mensam magnam sedisti: non aperias super illam faucem tuam prior. Hoc est dicere: Mensa magna Dei in sacramento tibi præponitur, vide quod & qualiter & quantum tibi præponatur: quia talia in munditia cordis & deuotionis, & hoc ipsum in natura puritatis, & tantum in affectu charitatis te præparare oportet, si vis, quod cibus iste tibi congruat. Aliter similitudinem nullam habentibus ad cibum digestionem & deuotionem dicitur: Fiar mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributionem, & in scandalum. Talis enim sumit in corpore Domini quod Iudas accepit, hoc est, suspensionis laqueum, in quo per peccatum à diabolo strangulatur, & retribuitur ei pœna damnationis pro peccato temeritatis, & scandalum casus, quia impingit in lapidem offensionis, sicut dicitur *Isa. 8.* & hoc est, quod dicit *Apostolus 1. Corinth. 11.* Qui manducat & bibit indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Quia sicut Iudas tradidit eum membris diaboli, ita iste quantum in ipso est, tradidit corpus Dominicum in vas diaboli, quod est corpus suum. *Joan. 13.* Post buccellam intrauit in eum sathanas. Digerendi ergo sumus & præparandi ad similitudinem cibi compunctione & deuotione, tanquam per duos ignes decocti. *Exod. 12.* Non comedetis ex eo crudum quid, neque coctum aqua, sed tantum assum igni. Merito. *1. Reg. 3.* indignatur Dominus filiis Heli, qui voluerunt offerre carnem crudam indigestam in sacrificio Domini: quia crudum & indigestum cor non habet potestatem hunc cibum comedendi. Sed faciendum est sicut ibidem dicunt deuoti, incendatur primum iuxta morem adeps, & tolle tibi quantum desiderat anima tua. Adipem verò incendi est pinguedinem bonitatis & benignitatis cordis in igne compunctionis & deuotionis inflammari. *Pf. 62.* Sicut adipe & pinguedine replatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum. Hoc igitur est primus.

Est

Est autem secunda assimilatio nostri ad Christum qui cibus noster est in sacramento, in imagine: Filius enim Dei est imago inuisibilis Patris, & nos ad imaginem sumus facti Filij Dei, qui est verbum Patris imitatione: nec potest esse imago quæ non imitatur, quia imago ab imitando deriuatur. Vnde *Hilarius* in libro de synodis. Imago est rei ad rem imitandam & coequalis species indifferens. Vnde *Genes. 1.* Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, hoc est, qui in cognitionis veritate & affectionis dilectione imiteretur formam Filij Dei, ad quem factus esse dignoscitur. Sic enim, vt dicit *Augustinus*, ad eandem imaginem facti sumus, & reformamur, & sic reformati assimilamur Filio Dei, qui est cibus noster in sacramento. *Rom. 8.* Quos præsciuit & prædestinavit conformes fieri imaginis Filij sui, hos vocauit: & quos vocauit, illos & iustificauit: & quos iustificauit, illos & magnificauit. *Col. 1.* Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ: quoniam in ipso condita sunt vniuersa, quæ in cælis sunt sunt, & quæ in terra visibilia & inuisibilia. Sic igitur imitando Filium Dei, ad similitudinem illius efficitur, & dignus efficitur vt corpore eius cibetur. *Eccles. 17.* Deus de terra creauit hominem, & secundum se vestiuit illum virtute, hoc est, in virtute assimilauit sibi eum: & ideo simul sibi potest incorporari. Est enim regula in natura, quoniam habentium symbolum facilius est transfusio: & ideo symbolum, hoc est, similitudinem habentes ad Dominum nostrum Iesum Christum, facile transfusantur in ipsius corpus, & in ipsius membra: sicut enim dicitur *Matth. 22.* Cuius est imago hæc & superscriptio? Dicunt ei, Cæsaris. Respondit Iesus & dicit eis: Reddite igitur quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Quæ enim sunt similia Deo, sunt reddenda Deo: quia per similitudinem sibi incorporantur: imago enim ab imitando dicitur & superscriptio designat similitudinem. Sic ergo assimilamur in imagine.

Est etiam similitudo cibi istius ad cibatum & congruitas in naturæ conformitate: sicut enim dicitur ad *Hebr. 2.* nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abraham. Et ibidem: Vnde debuit per omnia fratribus assimilari. In omnibus enim naturalibus nobis est assimilatus. *Philip. 2.* In similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Propter quod dicit magister Hugo de sancto Victore: Clamat Dominus in dolore cordis quo tangitur intrinsecus: Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, ironice loquens: quia multum destitit ab honore in quo creatus fuit. Et hic dolor tantum in corde Dei profundatus fuit, vt quem ordine iustitiæ non potuit reducere in similitudinem Dei vnde exciderat, ordine misericordie ipse descenderet, & similis homini fieret. Et ideo verè dicamus: Ecce Adam secundus similis nobis, etiam quasi vnus ex nobis factus est, sciens per experientiam bonum & malum, qui ante per experimentum non nouit nisi bonum.

D. Alb. Mag. lib. de Euchar.

Propter hanc similitudinem dicitur *Beruch. 3.* In terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Quod autem dicit, cum hominibus, id est, ac si dicat, ad similitudinem hominum factus in humanis. Concorporatus enim nos sibi nostra assumens, vt facilius in ipsum transeamus. *Genes. 37.* Frater enim & caro nostra est. Sic igitur facillime incorporamur huic cibo similitudinem naturalem habentes ad ipsum. Propter hoc *Rom. 8.* dicitur: Ipse primogenitus in multis fratribus. Quia ipse principalis & naturalis Filius Dei conformat sibi filios gratiæ, qui per adoptionem fiunt Filij Dei, & fratres sui, & incorporat eos sibi in sacramento, vt omnes eodem spiritu viuant & eadem hæreditate gaudeant. *Rom. 8.* Sed accepistis spiritum adoptionis, in quo clamamus, Abba pater. Si autem filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, coheredes autem Christi. Hoc igitur modo etiam conformes transfusamur in cibum sacramenti, qui est corpus Filij Dei.

Sumus autem conformes congruitate habentes ex conuersationis pulchritudine: quia conformantur sibi in virtutis pulchritudine: & ex hac congruitate maximè conueniemus cum cibo diuino. Istud notatur per vestem nuptialem, sicut dicitur *Matth. 22* de eo qui ingressus cœnam Domini non habens vestem nuptialem. Dicit enim: Amice quomodo huc intraisti non habens vestem nuptialem? In veste enim nuptiali similes sunt sponso filij nuptiarum: quod omnes induti sunt vestibus gaudiorum. *Isa. 61.* Induit me Dominus vestimento salutis, & indumento lætitiæ circumdedit me, & tanquam sponsam decorauit me corona. Hi sunt enim qui flore omnis honestatis in conuersatione vestiuntur, & his vestibus similes Filio Dei regi summo offeruntur. *Gen. 41.* Ad imperium regis eductum Ioseph de carcere totonderunt, ac veste mutata obtulerunt eum regi. Ioseph enim crescens in virtute de carcere educitur, quando de conclusione peccatorum liberatur. Tondetur autem, quando ab eo cura secularis abscinditur. Vestis secularis mutatur, quando secularis conuersatio in similitudinem conuersationis Filij Dei mutatur: & sic regi offeratur: quia tunc hostiæ nostræ immolationis incorporatur: & sic Christo incorporatus, summo Patri offertur. Hoc voluit dicere *Joan. 12.* Si quis mihi ministrat, me sequatur, vt vbi ego sum, illic sit & minister meus. Quia vult, quod Christus in quantum Christus floret & vestitur virtutum conuersatione, & nos sibi assimilati & incorporati floreamus: quia sic congruunt capiti, & totum corpus vnæ gloriæ stola gloriatur. *Eccles. 15.* Stula gloriæ vestiet illum: iucunditatem & exultationem thesaurizabit super illum, & nomine æterno hæreditabit illum. Sic dixit *Apostolus 1. Corinth. 11.* Imitatores mei estote sicut & ego Christi. Sic ergo etiam conuersationis pulchritudine Christo conformamur.

Conformamur etiam in nostræ miserie secundum pœnas indetractabiles assumptione: nullam enim assumpsit culpam, sed nec pœnam

4. In conuersatione pulchritudine.

3. In natura conformitate.

5. In nostra misericordia peccatores indetractabiles assumunt.



nam omnem assumpsit : quia sunt quædam pœnæ , quas si assumpsisset , honestati nostræ redemptionis detraheretur : quia illæ pœnæ non sunt honestæ . Et harum pœnarum quædam sunt in anima , quædam autem in corpore . In anima autem sunt quæ non ex natura , sed ex culpa procedunt , sicut ex ignorantia agendorum concupiscentia noxiarum , elatio mentis ad fastuosâ , & pronitas malitiæ in perniciofa . Quamcumque enim harum pœnarum Christus assumpsisset , nostræ redemptionis factæ per Christum , detraheretur . In corpore autem sunt , ut fœmineus sexus , sicut lepra , sicut iugis scabies , in collo vel in furis debilitas continua , & huiusmodi . Quia sexus fœmineus impediret prædicationem , lepra autem ab hominum conuersatione , iugis scabies abominalis esset intuentibus , debilitas autem impediret officium euangelizationis regni Dei : & ideo has & huiusmodi non assumpsit : quia illæ nostræ impedirent opus redemptionis . Alias autem nostras omnes assumpsit pœnalitates , & pro hac assimilatione , ad maximas sibi tenemus gratiarum actiones : quia ex hac pœnarum assumptione , & nobis compati scit , & similis non tantum nobis , sed & peccatoribus factus est , & pro nobis passibilis est effectus , & minor Angelis est effectus , & omnia tædia humanæ vitæ sustinuit . De primo horum dicitur 2. Cor. 5. Eum qui non nouerat peccatum , Deus pro nobis fecit peccatum , hoc est , similem peccatoribus . De secundo dicitur in Psal. 8. & Hebr. 2. Minuisti eum paulo minus ab Angelis . Quod exponens Apostolus Hebr. 2. dicit : Eum qui modico ab Angelis est minoratus , Iesum vidimus per passionem mortis gloria & honore coronatum . De tertio dicitur Hebr. 2. debuit per omnia fratribus assimilari , ut per mortem destrueret eum qui mortis habebat imperium , & liberaret eos qui per totam vitam obnoxij erant seruituti . Passibilitati igitur nostræ per omnia eo modo quo prædictum est , similis est nobis congruè & faciliter transimus in ipsum , ut simus corpus ipsius , & hoc ad nimias tenemus ei gratiarum actiones . Exod. 4. Audierunt Hebræi , quod visitasset Dominus filios Israel , & non despexisset afflictionem eorum , adorauerunt proni in terram . Hebræi transeuntes interpretantur , & significant eos qui quasi peregrini viatico corporis Christi vtuntur in remedium peccati . Hi audierunt per Scripturas , & fide crediderant , quod Dominus in humanæ naturæ assumptione visitasset filios Israel , & in pœnalitatis assumptione non despexisset afflictionem eorum quæ in pœnalitatibus consistit : & pro gratiarum actione adorauerunt proni in terram . In omnibus ergo nobis factus similis , scilicet in nostri ad ipsum digestionem , in imaginis similitudine , in naturæ conformitate , in conuersationis honestate , in pœnalitatis assumptione , optime nobis & perfecte congruit his cibus , & ideo mirabiliter conueniens nobis reputatur .

6. *Quæstio, cur Christus in sacramento passibilis?*
Oritur autem nobis hic non dissimulanda quæstio : quia ex quo propter nos pœnalitates nostras assumpsit , constat quod passibilis

fuit & passus , crucifixus , flagellatus , con-
putus , & multa alia tormentorum genera sustinuit . Constat autem , quod in cœna antequam glorificaretur per resurrectionem , corpus suum tale dedit discipulis quale habuit : non autem habuit nisi passibile : ergo passibile dedit . Ponamus ergo , quod in forma panis seruatum fuerit in pyxide vsque ad horam passionis , quando flagellabatur , conspuebatur , & crucifigebatur . Cum igitur idem numero sit corpus Domini in cruce & in pyxide , videtur quod in pyxide flagellabatur , conspuebatur , & crucifigebatur . Quod ad seorsum patet esse falsum : quia tortores sui ad pyxidem non accesserunt : & ideo violentiam nullam sibi in pyxide inflixerunt . Ad hac dixerunt antiqui , quod ubi Christus est in figura corporis humani , ibi infligi poterant ei pœnæ violentæ ab ipsis suis tortoribus & inimicis : & quia in pyxide fuit non in figura corporis humani , ideo non cadebant in ipsum pœnæ violentæ : sed quia in pyxide fuit in natura veri corporis humani , ideo in pyxide poterant cadere in ipsum pœnæ naturales , sicut febris si habuisset eam , vel apostema , vel aliud huiusmodi : & de hoc fecerunt versum :

*Pyxide seruatum poteris sustinere dolorem
Innatum : sed non illam commisit illi.*

Vera autem solutio sine præiudicio melioris sententiæ est , quod Christus secundum tres modos qui in ipso sunt , triplicia habet accidentia & attributiones : secundum deitatem enim quæ in ipso est , ubique est , & multa conueniunt ei quæ non conueniunt formæ humanæ quam assumpsit in vnitatem personæ , nec conueniunt formæ cibi quam assumpsit in compositionem sacramenti . Secundum autem formam humanam quam assumpsit in vnitatem personæ , multa conueniunt ei quæ non conueniunt sibi secundum formam Dei , vel assumptionem formæ cibi , sicut conspui , colaphizari , flagellari , crucifigi , in loco circumscribi , & multa huiusmodi . Secundum autem formam sacramenti non conueniunt ei nisi quæ competunt sacramento , sicut sumi spiritaliter & sacramentaliter , sicut pyxide claudi , & huiusmodi talia . Nec sequitur aliquo modo , quod si aliqua sint eadem secundum naturam & substantiam , quod quicquid attribuitur vni , quod etiam attribuitur alteri : quia essentia diuina & persona omnino secundum rem & substantiam sunt idem , non tamen sequitur , quod quicquid conuenit vni , vel attribuitur , quod hoc attribuitur alij , vel conueniat . Et ideo dicimus , quod in pyxide seruato ut cibo non conueniunt nisi ea quæ Christo attribuantur secundum quod est sub assumpta forma cibi , & non alia : & ea quæ in forma & figura humana assumpta à Christo , Christo conueniunt , sicut ambulare , dormire , lanceari , flagellari , crucifigi , non conueniunt corpori Christi in quantum est in forma cibi . Et illa quæ conueniunt ipsi Christo secundum naturam diuinam , non conueniunt ei nisi secundum naturam diuinam , & non secundum formam humanam , vel secundum formam cibi assumptam in sacramento : quia

Christo conueniunt quædam secundum deitatem , quædam secundum humanitatem , & quædam secundum formam sacramenti .

quia Christus est multarum facierum , sicut multiplicata sunt ea quæ pro nobis assumpsit . Et hæc solutio verior videtur : quia ad hoc assumpsit formam sacramenti , ut sacramentalia & non alia conuenirent sibi . Hoc autem dictum est sine præiudicio : quia non per omnia concordat cum dictis antiquorum : quæ tamen dicta antiquorum sine ratione & auctoritate mihi dicta esse videntur : unicuique enim formæ hoc conuenit quod illi formæ attribui potest & non aliud : & ideo plures formas assumpsit , ut multipliciter homini congrueret per assimilationem . Osee 12. Ego visiones multiplicavi eis , & in manibus Prophetarum assimilatus sum eis . Non enim multiplicat visiones , nisi per multas quas pro nobis assumpsit formas . Et his assimilatur in manibus Prophetarum , ut simul propria quæ competunt , attribuamus , quamuis de naturalibus , sicut dormire , ambulare , loqui , sudare sanguinem ex angustia , & huiusmodi : tamen ridiculum esse videtur , quod dicatur Christus dormire , vel ambulare , vel loqui , vel sudare sanguinem ex angustia in pyxide , vel aliquid talium facere . Vnde cum , sicut diximus , Christus idem sit in tribus formis , secundum relationem ad diuersa attribuenda sunt sibi , quæ competunt formis illis , sicut secundum deitatem esse ubique , creasse stellas , facere omnia quæ vult & huiusmodi : quorum nihil attribuitur humanitati , vel formæ sacramentali . Secundum humanitatem verò conuenit ei esse longum mensura corporali , & latum , & loco particulari circumscribi , & in minori esse non posse , loqui , ambulare , sudare sanguinem : quorum nihil attribuitur deitati vel formæ sacramenti . Secundum formam autem sacramenti ei conuenit cibum esse verum animæ & corporis refectorem , esse intra fines formæ panis , & nihil sui extra illos esse , & in qualibet parte formæ illius totum esse , & huiusmodi : quorum nihil conuenit ei secundum staturam corporis humani existentem , quia nemo comederet hominem . in statura corporis humani : & iterum nihil horum conuenit ei secundum deitatem .

CAPVT VII

*De cibi huius ad cibatum penetrabilitate
ex subtilitate.*

Nunc dicemus de cibi ad cibatum penetrabilitate quam habet ex subtilitate : cibus enim naturalis non nutrit membra , nisi membris infundatur : non infunditur autem porofirati & spongiositati membrorum , nisi subtilis ad penetrandum : quia sicut dicit Philosophus , subtile est penetratiuum : & partium partibus penetratiuum : & ideo in ore hominis natura posuit dentes , qui cibum diuiderent : posuit & molares , qui ad minimum contererent : posuit in stomacho calorem igneum , qui subtile penetratiuum à grosse non penetratiuo separaret : posuit ve-

nas mesaricas , quæ subtile quod penetrare potest , sugerent : posuit venas , quæ ut via ab hepate deriuatæ , in totum corpus nutrimentum succum & subtiliatum ad membra portarent : posuit colatoria panniculorum , quæ viterius subtilentur ex subtilissimo collando auferrent : posuit subtiles poros & spongiositatem corporis , quæ id subtile subtiliter sugerent , & membris infunderent , ut in subtilissimum corporis nutrimentum perficeretur . Hoc igitur modo perficitur etiam nutrimentum animæ in sacramento , ut scilicet spiritaliter masticeretur , tam diuidendo , quam conterendo , ut calore igneo subtilitetur , ut subtilibus venis subtiliter spiritalibus fugatur , & subtilibus viis membris spiritalibus deferatur , ut colatoriis spiritalibus coletur , & subtiliter id quod est tam subtile membris proportionaliter infundatur : quæ sunt sex modi in vniuerso .

Omnibus tamen his prænotandis , de primo , scilicet masticatione dicturus præmittit de fractione quod est de fidei veritate in hoc sacramento , quod fractio quæ fit in sacramento siue per manus sacerdotis in altari , siue etiam per dentes fidelium in ore , quando sacramentaliter sumitur sacramentum , non est in corpore Christi : quia illud non frangitur , sed manet integrum & sanum & illibatum in qualibet parte formæ sacramenti fractæ , sicut dicitur Exod. 12. Os non comminuetis ex eo . Quia etiam milites licet essent malitiosi , corpus Domini frangere non potuerunt . Ioan. 6. Ad Iesum venientes , cum inuenissent eum iam mortuum , non frangerunt eius crura : sed vnus militum latus eius aperuit lancea , & continuè exiit sanguis & aqua . Sed ipsa fractio est in forma & figura panis , quæ duabus de causis frangitur . Quarum vna est significationis , & altera necessitatis . Illa quæ est significationis , est : quia manibus sacerdotum forma sacramentalis frangitur , diuersitas corporis Christi mystici signatur . Vnde vsus Ecclesiæ habet , quod in trina frangatur : quia pars corporis Christi mystici in celo triumphat , & pro illa parte sacramentum offertur ad laudem & ad gratiarum actionem : quia illi iam beati sunt . Alia autem pars corporis mystici in labore adhuc viuunt in fide conuersans , & merito in terris , & pro illa sacramentum offertur in pignus redemptionis . Tertia pars in purgatorio afflicta purgatur , & pro illa parte sacramentum offertur in supplicationem pro afflictis : Isti sunt tres panes , quos nobis accommodat amicus noster Christus , ut ponamus ante illum vnium qui de via venit ad amicum , proximum scilicet nostrum , quando venit vel ad laudandum , vel ut pro redemptione sua offerat sacrificium , vel venit de via ad supplicandum pro captiuis & afflictis : de via enim venit , quando de negotio occupationis terrenorum ad cultum se conuertit . Necessitatis autem causa frangitur in ore fidelium : quia integrum propter gutturis arctitudinem à multis cum periculo glutiretur . Exod. 12. Caput cum pedibus & intestinis vorabitur : & si quid residuum fuerit , igne comburetur :

Quæstio, cur sacramentalis diuinitas in tres partes?

2.
 In omnibus tamen his notandum est, quod in quacunque partes forma frangatur, totus & integer Christus uiuus & sanus in corpore spiritu & anima deitate plena remanet sub qualibet parte: & antequam frangatur, non est nisi unicus & indiuisus sub tota forma integra. Et huius quidem exemplum antiqui posuerunt duplex: sed unum illorum exemplorum non est usquequaque verum. Et unum illorum est de forma, quæ apparet ad speculi reflectionem, quæ una est in reflexione speculi unius ad unum: & cum speculum frangitur in partes, eadem una integra forma apparet in omnibus partibus, propter plures reflectiones quæ sunt ex pluribus partibus fracti speculi ad unum & idem. Sic enim Christus unicus est in toto totus: quia non nisi unum signum significans & continens est in toto: & quando frangitur forma panis, in qualibet fractura est totus Christus: id est quia plura tunc sunt signa significantia & continentia. Huius autem causa est vera: quia res sacramenti est semper causata & contenta in signo sacramenti in noua gratia & noua lege: & id est cum signum non habeat usum significandi ex hoc quod est totum vel pars, sed potius ex hoc quod est forma cibi tot confortantis: & cum hanc formam æqualiter habeat in toto & in parte, id est oportet, quod æqualiter corpus Christi quod est res sacramenti contenta & significata, sit in toto & in parte: tantum enim significationis ad reflectionem habet pars formæ panis & pars partit formæ panis, quantum habet totus panis quantumcunque magnus. Ex quo pars qualibet igitur minima significare habet, oportet quod quælibet minima pars totum contineat: quia sacramentum nouæ legis quantum est de se totum continet quod significat: quia aliter significatio esset mendax. Quod absit credere de sacramento veritatis. Ex isto iam patet, quod in corpore sumentis hunc cibum non sacramentaliter manet corpus Christi, nisi quandiu formæ sacramentalis in stomacho vel in vomitu possunt videri vel discerni: quandiu enim formæ illæ discernuntur, tandiu est contentum ibi corpus Christi & signatum: quando autem liquefactæ sunt formæ illæ, ulterius non significatur esse per aliquod. Et id est ibi etiam non continetur per aliud: quia continentia non se extendit ultra significationem. In hac forma panis & vini Christus est operatus quasi pallio quodam quo totus inuoluitur. //a. 59. Operatus est quasi pallio zeli. Quia scilicet zelans nostrum profectum, sic operatur ad nostram refectionem & salutem. Alia similitudo ab antiquis posita est de anguilla, vel serpente, vel alio animali, quod habet corpus æqualis compositionis & anulofum. In hoc enim tota est una & integra & sola anima sensibilis per sensum & motum: & si diuidatur in paucas vel multas partes, dicunt, quod eadem una & indiuisa anima sensibilis & tota per sensum & motum remanet in qualibet parte. Sed hoc exemplum pro secunda parte non est verum: quia iam probatum est in præhabitis, quod diuiso corpore

talium animalium, diuiditur anima per accidens, & non est una eadem in qualibet parte diuisa: sed tamen hoc est verum, quod est integra anima in qualibet parte. Et quod non qualibet pars conualescit in anima, non est propter hoc quod non tota anima sit in qualibet parte, sed potius id est quia membra sine quibus conualescere non potest, non habet in qualibet parte, sicut membra accipienda & digerendi & egerendi cibum quæ sunt os, stomachus, hepar, cor, anus in posterioribus: quia sine his non potest cibum capere, vel digerere, vel emittere: & in his consistit vita conualescens in omni sensibili. Non autem possunt in natura vel arte exempla sufficientia inueniri, quæ tantæ per omnia respondeant excellentiæ: //a. 40. Cui ergo similem fecistis Deum, aut quam imaginem ponetis ei? Hæc autem sunt quæ de fractura hinc sunt dicenda & attendenda. Hanc autem & huiusmodi fracturam in sacramento fore faciendam significauit Christus Math. 26. vbi dicitur: Conantibus autem illis accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait: Accipite & comedite, Hoc est corpus meum. In hoc enim quod dicit, fregit, discipulis etiam frangendum dereliquit. In hoc autem quod dicit, comedite, significauit etiam dentibus esse confringendum. Marc. 24. Et manducantibus illis accepit panem, & benedicens fregit. Et ex hoc accipitur idem quod prius. Luc. 12. plus dicit sic: Accipite & diuidite inter vos. Voluit enim corpus suum per fracturam formarum diuidi inter partes Ecclesie, ut unicuique parti Ecclesie prodesset secundum utilitatem congruam cuiuslibet parti. Similiter autem in quacunque refectione signatur istud sacramentum, semper panis frangitur, Math. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioan. 6. Accepit Iesus panem, & benedixit ac fregit. Et intrantibus hoc semper ostendit, ut & ipse Dominus in hoc modo fractionis cognosceretur. Luc. 24. Cognouerunt eum in fractione panis. Hoc etiam Apostoli seruandum ab eo sanxerunt per totam Ecclesiam. Act. 1. Hi omnes perseverantes erant in oratione & fractione panis. Talis igitur fractio est in hoc sacramento, & propter ea quæ dicta sunt.

3.
 Diuisio autem harum formarum & fractio & masticatio quæ fit per dentes, ut vndique fugi possit quod comeditur. Sicut ipsa masticatio est frequens reditus dentium super idem diuidendum & atterendum; ita signat meditationem istius cibi spiritalis: quia meditatio nihil aliud est quam frequens reditus mentis super idem cogitatione & deuotione & affectu mentis diuidendum & atterendum in omnes differentias bonitatis, charitatis & virtutis, ut vndique sugatur ex ipso dulcedo in qua preparauit hoc sacramentum homini Deus, tanquam dentibus diuisoribus & molaribus conteratur, qui sunt dentes rationis per cogitationem veritatis, & affectus per deuotionem virtutis & bonitatis, & conscientiz optimæ per albedinem synceritatis, & intentionis bonæ per directionem optimi finis. Isti sunt dentes de quibus

bis dicitur Cant. 4. Dentes tui sicut greges tonsuram, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis foetibus, & sterilibus non est inter eos. Et sicut vitæ coactina labia, & eloquium tuum dulce. Dentes enim diuisores sunt rationis, quibus hoc sacramentum in omnes differentias pietatis & bonitatis diuidunt, ut singula meditentur. Dentes autem masticatores sunt molares, sunt dentes affectus quibus in deuotione singula bonitatis Dei iudicia comprimuntur & conteruntur, ut succus dulcedinis qui in ipsis est, degulsetur. Isti sunt in numero intellectus & affectus, qui omnibus in omni manufactudine & pietate significantur. Quia sicut quidam greges in cordibus nostris ad pastum Domini corporis egrediuntur. Hæc ascenderunt de lauacro mundissime confessionis & satisfactionis. Et sunt omnes gemellis foetibus: quia quælibet fertur formam veritatis in contemplatione, & fertur virtutis in operatione. Et non potest esse sterilis quæ fructum æternorum gaudiorum non ferat inter eas. Isti sunt dentes de quibus conuenitur in persona Ecclesie Ierem. Thren. 3. Confrigit ad numerum dentes meos, cibauit me cinere. Ad omnem enim numerum intellectus & affectus diabolus dentes confringit: quia ad cognitionem veritatis & conscientiam serenitatis & affectum virtutis à corde in hoc sacramento tollit: & tunc desipiente cibo spiritali, hominem cinere; id est, amore incenso cupiditatis huius mundi cibis, & sic omnia destruit. Contra laudans sponsam in Cant. 6. dicit: Dentes tui sicut grex ouium quæ ascenderunt de lauacro. Quia dente veritatis conterit ea quæ pertinent ad cognitionem veritatis, & dente virtutis conterit ea quæ pertinent ad opus virtutis: & omnia hæc loca sunt lauacra mundissime confessionis & conscientiz. Vnde etiam de huius sacramenti dulcedine loquens Cant. 7. Dignum potandum dilecto meo labiisque & dentibus eius dignum ad ruminandum. Ruminatio enim dicitur sicut & masticatio, quando huius sacramenti dulcedo sepe ad os cordis & guttur rationis & dentium, de quibus dictum est, sepius reuocatur. Sic igitur masticatio perficitur spiritalis.

4.
 Diximus autem, quod secunda subtiliatio per calorem fit digestiuum & igneum, qui pura separat ab impuris, non quidem in corpore Domini in quo nihil est impurum, sicut præstendimus, sed potius in nobis qui nos depurare debemus ad ipsum percipiendum. Hoc est quod sub alia metaphora loquens Dominus de sacerdotibus istud sacramentum conscientibus dicit Mal. 3. Sedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui: & erunt Domino offerentes sacrificia iustitia, & placebit Domino sacrificium Iuda & Ierusalem, sicut dies seculi & anni antiqui. Quod enim dicit, quod sedebit, moram & perseverantiam signat in opere. Quod autem dicit, conflans, incendium signat charitatis tanquam calor ignei omnia purgantis. Quod autem dicit, emundans, digestionem ad purum signat. Quod

dicit, argentum, timorem signat puritatis conscientiz. Huius autem digestionis effectus est, quod tales in cordibus suis Domino erunt offerentes sacrificia in omni & perfecta iustitia. Tali autem digestionem & purificationem & subtiliacionem perficit dicitur Mal. 3. quod placebit Domino sacrificium Iuda, hoc est, conscientis, & sacrificium Ierusalem, hoc est, ad visionem æternæ pacis pertinentis. Sicut dies seculi in quibus illuminario fulsit Dei, qui hoc sacrificium in oblatione Melchisedech instruit Gen. 14. Et sicut anni antiqui in operibus omnium sacrificiorum veteris legis, quæ in fide huius sacrificij sunt celebrata. Sic autem per digestionem nobis subtiliatis ad huius cibi congruitatem.

Deinde autem in sacramento est dulcedinis depurata suctio. Et hoc fit quando in dulcedine cordis nimia dulcedo Christi in spiritu degulstatur. Hic enim modus degustandi dulcedinem naturarum & gratiarum Christi potius sustentione quam comestione perficitur. Et sic in opere naturæ per quam nutrimentum subtiliatum est, fugitur: ita in cordis deuotione & desiderio postquam homo se emendauit & depurauit, tunc statim dulcedinem quæ est in corpore Christi & spiritu & anima ipsius & in omni gratia & gloria, illuminationibus & delectationibus eius sagit & imbibit. Et hoc est quod dicitur Deuter. 32. Constituit eum super excelsum terram, ut comederet fructus agrorum, ut fugeret mel de petra oleumque de saxo durissimo. Sicut enim in antè habitis dictum est, excelsa terra est natura humana Iesu Christi, super cuius agri fructus ponitur homo in confessione & comunione sacramenti, ut comestione sacramentali comedit eos: & postquam se plenè depurauit & in spiritu subtiliavit virtute & contemplatione, spiritus sugar mel de stabilimento Christi sicut de petra: petra autem erat Christus, sicut dicit Apostolus 1. ad Corinth. 10. Bibebant de spiritali consequente eos petra. Petra autem erat Christus. Et hoc modo oleum quod significat pinguedinem deuotionis, suggerent de saxo solidissime veritatis, quæ est in sacramento. Propter quod etiam sacramentum veritatis vocatur. Psal. 147. Cibauit eos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos. Hoc est quod dicitur Deuter. 32. Qui inundationem maris quasi lac sugent, thesauros occultissimos arenarum. Dulcedo enim à sacramento redundat abundanter in fauces bene dispositas, sicut inundatio, quæ maris dicitur, quia in memoriam immensitatis passionum & doloris Christi accipitur. Et hæc consolationes sunt thesauri super aurum copiosum: & sunt occulti, quia nemo nouit eos nisi qui accipit Ps. 118. Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel & fauam. Vnde //a. ult. dicitur: Gaudete super eam gaudio vniuersi, qui iugebati super eam, ut sugatis, & repleamini ab vberibus consolationis eius, ut mulgeatis & deliciis affluatis ab omnimoda gloria eius. Luctus enim super tristitiam Ierusa

3.
 Quomodo subtiliatur sugar.

3.
 Quomodo alimentum anima masticatur.

4.
 Quomodo masticatur subtiliatur.

Ierusalem est in passione, gaudium est in comunione delectatione: & illa est vt fugant fideles vbera quibus sacramentum hoc vberim fundit lac candoris veritatis & dulcedinem virtutis, vt sint vbera ista pressa manu deuotionis, & mulgeamus & deliciis in consolatione sancti Spiritus affluamus ab omnimoda ipsius gloria quam in deliciis sacramenti manifestat. Et hoc lacti comparatur: quia ad literam etiam secundum naturam succus de nutrimento depuratus & subtiliatus, lactis habet quandam albedinem & pinguedinem butyrosam & dulcedinem valde conuenientem: & ideo sugitur à venis. Sic igitur nutrimentum attrahitur sugendo.

6.
Quomodo
omnis
vires
vires
deservit.

Quarto perficitur nutrimentum per vias quæ sunt vasa & canales in totum corpus nutrimentum deportantes, vt vndique corpus infundatur & irrigetur & nutriatur. Hæc autem viæ sunt cogitationes & affectiones in anima quæ sunt animæ tanquam vires & corporis membra, ad subseruendum animæ spirituale nutrimentum deportantes. Sic enim fons delectationis est corpus Christi, & riuus deriuati à fonte sunt quæ singulis viribus & virtutibus & potentis & membris diriguntur, & ad quæcunque non venit hoc nutrimentum pietatis, hæc ardescunt & marcescunt & destruantur & abiiciuntur. Iste est fons de quo dicitur Genes. 2. Fons ascendebat de terra, hoc est, de terreno corpore Domini in sacramento irrigans vniuersam superficiem paradisi. Paradisus enim locus delicia- rum est in nutrimentis Ecclesie, in quem locum iste fons delectationis influit, & omnia irrigat interiora animæ & corporis ad quæ deriuatur Ezech. 47. Et omnis anima viuens quæ serpit, quocumque venerit torrens, viuet. Quia sicut dicitur in Psal. 35. Inebriantur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Et infusionis delectationis suauitate infunduntur & irrigantur. Merito monet Eccl. 12. vt sumus memores creatoris nostri, ne forte per ingratitude- nem à magnis deliciis quas diximus, excidamus, dicens: Antequam rumpatur funis argenteus, & recurrat vitæ aurea, & conteratur hydria super fontem, & confringatur rota super cisternam. Hæc omnia ingratias contingunt. Funis autem argenteus est via dirigens ad nos ex hoc sacramento candorem veritatis. Et si ille rumpitur, vanitatem & mendacium sequi incipimus. Vitæ autem aurea est via & vena & ligamentum quibus in nos deriuatur delectatio diuinitatis ex hoc sacramento: Genim illa ad terrena recurrit, tunc terreno tetra & opaca sequemur. Fons autem est fundens delectationes Dominus Iesus in sacramento. Hydria autem hauritorium nostræ deuotionis, quæ super fontem conteritur, quando spiritualia in tedium veniunt, & terrena eriam amara desiderantur, sicut dicitur Num. 11. Anima nostra arida est, oculi nostri non vident nisi man. Et ibidem. 21. Anima nostra nauiscat super cibo isto leuissimo. Quis dabit nobis ad vscendum carnes? Et huiusmodi. Rota autem est reditus noster frequens ad spiritualis dulcedinis degustationem, quæ

in hoc sacramento sicut in cisterna ex pluuia dulcedinis Dei manantis reseruetur nobis. Si enim rota illa confringitur, tunc intus & redimus in putredinem carnis, & sic perimus ad creatoris memoriam non reuertentes.

Quinto autem loco natura posuit colatoria panniculorum, quæ vltimâ depuratione fetulentum quasi colando à cibo separant, vt vltimè depuratum esset, antequam membris infunderetur: & hoc colatorium in sacramento signat subtilissimam conscientie examinationem, ne aliquid impurum in nobis remaneat, cum venimus ad huius cibi nutrimentum, sicut dicitur Ierem. 15. Si cõdideris, conuertam te, & ante faciem meam stabis. Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. Hæc enim est colatio optima conscientie qua omne pretiosum à vili peccati & vanitatis separatur, vt purum & syncerum hoc nutrimentum his membris spiritualibus infundatur. Eccl. 38. Da suauitatem & memoriam simlaginis, & impingua oblationem, & da locum medico. Quod autem dicit, da suauitatem, vult quod animo suauis & tranquillo veniamus ad sacramentum. Quod autem dicit, memoriam simlaginis, vult quod sicut simlago cribellatur & colatur vsque ad purum, quod ita nos per conscientiam cribellemus & colemus, vt purissimo nutrimento congruamus. Quod autem dicit, impingua oblationem, vult quod nos in pinguedine deuotionis beneficiorum Dei præparemus. Et hoc factum locum demus medico Iesu Christo, qui tunc sua nutrimentali dulcedine omnes nostras curat infirmitates, & deperdita restituit in vitæ spirituali. Hinc est, quod Lem. 2. purissima simlaga præcipitur esse in sacrificio Domini. Hoc est quod dicitur Ezech. 16. Simlaga enim vltimâ depuratione colata est & cribellata, & signat vltimam munditie gratiam. Mel autem dulcedo est roris, & significat deitatis dulcedinem. Oleum sumentum luminis significat pinguedinem charitatis & deuotionis Christi: quæ sic colata comedentes, id est, vltra quam sciri possunt, sunt decori. Sic ergo colatum est nutrimentum.

Sexto loco tale purum, tam dulce, tam mundum membris infunditur: & ex illo omnis substantia eorum & virtus restauratur. Sic nobis, sicut diximus, depuratus nectareus liquor Domini nutrimenti infunditur: & isto rore membra animarum nostrarum ad nutrimenti spiritualis virtutem, & dulcedinis gustum, & delectationis experimentum, & recreationis beneficium admiranda suauitate inebriantur. Vnde Psal. huius voluptatis pastum describens dicit in Psal. 41. In voce exultationis & confessionis sonus epularis. Quia cor est in iubilo, & omnia interiora in delectatione, & os in sono laudis in tali epulatione. Hoc est quod de huius sacramenti epulis dicit Apostolus 1. Corinths. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur non in fermento malitie & nequitie, sed in azymis synceritatis & veritatis. Sic summa sapientia. Proverb. 9. immolauit victimas

7.
Quæ variata
vltimo depu-
ratur.

8.
Quomodo
membris in-
funditur.

mas suas, miscuit vinum, & posuit mensam. Et post pauca: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum meum quod miscui vobis. Sic enim panis dulciter confortat ad gratiam, & vinum inebriat ad spiritus iocunditatem, & mixtio vini in omnibus diuinis conseruat rationem sobrietatis, vt fiat quod dicit Apostolus Rom. 12. Non plus sapere quam oportet, sed sapere ad sobrietatem. Deuter. 14. Omne quod desiderat anima tua coram Domino Deo tuo. Et epulaberis coram Domino Deo tuo tu & domus tua. Tota enim familia nostri cordis in huius sacramenti sagina reficitur, sicut dicitur Luc. 15. de sacramento reparationis: Epulari & gaudere oportebat, quia frater tuus mortuus fuerat, & reuixit: perierat, & inuenus est. Quia in isto sacramento & principii vitæ reuimus, & pignore salutis à perditione liberamur, & epulis iocunditatis æternæ reficitur, ad conforationis delectationem, & omne quod desideramus, inuenimus in eo sicut in vase omnium bonorum.

CAPVT VIII.

De cibi huius ad cibatum vnibilitate
quam habet ex connaturalitate.

1. Sequitur vt dicamus hic de huius cibi ad cibatum vnibilitate, quam habet ex connaturalitate ad eos quos cibari. In naturali enim cibo nihil vnitur ei qui cibatur, nisi quod connaturale est illi: & si non sit connaturale & infundatur membris, pro certo putrescet in membris, & generat apostemata & tumores vel alias corruptiones. Si autem connaturale est membris, vnitur eis, & confortatur & proficiunt omnia membra per ipsum in virtutibus & operationibus suis, sicut ante diximus. Quia in digestionem & assimilationem cibi & subtilitate omnia hæc fieri habent in nobis: eò quod cibus ille purissimus & subtilissimus & suauissimus sit quantum ad se, sed nos non semper cibo secundum quod oportet congruimus. Ita dicimus hic, quod in cibo nos oportet virtute istius cibi vniri cibo potius quam cibus vnatur nobis: quia si vniretur nobis defecibilibus, & cibus periret, & nos non proficeremus. Cum autem nos cibo vnimur qui incorruptibilis est, tunc proficimus in omni virtute. Talem autem habemus ad cibum vnionem, vt Christo Domino & cibo nostro connaturales efficiamur, ita quod nihil in nobis sit à natura Christi & diuina generatione alienum. Iste enim panis filiorum est, qui non mittitur canibus ad manducandum.

2.
Quomodo
faciunt nos
Christi vnibilis
Christi Ge-
neratio diui-
na.

Et ideo notandū est hic, quod quinque sunt quæ faciunt nos Christo connaturales & vnibiles. Quorum vnum & primū est generatio diuina. Secundum autē est munda vita. Tertium autem dilectio ad Deum & sincera & pura. Quartum autem illustratio contemplatiua. Et quintum est vnio deuota. Primum horum facit nos Christo connaturales. Secundum

autem facit nos in virtute similes. Tertium concordēs. Quantum facit nos in cognitione conformes. Quintum autem & vltimum facit nos ab ipso indistantes. Hæc enim quinque cibus habet ad cibatum, quando vnitur ei: quia tunc primò ad naturam nutriti cibus generatur. Secundò in virtute membro & operatione assimilatur. Tertio calore eius viuifico in membro cibato afficitur & viuificatur. Quarto luce viuifica membris & calore venustatur. Et quinto ad plenum vnium animali potentia membri viuificatur & animæ vnitur. De primo horum dicitur. 1. Ioh. 3. Scimus quia omnis qui natus est ex Deo, non peccat: sed generatio Dei conseruat eum, & malignus non tangit illum. Est autem spiritualis quædam & optima generatio diuina, qua homo in corpus & membrum Christi generatur. Si enim cibus olerum bonum suum cognoscere possit, quando ad corpus & ad membrum hominis per generationem quandam mutatur, multas gratias ageret, & omnem modum quo mutatur & conteritur, cum gaudio sustineret, vbi sciret, quod à suo esse ignobili & vili in tam nobilem vitam & tam nobile corpus mutaretur. Quantas ergo gratiarum actiones debemus Christo, qui suo corpore viuifico nos in se transmutat, vt corpus eius efficiamur sanctum & mundum & diuinum. Ioh. 1. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Quia qui eum receperunt in sacramento spirituali manducatione, concorporales filij sui efficiuntur, & sic filij Dei sunt & dicuntur. Ioh. 1. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Non enim caro & sanguis & concupiscentia carnis & sanguinis aliquid possunt in illa generatione, sicut dicitur ibi. 1. Corinths. 15. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Neque corruptela in corruptionem possidebit. Et ideo neque ex voluntate femineæ carnis, neque ex improba & libidinosa viri voluntate, nihil penitus est in illa sancta generatione qua homo ex Deo nascitur, quando participando sacramento in corpus Dominicum & membrum generatur. In hac enim generatione corpus Dominicum quasi semen est, quod sua virtute hominem ad se trahit & in se transformat. 1. Ioh. 3. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit. Quia semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. Sic igitur mutamur in sanguinem & carnem ipsius spiritualiter, & efficiamur sibi connaturaliter vniri & genus suum de natura sua nos sic ad se mutant. Act. 17. Ipsi & genus sumus. Hoc est igitur primum in quo sic vnimur Christo per sacramentum.

3. Est autem secunda vnio in vita in similitudine virtutis & operationis. Quia etiam in naturali cibo perfectè membris vnium non est quod non habet membri vel membrorum virtutem & operationem, sicut dicitur Ioh. 19. Iniquitates vestras diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret. Ac si

4.
vita munda.

dicat.

dicit: Si dissimilitudo in vita non esset, sed esset virtute vita & operatione similes, tunc Deo nostro vniti essetis, ita quod inter Deum & vos nihil distaret nec distare faceret. Et hoc est quod dicitur *Ast. 17.* Non longe enim est ad vnoquoque nostrum: in ipso enim viuimus, mouemur, & sumus. Per virtutem enim suam nobis induxam efficitur non longe: quia ipse suam non deserit virtutem, & in sua virtute nobis communicata & influxa ipse inhuit nobis seipsum & comunicat. Et sic in ipso viuimus sua virtute, & in ipso mouemur sui nutrimenti perfectione, & in ipso sumus stantes consummati in sua perfectione. Sic enim sicut dicitur *Ephes. 4.* Occurramus omnes in virtutum perfectionem, in mensuram araris plenitudinis Christi. Sic enim verum est quod dicitur *1. Ioan. 2.* Scitote quoniam omnis qui facit iustitiam, ex Deo natus est, translatus iam in virtute & operatione in benedictum corpus & membrum Christi. Sic enim dicitur *Isa. 26.* Omnia opera nostra operatus est in nobis Dominus. Quia sibi coniuncti in virtute sua operamur, & ipse operatur in nobis. Sic ipse dicit *Ioan. 14.* Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Quia ego ad Patrem vado. Ipse enim nos sibi vnies, in nobis magna facit, & nos sibi vnitos ad Patris maiestatem exaltans, facit maiora, & quotidie innotat maxima. Quæ omnia in nobis facit, quotidie virtutem & opera confortando. Magna enim facit in operibus gratiæ. Maiora facit in operibus donorum sancti Spiritus. Maxima autem facit in operibus supererogationum & beatitudinum. Sic vnitus Christo loquitur *Apostolus 2. Cor. 13.* An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus, qui in nobis non infirmatur, sed potens est in nobis? In nobis enim loquitur, quando vita virtute & operatione iuncti sumus ei, & quasi connaturales effecti. Potentia autem est in nobis, & non infirmatur, quando virtuti suæ nihil contrarium inuenit in nobis, sicut dicit *Psal. 17.* Diligam te Domine fortitudo vel virtus mea, Dominus firmamentum meum & refugium meum & liberator meus.

Tertium autem nos vnies Christo, & quasi concorporales & connaturales sibi efficiens, est dilectio ad ipsum pulchra & sincera. Quia etiam cibus corporalis postquam ad substantiam membri quod nutrit, mutatur & generatus est, & postquam virtutem & operationem & vitam illius membri assumptit, statim ordine naturæ calore viuifico illius membri & spiritu penetratur & afficitur, & sic perfectus quam primò vnitus fuit, vnitur. Et hoc est quod dicit *Augst.* quod fides in compositione corporis Christi mystici membra iungit, spes autem necit, & charitas vnit. Quia fidei generatio membro attribuitur, de quo diximus primo. Spei autem nexus in virtute & operatione attribuitur, spei, de qua diximus secundò. Charitati autem attribuitur vnio de qua hic dicere habemus: & hoc est quod dicit *Ephes. 5.* Qui est caput Christus, ex quo totum corpus con-

iunctum & connexum per omnem iuncturam subministrat. Sed operationem vnus cuiusque membri augmentum corpus facit in ædificationem sui in charitate. Hinc est quod dicit *Ioan. 15.* Manete in dilectione mea: si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego præcepta Patris mei seruauit, & maneo in eius dilectione. Qui autem in dilectione Christi manet, manet in eius calore viuifico, per quem vnitur sibi & afficitur, vt spiritui vitali eius coniungatur & vnatur. Hoc enim modo corpus totum in membris omnibus efficitur vnium. *Ephes. 4.* Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnum enim corpus est iuncturis & vnionibus membrorum ad vnum cor, quod calorem vitæ immittit omnibus; & vnus spiritus est, qui vitam & dilectionem adiuuicem omnibus inspirat & pulsatur in omnibus membris: & in hac spe vocationis vocatur ad Christum, vt sic connaturaliter & concorporaliter sibi sicuti capiti nostro & cordi simus vniti, quod nobis inhuit & sensum cognitionis & motum virtutis & regimen suæ prouidentissimæ gubernationis, sicut dicitur *Cant. 5.* Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. Dilectus enim verba dilectionis loquitur ad affectum cordis: & ideo anima ista beata dilectio vnita, statim calore dilectionis resoluta, & tota in deuotione liquefacta, penetrat ad ipsum, vt sibi vnita concorporalis effecta est. Hæc enim est vnitas spiritus Christi charitatis totum corpus vnies, de quo dicitur *Ephes. 4.* Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. In hoc calore charitatis quasi sub quodam pallio concorporales & iunctos nos sibi facit Dominus. *Ruth. 3.* Expande pallium: quia propinquus es. Sic enim dicit *Apostolus*, quod omnes concorporales efficiuntur. *Ad Ephes. 3.* Reuelatum est sanctis Apostolis & prophetis in spiritu gentes esse cohæredes & concorporales & comparticipes promissionis in Christo Iesu. Sic igitur vnio fit per dilectionem synceram & pulchram. Syncera autem vocatur charitas, quæ nihil corruptibile admittit. Pulchra autem, quia nil foedum cogitat aduersus dilectum. Quædam enim charitas adeo debilis est corruptibilia concupiscendo, quod statim corrumpitur: & tunc vita & calor viuificus in tali membro intercipitur. Vnde *1. Tim. 1.* dicit *Apostolus*: Charitas est de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, hoc est, fidelitate ad amatum non fictili vel fragili, sed fortissima: quia sic dilectus clamat ad nos *Cant. 8.* Pone me sicut signaculum super cor tuum, & super brachium tuum: quia fortis est vt mors dilectio. Signaculum enim super cor ponitur, quando figura amati sicut figura sigilli in cera, ita in corde molli imprimitur & profundatur. Super brachium ponitur, quando tota virtus nostra & vires & fortitudo & robur ad ipsum referuntur. De pulchra autem dilectione est, quod nihil foedum admittit, quod ex scæbre fuliginosæ concupiscentiæ procedat. *Ecclesi. 24.* Ego mater pulchræ dilectionis, quæ scilicet nihil foedum diligere potest. Sic igitur connaturaliter

naturaliter & concorporaliter vniti, spiritum & calorem viuificum accipimus à capite totius corporis mystici per nutrimentum spirituale.

Quarto loco, sicut oculata fide quisque sapiens videre potest, postea quam cibus adgeneratus membro, & virtutibus eius vnitus, & calore membri viuifico est aff. & spiritui membri penetratur, statim paulatim incipit assumere calorem illi membro proprium & venustatem: quod, sicut diximus, fit per illustrationem contemplationis æternæ veritatis in faciem Domini nostri Iesu Christi, sicut expressè dicit *Apostolus 2. Corinth. 4.* Quoniam Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere, illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis in facie Christi. Omnino enim innaturale esset, quod tenebrosum & obscurum membrum esset tam lucidi & pulcherrimi corporis. Et ideo oportet vt assumat Christi naturalem lucem & pulchritudinem, sicut *Exod. 34.* Splendida facta est facies Moysi ex consortio sermonis Domini, ita vt non possent filij Israel intendere in faciem eius, propter gloriam vultus eius. Ita & multò magis assumit membrum incorporatum Christo gloriam & lucem & pulchritudinem Christi in fulgore mentis illustratæ per veritatis contemplationem. Vnde *2. Corinth. 3.* Nos autem reuelata facie gloriam Domini specularantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam à Domini spiritu. Sicut dicitur, animæ sic Christo vnite in *Psal. 44.* Specie tua & pulchritudine tua intende prospere procede & regna. Specie enim veritatis figurata & pulchritudine sapientiæ decorata, prospere sine impedimento intendit per intellectum, & procedit per affectum, & regnat in rege, cuius & membrum eius pulchritudinem assumptit. Melior enim color quem habere potest membrum corpori bene vnitum & viuificatum, est color substantialis sanguinis per candorem pellis & carnis emicatis: & iste est color Christi, sicut dicitur *Cant. 5.* Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Candem enim liliofa candidatione in omni castitatis munditia, & ruber roseo & purpureo vernali rubore in suo benedicto quem dedit nobis & pro nobis sanguine. Et hanc pulchritudinem assumit sponsa, & quilibet membrum eius effectus, quando munditia Christi cadit corde & corpore, & ruborem tam gratiosi sanguinis quotidie præ oculis habet in corde. Hoc est, quod de pulcherrima vidua *Iudith. 10.* legitur, cui etiam Dominus contulit splendorem: quia omnis ista compositio non ex libidine, sed ex virtute pendebat. Hoc est quod de beata Agneta dicit *Ambros.* Iam corpus corpori meo sociatum est, & sanguis eius ornauit genas meas. Sic igitur contemplatione veritatis id quod Christo vnitur, pulchritudinem & calorem Christi assumit.

In omnibus autem quatuor prædictis tandem, quinto loco vnio deuorata perficitur, indissolubilem habens ad corpus vnionem & indistantem, vt in corpore sit, & in ipso animetur & viuat, & iam de cætero non

D. Alb. Mag. lib. de Eucha.

nisi de corpore esse reputetur. Hoc autem fit per omnium bonorum quæ à capite vel à corde corpori influunt participationem, sicut dicitur in *Psal. 118.* Participem fac me Deus omnium timentium te, & custodientium mandata tua. Sic sub alia metaphora de Christo vnitis loquitur *Apostolus Rom. 10.* Inseruas es in bonam oliuam, & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es. Quia omnia bona quæ fluent à Christo, taliter vniti percipiunt sicut reliqua membra corporis eius. Sic dicit Christus *Ioan. 17.* Ego claritatem quam dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnum sicut nos vnum sumus, ego in eis, & tu in me, vt sint consummati in vnum. Hæc est catena aurea, qua colligamur & à multis reducimur ad vnum vnde exiuimus. Pater enim omnino vnus, à quo sicut à fonte Filius nascitur, & à Patre & Filio procedit spiritus sanctus. Spiritus autem sanctus huius vnionis est vinculum. *1. Corinth. 6.* Qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum eo. Forma autem cui alligamur, Filius est, forma Patris æterni, & sacramentum corporis & sanguinis est, quo Christo incorporamur, & sic in Filio ad omnis boni Patrem cælestem reducimur, & in illo fruimur omni bono Filij in Spiritus dulcedine & beatitudine. Et omnes ab hac catena recedentes, pereunt, in multa partiti diuiduntur. *Osee. 10.* Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Hinc est, quod cum *Ier. 25.* dixisset de hoc conuiuio in eius delictis, statim adiunxit de vnione colligationis eius sic dicens: Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, & conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum, & vindemiæ defæcatorum. Et adiungit dicens: Et præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos. Charitas enim Christi hoc vinculum in impetu præcipit, quod colligatum est à Patre in Filium, & ab utroque in Spiritum sanctum, & per sacramentum Filij Dei est etiam in omnes populos concorporales Domino colligatum. Sic igitur perficitur vnio ad Christum per connaturalitatem in his quinque quæ à nobis dicta sunt.

CAPVT IX.

De cibi huius ad cibatum firmam hæbilitate, ex cibati per cibum apprehensione.

Nonò & vltimò secundum diuisionem superius inductam, videndum est, quæ cibi ad cibatum firma sit hæbilitas, ne quilibet occasione abradatur: & hoc perficitur, vt superius diximus, ex apprehensione fortissima contra illud quod cibatur, apprehendit & tenet id quod sibi ex cibo est vnitum. Sicut enim dicunt *Isaac* in dietis, & *Constantinus* in pantechne, ex quibusdam cibis generatur nutrimentum, quod parum adheret membris, & citò per alterationes sequentes caloris laboris vel febris à membris abtra-

ditur & separatur & consumitur, sicut est cibus generatus ex facile alterabilibus & conuertibilibus, sicut sunt oua, & caro subtilis, & herbae. Quidam autem cibus est, ex quo generatur nutrimentum, quod sumitur & forte ter adheret membris, sicut nutrimentum generatum ex puro & sincero grano frumenti: quia hoc ex subtilitate sua bene intrat in membri nutriti profundum, & ideo bene à virtutibus membri apprehenditur, & ex puritate optime congruit substantiæ membri: & ideo bene vnitur, & ex viscositate fortissime adheret, & resistit omnibus alterationibus membrorum, ne de facili à membro cui vnitur est, separetur, quasi visco quodam cum membro sit glutinatum. Ita etiam fit quando Christo incorporamur, cui quidam fortiter adherent, quidam autem facile separantur. Adhæsiō autem hæc fit primò quidem fortitudine apprehensionis. Secundo autem fit glutino amoris. Et tertio fit mansio stabilitatis. Quarto fit perseverantia continentis ad Christum. His enim modis etiam cibus adheret membris quæ cibatur. Primò quidem, quòd virtutibus membri fortiter apprehendatur. Secundo, quòd viscositate propria membri fortiter agglutinetur. Tertio, quòd stabiliter in membro manens figuratur. Quarto autem, quòd nullo laxatio remorum à membro perseveranti continetur membro nutrito continetur.

2.
Christo ad
hærentes
firmos
vitæ
ap-
prehensionis.

Fortitudo autem apprehensionis in spiritali membro ad Christum est, quòd quasi duobus brachiis intellectus & affectus apprehendamus Christum fortiter & indissolubiliter, sicut ipse nos per vnionem nostræ naturæ ad se factam indissolubiliter apprehendit & comprehendit. *Phil. 3.* Sequor autem si quomodo comprehendam, in quo & comprehensus sum. De tali apprehensione dicit sponsa in *Cant. 3.* Tenui illum nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Tenetur enim fortissima bonitatis & veritatis suæ apprehensione, nec dimittitur tentationis illectione. Tenetur autem vsque dum introducatur ad intima penetralia cordis, in quibus est domus matris nostræ sapientiæ diuinæ, & donec introducatur in cubile contemplationis genitricis nostræ dulcissimæ gratiæ, in cuius vtero formamur ad istas quæ dictæ sunt delectationes. Sec dicitur de eo quod nos apprehendit *Hebr. 2.* Semen Abrahamæ apprehendit, cuius naturam in admirabiles delicias domus sapientiæ introduxit, & in cubili gratiæ genitricis plenitudine gratiæ repleuit. Sic Jacob dixit *Genes. 32.* Non dimittam te, nisi benedixeris mihi, & benedixit eum in eodem loco. *Cant. 8.* Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ, ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito. Apprehendit enim sponsa dilectum indissolubili amplexu, & apprehensione ducit eum in domum matris sapientiæ increatæ, quæ domus est cor in amplitudine admirationis, & inducit eum libenter sequentem in cubiculum secretum intima affectus, in gratia, in cuius

vtero formamur in filios Dei, vt in deliciis experimentum discat ab eo, & ibi dat ei poculum delicatum quod ipse semper sirit, quod est deuotio orationis sumpta ex vino condito, ex quo conficitur sanguis Christi, per quem nos incorporati sibi stricissime tenemus eum: quia nihil est, quod eum nobis intantum astringit sicut calix sanguinis quem bibit, & nobis eum propinauit. Propter hunc dicimus ad eum de firmitate apprehensionis eius confidentes, Non discemus à te, viuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus. Et illud. *4. Reg. 2.* Viuit Deus, & viuix anima tua. Quia non dimittam te. Tunc impletur illud *Cant. 7.* Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Ego enim dilecto meo strictus sum fortissima apprehensione, & ideo ad me in omni bonitatis dulcedine est conuersio eius, vt me multò fortius apprehendat. Sic enim consilio sapienti cuidam dicitur *Apocal. 3.* Tene quod habes, ne alius accipiat tibi coronam tuam, quam pro certo alius accipiet, nisi eum quem apprehendamus, fortiter & indissolubiliter teneamus.

Secundum autem est, vt glutino viscositatis propriæ fortiter agglutinemur membro quod cibatur & nutritur, & hoc in spiritalibus fit conglutinatio amoris, quando scilicet fortissimo amore glutitur anima fidelis cum Christo, ne vnquam separetur ab ipso. Et hoc est quod dicitur. *Eccle. 25.* Timor Domini initium est dilectionis. Fidei autem initium agglutinandum est ei: quia dilectio quæ est gluten conglutinans diligentes seiuicem Christum & animam fidelem, incipit in recessu à malo quod facit timor. In ordine autem ad bonum incipit à cognitione veritatis dilecti. Et sic fit conglutinatio qua anima diligens adheret Christo dilecto. *Isa. 41.* Confortauit faber ærarius qui eum cudebat tunc temporis, dicens: Glutino bonum est. Faber autem ærarius iste est Deus Pater, qui omnia fabricauit. Hic dicitur ærarius: quia omnia domuit sicut ferrum. Et ille faber confortauit Filium qui totum mundum ab initio sicut sapientia cudebat: quia confortauit eum ad hominis dilectionem, quando homines sibi per incarnationem & sui in sacramento collationem agglutinauit, dicens ad Angelos, Glutino vt: quia per omnia charitatis nobis exhibita indicia nihil aliud dixit nisi quod glutinaret sibi homines vt diligenter eum, & sibi glutino amoris & coningerentur. Et ad hoc homines & Angeli responderunt: Bonum est sic conglutinare: quia per hoc homo saluatur, & ruina Angelorum reparatur. *Iere. 17.* sicut adheret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinaui mihi omnem domum Israël, & omnem domum Iuda, vt essent mihi in nomen & in laudem & in gloriam: lumbi enim sunt loca delectationum: quia delectatur Dominus in his qui per amorem sibi agglutinantur, in quibus etiam nomen suum inuocatur. Laus autem sua decantatur, & crescit gloria suæ magnificentiæ & honoris. Hæc conuiscatio mutui amoris vocatur adhæsiō. *1. Cor. 6.* Qui adheret Deo, vnus spiritus est. *Psal. 62.* Adhæsiō anima post te, me suscepit dextera tua.

3.
Glutino
amoris.

rea. Quia quem dextera Dei in amplexu æternorum bonorum suscepit, illius anima per nexum amoris Deo adheret. Hæc est adhæsiō: de qua dicitur *Deuter. 4.* Vos qui adheretis Domino Deo nostro, vnitis vnuerfi vsque in præsentem diem: quia per conuiscationem amoris vita à fonte vitæ influitur Christo conuiscatis. Hinc est, quòd etiam carnalis amoris lenocinium adhæsiō vocatur. *Genes. 34.* Sicheim filij Emor, adhæsiō anima filiæ vestræ, date eam illi uxorem: & iungamur vicissim connubiâ. Quia sicut dicit *Dionys.* omnis amor facit extrinsecum, transponit cor amantis in amatum, & non permittit, quòd amans sit sui ipsius, sed potius facit eum totum esse eius quod amatur: nec permittit eum permanere in seipso sed continet eum egrediente extra se in amatum, & adheret ei firmissimo glutino, ita quod retrahi ad seipsum non potest. Hinc est quòd etiam *Virgilius* dicit:

Omnia vincis amor, & nos cedamus amori.

Et ideo etiam est quòd dicitur *Cantic. 8.* Quia amorem est vt mors dilectio. Quia animam & cor transponit extra amantem in amatum, sicut mors transponit animam, quæ conuiscata in amatum, redire non potest ad seipsam: & ideo amor optimum glutinum est, quo membrum incorporatum Christo firmiter adheret ne à Christo separetur.

4.
Mansio
stabilitatis.

Tertium est mansio stabilitatis, ita vt in membro manens figuratur id quod membro est vnitum. Hoc autem fit stabilimento cordis & corporis in spiritualium meditatione & studio: quia nisi ita homo incorporatus infigatur, non stabilitur in Christo: sed ipsa mentis & corporis euagatio solubilem facillè faciunt à Christo. *Ierem. 17.* Populus hic dilexit mouere pedes suos, & Domino non placuit. Quia pedes affectuum mouere instabilitatem facit cordis, & pedes corporis mouere instabilitatem inducit corporis, & tales Domino firmiter non adherent. Qui autem in Domino cui incorporatus est, non manet, nunquam proficit ad membri perfectionem. *Ierem. 17.* Sicut palmes non potest facere fructum à semetipso nisi manserit in vite, ita & vos non potestis facere fructum nisi in me manseritis. Ita enim est sicut in nutrimento quod perfecta conuersione ad membri complexionem non conuertitur, nisi diu infixum membro maneat in ipso. Vnde ibidem: Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Quia sine me nihil potestis facere. Hoc signum est *Genes. 6.* vbi dicitur: Mansiunculas in arca facies, & bitumine linies eam intrinsecus & extrinsecus. Arca enim in qua omnia animalia pacata fuerunt, corpus est Domini nostri Iesu Christi, quod pacatum fuit ab omnibus animalibus moribus: in qua arca mansiunculas sunt, quando mansio in eo queritur per studium stabilitatis mentis & corporis, vt non discedatur ab inhabitatione ipsius. Bitumine autem linitur intus, quando amore deitatis propter multas gratias anima Christo agglutinatur, & bitumine linitur exterius, quando ex multis redemptoris operibus & passionibus etiam

D. Alb. Mag. lib. de Euch.

Christus homo in humanitate diligitur. De tali loquitur *Ierem. 17.* Christus dicens: Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Hoc modo ille, qui accipit benedictionem à Deo, sicut dicitur *Genes. 25.* Iacob fuit vir simplex habitans in tabernaculo conuersus vanos & euagationes deuotans. Hoc modo dicit Dauid in *Psal. 83.* Elegi abiectus esse in domo Dei mei magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Sic enim in domo Dei manens quod est incorporatio Domini, non discit vt querat vanas habitationes in tabernaculis eorum quæ mundo militat ad vanitatem. Sic e contra dicitur de meretricis anima *Proverb. 7.* quod est vaga, garrula, quietis non patiens, & non valens in domo consistere pedibus suis: quia vanitatibus illecta, nunquam in bona permanet stabilitate.

Perseuerantia exigitur vt quod influxit à cibo, & quod vnitum est membro, perseveret in ipso: quia si in aliquo laxatio effluat, statim corrumpitur in fastidium, & effluat & excidit semper in deterius se migrando à nobilitate quam acceperat. Sic etiam est in cibo sacramenti: quia quicumque Dominico corpori iam influxus & vnitus est, si patiat per aliquod carnale, vel mundanum, vel diabolicum laxationem, forte effluet in destitutionem & fastidium & continuam in penis mutationem. Et ideo cauendum etiam in minimis: quia si minima ardentia in principio non curantur, tunc paulatim veniunt ad magna. Vnde *August.* Vitasti grandia, vide ne obruaris arena. Vnde *Eccle. 7.* dicitur: Qui timet Deum, nihil negligit. Quia etiam à modicis cauet se, ne admittendo modica, paulatim cadat in maiora. *Eccle. 19.* Qui modica spernit, paulatim decidit. Huius pulchra similia duo ponit *Iob. 14.* Vnum quod est de gutta cauante lapidem, non vi, sed sæpè cadendo. Aliud autem est de alluione paulatim veniente & auferente terram, donec tota ripa & ager ripæ coniunctus cadat defluens in aquam. Dicit autem sic: Lapides autem excavant aquæ, & alluione paulatim terra consumitur. Homines ergo similiter perdes, hoc est, perdi permittes. Et idem quicumque Dominico corpori iunctus est, patienter & perseveranter & caute debet expectare finem glorificationis in ipso, sicut & post multas passiones glorificatum est corpus Dominicum. Hoc enim vult dicere *Apostolus Philip. 3.* dicens: Nostra conuersatio in caelis est. Vnde etiam *Saluatorem* expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Certi enim sumus, quòd omnia quæ sunt in Christi corpore incorporata, ad beatitudinem deducuntur. Et monet *Apostolus Hebr. 10.* dicens: Patientia vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes reportetis re-promissiones. Patienter enim Domini remuneratio est expectanda: vnde *Iacobus* in canonica sua 5: Patienter estote fratres vsque ad aduentum Domini: Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ patienter ferens, donec accipiat tem-

5.
Perseuerantia
continentis ad.

E 2. pofa

poraneum & serotinum. Patientes estote & vos & confortate corda vestra: quoniam aduentus appropinquet. Non enim oportet statim excidere propter quamlibet tribulationem & tentationem, sed fortiter hærete Domino, attendentes illud *Matth. 24.* Quia non qui cæperit, sed qui perseverauerit usque in finem, hic saluus erit. Hinc est quod dicitur *Iacob. 5.* Exemplum accipite

fratres exitus mali, & longanimitatis, laboris, & patientiæ prophetarum, qui locuti sunt in nomine Domini. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis & finem Domini vidistis, quoniam misericors est & miserator. Oportet igitur, sicut dictum est, eos qui Dominico corpori incorporati sunt, usque in finem perseverare.



TRACTATUS II.

De qualitate potus.

His itaque habitis secundum convenientem modum conuenit videre qualis sit potus cum cibo, de quo dictum est, propinatus. Quinque igitur circa hunc potum sunt consideranda, scilicet qualis debeat esse in genere & specie, & qualis debeat esse in saporis qualitate, qualis in mixtione, & qualis in vsu istius gratiæ, & qualis in proprii effectus operatione.

CAPVT I.

Qualis debeat esse potus sacramentalis in genere & specie.

Qualis autem sit in genere & specie, sic determinamus. Sicut enim confici non potest nisi de pane de frumento corpus Domini: eò quod se Christus grano frumenti comparauit, & quod panis frumentinus solus conueniens est cibus hominis inter panes qui fiunt de grano, ita dicimus, quòd sanguis Domini non potest consecrari nisi de vino: quia se Christus vino comparari fecit, & vino seipsum comparauit, & quia vinum solum naturalis & conueniens est potus hominis. Quod vino se comparari fecit, patet in prophetis *Osea vltima*, ubi dicitur: Memoriale eius sicut vinum Libani. Cum autem istud conuiuium sit, quod Christus toti Ecclesie reliquit pro suo memoriali, patet quòd in hoc cibo non debet nisi vinum propinari. Hoc etiam modo non præfertur sacramento nouo sacramentum vetus: quia cæna agni typici cum vino sumebatur: & vt respondeat veritas figuræ, oportet quòd & caro agni immaculati Christi cum vino sumatur. *Mat. 26.* Non bibam amodò de hoc genimine vitis vsque dum bibam illud nouum in regno meo. Nouum enim in sacramento nouæ gratiæ bibitur, & vetus abicitur in vsu, quamuis Scriptura eius seruetur in testimonium. Hoc est quod dicitur *1. Cor. 7.* Guttur tuum vinum

optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labiisque & dentibus eius ad ruminandum. Quia diu per cordis mentis iterationem debet ruminari sacramentum sapè ad mentem reuocando & considerando & degustando infinitas dulcedines & bonitates ipsius. Vnde *Leuit. 11.* dicitur, quòd animal quod non ruminat, immundum erit. Hinc est, quòd de duobus quæ sunt in hoc sacramento, materia cibi, & potus, dicitur *Osea 7.* Super vinum & triticum ruminabant. Hæc enim duo ab omnium fidelium ore ruminanda frequentata memoria sunt in sacramento: quia hoc est maximum fidelium bonum. *Zach. 9.* Quid est bonum eius, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines: hoc est, virgines mentes. Sic igitur patet, quòd ex comparatione nectare dulcedinis Christi sanguinis ad vinum, non debet in sacramenti cibo nisi vinum esse. Comparat se etiam Christus viti, & corpus suum mysticum totum vineæ comparat. Et de sui quidem ad vitem comparatione dicitur *Ioan. 15.* Ego sum vitis vera, & vos palmites. Quia sicut fructus in quo rota natura gaudet, crescit in vite, ita omnis gaudij gustus creuit in Christo & in liquore sanguinis eius. Vnde in hac parabola dicit de se vitis *Iudic. 9.* Non possum deserere vinum meum, quod lætificat Deum & homines, & ire vt inter ligna promouear. Ecclesia autem cui in communionem datur sanguis Christi, vocatur vinea. *Ierem. 2.* Ego te plantavi vineam meam omne semen verum. *Isa. 5.* Vineam Domini Sabaoth domus Israël est, & viri Iuda germen eius delectabile. Vitis enim Christus succum suum diffundit in rotam Ecclesiam, vt sanguine suo plantetur & faciat fructum æternorum gaudiorum. *Marc. 12.* Vineam plantauit homo, & locauit eam agricolis. *Mat. 20.* Simile est regnum cælorum homini patrifamilias, qui exiit prima mane conducere operarios in vineam suam. Propter has igitur operationes non potest confici sanguis Christi, nisi de vino vitis.

Est autem vinum solum conueniens potus hominis secundum naturam generaliter loquendo.

quando. Hoc autem in sex consideratur. Potus enim hominis est, qui est à natura desideratus, qui nature est iuuariuus, qui nature est influxiuus, qui cibi est larius, qui cibi est subtilarius, & tandem qui cibi est cum membris vnitiuus & tentiuus. Et hoc habet vinum & non alius potus. Cuius probatio est: quia aqua quæ à quibusdam sumitur in potum, sicut dicit Isaac in dietis, est insipida. Insipidum autem à natura non desideratur: quia omne quod desideratur à natura sub sapore conuenienti desideratur: quia sapor est sequela complexionis, & conueniens sapor indicat complexionem conuenientem ad nature & desiderij naturalis satisfactionem. Idem *Ioan. 2.* in nuptiis quibus significatur coniunctio Christi & Ecclesie, mutauit aquam in vinum, ne propter insipiditatem esset abicienda. Sic dicitur *Proverb. 31.* de Ecclesia, quæ de fructu manuum suarum plantauit vineam: quia gustauit & vidit, quia bona est negotiatio eius. Quia potus desideratus est à natura. Si autem quis obiciat, quòd vt dicit *Aristot.* in libro de anima, duo sunt naturalia desideria; fames scilicet, & sitis: & dicit, quòd sitis est appetitus frigidi & humidi, fames autem est appetitus calidi & sicci. Ille nescit quid dicit, & verba Philosophi non intelligit: quia cum dicit, quòd sitis est appetitus frigidi & humidi, non intelligit de frigido & humido in potentia, sed secundum actum: frigidum enim & humidum in potentia naturali non desideratur: quia frigidum in potentia naturali impeditiuum & mortificatiuum est nature hominis in omnibus operibus suis. Er ideo aqua nullo modo desideratur in potu, nisi à natura corrupta & nimis incensa, sicut desideratur à febricitante. Er ideo dictum Philosophi intelligitur de frigido & humido in actu, quod valet ad calidorum refrigerationem, & tamen incorporatum reficit naturale desiderium. Adhuc autem quomodo possit esse secundum naturam, quòd id quod mixtum est & compositum ex valde diuersis, simplicem & elementalem potum desideraret secundum naturam? Vnde etiam opera plantarum probant quòd dicitur: quia cum plantas potant & rigant, hoc faciunt de aquis paludalibus mixtis, & pluuiis quas Deus pluuit super eas, & calore solis de terris & aquis commixtis eleuat; & virtutem cæli immiscet, & ex multis virtutibus mixtis guttis pluuiæ & roris conuenienter pascit eas, quæ commixtæ sunt plantæ. Quòd & Dominus ostendit *Isa. 55.* dicens: Quomodo descendit imber & nix de cælo, & illud vltra non reuertitur, sed inebriat terram & infundit eam, & dat semen serenti, & panem comedenti vel manducanti. Sic ergo commixtus per naturam potus vini à natura desideratur. Vnde *1. Tim. 5.* Timotheo dixit Apostolus: Noli aquam bibere; sed modico vtere vino propter stomachum tuum & frequentes infirmitates tuas. Quia stomachus continuo potu aquæ destruitur propter aquæ mortificationem frigiditatem. Patet igitur cum Christi sanguis refectiuus sit per gratiam quam confert, quòd aqua nullam ad Christi

D. Alb. Mag. lib. de Euchar.

sanguinem potatum habet similitudinem, & ideo de aqua confici non potest.

Sunt autem alij liquores tam naturales & artificiales, ex quibus per eandem rationem sanguis Christi confici non potest, sicut est palus, lixiua, claretum, ceruisia, medo, moretum, etiam liquor pomorum diuersis generibus expressus, quem quidam vocant pomatum, & sicut sunt ea quæ subtiliatione florum vel foliorum diuersorum, exprimitur, sicut est aqua rosacea, aqua violacea, & aqua geneste, & huiusmodi, quæ omnia habent vnã determinationem. Quia palus, quanquam sufficiat potationi plantarum, tamen nec munda est, nec à natura desiderata ad refectiõem hominum. Lixiua autem in quam egit calor cineris, exiccatiua est & corrosiua viscerum hominis, & ideo non desiderata à natura hominum ad bibendum. Ceruisia autem & medo sunt valde inflatiua & oppilatiua, & ideo appetitui naturali non concordat. Claretum autem & moretum extra modum sunt calida, & potius libidinem prouocant, quam satisfaciunt appetitui naturali. Pomata autem & ipsa poma cruda & inflatiua sũt & magis putrefaciunt complexionem, quam satisfaciunt nature. Aqua autem rosacea & cæteræ aquæ omnes quæ arte alchymistarum fiunt, omnes secundum diuersas complexionem quas habent, possunt aliquando iunare infirmos, sed communi naturali appetitui nature hominum non conueniunt: ideo de illis sanguis Christi confici non potest. Er vna ratio communis ad omnes huiusmodi liquores est: quia in sacramento hoc solum est materia quod ex significatione naturali ponit similitudinem ad effectum sacramenti. Er ideo cum naturalis similitudo ad satisfaciendum siti naturali, non sit in aliquo liquore simpliciter nisi in vino, ideo non potest confici potus spiritualis sanguinis Iesu Christi nisi de vino. Ipse enim dicit *Ioan. 6.* Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Er ideo quod verè & secundum naturam propriam potus non est, materia sanguinis Christi esse non potest. Idem autem sentendum est & de lacte, quod quidem infantilibus est potus naturam reficiens, sed tamen carnem laxam & mollem generans; & ideo communem & perfectam naturam hominum non reficit, sed potius perfectam hominum naturam inficit & corrumpit: & ideo verè & communis hominum potus esse non potest. Er hoc est quod dicitur *Ecclesi. 31.* Vinum in iocunditate creatum est, & non in ebrietatem ab initio. Quia tota natura hominis perfecta & sana iocundatur in ipso. Vnde ibidem dicitur: Sanitas animæ & corporis vinum moderatè potatum. Sanitas animæ & corporis sobrius potus: Sic ergo patet, quòd alius liquor similitudinem non ponit ad refectiõem siti communitatem & naturalem, & ideo alius potus non congruit.

Obicitur autem adhuc fortassis aliquis de prisana de qua dicit Constantinus in Pantheone, quòd nullus est inuentus similis illi potus, propter quatuor quas ibidem inducit rationes, scilicet quia extrahit incensam; &

E 3 hume

5. Quare ex alijs liquoribus à vino non potest confici sanguis Christi.

Quare Christus se comparat viti, & corpus suum mysticum vineæ.

2. Vinum solum est conueniens potus homini.

humefacit arefacta, & laque sordida, & reficit defecta, & ideo videtur magis ponere similitudinem ad satisfactionem huius naturalis quam vinum. Hoc enim, quia calidum est naturaliter, non extinguit incensa: & quia liccum est secundum naturam, non humefacit arida. Sed ad hoc dicitur, quod prifana potus est infirmorum incensorum ex febre: & verum est, quod febricitantibus non est inueniens potus similis prifanz, sed sanis non competit, quia nimis est frigidus, & ideo appetitui naturali non satisfacit, sed potius corrumpit complexionem. Vnde *Esber. 1.* dicitur, quod in conuiuio Assueri vinum abundans & electum dabatur, & non fit mentio de alio potu. *Isa. etiam 25.* dicitur, quod Dominus facit conuiuium pinguium & vindemiz, & non alterius potus: quia pro certo alius potus simplici & puro & perfecto nature humane desiderio non satisfacit: & ideo etiam de tali potu sanguis Christi conficitur non potest: & ideo nec Deus nec ars hominum alium potum de terra cui Deus dat benedictionem, alium, inquam, potum excolere docuit, nisi vinum. Sed nec cibum colit, nec frumentum: quia in istis duobus humano & naturali & perfecto satisfacit appetitui: & ideo ex his duobus similitudo sumitur ad refectionem corporis & sanguinis Iesu Christi, nec ex aliis materia sumi potest huius sacramenti.

Sed tamen adhuc obiiciunt de hoc quod dicitur *Ecl. 29.* Initium vite hominis aqua & panis. Et si initium vite hominis est aqua & panis, videtur eis, quod sicut panis sine aliis cibis est satisfaciens naturali appetitui qui est sitis, ita aqua sit satisfaciens naturali appetitui qui est sitis. Et sic si Dominus ordinavit spiritualem cibum secundum ea que satisfaciunt naturalibus appetitibus duobus, videtur quod potus aqua debet esse in sacramento conuiuii spiritualis materia sanguinis, quod omnino falsum est & nulli Ecclesie consonum. Sed ad hoc dicitur, quod ibid. loquitur *Ecl. de initio vite hominis in statu damnati hominis & expulsi extra paradysum, & aliud adhuc admiriculum vite non habentis, & in hanc miseriam homo detrusus est ad agendam penitentiam. Et si enim loqueretur de natura instituta in paradiso, tunc non loqueretur de pane: quia homo in paradiso de pane non sustentabatur. Homo autem qui detruditur ad labores penitentiae, suspenditur ab his que sunt secundum desiderium nature vt magis affligatur. Vnde *3. Reg. 22.* Mitrite virum istum in carcerem, & cibate eum pane tribulationis & aqua angustie. *Isa. 23.* Dabit tibi Dominus panem arctum & aquam breuem. Hæc enim omnia præparantur his qui sunt in laboribus penitentiae: quia iustum est vt qui concupiscenz nimis indulserunt, laxæ libidini consentiendo, etiam à delectabilibus secundum nature desiderium ad tempus suspendantur, penas pro peccatis luendo: & ideo nihil nisi vix præter delectationem hominem sustentans, ibi homini concedit auctoritas dicens: Initium vite homi-*

nis aqua & panis, & vestimentum, & domus protegens turpitudinem. Ac si dicat. Victum parcissimum accepit, & vestimentum pauperum, & domum non sufficientem nature, sed in qua turpitudinem protegeret in quam incideret *Psal. 79.* Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Postea autem quando homo iustificatione adiutus est, & penitentiam peregit ad misericordiam Domini, tunc accepit aliud initium naturæ secundum naturalem appetitum, de quo dicitur *Ecl. 39.* Initium necessariæ hominis vite aqua, & ignis, & ferum, sal, & lac, & panis similagineus, & botrus vuz, & mel, & oleum, & vestimentum. Quando autem accepit botrum vuz, tunc expressione botri accepit poculum vini. Hic enim omnia tanguntur quibus homo iuuatur ad vite necessaria secundum naturalem appetitum: sic enim aquam accepit in ablutionem & alios aquæ vsus, ignem in crudorum que homini non conueniunt decoctionem, ferrum in instrumenta fabricationis diuersorum sibi vtilium, sal in condimentum, lac in infantium alimentum, panem in cibum confortatorum, qui similagineus esse dicitur propter conueniens & adhaerens membris nutrimentum, mel autem in dulcoramentum, botrum in naturale poculum, & oleum in vnditionem & cibi condimentum, & vestimentum molle decens & calidum in corporis fomentum. Patet igitur ex omnibus præinductis, quod solum vinum est potus communis & naturalis homini secundum naturale desiderium quod est in ipso quod vocatur sitis.

Hoc autem adhuc aliter accipitur, si ipsum naturale desiderium quod est sitis, secundum proprietatem naturalem subtilius attendatur. Tradunt enim naturales qui naturalia subtiliter sunt indagati, quod sitis est ex tribus causis, & quidam satis conuenienter adiungunt quartam. Vna quidem causa est membrorum exinanitio, sicut videmus multam sitim patientes eos qui calidam & consumptiuam passi sunt infirmitatem, quibus sitis non sedatur per potum, sed potius per cibum bene membra reficientem. Alia causa est indigestio cibi vel potus multum accepti, qui grosso fumo exhalante à se percutit partes pectoris & gutturis, & incendit & exccat. Et hæc sitis est quam patiuntur, ingluuiem & ebrietatem passi, & non sedatur potu, sed augetur: somno autem profundo & longo in quo ingluuiem & ebrietas digeritur vel expellitur, sedatur etiam sitis, quia tunc illud quod indigestum fumabat de stomacho, remouetur, vel indigestum descendens à stomacho, vel expulsum omnino, sicut aliquando glutones solutionem patiuntur ex indigestione. Tertia sitis est naturalis appetitus eius quod vehere & fluere facit cibum per membra vt nutriantur: & hoc non est nisi vehiculum cibi secundum naturam, quod & cibum mouet & vias aperit & cibum subtiliar & membris influit & vnit. Et sicut patebit in sequentibus, hoc inter naturales & communes potus non habet facere nisi vinum. Et ideo hæc sitis per vinum conuenienter mixtum, & sobriè bibi-

tum sedatur secundum naturam. Quam causam quia non inconuenienter addunt quidam, sicut Aniceta & Serapion & Almansor, que est, quod sitis aliquando prouenit ex inconuenienti & modo excedenti complexionis vel cibi excessu ad siccitatem, cuius contrarium petit natura ad refrigerium: & in hoc casu aliquando magis petit aquam quam vinum, sicut astuans calida febre appetit & sicit aquam, & sicut superimpleris multo sale, potum aquæ petit, vt sal lauetur à membris interioribus, que inter omnes sapores plus abominantur salis saporem quando excedit. De prima sitis dicitur literaliter *Thren. 4.* Ad hæc lingua lactentis ad palatum eius in siti. Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. In tali desiderio petitur quicquid reficere potest. *Job 6.* Que prius nolēbar tangere anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt. In hoc etiam desiderio dictum est *Thren. 2.* Effusum est in terra iscur meum super contritionem filie populi mei, cum defecerit paruulus, & lactens in plateis oppidi. Martibus dixerunt: Vbi est triticum & vinum? tum deficerent quasi vultuerati in plateis ciuitatis: cum exhalarent animas suas in sinu marum suarum. De secundo appetitu sitis dicitur *Proverb. 23.* Ne intuearis vinum cum flauescit, cum splenderit in vitro color eius: ingreditur blandè, & in nouissimo mordebit vt toluber, & sicut regulus venena diffundet. Et post pauca: Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator, amisso clauo, & dices: Verberauerunt me, sed non dolui: traxerunt me, & ego non sensi: quando euigilabo, & rursum vina reperiam? Quia in gluttonibus & ebriis abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum potationum & epularum suarum. De tertia sitis, que sola naturalis est, dicitur *Gen. 8.* Dabo tibi poculum ex vino condito. De quarto appetitu est illud quod dicitur. *1. Reg. 23.* Quod si quis mihi daret potum aquæ de cisterna, que est in Betlehem? Hoc enim dicit Dauid quando labore purgæ & opere armorum incensa natura complexionis ad magnam inæqualitatem caumatis deducta fuit, & tunc ad extinctionem caumatis desiderant aquam frigidissimam, que fuit in cisterna Betlemica. Ex omnibus inductis patet, quod vinum solum est à natura potus communiter desideratus.

Hoc autem iterum patet ex hoc quod secundo induximus: quia naturale desiderium mixti non desiderat nisi quod est iuuatiuum mixti: hoc autem sicut ante habitum est, non potest esse simplex, nec potest esse frigidum: quia frigidum nature non iuuat, sed impedit: & ideo potus aquæ nature non est iuuans, sed impedit: alij autem potus, sicut habitum est, semper nature aliquod præstant impedimentum. Vinum autem incorruptum & proportionatum nature hominis ad digestionem stomachi est iuuatiuum & confortatiuum: & ideo illud natura desiderat, quia ipsum quoad hoc est potus naturalis, & qui significationem ponit ad sanguinem Christi, de quo dicitur *Ioan. 6.* quod sanguis

meus verè est potus iuuans nature & confortans. Hoc autem probatur. *1. Tim. 5.* vbi dicitur: Modico vttere vino propter stomachum tuum, & frequenter tuas infirmitates. Vinum enim iuuat nature, & confortat digestionem, & ideo laetificat cor, quod gaudet in nature confortatione, sicut dicitur in *Psal. 103.* Vinum laetificat cor hominis. Omnia enim que naturalia sunt, quando ad appetitum naturalem conferuntur nature, laetificant nature: & que non sunt naturalia, ex pondere grauant, sicut dicitur *Proverb. 31.* Date siceram merentibus, & vinum his qui amaro sunt animo. Bibant & obliuiscantur egestatis suæ, & dolentis non recorderent amplius.

Similiter ex tertio quod proprium est potui naturali, & hoc est quod per naturam membrum est influxiuus. Quod enim venas calore aperit & poros & siccitate naturali tenet ne laxentur & concidant, hoc est nature influxiuum. Hoc autem facit vinum quod calore naturali venas aperit, & per subtile humidum influit, & per moderatam siccitatem tenet ne concidant & oppilent vias. Aqua autem e contra frigiditate sua propria poros constringit & vias, & humiditate frigida laxat, vt emolliat concidant & oppilent: & ideo ad influxum cibi naturalis non desideratur aqua, sed vinum. Alij autem potus vt ceruisia & medo & alia vapore & ventositate grossissima, impediunt vias oppilando, & ideo non sunt potus naturales. Sed vinum calore aperit subtile & vapore vias quantumcunque paruas influit, & omnia que sunt anime & vitium anime perficit: & ideo etiam sponsa vbi subtilia penetrat, vini beneficio cuncta dicit esse perfecta & ordinata. *Can. 2.* Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. Et statim in deliciis resoluta dicit: Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore languo. Et quia vinum solum est poculum salubriter nature influxiuum: quia statim post diluuium quando natura confortata in cibo indiguit, & quod cibum per membra steteret. *Gen. 9.* Cæpitque Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam, bibensque vinum, inebriatus est. Et si nudatus est in tabernaculo suo, non fuit ex vino, sed quia vinum immoderè bibit.

Quod autem quarto dicitur, quod potus naturalis cibi est lauius, nulli potui ita conuenit sicut vino: quia ille calore cibum mouet & vapore suo, ed quod vaporatum est, cibum pellit, vt fluat. Et hoc patet: quia vias venarum ampliat vt sanguis currere possit, & calore mouendo vapore pellit, & humiditate lubricat, vt bene fluat, quorum nihil ordinatè facit aqua: si enim lubricat aqua, hoc facit inordinatè, vias scilicet emolliendo, & quasi paralyticum dissoluendo. Et ideo potus naturalis est vinum. Hoc signatum est. *Gen. 27.* vbi dicitur de Iacob, quod cum cibos à matre Rebecca præparatos comedisset, obtulit ei & vinum, quo hausto dixit ad eam: Accede ad me, & da mihi osculum fili mi. Quia cum per vinum lauius esset cibum dulcis ad inembra, delectatus pater ad dilectionem filij statim conuersus est, & osculum dedit in signum.

gaum futuræ statim benedictionis.

10.
Cibi subtilis
simum.

Hic etiam potus cibi est subtilissimus, ut per arctissima membrorum fluere possit, & hoc facit viam subtili calore, & subtili calore, quem immittit in cibum: & idem etiam vinum ad interiora penetrat, & vaporem subtilem spargit, & moderatè sumptum somnum suauem inducit, & calorem diffundit, nutrimentum per omnia membra spargit, & inundare facit. In tali effectu fuit vinum quod in cæna accepit Ioannes *Ioan. 13*. Qui statim resolutus ex cæna deliciis in sinu Christi super pectus Christi se reclinauit: quia etiam secundum naturam quod benè membris subtile facit influere nutrimentum, dulcem inducit somnum: vnde & sponsa bibens cum dilecto dicit *Cant. 1*. Ego dormio, & cor meum vigilat.

11.
Cibi vniuersi
cum melle.

Sextum autem quod est nutrimentum membrorum vitæ, nullo modo facit aqua: cum tamen solum ex illo effectu satisfaciatur potus fiti membrorum: quia frigidum non vitæ, sed impedit. Inflatius autem omnis potus per ceruicem, vel medo, inflationes & humores membrorum inducunt tumescere & ad deformitatem membra peruertunt. Calidi autem nimis potus, ut claretum, & moretum, membra resoluunt & exiccant. *Ecclesi. 31*. Exultatio animæ & corporis vinum moderatè potatum. Propter omnia ista pro certo primum & proximum & commune satisfactiuum naturali desiderio famis est panis de frumento, & proximum & primum & commune satisfactiuum naturali desiderio quod est sitis, & vinum moderatè sumptum. Et hoc etiam patet ex quatuor, quæ notata sunt à physicis, sicut Auicenna dicit. Quæ citius & conuenientius nutriunt, quæ sunt panis de frumento, vinum rubeum dulce, & oua tementia, & brodia siue iura carniū recentium: sed inter hæc oua recentia conuertibile dant nutrimentum sicut & ipsa sunt conuertibilia: & idem hoc nutrimentum facile separatur à membris. Brodia autem siue iura carniū molle dant nutrimentum pingue aliquantulum, sicut & ipsa brodia mollia sunt & pingua: sed frumentum, sicut in antè habitis diximus, subtile dat nutrimentum & solidum & multum membrum adhaerens. Et vinum dat nutrimentum subtile benè membrum incorporabile, & lærum ex subtili quem fluit sanguine: & idem inter omnia panis de frumento & vinum magis conueniens præstant nutrimentum: & idem etiam appetitibus naturalibus magis satisfaciunt secundum naturam. Vnde dicit Galenus: O quam benè fecit Deus, quando vinum fecit nasci de vite, quod animam lætificat, & sanguinem tam salubrem parat in nutrimento. Hæc igitur est causa quare hæc duo inter omnia alia meliorem dant significationem ad cibum & potum spirituales, quæ præstantur in sacramento. Et hoc significatur *Proverb. 3*. vbi dicitur: Implebantur hotrea tua saturitate, & vino torcularia redundabunt. Saturitatem autem vocat tritici abundantiam, quæ semper est in hotreis Ecclesie. Hoc cognouit rex Samarie, quod nulli appetitui naturali sa-

tisfieri potest nisi de his. *3. Reg. 6*. cum mulier quædam famescens clamaret ad eum, & diceret, Salua me Domine mi rex, respondit, Non te saluat Deus: vnde te saluare poterit de area, an de torculari? Quia obsessi in Samaria non poterant dare frumentum & vinum: & ideo non posse se saluare homines publicè professus est rex, per quem hæretici significatur, qui non saluantur de area frumenti corporis Domini, & de vino torcularis sanguinis eius. Huius signum est, quod specialis cultus rusticorum ad vitam hominis nutriendam colit frumentum & vinum. *Psal. 106*. Seminauerunt agros & plantauerunt vineas, & fecerunt fructum natiuitatis, quo pascuntur homines. Et idem hæc duo Dominus assumpsit in nutrimento spirituali: quia hæc duo naturalius & communius naturalibus appetitibus satisfaciunt, & sic constat quod superius diximus, quod vinum est potus naturalis communis.

CAPVT II.

Qualis debeat esse hic potus in saporis qualitate.

Nunc autem secundum superius datam diuisionem videndum est de huius potus saporis qualitate. Sed ad hoc sciendum, quod sapor vini proprius est ille qui vinosus in genere vocatur: quia quamuis sint diuersi vini saporis, est aliud vinum dulce, & aliud acre, & aliud ponticum, & aliud stipticum, & aliud aromaticum, & secundum alios saporis: tamen proprius sapor in omnibus his est, qui vocatur vinosus, quem habere debet vinum quod datur in sacramento: quia cum sapor sit proxima sequela complexionis, integer sapor vinosus integram signat & non corruptam vini complexionem & non destitutam. Si enim alium saporis haberet, sicut putridum, vel acetosum, non posset fieri confectio sanguinis Christi: quia dicunt naturales, quod acetosum nunquam fit vinum, eod quod cum de vino sit acetum, exhalauerunt partes complexionantes vini naturam ex vino, sicut exhalauerunt partes ignis de cinere, qui frigidus remanet, & nullam habens propriam ignis operationem. Et quod dicitur, acetum est acutum in actione, non dicitur idem quod calidum sit sicut vinum, sed est frigidum, & acumen habet: quia calor corruptiuus egit in ipsum: & idem non calor, sed proprietas quædam caloris quæ est acumen penetratiuum & diuisiuum substantiarum & corruptiuum rei remansit in ipso. Sic & in cinere remansit acumen ignis, qui diuidendo & corrumendo lignum egit in ipsum. Et idem de hoc quod factum est acetum perfectum, non potest fieri confectio. Si autem acidum sit & non acetum, tunc habet adhuc vinositatis saporis, & tunc sit quidem confectio, & tamen assumendum non est propter sacramento reuerentiam: quia de tali vino acetoso fuit potatus Christus in tormentum, & tale acetum

acetosum non dedit discipulis in sacramento. Si autem putridum sit perfecta putrefactio: & ad sui naturam & complexionem redire non possit, tunc nullo modo de tali confectio potest fieri: quia non est vinum, sicut homo mortuus non est homo. Si autem sit pendulum in via quidem corruptionis existens, & non corruptum, tunc assumptum tali vino in sacramento sit confectio: quia illud est vinum, & adhuc suam quamuis agram retinet vinositatem; sed tamen propter reuerentiam sacramento non est assumendum, si aliud de facili haberi potest. Hæc igitur simplex traditio est de sapore vini. Alij autem saporis vinositatem in vino non corrumpunt, sed etiam aliquando vinum delectabilius & sanius faciunt, sicut sapor aromaticus in vinoso: quia tales saporis non mutant vinositatem, sed cum vinositate per naturam admixti confortant os stomachi & cætera intestinorum, quæ nervosa sunt: acris autem sapor debilitat quidem vinositatem, sed non corrumpit eam: quia ille est ex cruditate vini, quod non ad vltimum & optimum est decoctum in vite propter caloris defectum, sed tamen tale vinum verè est vinum, quamuis non attingat optimam naturam vini. Hæc igitur veritatis de assumendo vino est traditio.

2.
Effectus vini
corporaliter
haberi, & quomodo
vini
sacramentalis
usum habeat.

Huius autem causa est: quia species corporales in sacramento omnes pro signo assumuntur: & ideo quæ efficit vinum materiale bibitum, debet significare in sacramento assumptum ad confectioem. Facit autem iocunditatem ex subtili calore & subtili humido claros & leues faciens spiritus. Facit bonam spem unicuique de seipso, ex hoc quod confortat & excitat virtutem. Facit opilationem in capite quasi in obliuionem sui ipsius, propter hoc quod est vaporosum. Facit etiam calorem digestiuum ex hoc quod est calidum, & sic facit bonum chymum nutrientem optimè ad cibum & membrorum refectionem. Et hæc quatuor videmus in sacramento spiritualiter: quia dando sanguinem Christi largitus est optimum spiritum, cuius sedes est in sanguine suo, dando sanguinem, optimam dedit nobis spem de nobis cuncta impetrandi de ipso & omnia vincendi per ipsum. Adhuc autem dando sanguinem, ut Hieron. dicit, quasi inebriatus est, in tantum quod quasi oblitus sui & dentatus à spoliatis eum in cruce velut Noe tentus est operimento foliorum duorum, celo lumen retrahente, & terra tenebras, ne nudus videretur, super eum tendente. Primo facit calorem optimum in nobis refectionis, quæ corpus dedit & fecit quod verè est cibus, & sanguinem qui verè est potus, ut dicitur *Ioan. 6*. Et ideo propter primum vinum sanguinis sui dicitur vinum bonum ab antiquo seruatum. *Ioan. 2*. Seruasti vinum bonum vsque adhuc. Hinc est quod etiam spiritus dicitur bonus. *Psal. 142*. Spiritus tuus bonus

deducet me in terram rectam. Quia dulce est vinum bonum amicum naturæ, & dulcis est spiritus quem in sanguine largitur Deus Christus. *Ecclesi. 24*. Spiritus meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauam. Idem etiam dicitur de hoc sacramento: Parasiti in dulcedine tua pauperi Deus. Sic ergo dat bonum spiritum & ducem. Bonam autem spem nobis tribuit cuncta impetrandi & cuncta vincendi. Vnde dicitur *1. Cor. 13*. de Iuda: Manus eius pugnabunt pro eo, & adiutor illius contra aduersarios eius erit. Vnde autem ista confidentia fortitudinis sibi emerit, dicitur *Deut. 33*. Lauit in vino stolam suam, & in sanguinem viæ pallium suum. Non enim stolam conuersationis in vino sacramenti sibi spiritualiter infuso lauisset, hoc est, nisi sanguine benedictæ viæ Iesu Christi pallium charitatis intinxisset, pro certo tantam confidentiam in Deo contra inimicos non habuisset. Hoc est quod dicitur *1. Mach. 6*. Ostenderunt elephantis sanguinem viæ & mori, ut acuerent eos in prælium. Ex natura enim habet hoc animal, quod audax, & bonæ spei efficitur, quando aliquid simile videtur sanguini: quia elephas propter cæcitatem & fortitudinem virium sanctum signat, quæ acuitur sanguine Christi in prælium, qui de via Christo & moro qui Christum signat propter similitudinem peccati quam ex nobis accepit, exprimitur. Ille enim sanguis valde nos facit audaces. De optima inebriatione quam tribuit hoc vinum, est quod nullius vinum de cætero sui ad commodum recordari debet, ex quo sic frater noster Christus coram nobis inebriatus est. *Gen. 43*. Biberunt & inebriati sunt coram eo. *Cant. 5*. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Totus enim nos destituit & inebriauit ille amor, quod non sanguinem pro nobis tantum sudidit, sed etiam eundem sanguinem in sacramento nobis infudit. Hic sanguis calore suæ charitatis & dulcedine optimè nos reficit, sicut etiam de optimè & naturalissimè reficientibus est vinum rubeum sanguini simile & dulce: quia etiam sanguis Christi dulcissimus est, & optimè reficiens, & ideo vino optimè comparatur. *Deut. 32*. Sanguinem vitæ bibentur meracissimum. *Psal. 104*. Calix meus inebrians quam præclarus est. Propter hoc dicitur *Cant. 1*. Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi. In quibus locis dulcissimum crescit vinum & valde nutritiuum. Hoc est igitur quod de saporis vini qualitate est notandum. Acetum autem & putrida sunt vina gaudiorum huius mundi, de quibus dicitur *Deut. 32*. Vua eorum vua fellis, & botrus amarissimus, fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanibile. De hoc dicitur *Eph. 5*. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Isti sunt enim qui putridas & fetidas carnis insequantur delectationes huius mundi & carnis. De quibus dicitur *Amos 6*. Bibentes in phialis vinum, & optimo vnguento delibari, nihil compatiiebantur super contritione Ioseph. Vnguenta enim metreticia procurant, & vinum gaudij mundani vsque ad luxuriam potant putridum & fetidum.

tidum, & qualiter contritus est coram eis Ioseph Christus frater eorum, nihil aduertunt, de quibus dicitur. *Iſa. 28.* Verum hi quoque præ vino nescierunt, præ ebrietate errauerunt: sacerdotes, & propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à vino, errauerunt in ebrietate, nesciuerunt videntem, ignorauerunt iudicium. Quia hoc habet natura corrupti vini, quod corruptam generat ebrietatem: & ideo isti omnia videntem Deum nescierunt, & iudicium eius quod fecit per Christum quo princeps huius mundi electus est foras iudicatus & condemnatus, ignorauerunt. Ab huiusmodi igitur vino corrupto & fetido ab aceto quod in pennis Christi propinarum est, omnibus fidelibus abstinendum est penitus in sacramento.

CAPVT III.

Qualis debeat esse hic potus in mixtione.

1. *Cum aqua
vino miscetur.*

Terridum autem hic inferendum est qualiter vinum sacramentale sanguinis Christi, & qua de causa sit miscendum. Quamuis enim in præmissis de hoc dicta sint, tamen hic ex intentione de hoc est dicendum. Sciendum est ergo, quod aqua ad vinum in calice ponenda est tanta, vt vinositatem vini in alterum non mutet saporem, sed quæ significet id quod in sacramento est significandum, & hoc est coniunctionem humanæ naturæ cum Christo: quia aqua propter suam insipiditatem significat hominem insipidum, & coniunctio aquæ cum vino debet esse, quæ saporem vini accipiat perdendo propriam insipiditatem, non quod saporem vini trahat ad aquæ insipiditatem: quia homo saporem gratiæ accepit à Christo, & non Christus perdit saporem gratiæ ex homine. Ponitur igitur aqua ad significandum tantum, & non ad hoc quod vino auferat suam fortitudinem vel vinositatem. Tantum autem significat vna gutta, quantum mille amphoræ vel totum mare: & ideo ad perfectionem sacramenti nullum periculum est parum in ponendo de aqua, sed est periculum in multum ponendo: quia si tanta ponatur aqua, quod à vino tollat vinositatem, tunc non fit sacramenti confectio: tunc enim non est vinum, sed est aqua aliquantulum vinata. Vnde de vappa non potest fieri sacramenti confectio. Vappa enim est aqua fusa super acinos vuarum, postquam expressa est vinum: quæ aqua aliquantulum habet de vini acumine, & à pauperibus bibitur, & tamen non est vinum.

2. Quod autem aqua in sacramento ponitur ad significandum, tres sunt causæ. Vna tamen: quia cum Christi latus apertum profueret sacramenta nos sanctificantia, tunc aqua cum sanguine & non solus sanguis exiuit. *Ioan. 19.* Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Et hæc est causa potissima: quia in hoc significabatur, quod populus in sanctifi-

catione necessario coniungendus est Christo: quia aliter gratiam redemptionis non obtineret. *Apocal. 17.* Aquæ in quibus meretrix sedet, populi sunt & gentes. Ibi habet alia translatio, aquæ multæ populi multi. Et dicitur *Proverb. 9.* vbi loquitur Salomon de cœna sapientiæ, dicens: Bibite vinum quod miscui vobis. Semper enim vinum insipidum saporis Christi est immiscendum, vt fiat acceptum. Vnde dicit *Chrysostomus.* Sunt quidem homines insipidi in nullo ab aqua differentes: hos adducamus ad Christum, & ad saporem celestem per Christum mutabuntur. In huius rei signum Christus mutauit aquam in vinum bonum, quod omnium gustum delectaret. *Ioan. 2.* Vt autem gustauit architriclinus aquam vinum factum, & nesciebat vnde esset, ministri autem sciebant qui hauserant aquam, vocat sponsum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit: & postquam inebriati fuerint, tunc id quod deterius est: tu autem seruasti vinum bonum vsque adhuc. Vinum enim sacramenti præ omnibus & dulce & bonum, & ideo per multum signatur, quod est vinum melle purissimo conditum. *Nec. 8.* Comedite pinguis, & bibite mulfum. Pingue enim adipe deuotionis est corpus Domini. Mulfum autem melle deitatis conditum, est vinum dulcissimi sanguinis. Hæc igitur est causa vna.

3. Secunda causa est: quia hæc præcessit in figura Veteris Testamenti: quia infectio originalis peccati per lepræ infectionem signatur, & sicut in figura curatur lepra, ita per veritatem in sacramento curatur infectio peccati. Vnde *Leuit. 14.* dicitur: In purificatione lepræ fumat duos passeris lignumque cedrinum & vermiculum atque hysopium, & immolato vno passere in vase fictili super aquas viuas, tollet lignum cedrinum & hysopium & coccum, & tinget omnia in sanguine passeris immolati, atque in aquis viuicibus, & asperget domum septies. Duo enim passeris sunt duæ naturæ in Christo, quarum vna extra passibilitatem euolauit, non humanam naturam deserendo, sed passionem non sentiendo, scilicet diuina. Altera autem est immolata in passione, scilicet humana. Lignum autem cedrinum, sanguinis Christi signat impurabilitatem, quæ nos à putredine seruat. Hysopus autem sanguinis eiusdem signat puritatem, qui nos purificat. Coccus autem qui rubicundissimi est sanguinis, signat in Christo in effusione sanguinis patientiam & charitatem, quæ per ruborem significari consueuerunt. Aqua autem viua aquam signat de Christi latere exeuntem, omnia purificantem. Nec purificatur aliquis, nisi in sanguine & aquæ tinctione septies domus cordis eius aspergatur. Quia sicut dicunt sancti, sanguis septem locis elicuitur est de corpore Domini, scilicet in circumcisione in damnationem & cauterium concupiscentiæ. In sudore sanguineo in signum doloris & angustiz. In punitione per flagella in signum eius quam pro nostris excessibus sustinuit disciplinæ. *Iſa. 53.* Disciplina pacis nostræ super eum, cuius liuore sanati sumus. In

In duobus vulneribus pedum ad nostrum sanandum affectum. In duobus vulneribus manuum ad sanandum nostri operis effectum. Et sic septies aspergimur in sanitatem. *Zach. 13.* Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicit: His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me, hoc est, qui me diligere debebant. Hoc etiam significatum est *Num. 19.* vbi dicitur, quod aqua expiationis fit de sanguine virulæ rufæ, & aqua per quam aquam omnia tam tabernaculum quam ea quæ erant in vsum tabernaculi, expiabantur, quæ virula rufa sanguine suo Christum rubricatum significat. Combustio autem virulæ, Christi significat passionem, & sanguis eius Christi significat sanguinem, & aqua significat aquam quæ de lacte Christi fluxit, quæ est aqua veræ expiationis. *Hebr. 9.* Lecto enim omni mandato legis à Moysè, vniuerso populo, accipiens sanguinem hircorum & vitulorum, cum aqua, & lana coccinea & hysopo, ipsum quoque librum, & omniæ populum asperxit, dicens: Hic est sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus. Etiam tabernaculum ipsum, & omnia vasa ministerij sanguine similiter asperxit. Et omnia penè in sanguine secundum legem mundantur: & sine sanguinis effusione non fit peccati remissio. Ex hoc accipitur idem quod prius, nisi quod sanguis hircorum significat Christi sanguinem pro peccatis nostris effusum. Sanguis autem vitulorum significat Christi sanguinem effusum pro nostra petulantia. Sic igitur patet, quod immixtio aquæ in sanguinem, quæ significat coniunctionem populi cum sanguine redemptionis, præcessit in figuris Veteris Testamenti. Propter quod etiam in veritate sacramentum nouæ legis aqua cum vino debet misceri.

4. Tertia autem causa est: quia in aqua magis est vis expiatiua, in sanguine autem magis est pretium nostræ redemptionis: & quia in sacramento vtrumque est, scilicet expiatio & redemptio, ideo vnum cum alio debet misceri. Hoc est quod dicitur. *Exech. 36.* Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquamentis vestris. Hæc est aqua, quæ sicut dicitur. *Ezech. 67.* Egressa est de templo corporis Christi à latere dextro, & omnia ad quæ venit, purificauit & viuificauit. Hæc est aqua de qua dicitur *Ecclesi. 15.* Aqua sapientiæ salutatis potauit illum. Non enim habet aqua de se saporem, nisi accipiat eum de sanguine, de corde sapientiæ Dei exeuntem: quia Christus Dei sapientiæ & Dei virtus. Et ideo ista sapientiæ aqua potat & ad saporem gratiæ & ad expiationem veniæ. Hæc igitur sunt causæ propter quas aqua cum vino sanguinis in sacramento est ponenda.

5. *Primum aqua
et vinum
qua miscetur
in calice,
sunt separati,
vnde
in 4. Ioh. d.
10. 11.*

Dicunt tamen quidam, quod in vino sacramenti aqua à vino non absumitur, nec conuertitur in vini saporem, sicut diximus, & putant se philosophari & esse sapientes dicentes, quod si quis substantiam rarem quæ est in scypro vel lactis carecti decoratam ponat in vinum, quod aqua infusa in vinum extrahitur, & remanet ipsa vini natura fortior quam ante fuerat. Et addunt, quod ex quo

potest aquæ substantia extrahi à vino, remanente vini natura, quod aqua absumpta à vino non fuerat, & ideo in sacramento aqua à vino non absumitur. Sed isti fatui sunt non intelligentes neque quæ dicunt, neque de quibus affirmant: quia omnia quæcumque sunt in natura, attrahunt per suam similitudinem & similia sibi: & ideo si scyri medulla & radicis carecti medulla, quæ omnino aquæ sunt, in vino non mixto ponantur, id quod est in vino aquosum, ex sua cum aqueo similitudine attrahunt, quo attracto, id quod remanet, & spissius & vinosius apparet. Hæc igitur non attrahunt aquam quæ separata maneat in vino, sed aqueum de partibus vinosis exuguar, quod tamen prius partibus vinosis erat admixtum. Et quod dicitur, quod si separaretur ab eo, quod tunc non erit admixtum, consequentia est, quæ nihil valet: quia omne miscibile, vt dicit Aristoteles, separatur à mixto in quo est, & tamen antequam separaretur ab ipso, erat illi admixtum. Vnde potius oppositum sequitur, scilicet quod si separatur ab ipso, quod pro certo erat illi admixtum: mixta enim remanent in eo quod mixtum est secundum substantiam suæ formæ, quamuis non maneat in ipso secundum excellentias suarum qualitatum. Mixtio enim est miscibilium alteratorum vni, & non est miscibilium corruptorum corruptio vel generatio: & hoc est quod signando hæc dicit Dominus *Ioan. 6.* Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Sic enim immixti in Christum, vnum cum eo efficiuntur, & inseparabiles ab ipso. *Galat. 2.* Vno ego iam non ego, viuit verò in me Christus. Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo Filij Dei, qui dilexit me & tradidit semetipsum pro me. Sic enim Christus per vniionem vnitur Patri, ita & nos per immixtionem cum sanguine eius subheremus Christo, vt sic colligamur ad Deum Patrem fontem vniionis istius. *1. Corinth. 11.* Caput viri Christus, caput verò Christi Deus. Et sic omnia ad vnum referuntur, & hoc est quod intendimus.

CAPVT IV.

Qualis sit hic potus in usu gratiæ istius.

Sequitur quale debeat esse hoc vinum in usu gratiæ. Circa autem hoc duo sunt attendenda, quod videlicet propter reuerentiam sacramenti bonum vinum & electum debeat esse in sacramento ad vsum sacramenti, & quod debeat esse sumptum simplex vinum absque panis intinctione. Decet enim, quod ad honorabilissimum sacramentum in usu optima quantitas elementa, ex quibus conficitur: vnde sicut non decet ad purificationem baptismi aquam lutulentam accipere & paludosam & putridam, quamuis in tali aqua, quando alia haberi non potest, possit fieri baptismus, ita non decet ad optimi corporis sacramentum vinum accipere lutulentum

1. *Bonum &
electum vinum
debet esse in
sacramento.*

tum & malum, quamvis ex tali vino aliquando propter necessitatem possit confici sacramentum. *Esdræ 1.* Vinum quoque ut magnificentia regia dignum erat abundans & electum ponebatur. Conuiuium enim Assueri signat conuiuium Christi. *1. Esdræ 3.* Vinum omnem mentem conuertit in securitatem & honestatem & iocunditatem, & non meminit omnem tristitiam. Tale igitur vinum significationem habet ad effectum sanguinis Christi, qui in securitatem & honestatem animam conuertit, & facit obliuisci tristitia antiqua. Huius signum est, quod cum vinum in sacrificio Veteris Testamenti offerretur, fecit Dominus fieri acerbula & libatoria vasa in quibus probaretur vinum libandum Domino, an acceptum esset, vel non. *Exod. 25.* Parabis & acerbula & phialas & thuribula & cyathos in quibus offerenda sunt libamina. Acerbula enim sunt vasa in quibus probatur liquidum, an esset acceptum ad gustum. Phiala autem in qua probatur ad visum, an esset in colore bonum. Thuribulum autem in quo probatur ad ardorem. Et cyathus in quo probatur ad hautum & fusionem, an esset pendulum, vel infirmum. Cum igitur tota ista diligentia adhibita fuerit ad vinum quod erat offerendum in sacramenti huius figura, multo magis ista adhibenda sunt in vino quod adhibetur in ipsa sacramenti veritate. Hæc autem *3. Esdræ 2.* dicuntur, libatoria. Libare enim est degustare & vasa in quibus ad guttum probatur, an vinum tanto sacrificio esset dignum, libatoria appellantur. Vnde *2. Esdræ 2.* dicitur, quod Darius inter vasa quæ referri fecit ad templum referri, fecit libatoria duo argentea. Hoc autem describitur. *1. Mach. 1.* quod inter alia vasa quæ de templo accepit Antiochus, de templo accepit libatoria, & phialas. Ex quo iterum ostenditur, quod ad probationis experimentum debet esse electum vinum quod offertur. Si enim in aliis oblationibus debet esse electum quod offertur, tunc multo magis id quod ad sanguinem Christi offertur, debet esse electum. Dicitur autem *Malach. 1.* Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum, hoc est, perfectum, & votum faciens, offert Domino debile. Ergo multo magis maledictus est, qui ad mensam suam facit offerri vinum electum, & debile valde sumit ad sanguinis Domini sacrificium. Et merito maledictus est, qui vinum electum in vasis mundis & pretiosis bibit in mensa propria, & in vasis fœtidis & ampullis corruptis permittit vinum infici, & sic fœridum in calice offert in Domini sacrificium: Dominus enim præcipit, quod non solum vasa, sed etiam ministri vasorum in sacrificio suo mundi esse debeant. *Isa. 51.* Mundamini qui fertis vasa Domini. Sic igitur eligendum est vinum quod offertur in sacrificio Domini sanguinis. Non tamen negamus, quin de quocunque vino vinosum saporem habente, & adhuc vini naturam retinente, possit fieri sacrificium: sed ex præmissis auctoritatibus patet, quod pro certo peccat, qui magnum ad corporis sui & parum vel nullum ad Domini sanguinis

poculum adhibet studium. Hoc etiam patet ex hoc quod in ante habitis diximus: quia Christi sanguis incorporat nos sibi, & ideo electio, quæ fit in cibo & potu corporalibus, quando incorporantur corpori, debet fieri in nobis in comparatione ad corpus & sanguinem Christi, quibus nos incorporamur. Omnis autem homo potest aduertere quam purus, quam saporosus, quam electus esse debeat qui sanguini Christi, qui per omnia corporis eius mystici fluere debet membra, est incorporandus: & ideo dicitur in *Psal. 50.* Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, hoc est, acceptum erit tibi sacrificium, quod ad rectitudinem iustitiæ est electum & oblatum. Vnde & *Mach. 6.* videns quam electum esse debeat quod Deo offertur, in seipso sollicitus dicit: Quid dignum offeram Domino? Ac si dicat, in humana infirmitate vix inuenitur, quod satis dignum sit offerri Deo. Hoc signatum est *Num. 13.* ubi bonitatem terræ benedictionis Domini exploratores significare volentes, ostenderunt botrum quem duo homines in veste portabant: botrus enim ille corpus Dominicum est. Viri autem adherentes omnes sancti sunt Christo incorporati, per quos omnis fluit succus dulcedinis sanguinis eius: & ideo qui puro liquori ut vas præparatur, valde debet esse depuratus. Hinc est etiam, quod *Isa. 25.* conuiuium suum dicitur vindemix defecare, ut in vino quod ad sacrificium offerimus, & in nobis, quibus ille sanguis purissimus liquor infunditur, nihil sit de fœce peccatorum. Et ideo dicitur *Ecclesi. 24.* Ego quasi vitis fructificavi suauitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honestatis. Christus enim plenus sanguine sicut vna rubea fructificat suauitatem odoris aromatici vini in omnibus granis membrorum corporis mystici, qui Christi bonus odor sunt & flores sui quando hoc vinum æterni gaudij dulcissimum floret, sunt fructus vini virtutum quæ gaudium generant in cordibus sanctorum. Hi sunt flores honoris: quia omni reuerentia digni & honestatis: quia sicut dicit *Tullius*, honestum est, quod sua vi nos trahit, & sua propria dignitate hominem allicit. Nihil est quod ita nos ad Christum trahat, sicut amor & dulcedo pro nobis effusi sui sanguinis, & nihil est quod ita nos sui amori alliciat, sicut amor calicis quem pro nobis bibit & nobis bibendum propinavit. Hoc est de quo gloriatur sponsa in *Cant. 2.* dicens: Vineæ florentes odorem dederunt, ad quem odorem omne fugit venenosum, & allicitur omne desiderium: quia odor tam pretiosi sanguinis qui totam Dei vineam vberim influit, & omne venenosum primi serpentis virus expellit, & sui sapore & odore & pretiositate ad se trahit omne desiderium sanctorum: quia omnis sanctus scit, quod sine sanguine & corpore Christi non est vita gratiæ & iocunditatis æternæ. Vnde *Joan. 6.* Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Vitam, inquam, qua membrum viuunt in corpore vnitum & consociatum spiritali viuifico Domini nostri Iesu Christi, sicut dicitur

dicitur ad *Col. 3.* Vita nostra abscondita est in Christo cum Deo, hoc enim modo est pro certo verum quod dicitur *Matth. 22. Marc. 12. Luc. 20.* quod non Deus mortuorum, sed viuentium. Omnes enim sic Christi corpori & sanguini incorporati viuunt: & extra incorporationem illam nemo verè viuunt, quia vitam Christi non participat, qui solus est fons vitæ omnium, sicut dicitur in *Psal. 35.* Domine apud te est fons vitæ, & in nomine tuo videbimus lumen. Hoc est vinum, quod oculos claritate spiritus sui clarificat & mundificat, ut videant ea quæ cæteri non vident. *Gen. 49.* Pulchriores sunt oculi eius vino. Vinum enim bonum & clarum inter cætera habet effectum, ut purget oculos à sordibus suæ puritate & mordicatione. Et ideo congruenter Dominus cum veller ostendete qualiter se suis esset manifestaturus & non mundo, dixit *Joan. 16.* Adhuc modicum & mundum me iam non vider: vos autem videbitis me, quia ego viuo, & vos viuētis. Sicut enim dicitur *Gen. 9.* Sedes animæ quæ principium & causa est vitæ, in sanguine est. Et ideo spiritu Christi non viuunt, qui purissimo sanguini eius non est sociatus: nec oculos claros habet, cuius oculos sanguis Christi efficacissimus non clarificauit.

Ad vsum etiam istius gratiæ refertur, quod vinum in sacramento ponatur seorsum, & panis seorsum absque panis intinctione in vinum. Dominus enim *Joan. 13.* panis intinctione notauit proditorem, dicens: Ille est, cui ego intinctum panem portexero. Et ibi dicit Glossa, quod intinctio signat infectionem: quia ea quæ tinguntur, non mundantur, sed inficiuntur: & si aliquod bonum significaret intinctio, illi etiam bono ingratum se exhibuit: & ideo Ecclesia nulli intinctum porrigit panem. Ideo etiam dicitur *Matth. 26.* Qui intingit mecum manum in peropside, hic me traditurus est. *Marc. 14.* dicitur: Vnus ex duodecim me tradet, qui intingit mecum manum in catino. Per quæ omnia demonstratur, quod intinctione panis nihil boni demonstratur. Cum igitur omnis Christi actio, nostra sit instructio, instruiamur ex hoc quod nulli panis detur intinctus, neque in vino, neque in sanguine, sed corpus totum datur siccum in specie panis, & sanguis purus datur siccum in specie vini. Sunt tamen quedam in sacra Scriptura & in factis Ecclesiæ, quæ huic quod dictum est hic, aduersari videntur. *Ruth. 1.* dicitur à Booz ad Ruth quæ signat Ecclesiæ: Intinge buccellam tuam cum puellis meis in aceto. Et sic videtur, quod buccella panis in aceto-vini acetosi sit intingenda ab Ecclesiæ. In factis autem Ecclesiæ videtur obuiare, quod Parascæue sacerdos corpus Domini intingit in vinum; & sic sumit. Adhuc quod in frequentatione sacramenti omni die sacerdos vnam tertiam hostiæ in sanguinem immittit, & intingit, & sic sumit; & sic videtur, quod non sit verum quod ante dictum, quod panis in cuius specie datur corpus Christi in eum, in vinum vel sanguinem non sit intingendus. Adhuc autem

D. Alb. Mag. lib. de Euchar.

ex eo quod dicitur *Matth. 26 & Marc. 14. & Luc. 22. & Ioan. 13.* omnes Apostoli cum Christo panem intingebant in paropsidem siue catinum: factum autem Christi & Apostolorum exemplum instructorium debet esse Ecclesiæ: videtur igitur, quod Ecclesia in sumptione sacramenti debet panem intinctum accipere. Ad hæc autem quæ dicta sunt & omnia similia dicimus, quod Ecclesia nulli dat panem intinctum, neque in sanguinem, neque in vinum, sicut diximus, eo quod Iudas proditor per intinctum panem est demonstratus, & quod sicut dicit Glossa, intinctio infectionem proditoris signat: qui intinctio exprius inficit & non mundat ex profundo: bibentes autem sanguinem in profunsum sui sanguinem accipiunt, & mundantur: sed quibus adhæret exterius sanguis, sunt viri sanguinum & homicidæ. *Isa. 1.* Manus vestræ plenz sanguine sunt *Psal. 54.* Viri sanguinum & dolosi non dimidiabant dies suos. *Osæ 4.* Sanguis sanguinem tetigit. Quod autem obicitur de Booz & Ruth, dicendum quod in veritate Booz, qui firmitas interpretatur, ibi Christum signat, qui Ecclesiæ factio suo mysticè confirmat: & Ruth signat Ecclesiæ: sed acetum non est signum sanguinis Domini, quia sicut diximus in ante habitis, de aceto sanguis Christi confici non potest: sed acetum ibi signat acerbiteriam passionis Christi, in cuius acerbiteriam memoriam debet sumi à fidelibus corpus Christi. *Luc. 22.* Hoc facite in meam commemorationem. *1. Cor. 11.* Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat. Signat autem etiam acetum acetosam querensionem synagogæ, quæ in vinea Domini fuit, & sitim suam aceto pro vino potauit: & ideo dicitur *Matth. 28.* quod dum gustasset, noluit bibere, hoc est, acetosus noluit sibi incorporare. Fideles autem sumentes sanguinem Christi ad hoc sumunt, ut Christo incorporentur. Vnde patet, quod nihil est acetum de sanguine quantum ad significatum. Quod autem dicitur de factio Ecclesiæ in Parascæue, dicendum, quod Ecclesiæ consuetudo non est illo die corpus Domini vel sanguinem conficere, sed potius referuatum corpus in pyxide confectum in die cœnæ; Ecclesiæ in Parascæue in calicem in quo est vinum, immittit. Et sic sacerdos sumit de calice, sed nulli sumendum porrigit. Et hoc significatur, quod corpus Domini intinctum est illo die in sanguine ipsius & sic oblatum pro nobis. *Isa. 63.* Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra, iste formosus in stola sua gradiens in multitudine virtutis suæ? Et post pauca: Quomodo igitur rubrum est indumentum tuum & vestimentum tuum sicut calcantium in torculari? Et iterum postea parum: Aspersus est sanguis eorum super vestem meam. Sanguis autem eorum dicitur: quia ab eis & pro eis fusus est. Et hoc significat Ecclesiæ illo die: & ideo nec conficit, nec porrigit illo die corpus vel sanguinem ad sumptionem alicuius. Ad illud quod dicitur, quod Apostoli cum Christo intinxerunt. Respondendum est, quod

F

gullus

nullus est qui accipit corpus, quin ipsum intinctum spiritualiter debeat accipere: sed intinctus ei non porrigitur, sed vnusquisque in memoriam Domini sanguinis debet accipere, & sic per seipsum cum Domino intingit, quando passionibus Domini communicat: sed porrectus intinctus nulli datur propter causam quæ dicta est. Tamen sciendum, quod sicut dicit Glossa *Joan. 13.* quando Dominus Iudæ panem intinctum porrexerit, non tunc corpus suum Iudæ dedit, sed ante Iudæ cum aliis distribuere. Similiter etiam Apostoli cum Domino in parolide intingebant, non tunc corpus Domini de carino accipiebant, quod ante de manibus accipiebant, sed potus azyma quæ tunc intincta ab omnibus accipiebantur, accipiebant, vt ritum phase seruarent in memoriam illius consperisionis, quam populus tulit secum cum exiret de Aegypto, quod potus significabat nouæ gratiæ consperisionem, per quam præparandi sumus ad communionem corporis Domini, quam significat sanguis. *Exod. 12.* Tulit ergo populus consperisam farinam antequam fermentaretur. *1. Cor. 5.* Epulemur non in fermento malitiæ & nequitiae, sed in azymis sinceritatis & veritatis. Sic igitur corpus Domini in forma panis per se, & sanguis Domini in specie vini per se vsu istius gratiæ sunt sumenda, & propter vitandam occasionem distillationis ad terram si corpus Domini intinctum in sanguinem fidelibus porrigeretur. Similiter autem si intingeretur in vinum non consecratum, tamen id vinum omni reuerentia dignum esset: id ex ipsa intinctione, & non esset cautum id porrigere: quia vix vel nunquam caueri posset, quin aliquid à manibus porrigentis stillaret, & manibus adhereret, &c.

CAPVT V.

Qualis debeat esse hic potus in proprijs effectibus operatione.

1. Potus sub vtraque specie sumatur totus Christi, vt dicitur in 4. d. 4.

Sequitur hic vltimò dicendum de huius potus proprijs effectibus operatione, de quo quidam faciunt quæstionem. Quia enim Christus totus cum sanguine & anima spiritu & deitate habetur sub specie istius cibi qui est panis, videri potest alicui, quod nihil operationis habet in sacramento potus in specie vini. Si enim dicitur de natura, quod non abundat superfluis, neque deficit in necessarijs, cum ordinarijs sit gratia quam natura, videtur quod in gratia nihil debet esse superfluum. Cum igitur totus Christus cum suo sanguine habeatur sacramentaliter sub specie panis, videtur quod totum superfluum id quod adiicitur de specie vini. Sed ad hoc dicimus, quod Christus postquam exhibuit corpus suum sub specie panis, tunc etiam postea exhibuit sanguinem suum sub specie vini, & vtrumque sacramentaliter celebrandum esse præcepit in Ecclesia per statuta Apostolica, & ideo Eccle-

sia instruitur actione Christi, & vtrumque celebrat diuisim conficiendo corpus sub specie panis & diuisim conficiendo sanguinem sub specie vini. Quod autem sic diuisim hæc duo exhibuerit, & celebranda instituerit Christus, patet *Matth. 26.* vbi primò de pane dicitur. Cœnantibus autem illis accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait: Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Et post id diuisim ab illo dicit de calice: Et accipiens calicem, gratias agens dedit illis, dicens, Bibite ex hoc omnes, hic est sanguis meus Noui Testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Similiter *Marc. 14.* diuisim vnus eorum post aliud dicitur de communicacione corporis primò, & de sumptione sanguinis secundò. De corpore enim dicit sic: Et manducantibus illis accepit panem, & benedicens fregit & dedit eis, & ait: Sumite, hoc est corpus meum. Quo iam perfectò sequitur de calice sic: Et accepto calice gratias agens, dedit eis, & biberunt ex eo omnes, & ait illis: Hic est sanguis meus Noui Testamenti, qui pro multis effundetur. Hoc enim expressius habetur *Luc. 22.* vbi de consecratione corporis ex pane dicit sic: Et accepto pane, gratias agens fregit, & dedit eis, dicens, Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Hoc autem toto perfectò iterum dixit de calice sic: Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens, Hic est calix Noui Testamenti in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Ex omnibus istis accipitur, quod Christus sub vna specie panis corpus suum tradidit, & sub altera specie vini tradidit sanguinem, & sic seruandum instituit: & cum Christi actio, nostra sit instructio, pro certo hæc duo nobis seruanda esse præcepit: & ideo sub vna specie corpus, & sub altera tradimus sanguinem.

Huius autem facti Christi & Ecclesiæ hæc causa est: quia quamuis effectus & operationes accidentales multi valde sint in sacramentis, tamen vnus effectus est substantialis in omnibus sacramentis, per quem sacramenta ab inuicem distinguuntur. In sacramento ergo cibi spiritualis debet attendi aliqua operatio substantialis, per quam ab alijs diuiditur sacramentis, cum in baptismo detur esse substantiale spirituale per generationem spirituale, sicut dicit *Diony.* Et in sacramento confirmationis detur incrementum per confirmationem & confortationem virtutis, ita consequenter ad idem esse conseruandum & restaurandum & augendum datur in Eucharistia edulium spirituale. Edulium autem spirituale non habet fieri nisi sub elemento visibili, sicut & cætera sacramenta: quia sacramentum Ecclesiæ nihil in gratia causat, quod ex similitudine non significat. Signare autem non habet nisi ex elemento visibili & corporali. Cum igitur alimentum ad naturam perfectionem non possit perfecte significari, nisi in elemento cibi & potus, oportet quod elementum cibi & potus sit in sacramento nutrimentum enim spirituale non perficitur sine potus significatione, sicut & nutrimentum corporale sumitur

2. In Eucharistia datur edulium spirituale sub specie panis & vini.

non perficitur sine potu: & sicut post nutrimentum corporale sumitur potus ad perfectionem nutrimenti corporalis, ita post nutrimentum spirituale sumitur potus ad perfectionem nutrimenti spiritualis, qui à nutrimento diuisim habet operationem in satisfactione fitis & latrone nutrimenti, & huiusmodi alijs, qualia diximus in ante habitis.

3. *Christus dedit corpus in communionem sui & membrorum sui & sanguinem ante in redemptionem.* Adhuc autem diuisim habet operationem sanguis à corpore. Corpus enim dedit Christus in communionem sui & membrorum: sanguinem autem dedit in redemptionem, sicut patet in dictis iam ante auctoritatibus. Istæ autem sunt diuisæ operationes: nulla enim existente redemptione facta vel facienda, adhuc esset vel esse posset communio. Iterum posito, quod sit communio capitis & membrorum, non oporteret, quod hoc modo sicut modo est, esset redemptio. Diuisæ ergo essentialiter ab inuicem sunt gratia communionis & redemptionis. Cum ergo Dominus sic ordinauerit & multiplicauerit sacramenta, quod omnes gratias sacramentales habeamus in sacramentis, & alia gratia sit redemptionis per sanguinem, quam communionis per corporis sumptionem, non sufficit in sacramento habere elementum significans communionem, nisi etiam haberetur elementum significans redemptionem: & sic Christus hac ratione instituit vtrumque.

4. Quod ergo dicit, quod alterum videtur esse superfluum, cum sanguis habeatur in corpore, & corpus in sanguine. Dicendum, quod hoc non est verum: verum quidem est, quod sanguis habeatur in corpore, sed non ex virtute sacramentali, sed potius sanguis habeatur in corpore ex vnione naturali: quia humores vniantur cum corpore cuius sunt humores. Anima autem habeatur per vnionem potentie ad actum. Deitas verò habeatur cum istis per vnionem gratiæ. Tamen nihil horum nisi corpus habeatur ex virtute sacramentali. Oportet autem propter effectum sacramentalem, vt sanguis ibi habeatur ex virtute sacramenti ad nutrimentum pertinente: & ideo oportuit vt esset ibi consecratio ex elemento potus, sicut fuit ibi consecratio ex elemento cibi: quia aliter sacramentum in virtute & ratione sacramentali esset imperfectum, & non signaret perfectum alimentum: quia nullum alimentum hominis perficitur sine potu, sicut patet satis per ea quæ in ante habitis satis bene dicta sunt.

5. *Primum Eucharistia sit vnum sacramentum, vnde plura, vt dicitur in 4. d. 8. a. 13.* Sed tunc fortè adhuc aliquis obiiciet & dicit: ex quo sacramentum omne secundum materiam & id quod signat in eo, est corporale elementum, ex quo sumitur significatio ad inuisibilem sacramenti spirituale effectum, sicut in baptismo ex aqua sumitur significatio intinctionis interiorum & abluitionis ab originali peccato: & confirmatione ex oleo & balsamo, ex quibus chrisma componitur, sumitur significatio ad inuisibilem Spiritus sancti vnctionem, ad confortationem contra debilitatem fomitis: & in hoc sacramento altaris ex cibo sumitur significatio

nutrimenti spiritualis, & ex potu sumitur significatio spiritualis potus: tunc videtur, quod duo elementa corporalia ex quibus diuisumuntur significationes, ad duos effectus spirituales, efficiant non vnum, sed duo sacramenta: & sic duo & non vnum sunt sacramenta altaris. Et hoc etiam videtur dicere beatus *Gregor.* in quadam Collecta, vbi sic dicit: Perficiant in nobis, quæsumus Domine tua sacramenta, quod continent, vt quod nunc specie gerimus, rerum veritate capiamus. Ad hoc autem dicimus, quod pro certo illa obiectio procederet, si & elementa visibilia in sacramento, & significationes quæ ab ipsis sumuntur, & effectus spirituales quos signant, ad vnum & idem non referrentur. Iam autem habitum est in antecedentibus, quod naturalis cibus hominis non perficitur calido sicco, nisi referatur ad frigidum humidum: quia sine illo nec subtiliatur, nec per vias ad memora fluit vt nutriatur, nec continuatur nisi humido, nec membris adheret nisi humidum. Similiter autem & potus naturalis non refertur per se, sed ad cibum à quo accipit terminabilitatem, cum per se humidum sit interminabile: & ideo vtrumque simul in sacramento vnum signant perfectum & completum spirituale nutrimentum, sicut & Christus dicit *Joan. 6.* Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Et quod dicit beatus *Gregor.* Perficiant in nobis tua sacramenta, &c. attendendum est, quod non dicit duo sacramenta, vt pluralem numerum significet per dictionem numeralem, sed dicit sacramenta pluralitatem quandam consignificando: & in hoc notat quod est vnum sacramentum simpliciter habens quandam in elementis pluralitatem, quæ tamen pluralitas ad idem significandum est relata: & hoc est nutrimentum connaturale & perfectum. His sic à nobis prædeterminatis, dicimus quod potus iste in sacramento vniam habet operationem suæ virtutis essentialem & spirituales, & quinque alias habet operationes adiunctas. Illa autem operatio quæ est spiritualis & essentialis est, quæ facit operationem veri potus in vita spirituali & esse spirituale secundum quod esse in baptismo nascimur filij Dei sicut Deo, & in confirmatione in eodem esse accepimus confortationis perfectionem. Non enim potest esse inedia spiritualis, quin ex multis occupationibus & negligentis hominis in hoc esse fiat aliqua deperditio corporis, sicut in consecro fame corporali sit deperditio corporis & virtutis membrorum, quæ per alimentum corporale restituitur. Et similiter per potum spirituale, qui cibum influit membris & deducit, sit spiritualis reparatio in esse spirituale deperditio per famem & carentiam alimenti spiritualis: & hæc est sua operatio substantialis: & est, vt diximus, vt Christo & membris eius perfecte incorporemur, & sibi fortiter adheremus & maneamus in ipso, sicut hi qui per humorem sanguinis eius corpori suo sumus influxi. Vnde ipse dicit *Joan. 6.* Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Sic autem

sibi influx: & coherentes spiritum ipsius participamus & vitam. *Ioan. 6.* Qui manducatur me, & ipse vivet propter me. *Eccli. 4.* Sapientia vitam filius suis inspirat, & suscipit exquirantes se, & præbit in via iustitiæ: sapientia enim est Christus, qui corpus suum communicando membris suis & sanguinem influendo, & cum sanguine influit, & inspirat eis spiritum & vitam: & sic in suam incorporationem suscipit exquirantes se, præiens eos in omni via iustitiæ: quia nisi sic sumus in ipso, vitam iustitiæ non possumus tenere. Hoc modo cum Dominus de cibo & potu plenis spiritualibus effectibus loqueretur, non intelligentes quidam quibus durum videbatur, si corporaliter corpus Domini deberent atterere & lacerare, dixit Dominus erudiens illos de perfecto spiritus nutrimento, quod in sacramento accipitur, & ad spiritualis vite deperditæ restaurationem, dixit: Hoc vos scandalizat: si ergo videritis filium hominis ascendentem ubi erat prius? Ac si dicat: Mirum est, quod hoc vos scandalizat, quod vos verè beatificat. Si vos ergo videritis aliquando oculis fidei mentalibus filium hominis cum omnibus sibi per cibum & potum incorporatis membris ascendentem in dextra Dei Patris, in qua dextera in persona diuina fuit prius ab æterno: Tunc, inquam, ex hoc non scandalizabimini, sed magis exultatione & gaudio perfundemini: qui, sic incorporati spiritus & vitæ & beatitudinis Christi facti estis participes: & idèd subiungit: Verba quæ locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Spiritus est qui in his verbis ad vitam beatam vivificat. Caro autem sola si dentibus discernatur, sicut vos carnalibus cogitationibus pleni intelligitis, non prodest quicquam, sic accipiendo operationem cibi & potus sacramenti. Panem Angelorum manducavit homo: quia Angeli non visibiles. Sed invisibili diuino tantum potu & cibo vivunt. *Th. 12.* Cum vobiscum essem per voluntatem Dei, videbar quidem vobiscum manducare & bibere, sed ego cibo invisibili & potu qui ab hominibus non potest videri, veor, sicut dicitur *Eccli. 15.* Cibavit illum pane vitæ & intellectus, & aqua sapientie salutatis potavit illum: & firmabitur in illo, & non flectetur: & continebit eum, & non confundetur. Sic enim acceptus panis sacramenti secundum intellectum est panis vitæ & aqua sapientie non est aqua insipida: quia sapientia dat ei saporis suavitatem ut fiat vinum gaudij æterni, sicut fecit in Cana Galilee. *Ioan. 2.* Et sic potabit illum ut influat ad incorporationem Iesu Christi: & sic incorporatus firmetur in illo, & non flectatur ab ipso per aliquem tentationis impulsus: & continebit eum sic in se, & nunquam confundetur, iam particeps spiritus & vitæ & gratiæ & beatitudinis Iesu Christi, exaltandus in ipso ad dexteram Dei, ut ibi fruatur ipso in rerum veritate, sicut hoc signatum est in sacramento corporalis speciei. Sic enim ipse Christus dicit *Ioan. 3.* quod nemo ascendit in celum, nisi qui descendit de celo filius hominis: qui est in celo: quia filius ho-

minis sic de celo descendit, ut omnes sibi incorporatos & per sanguinem sibi influxos secum ascendere faceret in dextram Patris, ut ipse ibi in æternum diuinitate sua perfruatur. Illud autem nutrimentum quod sicut diximus, ex cibo spirituali & potu spirituali componitur, ad interiorum hominum nutriendum refertur, de quo dicitur. *2 Col. 4.* Licet is qui foris est noster homo, corrupturatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Is autem homo in gratia generatur, sicut dicitur *Ephes. 4.* Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Et quia sicut dicit Philosophus, ex eisdem generamur & nutrimur, oportet quod idem interior homo nutrimento gratiæ nutriatur. Hoc est edulium quod Eucharistia, hoc est, bona gratia vocatur, sicut per multa in antè habitis ostendimus.

Adiunctæ autem operationes quas habet sacramentum in quantum est potus sanguinis Iesu Christi, sunt quinque, secundum quinque quæ sunt in sanguine Domini, quarum prima est redemptio à debito mortis æternæ, quod habet in quantum sedes animæ in sanguine est, quem pro nobis Dominus posuit. Secunda est, quod sanguis à peccato lauat, & hoc habet ex vi deitatis quæ coniungitur sanguini. Tertia est, quod rigat arida & infundit, & hoc habet ex humore pietatis propriæ. Quarta est, quod tingit, & hanc habet ex roseo purpureo suo colore. Quinta est, quod signat, & hoc habet in quantum afflictio crucis Christi. De prima quidem quæ est sanguinis redemptionis, dicitur *Apocal. 5.* Occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo, hoc est, crucifixi à diaboli potestate, in cuius potestate pretio pomi venditi fuimus. Hoc est quod dicitur *1. Pet. 1.* Non corruptibilibus auro & argento redempti estis à vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine agni tanquam immaculati Christi. Hoc etiam præfiguratum est in prophetia. *Zach. 9.* vbi dicitur: Tu autem in sanguine testamenti tui emisisti vinctos de lacu in quo non erat aqua. Hoc est per redemptionem sanguinis soluendo pretium pro eis animam tuam, cuius sedes est in sanguine aperto carcere peccati & mortis, omnes vinctos peccatis & clausos in carcere mortis per redemptionem emisisti eos in libertatem gratiæ & reconciliationis. Hoc modo sanguis Christi sumptus dicitur pignus redemptionis & salutis: quia sicut homo qui pignus habet vel pecuniam, ab omni redimit se impetitione, sic incorporatus sanguini secum habens Christi animam, tanquam per pignus redimit se ab impetitione debiti & obligationis peccati. Hoc modo loquitur *Apostolus 2. Corin. 1.* Qui confirmat nos vobiscum in Christo, & qui vnxit nos Deus, & qui signauit & dedit nobis pignus spiritus in cordibus nostris. Hæc omnia facit per sanguinem Christi, cuius sumptus confirmat membrum cum membro in Christi mystico corpore. Hic sanguis vnxit ad sanitatem salutis. Hic nos signat

signat contra Angelum percussorem. Per illum datur nobis pignus spiritus: quia sedes animæ Christi est in sanguine, & illi per vnionem coniunctus est spiritus diuinus, qui est deitas æterna, faciens hoc pignus valere in copiosam redemptionem. *Psal. 129.* Apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. De ista redemptione dicitur *Osæ 7.* Ego redemi eos, & in me locuti sunt mendacium. *Osæ 13.* De morte liberabo eos, de morte redimam eos. Et hanc petit *Psal. 129.* dicens: Redimet Deus Israel ex omnibus tribulationibus eius. Sic ego redemptio adiuncta est operationi sanguinis Iesu Christi. Est etiam operatio ipsius lauare sordes vitiorum, & sordes venialium, & sordes reliquiarum peccatorum. Sanguine enim suo Christus volens lauare peccata mundi, acumen dedit sanguini, ut sordes in nobis profundas lauare posset: quia sicut hi qui faciunt lixiuia, qui acunt humorem quo fit lixiuia, ut sordis profunditas in pannis acumine suo lauari possit: ita Dominus apposuit humori sanguinis acumen deitatis, ut sanguine Christi Dei electi omnes lauret sordes vitiorum. Hoc est quod dicit *Apostolus Gal. 2.* Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo Filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Hæc autem traditio fuit in lotionem sanguinis. *Apo. 1.* Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Hoc voluit dicere Ioannes Bap. *Ioan. 1.* quando dixit: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Non enim tulit peccata mundi, ut haberet: sed tulit, ut sanguine lauret, sicut dicitur *Apocal. 7.* Lauarunt stolas suas & dealbauerunt eas in sanguine agni. Stola quæ dicitur à stolon quod est longum, & signat vsque in finem totam conuersationem, quam à sordibus lauare necesse est totam, & dealbare in sanguine agni: quia sicut dicitur *Isa. 64.* Et quasi pannus menstruatus sunt vniuersæ iustitiæ nostræ. Et ideo magna & acuta indigent ablutione. *Apo. 22.* Beati qui lauant stolas in sanguine agni, ut si potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent ciuitatem. Soli enim qui abluti sunt in sanguine mundissime asperisionis agni immaculati, habent potestatem in ligni vitæ fructu, quod est corpus Domini: & illi sunt de vnitatem corporis mystici, ex quo constituitur ciuitas celestis, in quam isti ingredientibus intrant in gaudium Domini sui, sicut dicitur *Matth. 25.* Hæc lotio signata est. *3. Reg. 5.* vbi dicitur: Vade & lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. Iordanis enim humilis descensus interpretatur, & signat torrentem sanguinis, qui descendit ab humilitate crucis, in quo fluxu omnes mundati sunt ab infectione corruptæ carnis: idèd Dominus voluit, quod de latere suo flueret aqua expiationis cum sanguine redemptionis, ut ex aqua virtutem ablutionem signaret esse in sanguine. Vnde dicitur *Hebr. 10.* Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpore aqua munda. Quia à corruptione corporis tota processit corruptio. *Zach. 13.* Erit

fons patens domui Dauid, & habitantibus Ierusalem, in ablutionem peccatoris & menstruatæ, hoc est, in ablutionem corporis & animæ. Et sic patet, quod ablutiuis est sordium sanguis Christi.

Tertiam autem adiunctam operationem habet, quod rigat arida & infundit, & per hanc etiam operationem extinguit incensa à malo calore cupiditatis & concupiscentiæ. Naturale enim est, quod nihil ita ad humectandum & fecundandum rigat arida sicut bonus sanguis, & nihil adeo extinguit mala incensa & substantiam consumentia sicut sanguis subtilis & bonus, quando tali sanguine membra infunduntur. Hoc signatum est *Eccli. 24.* vbi dicitur: Dixi, rigabo hortum plantationum, & inebriabo partus mei fructum, & factus est mihi trames abundans, & fluuius meus ad mare appropinquauit. Ex sanguine enim lateris & cordis sui Dominus rigauit Ecclesie hortum, ut omnes bonæ stirpes in eo oriantur, & factus est ei trames sanguinis de quinque decurrens vulneribus, abundans in totius mundi irrigationem, ut arida ipsius humectentur, & incensa extinguantur: & fluuius iste appropinquauit ad mare amaritudinis passionis Christi. Hinc est quod *Ierem. 17.* dicit de viro beato, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius, quod erit sicut lignum viride, quod ad humorem mittit radices suas, & in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinit facere fructum. Naturale enim est, quod nil ita humectat & rigat ad fructum & viorem sicut sanguis humanus. Quicquid enim sanguine hominis rigatur, statim viret & humectatur ad fructum. Hinc est, quod Balaam videns in figura tabernaculorum filiorum Israel distinctiones Ecclesiarum sanguine Christi rigatas, dixit *Nam. 24.* Quam pulchra tabernacula tua Iacob, tentoria tua Israel, ut valles nemorosæ, ut horti iuxta fluitios irrigari. Tabernacula enim sunt Ecclesie contra inimicas potestates militantes. Tentoria autem Israel in refrigerio contemplantæ veritatis habitantes. Valles autem sunt nemorosæ in humilitate mulrum fructum afferentes. Horti autem sunt ab oriendo dicti, plantationem virtutum intendentes, qui sunt iuxta fluuios vulnerum Christi, sanguine Christi per spirituales & sacramentalem sanguinis communionem irrigati. Hoc irriguum necessarium est nobis: quia cor nostrum sæpè desititum est humore pietatis, & areret in seipso. *Psal. 142.* Anima mea sicut terra sine aqua tibi. *Iudic. 1.* dixit Axa, quæ furibunda interpretatur, eò quod irascitur & vindicatur in se peccata commissa: Terram arenam dedisti mihi, adde & irriguum. Et dedit ei Pater irriguum inferius, & irriguum superius. Irriguum enim inferius est fons sanguinis Iesu Christi. Irriguum autem superius est ros gratiæ celestis, descendens à deitate sanguinis Iesu Christi. Sic ergo & rigat arida & extinguit incensa: sic enim humore suo extinguit igneam romphæam positam ante paradisum ad custodiendam viam ligni vitæ *Gen. 3.* ut via sit facilis de cætero ad accedendum ad lignum vitæ.

Quarta autem operatio sanguinis quam ex rosco & purpureo suo habet colore, est quod tingit omne illud super quod funditur, & omne tinctum ab ipso rubricatur & securatur ab Angelo percussore. Et ideo etiam sanctum vocatur ab antiquis legibus sanguine tinctum: quia tinctura sanguinis confirmantur leges: & ideo filij Israel vtrumque potem & superliminata domorum suarum sanguine tinxerunt agni, ut Angelus percussor non posset ingredi. *Exod. 12.* Erit sanguis vobis in signum in ædibus in quibus eritis, & videbo sanguinem, & transibo vos, nec erit in vobis plaga disperdens. *Edes enim in quibus habitamus, sunt virtutum & operum conseruationes. Ostia autem sunt sensuum apprehensiones & sensibilia ad nos ingressus. Vterque postus est ratio deliberatiua in parte vna, & libera ad consentiendum, vel dissentendum voluntas in parte alia. Et superliminare domorum est pars rationis superior, quæ contemplandis superioribus inhære debet ad regendam totam domum, & custodiendum ostium in quibus si sanguis agni tinctus fuerit per communionem sancti calicis & considerationem Christi passionis, percussor & nequam Angelus appropinquare non audebit, & plaga disperdens non erit in omnibus ædibus nostris. Iste est coccus bis tinctus, de quo dicitur *Exod. 16.* quod vestes sacre tingi debent. Coccus enim conchiliura est, quod, ut dicunt Philosophi, de rore nascitur, & murex vel pulchra vocatur, à quo etiam murilegi dicuntur, qui talia colligunt. Hunc colorem rubicundissimum habet ante in corpore sub capite, qui est sanguis eius, quo purpuræ regum colorantur, & signat Christum in sanguine suo purpureo nos tingentem & sanctificantem. Dicitur autem coccus sine virili semine conceptus, & natus bis tinctus in suo sanguine: quia & in vita tinctus est plagis manuum & pedum, & post mortem tinctus plaga lateris, & vtroque sanguine tinxit Ecclesiam in sanctificationem, nec sanctificata est, nisi esset suo tincta sanguine. Hæc est tunica polymita quam patriarcha magnus Ioseph filio suo fecit *Gen. 37.* vestimentum scilicet totam vestiens Ecclesiam varietate virtutum, quod vestimentum corpus Christi signat, cui tota incorporatur Ecclesia, quam*

fratres venditores Ioseph sanguine hædi tinxerunt: quia Iudæi fratres Domini vendentes Dominum in Iuda proditore tunicam corporis Domini & Ecclesiasticæ conuersationis sanguine profuderunt, qui hædi sanguis dicitur: quia & à peccatoribus & pro peccatoribus & à corpore quod per passibilitatem simile fuit corpori peccati, est & effusus in talis tunice tinctura. *Isa. 63.* Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua quasi calcantium in torculari? Sic autem tincti sanctificamur sanguine & conformamur Christo. *Exod. 4.* Sponsus sanguinum tu mihi es.

Quinta autem & vltima operatio adiuncta sacramento est, quod signat, & hanc habet à cruce, à qua desluit, per quam omnes in Dei familiam & Christi filij eius caracterizantur, & distinguuntur, & signantur. Hinc est quod dicitur *Apo. 7.* Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Consignari debet Christo, qui est de familia Christi, signo crucis & sanguinis eius: quia non consignati percutimur, cum terra quæ terrenos signat dilectores, & cum mari quod mundanorum signat inquietas sollicitudines, & cum arboribus quæ personatum & honorum signant altas & proceras dignitates *Ezech. 9.* Transi per mediam ciuitatem in medio Ierusalem, & signa Thau super frontes virorum gementium, & dolentium super cunctis abominationibus, quæ sunt in medio eius. Thau autem est signum crucis & sanguis Christi. In isto signo sanguinis & passionis Christi Paulus gloriabatur *Phil. 3.* Configuratus morti eius, sequor: si quomodo occurrat ad resurrectionem quæ est ex mortuis. *Gal. 8.* De cætero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto. Stigmata enim illa sunt consecrationes passionis & sanguinis Iesu Christi. Turpe enim est caput nostrum signum rosei sanguinis portare, & membra nihil communionis habere cum sanguine. Dilectus sponsus candidus innocentia, & rubicundus sanguine dicitur *Cant. 5.* Turpe est ergo nos fæda concupiscentia inquinatos mundi consignari & pollutum ducere sanguinem Iesu Christi Domini nostri.



TRACTATUS III.

In quo agitur qualiter totus Christus tam sub forma panis, quam sub forma vini contineatur.

CAPVT I.

Opiniones quorundam recitat qualiter Christum sub speciebus sacramentalibus contineatur.

M O V O secundum formam superius habite diuisionis dicere debemus qualiter totus Christus tam sub forma panis quam sub forma vini contineatur. De hoc apud antiquissimos tres fuerunt opiniones, quæ etiam tam in quarto sententiarum, quam in decreto sunt descriptæ. Vna autem & prima illarum opinionum est, quod Christus tam sub forma panis quam sub forma vini non continetur nisi sub signo sacramentali. Secunda opinio est, quod Christus secundum veritatem corporis & animæ continetur sub forma panis & sub forma vini, ibidem sub eisdem formis remanentibus substantiis panis & vini, quæ existentie Christo ibidem non obstant: quia existentie secundum totam veritatem corporum & animæ bene est cum alio corpore in eodem loco, sicut quando ostiis clausis ad discipulos intravit, & quando irrupto, hoc est, non aperto sepulchri signaculo, de sepulchro surrexit, & secundum hanc opinionem color & sapor & quantitas & figura panis & vini sunt sicut in subiecto & in substantia panis & vini, sed vltius significant refectionem spiritualem quæ est in corpore & sanguine Domini. Et huius dant similitudinem: quia sic est in aliis sacramentis nouæ legis, sicut in baptismo, vbi substantia aquæ saluatur, in qua sicut in subiecto sunt frigiditas aquæ & lymphiditas & huminitas, quæ tamen in spiritu spirituales significant ablutionem & tinctionem & refrigerationem. Similiter autem est in confirmatione, in qua in chrisma remanent substantia olei & substantia balsami, in quibus sicut in subiecto est odor & pinguedo, quæ tamen in spiritu significant odorem gratiæ Spiritus sancti & vocationem quæ per Christum sunt contra debilitatem quæ est ex fomite, & sic est in aliis sacramentis. Tertia opinio est, quod Christus ut cibus spiritus dicitur secundum veram existentiam corporis & animæ & spiritus & deitatis & omnium membrorum suorum totus continetur sub forma panis & sub forma vini totus, & non remanet

ibi substantiæ panis & vini, quia nihil sub formis panis & vini continetur ibi, nisi veritas corporis Christi, & veritas sanguinis Christi, & formæ, scilicet sapor & color panis & vini sunt ibi sine aliquo subiecto, nec sunt ibi nisi ad significandum perfectum nutrimentum quod habetur ex corpore Christi & sanguine. Ite sunt omnes antiquorum opiniones, quæ circumstant hanc questionem, qua queritur, qualiter Christus sub forma panis & vini continetur? Secundum primam harum opinionum Christus secundum veritatem non continetur sub forma panis vel vini, sed signatur tantum reficere spiritualiter sicut panis & vinum reficiunt corporaliter. Secundum autem secundam opinionem continetur Christus sub illis formis, sed cum substantiis panis & vini. Secundum tertiam nulla ibi substantia continetur, nisi substantia corporis & sanguinis Christi & naturarum quæ sunt in Christo, &c.

Opponitur autem contra primam opinionem quod dicit Christus *Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.* porrigens panem discipulis: Accipite, hoc est corpus meum. Et similiter porrigendo calicem, dicit: Hic est sanguis meus. Hæc enim oratio non est vera, si id quod demonstrationi supponebatur, non fuit verum corpus & verus sanguis Christi: & sic in sacramento veritatis super quod tota fundatur Ecclesia, non videretur esse verum, quod est valde abominabile. Adhuc obicitur contra istos de verbo Apostoli dicit *1. Corinth. 10.* Panis quem frangimus, nonne participatio corporis Christi est? Et calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Hoc enim non est verum si non sumitur sub forma panis corpus Christi, & si non sumitur sub forma vini sanguis Christi. Et sic non verum diceret Apostolus, quod est valde inconueniens in sacramento veritatis. Adhuc quid esset necesse tantum apparatus facere panem & vino, quæ non nisi signarent corpus & sanguinem Christi? Quia etiam sine tali apparatu panis per solam institutionem posset significare corpus, & vinum posset significare sanguinem. Adhuc ad quid ad hoc ordinarentur sacerdotes, & ad quid ad hoc consecrarentur altaria & templa & cætera quæ ad ritum & cultum altaris pertinent, si nihil in his fieret nisi quod benediceretur ibi panis, qui corpus Christi non significaret, & vinum quod non nisi significaret sanguinem Christi? Adhuc autem ad orationem & veneratio quæ fit à populo, pura ex-

2.
Corpus Christi
si vult esse in
Eucharistia,
in 4. sent.
d. 10. a. 1.

hiberetur ceaturæ. Et sic in omni Missa fieret idololatría: quia cultus debitus creatori, puræ exhiberetur creaturæ: quod valde nefarium est dicere. Propter hæc & huiusmodi constanter dico, quòd illa opinio non est opinio, sed hæresis manifesta & condemnata, & deberet comburi liber in quo continetur. Et quamvis ipsi respondeant ad omnia prædicta aliquantulum modis r. sponsonis de quibus nullus penitus debet curare Christianus, tamen constantissimè dicendum est, quòd hæretici sunt, qui tenent illam opinionem: quia pro certo nulla Catholica responsio ad ea quæ iam obiecta sunt, potest adhiberi. Si enim dicatur quando dicitur. Hoc est corpus meum, quòd sensus sit, Hoc quod est significatum per hoc quod est corpus meum: tamen pro certo quod dicitur, nihil est: quia pronominis demonstratio non potest denotare demonstrationem ad oculum, nec demonstrationem simplicem, nec aliquis modus locutionis ibi potest denotare. Quod enim non notet demonstrationem ad oculum, patet: quia illi qui hoc dicunt, Christum sub forma illa dicunt non contineri. Quod etiam non notet demonstrationem simplicem, patet: quia demonstratio simplex ad minus requirit idem speciem, sicut quando dicitur ratur ruta, vel alia herba, dico, hæc herba crescit in horto meo, eo quod similis in specie in horto meo crescit. Sic autem nihil simile est: quia nec corpus Christi secundum istos est ibi, nec aliquid sibi simile in specie: & sic pronomen oportet cadere à demonstratione, quod penitus est ridiculum. Unde illam primam opinionem hæreticam esse pronuntiamus. Et si dicatur, quòd in decreto & sententiis continetur, dico quòd in his libris non continetur ut determinata veritas, vel sicut opinabilis probabilitas, sed sicut per disputationem condemnanda hæretica falsitas: tamen in scientia sacramentorum non multum attendenda est sententia decretistarum: quia pro certo multa falsa de cordibus vel talibus scribunt, & dicunt, eò quod sunt homines ignari in sacra scriptura, nescientes originalia sanctorum, nec possunt non peccare docentes in fide Catholica quæ ignorant, &c.

3. Hac ergo opinione reiecta tanquam hæretica & immunda, videamus de secunda, quæ dicit substantias panis & vini ibi manere, & cum illis substantiis in forma panis & vini esse corpus Christi & sanguinem secundum substantiam suam veritatem. Isti enim pro se duas fortes rationes inducunt, & tria signa, quibus id persuadere nituntur quod dicunt. Una autem illarum rationum est: quia dicunt, quòd ibi sunt accidentia, scilicet figura, quantitas, color, odor, & sapor, & ea quæ ranguntur, scilicet frigidum, siccum, & humidum, quæ sine subiecto esse non possunt. Cum igitur talia non afficiant corpus Christi, quod est quantitatis & figuræ humanæ, & non est rotundum paruum, nec habet colorem albi panis vel colorem vini, nec odorem vel saporem, nec tale humidum, vel siccum, vel frigidum, quale est in pane & vino, oportet quòd illa formæ & qualita-

tes aliam substantiam aliquam afficiant. Nulla autem est ibi quam afficere possint, nisi substantia panis & vini. Ergo manent ibi substantiæ panis & vini cum veritate substantiæ Christi tam secundum deitatem quam secundum humanitatem. Secunda ratio est: quia dicunt, quòd Christus non est destructor substantiarum quarum ipse est creator & conservator, adducentes pro se illud. *Galat. 2.* Si ea quæ destruxi, hæc iterum reedifico, præuicatorè me constituo. Et illud *Eccli. 34.* Unus ædificans, & alter destruens, quæ utilitas in vtrisque, nisi labor? Cum igitur nulla sit utilitas destructionis substantiarum panis & vini, eò quod Christus secundum veritatem suæ substantiæ secundum humanitatem & diuinitatem cum eis sub eisdem formis esse possit, Christus sua præsentia non destruit illas substantias: nec est aliquid aliud in sacramento quod destruat eas: igitur manent illa substantiæ panis & vini. Signorum autem primum quod inducunt, est quòd quando confectum est corpus Christi in altari, hoc faciat corporaliter esurientem & sustentat, si in magna quantitate ab homine sumatur: quod non faceret, si substantiam corporalem panis & vini non haberet. Secundum autem signum esse dicunt: quia frequenter inuenitur, quòd mus vel aliud animal de pyxide post consecrationem sumens, illo sustentatur: constat autem, quòd mus & brutum corpore vel sanguine Christi non reficiuntur: refici autem illa necesse est aliqua substantia: oportet ergo, quòd reficiantur substantia panis, & substantia vini: sed non reficiuntur eis nisi maneat sub formis illis: igitur manent substantiæ panis & vini sub formis illis. Tertium autem signum, cui maxime innituntur, est quòd post consecrationem sæpe putrescit in pyxide, ita quod decidit per partes, & saporem putrefacti contrahit: nihil autem putrescit, nisi substantia mixta: igitur ibi est substantia panis mixta, & similiter substantia vini. Corpus enim Christi & sanguis non putrescunt: accidens autem per se nunquam putrescit: quia per se sumptum est forma simplex simplici & inuariabili essentia consistens. Hæc sunt potentia quæ isti pro sua inducunt opinionis assertionem.

4. Opponitur autem & istis de verbis Domini: cum enim dicimus, Hoc est corpus meum, quæritur ab eis, quid demonstrat pronomen? Si enim dicatur, quòd demonstrat substantiam panis, quam afficiunt formæ sensibiles quæ ad sensum demonstrantur, tunc locutio omninò est falsa: quia tunc demonstratum per pronomen est substantia panis: & constat, quòd substantia panis non est corpus Christi: quia substantia panis inanimata est, & non viua, & non gloriosa. Corpus Christi & animatum est & viuum & gloriosum. Si autem dicatur, quòd pronomine illo demonstratur substantia corporis Christi, hoc nullo modo stare potest: quia in nulla demonstratione demonstratur substantia, quando non afficiunt accidentia quæ sensibus subiiciuntur. Iam autem ante ostensum est & ab ipsa opinione concessum, quòd accidentia sensibilia quæ

quæ ibi sentiuntur, ut quantitas, figura, odor, color, siccitas, & humiditas, nullo modo corpus Christi afficiunt: ergo substantiæ corporis Christi per pronomen non demonstratur: & sic aut nihil est quod dicit Christus, Hoc est corpus meum, aut simpliciter est falsum: Si enim demonstratur corpus Christi, tunc nihil dicit. Si autem demonstratur substantiæ panis, tunc simpliciter falsum est quod dicitur in locutione. Et similiter obicitur de hoc quod dicit, Hic est sanguis meus. Et hæc est obiectio theologica & fortis contra istam opinionem. Adhuc contra istos etiam obicitur ex ratione: quia si manent ibi substantiæ panis & vini, tunc accidentia quæ ibi sunt sensibilia, non ducunt per significationem nisi in refectionem talem qualem præstare possunt illa substantiæ in quas ducunt: hæc autem est resectio corporalis: igitur non ducunt significando in refectionem spiritualem: & sic inuicem insunt sacramento: quia omnes formæ sacramentales ducunt in aliquam gratiam inuisibilem, quæ conferitur in sacramento. Adhuc autem obicitur: Secundum hæc in celebratione sacramenti non deberet dici, ut nobis fiat corpus & sanguis Iesu Christi: sed potius sic deberet dici, ut hic cum istis substantiis sub eisdem formis accidentium veniat corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi. Et si tunc hoc Ecclesia malè instituit hoc sacramentum celebrandum. Propter ista & his similia multa quæ obici possunt, dico sine præiudicio, quòd nunquam placuit ista opinio, quæ quamvis non iudicetur esse hæretica, tamen est valde incauta, & hæresi valde vicina. Non enim video, quin sequatur ex ea ad minus falsitas verborum Christi, sicut patet in obiectione iam inducta: nulla enim locutio admittit, quòd hæc sit vera. Hoc est corpus meum, quæ nullam causam habet veritatis nisi eam quam dicunt, quòd corpus Christi est sub eadem forma cum substantia panis: quia secundum locutionis proprietatem sequitur, quòd substantia corporis Christi est cum substantia panis sub eisdem formis: ergo hoc quod demonstratur, non est corpus Christi: quia quando vnum est cum altero in eodem, vnum est diuersum ab altero: quia propter hoc quod duo dispartita sunt sub eodem, non propter hoc efficiuntur idem, sed manent dispartita. Et ideò subtiliter inspicendo hanc opinionem, dico, quòd est valde incauta, & valde vicina hæreticæ prauitatis: & ideò videtur mihi abiicienda.

5. Ad rationem autem primam quam pro se inducunt, videtur esse dicendum, quòd substantiæ panis & vini ibi non manent. Quod autem obicitur, quòd multum sumpta nutriunt ea quæ sunt in altari. Dico, quòd nutriti contingit dupliciter, scilicet ad satisfactionem desiderij famis & sitis, & ad restaurationem substantiæ deperditæ. Dico igitur, quòd ex solis accidentibus odoris & gustus & tactus benè fit nutrimentum ad satisfactionem desiderij famis & sitis: sed non fit ibi restauratio deperditi: quia non est ibi substantia corporalis nutrimenti quæ deper-

ditum restaurat. Cum iam probatum sit in primo de generatione & corruptione, quòd non restaurat deperditum nisi quod est potentia caro & sit acta caro, hoc autem est substantia & non forma accidentalis. Si autem obicitur, quòd aliquis per longum tempus sustentatur comestis hostiis consecratis. Dico, quòd ille nutritur hoc modo, quòd accidentia tenent calorem naturalem, ne corpus consumatur, & non restaurant deperditum. Tamen quosdam vidi non parum literaturæ viros, qui ad istam obiectionem respondebant dicentes, quòd in veritate in ipsa sumptione non est ibi substantia panis & vini, sed tantum substantia corporis & sanguinis Christi: sed post sumptionem corporis Christi in ipso stomacho, in ipso alias subiecto sub accidentibus saporis panis & vini, redit iterum substantia panis & vini: & tunc corpora sic sumentium corpus Domini & sanguinem, substantiis panis & vini reduntibus nutriuntur ad corporis nutrimentum & deperditi restorationem. Sed quia hæc opinio nec auctoritate probatur, nec ratione fulcitur, ideò istam reputamus confictam opinionem: quia dicit Philosophus in 3. primæ philosophiæ, quòd fictum est conatum ad positionem. Et ideò dicendum videtur, sicut prius dictum est: hoc enim nec naturæ valde est contrarium, nec repugnat rationi. Si enim natura in primo statu ante peccatum consideretur in primis parentibus in quibus ab ipso conditore corpus humanum debitam accepit quantitatem, tunc oportet dicere, quòd si in tali statu primi parentes comedissent, cibus ille in veritatem corporum ipsorum secundum veritatem substantiæ cibi non transiisset, & tamen per saporem & odorem & huiusmodi qualitates sensibiles naturam & substantiam corporis auissent: & quia hoc omni homini constat, dicendum videtur, quòd in cibo quem spiritualiter signat lignum vitæ, non est substantia nisi corporis Domini, sed formis cibi illius exterioribus corpora sustentantur comedentium. Et sic respondendum est ad illud quod inducunt pro signo primo: non enim magnum est si Christus facit in gratiæ sacramento, quòd fecisset omni cibo in natura hominis, si peccatum non interuenisset: tunc enim nulla deperditio facta fuisset in corpore: & ideò nullam restaurationem accepisset corpus ex cibo, sed ex qualitatibus sensibilibus ciborum fuisset tenta substantia, ne posset dissolui. De secundo autem signo dicimus, quòd mus non accepit corpus Christi, sicut nec aliud animal, sed potius statim dissolutis formis accidentalibus sensibilibus sacramenti, non est ibi amplius Christus. Dissolutio autem formarum fit vel in ore muris, vel collo, vel stomacho, vel in aliis visceribus muris: & tunc nullo modo est ibi Christus. Quandiu autem sunt ibi formæ sensibiles quæ discerni possunt sensu, tandiu est ibi Christus, & non amplius. Ad hoc autem quod dicit de nutrimento muris & sustentatione per cibum talem, dico quòd hoc non est expertum, nec est experiendum: quia maximum esset peccatum. Si autem in-

stent quærentes, quid fieret si hoc aliquis experiretur? Dico, quod tunc mus vel aliud animal nutrireretur ad substantiæ conseruationem, & non ad deperditæ restauracionem, sicut diximus etiam de hominibus. Quod autem in tertio signo inducunt, non est difficile soluere: quia putredo & corruptio benè accidunt formæ quæ ponitur ens sensibile. Forma enim dupliciter consideratur, scilicet in se prout est essentia simplex, & sic est verum, quod inuariabilis est. Consideratur etiam in esse sensibili: & hoc fit tripliciter, scilicet in materia corporis sensibilis, & in medio sensus, & in ipso sensu vel sensu organo. Et in materia quidem corporis sensibilis alterat & secundum esse alteratur, & generatur & corrumpitur secundum esse. In medio autem sensus existens secundum hoc esse quod habet in medio ut in medio, non semper alterat actione physica: quia color glaciæ ex hoc quod est glaciæ, non in frigidat vel medium, vel sensum, & similiter color ignis non est comburius, sicut nec figura ignis non tamen est simpliciter inalterabilis, qui ventis aliquando sicut soni prouiciuntur & odores & huiusmodi: cum tamen in medio tales formæ non sint sicut in subiecto. Est enim medium in quo est forma sine materia ad animæ operationem sensibilem: & tale esse non habet forma sensibilis à natura mediæ, in quantum est aer, vel aqua, vel aliqua elementaris natura, sed potius ab eo habet quod est in medio ex conuenientia cum perpetuo superiori corpore, hoc est, cælesti, cuius operatione omnes formæ corporeæ constituuntur. Adhuc autem simpliciter habet esse forma sensibilis in organo sensus, in quo sine omni appendentia materialis subiecti recipitur, sicut cera sigillum absque eo quod aliquid recipiat de materia sigilli, vel accidentibus materiæ: & tamen in illo esse accepta forma sensibilis non est inuariabilis, sed multas sustinet variationes secundum variationem organi & spiritus sensibilis qui est in organo. Dico igitur, quod esse quod habet in sacramento, est simile isti esse quod habet in medio, & ei quod habet in sensu: quia in illis est sine materia subiecti: & sicut variatur motu & corruptione in medio & sensu, ita etiam non est inconueniens, quod varietur in sacramento. Ad rationes autem quas hæc opinio pro se inducit, opportunum erit inferius respondere.

Tertiam igitur prosequentes & amplectentes opinionem, quia illa fidelis est & vera, dicimus quod illa fulcitur tribus rationibus fortissimis. Quarum vna sumitur ex veritate verborum veritatis, quibus dicit: Hoc est corpus meum. Et, Hic est sanguis meus. Sicut enim dicit *Ambrosius, Hieronymus, & Augustinus & Ioan. Damascenus*, verbum Christi non est imperfectum sicut verbum nostrum. Nostrum enim verbum non est nisi angelus intelligentiæ contemplatiuæ, quod nihil facit in rebus, sed potius conceptus eius à rebus causatur. Verbum autem Filij Dei est angelus intelligentiæ vniuersaliter actiuæ, & suo lumine res omnes constituentis & facientis: & ideo verbum illius agentis intelli-

6.
In Eucharistia cum corpore Christi non verum substantia panis & vini. In 4. sent. d. 11. q. 3.

gentiæ, quod in se vehit lumen illud quod omnia constituit, est causa eorum mutatiua creatiua & constitutiua, sicut dicitur in *Psal.* Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Et iterum, Verbo Domini celi firmati sunt. Et *Genes. 1.* dixit Deus, Fiat lux. Et sic dixit ut omnia fierent per ordinem sex dierum, hoc est, verbum ab æterno genitum, quod lucem omnia constituentem omnibus creaturis ut in esse constituerentur, inuexit. Sic Filius incarnatus verbum vocis in miraculis protulit, quod creaturas corruptas etiam ad esse reduxit. Et hoc est verbum quod est nuntius vel angelus intelligentiæ diuinæ vniuersaliter agentis, in quo intelligitur Deus loquens, & non aliqua creatura: & ideo talibus verbis in quibus increatum verbum vehitur, & lumen intelligentiæ agentis, redarguit cæcitate Iudæorum. *Ioan. 8.* dicitur: Quare loquelam meam non cognoscitis? Ego enim ex Deo processi, & veni, ut res mutans verbo & constituens creaturas nouas: & quia tali verbo locutus est Christus, cum dixit, Hoc est corpus meum, oportet de necessitate, quod hoc verbum substantiam panis in esse corporis Christi transsubstantiauerit. Et hæc est ratio firmissima & Catholica, & non est contraria philosophiæ & dummodo aliquis benè sciat primæ causæ virtutem & rationem. Secunda autem ratio super quam fundatur hæc opinio, est: quia si maneret substantia panis & vini, cum omnia accidentia quæ afficiunt aliquam substantiam, familiarius & naturalius ducant in substantiam quam afficiunt, quam in aliam, accidentia quæ ibi remanent, non ducerent nisi in nutrimentum corporale: & sic Christus non benè diceret *Ioan. 6.* Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Sed potius deberet dicere, Panis substantia quæ subest accidentibus, verè est cibus, & signat cibum spiritualem ex corpore meo, quam quod dicit: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Tertia autem ratio est etiam sumpta ex verbis Domini: quia secundum hoc sacramentaliter non sumeretur corpus Domini, sed potius sub significatione sumptionis panis significaretur sumi corpus Domini. Hæc autem est sumptio spiritalis: & ideo periret tota manducatio sacramentalis: quia licet Christus secundum hoc esset in sacramento, non tamen esset consequens, quod sumeretur in sacramento: quia sæpè in talibus contingit, quando duo simul sunt, quod sumptio vno non propter hoc sumitur reliquum: quia non sunt ita simul, quod vnum sint & idem: & quod accidit vini, accidat & reliquo.

7.
Signa etiam duo ponit per se hæc opinio. Vnum quidem est quod ab omnibus sanctis communiter determinatur, quod est fractio corporis Christi, sicut à nobis in præcedentibus est determinatum: & quia hæc fractio non est nisi in formis & accidentibus circumstantibus corpus Christi. Si autem ibi maneret substantia panis & vini, tunc proculdubio fractura non esset in solis formis & accidentibus, sed esset in substantia panis: & hoc contra communem Ecclesiæ & sanctorum traditionem.

nem. Secundum signum est fortissimum & efficax: quia cum in omni sacramento quoddam sit quod sit signum tantum, & quoddam quod sit res tantum, quoddam autem quod sit signum & res, si ita esset ut prima & secunda opinio dicunt, in hoc sacramento essent vel duo tantum, vel quatuor. Quia si concedatur corpus Christi sub forma panis non contrineri, sicut dicit prima opinio, tunc pro certo non nisi duo sunt in sacramento, scilicet id quod est signum tantum in forma panis & substantia, & quoddam quod est res tantum in gratia significata, & corpus Christi non esset ibi: & ideo non esset res & signum. Si autem secundum opinionem secundam concedatur ibi esse corpus Christi cum substantia panis, tunc pro certo formæ sacramentales erunt ibi signa tantum, & substantia panis erit ibi res & signum, & corpus Christi res & signum, & gratia sacramentalis significatum tantum: & quodlibet istorum est inconueniens. Si autem dicatur, quod forma panis cum substantia sit ibi signum tantum, sicut in baptismo signum est aqua cum omnibus aquæ proprietatibus, tunc corpus Christi nihil est ibi: quia virtus verborum secundum hoc nihil facit ibi: quia non transsubstantiat panem in corpus Christi: & ideo tunc corpus Christi nihil est de sacramento, quod planè est hæresis. Et si dicere velit aliquis, quod virtute verborum ibi efficitur corpus Christi sicut in loco cum substantia panis, hoc penitus nihil dictum est: quia sacramentum nouæ legis omnino nihil causat nisi quod signat & figurat. Cum autem dixit Christus, Accipite, hoc est corpus meum, non significatur in forma sacramenti, quod ibi sit corpus Christi cum alio corpore in eodem loco, sed potius hoc demonstratur, quod sub forma panis sit corpus Christi veraciter & substantialiter: ergo & ita causatur: quia in sacramento nouæ legis semper modus significationis refertur ad modum causationis. Et sic patet, quod tertia opinio est vera: quia hoc secundum signum optimè & naturaliter declarat naturam & virtutem sacramentorum nouæ legis: quia sicut dicit Augustinus, in hoc differunt à sacramentis veteris legis, quod efficiunt & figurant. Hæc igitur sunt quæ pro ista inducuntur opinione.

8.
Ea autem quæ contra istam sunt opinio- nem, sunt ea quæ pro se induxit secunda opinio. Et ad rationem quidem primo inductam contra istam opinionem, & pro illa, dicimus quod hoc dictum, quod accidentia sint sine subiecto, dicimus, quod hoc secundum aliquod est possibile, & secundum aliquod impossibile. Si enim dicatur, quod accidentia habeant esse, quoddam sine subiecto, in quo accidentalis forma est, sicut forma materialis, prout habet contrarium ad agendum & patiendum, dicimus quod hoc est valde possibile: quia sunt in medio secundum esse mediæ & sunt in organo sensuum secundum esse intentionale. Neque enim istorum modorum habet contrarium, nec agens, nec patiens ab immo: & tamen in esse, talia sunt ad sensibilem cognitionem faciendam. Et dico, quod hoc modo sunt in sacramento circa corpus

Christi, velantes ipsum, & significantes quoniam ipsum est verè cibus. Si autem dicatur, quod accidentales formæ sint ibi sine omni eo in quo habeant aliquod esse sensibile, concedo quod hoc est impossibile: quia dicit Philosophus, quod accidens est, quod cum sit in aliquo, non est in eo sicut quædam pars, & impossibile est esse sine eo in quo est. Quod autem secundò pro se & contra istam obiciunt opinionem, non est difficile respondere: quia Christus non est destructor substantiarum quas condidit: non enim destruitur substantia panis & vini in sacramento, sed potius transsubstantiatur in multò melius: quia in corpus Christi transsubstantiatur substantia panis, & in sanguinem substantia vini: & hoc non est destrucere substantias, sed potius exaltare & nobilitare. Hoc autem qualiter fiat, in vltimo tractatu, vbi loquemur de hoc cibo in quantum est in genere sacramenti, plenius patebit: sed hoc modo sufficit, quod nullo modo dicimus, quod substantiæ aliquæ destruantur per sacramentum, quas condidit Christus auctor & instaurator & propugnator nature: magnæ enim esset imperfectionis & infirmitatis, si non nos posset pascere Christus spiritualiter, nisi destrueret substantias nos corporaliter pascentes. Omnia igitur quæ secundum antiquorum tres opiniones dicenda esse videbantur, fideliter annotauimus, in quibus vis aliqua esse videbatur, & tertiam elegimus opinionem, & dicimus illam esse tenendam, &c.

Secundum hanc igitur dicimus, quod nihil reficiens corporaliter est in sacramento, quantum sit in eo signum corporale refectio- nis. In hoc autem tria sunt consideranda, scilicet qualiter Christus ut refectio spiritus totus sub formis sacramentalibus contineatur. Et propter quid talem modum sibi assumpsit, ut sic sub talibus formis contineatur. Et quis sit modus continentie sub talibus formis. Hæc enim omnia valde sunt difficilia: & tamen oportet, quod enucleentur: quia in his veritas fidei continetur. Dicunt enim quidam, circa primum horum trium, quod Christus sit sub formis sacramentalibus contineatur, quod vbi est pars, ibi est totum. Et hoc quidem beatus Hilarius dicit. Si autem hoc est verum, quod vbi est pars, ibi est totum, tunc vbi est oculus, ibi est totus Christus: ergo totus Christus est in oculo Christi. Adhuc autem si vbi est pars, ibi est totum, tunc verius est, quod vbi est totum, ibi est pars quælibet Christi. Coniungamus ergo has duas, scilicet quod vbi est pars, ibi est totum: & vbi est totum, ibi est quælibet pars Christi. Ex his autem duabus sequitur, quod vbi est oculus, ibi est quælibet pars Christi: & vbi est quælibet pars, ibi est pes: ergo à primo vbi est oculus Christi, ibi est pes: ergo Christus vel pedem habet in oculo, vel oculum in pede: & hæc abusiones videntur sequi de ista suppositione. De secundo autem sent ab omnibus dicitur, quod talem modum esse debet sub formis sacramentalibus assumptis, ut se cibum verum & potum verum esse significaret. In omnibus autem cibi generibus in parte non significatur

significatur cibi refectio perfecta, sed in toto, & forte non in toto, nisi sufficiens sit totum ad cibi refectioem. Cum ergo Christus sit omnibus & singulis perfecta refectio, videtur Christus ut perfectio refectioem non in toto & in parte continetur. De tertio autem valde fortiter obiicitur, quod Christus secundum veritatem & quantitatem suam staturæ non potest esse in loco breviori & strictiori quam ipse est: & cum forma panis sit valde parva, & ipse in triginta annorum proceritate, videtur quod in tam parvo loco contineri non potest. Adhuc autem nihil est in aliquo ut in loco nisi cui principium, medium, & finis in loco assignantur. Si ergo Christus sub tali specie est sicut in loco, tunc in aliqua parte illius speciei est caput, & in alia pedes, & in alia manus: quæ omnia sunt abusu. Et ideo ad hæc & his similia dicimus, quod pro certo sola tertia quam induximus, opinio est vera & Catholica.

10. Quæritur de forma panis continetur in Sacramento. In 4. sent. d. 13. q. 10.

Et quod queritur, qualiter siue secundum quem modum totus Christus sub formis sacramentalibus contineatur? Dico cum Innocentio Papa III. quod Christus secundum tria quæ sunt in ipso, tribus modis refertur ad ea in quibus est. Est enim deitas in Christo, secundum quam ipse est verus Deus, & sic est ubique in omni loco non localiter, sed essentialiter. Essentialiter quidem sicut omnis essentia quæ locus est & omnis essentia quæ in loco est, principium & fons continuè manans, à quo si continuè non manaret, ex tunc omnia in nihilum reciderent, sicut de nihilo facta sunt. Præsentialiter autem: quia notitia suæ cuncta sunt præsentia. Potentialiter autem: quia potentia sua contenta & mota & mouentia sunt, sicut dicit Gregorius, quod intra omnia est, non inclusus, sed includens: & extra omnia, non exclusus, sed nulli per esse & essendi modum immixtus: & super omnia, non extra larus, sed per eminentiam excedens omnia: & infra omnia non est depressus, sed continentia omnia penetrans in infinitum. Habet etiam Christus humanam in se naturam, per quam verus est homo secundum animam & corpus, & sic est in loco localiter circumscriptus, cui principium, medium, & finis in loco assignantur, & sic aliquando fuit in terra, & ante resurrectionem, & post resurrectionem, & nunc est in celo taliter secundum figuram humani corporis in loco circumscriptus, ita quod omnia membra eius ordinem positionis habent in loco tali, & quod vnum membrorum suorum non est in eodem loco cum alio, sed potius sicut membra sua ordinem positionis habent in loco totius corporis. Assumpsit etiam Christus propter nos formam cibi & panis, sicut in ante habitis diximus: & sic Christus in veritate præsentia suæ deitatis, & in veritate præsentia suæ humanitatis totus est in sacramentalibus formis, & verè cibus & verè potus, & est in formis illis sicut in signo tantum significante eum ut cibus & potus, non sicut in signo tantum significante, sicut dicitur prima opinio, sed potius sicut in signo, quod

utrumque facit, quod scilicet signat eum & continet. Si autem queratur, unde habet hæc tria Christus? Dicendum, quod habet ea secundum quod est Deus, corpus, & fidelium verè cibus. Sicut igitur attributa corporeæ humanitati Christi, non conueniunt diuinitati Christi: ita attributa loco corporeæ humanitatis Christi, non conueniunt loco diuinitatis Christi. Et sicut attributa Christo ut est cibus, non conueniunt figuræ humanitatis Christi, quia non conueniunt figuræ corporis diuini, frangi, dentibus atteri, quæ etiam non conueniunt diuinitati Christi: ita quæ assignantur secundum locum formarum sacramentalium, non conueniunt ei secundum locum figuræ corporalis, nec omnino conueniunt ei secundum locum diuinæ naturæ: sed tamen illa cum loco figuræ corporalis conueniunt in hoc quod formæ quantitatis corporalis locum corporealem exigunt. Cum loco autem qui diuinitati conuenit, in hoc assimilarur, quod est in toto loco totus, & in qualibet parte hostiæ fractæ totus. Sed differt à loco corporeæ figuræ in hoc quod descripiuè non est in loco sacramentali, ita quod medium & principium & finis assignantur ei secundum locum figuræ corporalis debitum: & hoc non conuenit ei secundum locum formarum sacramentalium. Differt autem à modo secundum quem ut Deus in loco: quia est intra formam sacramentalem inclusus & contentus, & non extra ubique: secundum formam autem Dei non est ita intra aliquid, quod non sit etiam extra in omnibus aliis. Hæc autem est vera & certa fidei determinatio. Non enim est admirabile si Christus secundum plures formas naturaliter habitas vel assumptas diuersimodè refertur ad locum.

Si autem queratur, qualiter Christus sine contractione suæ corporeæ quantitatis potest in tam paruo loco contineri, sicut est hostia, vel hostiæ fractura? Dicimus, quod habet hoc ut cibi formam assumens. Cibi enim veritas in pane, & in vino potus veritas in toto & in parte æqualiter, & secundum vnam rationem significatur & continetur: eò quod panis & vinum homogenia sunt, hoc est, similia & vnius rationis in toto & qualibet parte ipsorum: & ideo si Christus esset in toto totus, & non in qualibet parte totus, non veram formam cibi, & non veram formam potus assumpsisset: quod est absurdum, cum ipse dicat Ioan. 6. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Hoc igitur de hoc est dicendum & firmiter credendum & nullatenus dubitandum.

Quod ergo obiicitur ex verbis beati Hilarii, quod ubi est pars, quod ubi est totum, dicendum quod hoc non bene inductum est in obiectione. Hilarius enim intendit, quod ubi est pars formæ sacramentalis fractæ, ubi est totum quod est Christi in omni localitate suæ diuinitatis & humanitatis: & non intelligit sicut proponitur, quod ubi est pars corporis Christi secundum locum partis quæ est pes, vel manus, vel oculus, quod ubi in positione loci & situs membrorum Christi sit tota figura corporis Christi. Et est in argumentatione apparens fallacia accidentis: quia quod attribuitur

11. 12. vide in 4. sent. d. 13. q. 11.

attribuitur Christo secundum locum circumscriptioem figuræ humanæ corporeæ, eidem attribuitur secundum hoc quod ut cibus continetur in Sacramento. Per idem patet solutio ad sequens quod inducit argumentum: quia illa duo argumenta fundantur super idem.

Ad illud autem idem quod secundò queritur, dicimus quod in veritate Christus formas sacramentales cibi & potus non propter aliud assumpsit, nisi ut se perfectionem refectioem fidelium esse significaret. Regulariter autem verum est in omnibus sacramentis notæ legis, quod formæ sacramentales tantum continent de eo quod res & sacramentum, quantum significant, sicut in baptismo & confirmatione, quantum significatio est in formis sacramentalibus aquæ & chrismatis, tantum ipsa signa continent de characteribus: sed non est regulariter verum, quod semper tantum continent de eo quod est res tantum, quantum significant: quia rem quam debet continere sacramentum de sui virtute & sanctificatione, aliquando excludit sicut in eo qui suscipit sacramentum. Aliquando etiam est talis res significata, quæ non sola sacramenti susceptione potest acquiri, sicut baptismus per meritum tinctionis æternam signat beatitudinem æternam & corporis: quæ non sola susceptione sacramenti habetur, sed etiam per merita bonorum operum & exercitia virtutum. Et in his duobus rebus significatio formarum sacramentalium aliquando excedit sacramenti causam & continentiam, sed nunquam excedit continentiam respectu rei quæ est res & sacramentum: & ideo cum in Sacramento altaris Christus Deus & homo sit res & sacramentum, oportet quod formæ sacramentales de Christo tantum continent, quantum significant. Signant autem refectioem æqualiter in toto, & in qualibet parte, si totum in partes frangatur. Continetur igitur Christus totus in toto, & in qualibet parte. Ad obiectum autem quod in contrarium adductum est, dicendum, quod illa obiectione non procedit, quod spirituali cibo attribuitur id quod est corporalis cibi inquantum est corporalis. Ille enim sub mensura cuiusdam quantitatis perfectæ reficit: & si diminuat illa quantitas, dat refectioem imperfectam. Spiritualis autem cibus secundum perfectam refectioem virtutem & potentiam & localitatem in toto continetur æqualiter & in qualibet parte. Et si obiicitur, ut iam dictum est, quod formæ sacramentales sunt sicut signa: de eo quod est in signis, debet esse in re contentum. Dicendum quod in proprietate refectioem suam signa, sed multas alias habent proprietates, secundum quas nihil significant in Sacramento, sicut quod corporales, quod corruptibiles, quod sicce, quod frigide, quod albe, vel rubeæ, vel huiusmodi: & his proprietatibus ad rem sacramenti non referuntur.

De hoc autem quod tertio queritur, quis sit modus continentia Christi sub formis illis: dicendum quod ille modus est iam determinatus, & est mixtus partim ex continentia signi, & partim ex continentia loci, & D. Alb. Mag. lib. de Eucha.

ipsa continentia loci partim conuenit loco refectioem, & partim differt ab ea, & partim conuenit cum loco figuræ corporis sui, & partim differt ab ea. Cum continentia enim signi habet conuenientiam, quia ut refectio continetur in eo: cum continentia autem loci habet conuenientiam, quia secundum veritatem continetur in forma illa Christi: & non extra eam continetur sacramentali continentia: cum deitate autem relata ad locum habet conuenientiam, quia est in toto totus, & in qualibet parte totus: cum loco autem descriptio corporali habet, quia est capacitatis quantitatis, sicut in ante habitis diximus: & cum hoc gratia, id est, propter diuersa diuersorum quæ sunt in Christo, conueniant, non licet attribuire alicui eorum quod conuenit sibi ratione alterius: & si fiat, incidit fallacia accidentis, vel figuræ dictionis ex continuatione modi prædicandi. Ad obiectum autem, in contrarium, dicendum quod sine contractione sui est in tam paruo loco: etiam in minima eius parte si ad minima frangatur. Et si queratur, quomodo hoc potest esse? Dicimus, quod hoc est de exigentia sacramenti, quod aliter perfectum non esse, sicut ante dictum est. Illi enim Sacramento attribuitur continentia corporis diuini & cibi: & ideo quæcumque faciunt ad hoc, debent sibi attribui & non alia. Corporis autem diuini est esse in pluribus locis simul: quia est in celo & in quolibet altari. Et hoc non conuenit corpori simpliciter accepto non diuino. Corporis etiam diuini est intrare clausis signaculis, exire sine fractura, & compressione sui, & sine fractura corporis per quod transit, & sine compressione. Et sic istius corporis Domini ut cibi est esse sine sui contractione in toto & in qualibet parte. Hæc enim potestates exercet deitas in humilitate ad suam gloriam & maiestatis demonstrationem: quia sicut dicit Damascenus, quantumvis naturæ diuinæ & humanæ in Christo suis characteribus idiomatibus, hoc est, distinctis proprietatibus sunt distinctæ, ita quod vna est æterna, impassibilis, immortalis, & huiusmodi habens: alia autem temporalis, passibilis, & mortalis, tamen in operationibus, sicut dicit Damascenus, se inuicem circumcidunt, sicut ad altum humanitatis mandatur leprosus operatione deitatis incedentis in operationem humanitatis: & sic verè in quibus signis videtur etiam in contractione formam in Sacramento quæ Christum continent, inquit diuinitas præseruans à contractione & diminutione figuræ humanæ aliqua immutatione. Ad aliud autem quod inducitur, responso patet per prædicta.

CAPVT II

Veritatem determinatam ex proprijs illis.

Hæc itaque ad determinationem veritatis expeditis, ludendo in hac veritate, dicitur in Sacramento.

Christus in Sacramento.

Stm formis
continetur, ut
in loco sua
gloriosissima
habituatiu.

...cimus quod Christus in sacramentalibus formis continetur, ut in loco suae gloriosissimae habitacionis, ut in aula dulcissimae refectio- nis, ut in arrio vel mysterio spiritualis ma- ctationis & immolationis, & sicut in neu- am- ciffimae connexionis Dei & hominis. Et de- primo horum modorum aduertendum est, quod in nullo loco suae habitacionis ita certi- tudinaliter & infallibiliter inuenitur, sicut in huiusmodi loco suae habitacionis. 4. Reg. 8. Dominus dixit ut habitaret in nebula. Nebula autem hostia sacramenti vocatur, ex quo di- xit & statuendo fixit, omni tempore gloriosus & certitudinaliter in hoc loco inuenitur. Exech. 43. Fili hominis locus solij mei, & locus scabelli pedum meorum: vbi habito in medio filiorum Israel. Auferant a me abomi- nationes suas: quia non decet ut ad locum glori- ae meae, vbi cum eis habito, homo im- mundus & abominabilis accedat. Dicitur enim Moysi Exod. 3. Ne appropies, inquit, huc, sed solue calceamentum tuum de pedi- bus tuis: locus enim in quo stas, terra sancta est. Pedes enim animae sunt intellectus, quo pede graditur ad veritatem: & affectus, quo pede graditur ad virtutem. Quandiu isti pedes peculi pelle per placetiam pecorinarum delectationum cincti sunt, ad locum istum non licet appropinquare. Si a uero pecorina pellis abiecta est nudo & simplici intellectu per fidem, & nudo & simplici affectu per de- uotionem, tunc demum admittitur ad glo- riosae habitacionis accessum: quamuis enim terra sit corpus Christi, quia propter nos de terra sumptum, tamen ad miram sanctitatem huiusmodi terra prouecta est, dicitur propheta: Scitote quoniam mirificauit Dominus sanctum suum. Quia sanctum sanctorum Christum in se & suis ad mirabilem gloriam prouexit in hoc loco. Nobiscum est velatus pariete specierum sacramentalium nostram deuotionem prospiciens, & per fenestras re- uelare nos respiciens. Cantic. 2. En iste stas post parietem nostrum prospiciens per fenestram, & prospiciens per cancellos. Per cancellos autem vel fenestram prospiciens non videtur quando videt. Ita in sacramento vi- det nos Dominus, quamuis non videatur a nobis. Sunt autem fenestrae per quas in sa- cramento fertur ad nos veritas, & sunt can- celli per quos nobis interplacet virtutum Christi bonitas, quibus viis ad nos suae lucis dirigit radios Christus, quamuis nos eum non nisi velatum videamus. Hoc est taber- naculum quod fixit Deus, & non homo, sicut dicitur Isa. 33. In quo tabernaculo venaciter habitat Christus Deus & homo. Hebr. 9. Per amplius & perfectius tabernaculum non ma- nufactum, id est, non huius creationis in- gressus est. Quis enim hoc tabernaculum ita figere potuit, ut starent formae accidentales sacramentales sine subiecto, nisi Deus? Pro certo nemo. Quis in hoc tabernaculum in- gredi potuit sine suae quantitates contradi- ctione, quod nullo modo est humanae crea- tionis nisi Deus & homo Christus? Profecto nullus. Apoc. 21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum illis, & ipse pe-

pulus eius erant, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Hoc est tabernaculum admi- rabile multis mirabilibus, deperitum, & ad excubias Dei perfectum, de quo dicitur in Psal. 41. Ingrediar in locum tabernaculi ad- mirabilis usque ad domum Dei. Sic ergo si- cut in loco gloriosissimae habitacionis Deus homo Christus habitat in his formis, de quo dicitur Genes. 28. Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Et iterum idem: Non est hic aliud nisi domus Dei, & porta caeli. De quo Psal. 25. dicit: Domine dilexi decorem domus tuae & locum habitacionis gloriae tuae.

Hæc enim est aula dulcissimae refectio- nis. Et hoc est quod dicitur Luc. 22. Vbi est di- uersorium, vbi pascha cum discipulis meis manducamus. Istud est enim diuersorium ad quod in omni Missa diuertit Christus, ut in eo refectioem pareat discipulis, nec amplius Christus sustinebit illud imperpetuum, quod dicitur Luc. 2. Reclinauit se in praesepio: quia non erat ei locus in diuersorio. In hoc enim diuersorio semper sibi locus est ut dis- cipulis suis huc pareat epulationes: quoniam etiam istae formae sacramentales in quibus Christus, ut cibus continetur, significari pos- sunt per praesepium in quo reclinatus est Domi- nus ut cibus igitur tantum. Isa. 3. Cognouit bos possessorem suum, & asinus praesepium Do- mini sui. Bos enim est sacerdos, & clericus terram cordium fidelium excolens, & asinus est laicus simplex onus Domini portans, & Domino stans ut vehat se portet Dominum: & uterque cognouit Dominum suum: ut ci- bum in hoc praesepio sibi esse possessum. Ad hoc praesepium ut bonum animal respicit de- lens Job. 6. dicit: Nanaquid mugiet bos, cum ante praesepium plenum steterit? Quasi diceret: Non mugiet, sed fruatur dulciter cibo sibi preparato. Hoc est cenaculum quod ostendit homo, lagenam vel amphoram aquae ha- iulans, de quo dicitur Mat. 26. & Mar. 14. & Luc. 22. Ipse ostendet vobis cenaculum grande suae magnum stratum, & ibi parate. Ad hoc enim cenaculum non potest accedere nisi homo: nec mundare potest accessum nisi amphoram aquae portans, nec contingere potest tantam preparationem, nisi cenaca- lum grande: pro dignum est tanto Domino, nisi sic stratum, & aliam nec ibi preparari potest coniugium a quoquam, nisi a manibus discipulorum: hoc enim est, de quo dicitur Eccli. 17. Ad imaginem suam creauit homi- nem, & secundum se vestiuit illum virtute. Ille enim qui ad imaginem Dei factus est, imitatur Christum faciem Patris in lumine intellectus & in debili memoria ipsius & dul- ci amore voluntatis: & ille secundum Deum vestitus est virtute, qui nihil brutale ostendit, sed tantum deuocione & contem- plationem veritatis qua fertur in Deum: & ille scit ducere ad istam aulam spirituales refectio- nis. Amphora autem aquae expiationis est mundatio conscientiae per lachrymas deu- otionis & compunctionis, ut expiatus & mundatus accedat, qui accedit Isa. 52. Man- damini qui ferris vasa Domini. Vera enim vasa in quibus continetur Dominus, sunt for- maz

2. Vt in aula dulcissima refectio.

mae sacramentales panis & vini. Isa. 1. Lani- mini, munda estores. Hoc est quod dicit Abi- melch sacerdos ad Dauid, 1. Reg. 21. Si mundi sunt pueri, maxime a mulieribus manducant. Et ibidem post pascha: Si de mulieribus ap- tur, contumimus nos ab heri & audiuissetis & sine vasa purorum sancta. Cenaculum autem sunt species sacramentales, in quibus caeli & terra coena continetur. Vnde Gen. 6. Cenacula & trifrega facies in arca, quae signat corpus Domini. Cenacula quidem ad con- uandum. Trifrega autem, hoc est, tricaena- tria ad ordinem trium mensarum, in quibus tria reficiuntur genera hominum fidelium, scilicet Praelari, continentes, & coniugati. Continentes enim sunt, qui consilijs quaedam seruantes ad quemdam modum religionis vi- tam suam ordinauerunt, hoc est archierili- tium, in quo Christus habet vinum botum, quod filijs gratiae specialiter est in coena Do- minica reuerentur. Luc. 21. Hoc cenaculum est grande: quia grandia continet, quae propo- niuntur. Isa. 64. Oculum non vidit Deus absque te, quae preparasti expectantibus te. 1. Cor. 12. Oculum non vidit, nec auris au- dit, nec in cor hominis ascendit, quae Deus preparauit diligenter se. Hoc, ut dicunt patres, cenaculum est alrum in admiratione fidei & cognitionis. Vnde Mar. 14. Occur- ret vobis homo ligenam aquae baulans, se- quimini eum quocumque introierit. Ibi dicit Gloss. Sequimini eum qui ducit in alrum, vbi est refectio Christi. Vnde Prover. 9. vbi sa- pientia parato conuiuio suo vocat inuitatos, dicit sic: Misit ancillas, ut vocarent ad artem & ad thoria ciuitatis. Ancilla quae dicitur ab an quod est circum, & cilleo cilles, quod est moueor, sunt qui contingunt circumuen- tur locutores predicatores & clerici Domini, qui vocantur in artem admirationis alitridi- nis vobis Dei, quo ista coena est parata. Memoria quippe ciuitatis sunt, virtutum habi- tus & exercitia, quibus ciues in Dei ciuitate suas conferunt habitationes. Iudic. 8. In su- perioribus domus suae cubiculum secretum sibi fecerat, in quo cum puellis suis clausa morabatur. Puella eius fides anime sunt intellectus & voluntas & memoria & ratio & huiusmodi, cum ascendimus ad artem coe- nae Dei. Vnde 1. Reg. 10. Samuel in throno excel- sorum comedit cum Saül postquam intemerat eum dicens: Ecce quod remansit, pone ante te, & comede: quia de industria seruatum est tibi. Iste enim cibus, qui nos sibi incorporat, & nos incorporamus ipsum nobis, ut non pe- nitet semper & remanet fidelibus iterum si- mendis, de industria seruatum est in refectio- nis. Hoc cenaculum est stratum pedum la- pidum planorum, hoc est, omni generis vir- tutum. Vnde Eccli. 22. Et contra positum- entis stratum lapide strig experientia. Isa. 54. Ecce ego sternam per ordinem lapides rudi- bus, & stratum tranquillitatis ponam, & stratum confortatum, dicitur: vobis ponam, & cenaculum suum, quod est Christus in arrio specierum sacramentalium continens est pulcherrima forma in manibus discipulorum, hoc est, in coena ad eum.

dem sacerdotalem respectum. Paratur ci- bus iste, non manibus hereticorum, vel alio- rum hominum Ecclesiae, parando non te- nentur. 1. Cor. 10. Non potestis necesse Deum participes esse, & mensae hereticorum. Officiam enim sacerdotum non debent viuere, nisi quia forma & unitate Eccle- siae constituti sunt ad hoc quod in hac coena ministrant. Isa. 61. Vos autem sacerdotes Dei vocabimini. Ministri Dei nostri dicitur vobis. Quod signatum est. 1. Reg. 9. de Samuele, qui officium sacerdotis habuit: neque enim com- munitas est populus, donec ille veniat: quia ipse benedicit hostia, & deinceps comedunt qui vocati sunt. Sic ergo iste forma sunt aula dulcissimae refectio- nis.

Sunt etiam mysterium, hoc est, secretum spiritualis maetationis & immolationis. In hoc enim mysterio regnante caelo aeternaliter deuotamus ad aram Ecclesiae omni die myste- rialiter mandandum & immolandum manibus Ecclesiasticorum Sacerdotum. Vnde he species per ostium tabernaculi federis signifi- cantur. Locus. 1. & in multis alijs locis: quia ille species atrium sunt sanctum, in quo im- molatur Christus, super quam hostiam manus ponunt sacerdotes, qui opus sui exercent or- dinis sacerdotalis, sicut praecipitur. Locus. 8. quod ponit manus suas super caput hostiae, hoc est, super corpus Christi confessionem, qui est caput omnis hostiae. Ad hoc ostium ta- bernaculi omnes leuati in celum manibus respiciunt fideles, ut in illo cum Christo Pa- tri offerantur Christo crucifixi & incorporati. Hoc est quod dicitur. 1. Reg. 11. in desiderio populi hunc cibum esurieritis: Dimitte me obsecro ad vnam partem sacerdotalem ut co- medam buccellam panis. Vasa enim & singu- laris pars sacerdotalis est hostia Christi corpo- ris, ad quam populus admittitur ut buccella Dominici panis saturetur. Hoc significatum est Gen. 18. vbi dicitur, quod in ostio taber- naculi sui sedet Abraham, cum videret tres An- gelos descendentes per viam, quibus tria far- ta farinae simile comixta fecit parari in sub- cineribus panes azymos. Tabernaculum enim sunt species sacramentales, sub quibus scilicet mysterialiter tempore reuelare gratia spiri- tualiter immolationem esse Christum, & in se- creta luce fidei & seruitore charitatis habet quotidie aspiciens, ut particeps illius effice- retur. Et hoc in mysterio praegnant in spe- cie panis trium sardium, hoc est, corporis & sanguinis & deitatis hanc per signans oblationem. Hoc est ostium tabernaculi, de quo dicitur Locus. 4. vbi dicitur de vultu qui immolatur pro peccato multitudinis, quod adducet eum sacerdos ad ostium tabernaculi. Et ponens manus populi manus super caput eius cor- ram Domino. Immolatioque vitulo in con- specta Domini, infert sacerdos, qui victus est, de sanguine eius in tabernaculo testimo- nijs, tincto digito aspergit super contra ve- lum, postquam de eodem sanguine in corni- bus aspersit, quod est contra Dominum in taber- naculo testimonij, reliquias autem sangui- nem funder iuxta altare sicut habetur, quod est in ostio tabernaculi testimonij.

3. Vt in mysterio spiritualis maetationis & immolationis.

Hic enim vitulus signat hostiam corporis Domini in sagina deuotionis immolandum pro omni mundi peccato, quæ ad ostium, ubi videri potest in tabernaculo Ecclesie, adducitur, cum ad videndum à tota multitudine à sacerdotibus in altari eleuatur. Omnes autem seniores siue sapientes manum super caput eius ponunt, quando omnes manus in deuotione ad istam hostiam protendunt & venerantur, ac si omnium manibus Deo offeratur. Infert autem sacerdos, qui vnctus est in ordinem sacerdotalem, sanguinem in tabernaculum, quando infert in toram Ecclesiam ab omnibus communicandum. Tangit autem digito, quando omnibus clarè demonstrat cuius sanguis sit, & ad quid valeat eius communicatio: digiti enim opus est demonstrare & dirigere nullo quodam oculum videntis ad rem demonstratam. Aspergit autem septies contra velum, quod velum etiam formas sacramentales signat, corpus Domini verum velantes, quando intra velum illud septem effectus sanguinis esse declarat, qui sunt memoria passionis, opus redemptionis, effectus vere potationis, munditia expiationis, dulcedo naturalis sanguinis in charitate communis, inunctio ad Christum conformitatis, & consignatio siue tutatio sanguinem illum accipientis, qui signatur ne lædatur ab Angelo percussore. Reliquum autem sanguinem, qui multus est, in communem fert Ecclesiam, quæ est tabernaculum fœderis Domini, cum quo fœdus inicit amicitie perpetuæ, fundit ad basim, hoc est, in fundum altaris holocaustorum, hoc est, cordium humanorum in quibus holocaustum istud incenditur in igne sanctæ deuotionis & charitatis. Sic igitur in speciebus istis Christus est sicut in atrio mystico suæ spiritualis mactationis & victimationis siue immolationis.

Est etiam demum in eo sicut in nexu amicitissimæ nostri cum eo connexionis. Est enim ipse cibus in sacramento oculis nostris corporeis inuisibilis, & connectitur sensibus nostris, vt videatur à nobis, vt oculis etiam pascamur in ipso in ipsis formis sacramentalibus, quæ sunt quasi inferiora ipsius, in quibus à nobis sensibilibus viderur, sicut signatur *Isa. 6.* vbi dicit: Vidi Dominum se-

4.
Et in nexu
amicitissimæ
nostri cum eo
connexionis.

dentem super folium excelsum, & plena erat domus maieftatis eius: & ea quæ sub ipso erant, replebant templum. Domus enim cæli plena est maieftate potentie ipsius, vbi videtur facie ad faciem. Sed species sacramentales corporalibus oculis visibiles sub ipso & circa ipsum existentes, connectunt eum nobis ad sensum corporis: & ideo replent templum Ecclesie militantis. Hæc sunt quæ posterioribus sunt, d: quibus dicitur *Exod. 33.* Posteriora mea videbis, faciem autem meam videre non poteris. Et ideo oramus voce beati *Greg.* vt quod nunc specie gerimus, quæ circa ipsum sunt, & post ipsum, aliquando assumpti ad gloriam, rerum veritate capiamus. Vnde etiam dicit *Agar ancilla*, Ecclesiam militantem & adhuc non liberatam, sed in multis ancillantem signans *Gen. 16.* Profecto hic vidi posteriora videntis me. Corporales enim forme dignitate posteriores sunt visione per speciem & rei nudam veritatem, quamuis tempore sint priores: quia sicut dicitur *1. Cor. 13.* Non est prius quod spirituale est, sed quod animale. Hoc enim est velum quod super illustratam & Angelis intuendam, à nobis, sicut à filiis Israël contuendus verus noster *Moyse* ponit super faciem suam. *Exod. 34.* vt se nobis contemperet & connectat. Hæc sunt sancta sanctorum, quæ semper operata deferri debent coram populo, quando hic militantes castra mouemus per desertum istud ad patriam tendentes, sicut dicitur *Num. 4.* Non enim ad ipsum aperta possumus vt visione propter oculi nostri imperfectionem, sed sub hoc velamine accipimus & videmus ipsum quasi absconditum. Vnde dicentes illud *Isa. 45.* ad formas sacramentales: Tantum in te est Deus, & non est absque te Deus: vere tu es Deus absconditus Deus Israël saluator. In formis enim Ecclesiasticis sacramentalibus est Deus, & extra Ecclesiam non est Deus in sacramentis veteribus vel hæreticorum perceptus ad gratiæ sacramentalis perceptionem, sed est absconditus & innexus in speciebus sacramenti Deus Israël saluator omnibus salutis cibum ministrans in sacramento. Sic igitur tanquam in nexu quodam in specie sacramenti connectitur sensibus nostris, ne omninò sit inuisibilis, & incognitus nobis.

TRACTATVS

TRACTATVS III.

Qualiter sit sumendus hic cibus.

CAPVT I.

Quod sumendus sit hic cibus in fidei veritate.



ANDREM autem post omnia hæc videndum est qualiter iste cibus sit sumendus, & quid in eo sumatur. Hoc enim est vltimum quod in superius habita diuisione de cibo isto diximus esse notandum. Iste igitur cibus sumendus est in fide veritatis, in spe diuine largitatis, in charitate Ecclesiasticæ unitatis, in compunctione amaritudinis, & in delectatione & deliciis beatæ perfruitionis. Quæ autem in isto percipiuntur, posterius dicetur. In fide quidem veritatis, vt omnibus quæ de sacramento tradita sunt, fides adhibeatur. In spe largitatis, vt diuina largitas in sacramento semper ampliora donatura speretur. In veritate charitatis, vt unitas Ecclesie seruetur, in compunctione amaritudinis, vt tam ex parte nostra qui summum sacramentum, cum dolore in corde habeatur. In delectatione & deliciis beatæ perfruitionis, vt id cuius in beata vita signum est hoc sacramentum, semper in contemplatione mentis habeatur. Et de fide quidem veritatis dicit *August.* Vt quid paras dentem & ventrem? Crede, & manducasti. Sicut enim ex præmissis constat, cibus iste nec dentibus atteritur, nec ventre digeritur, quamuis forme sacramentales & atterantur dentibus & in ventrem mittantur. Crede, & manducasti. Crede igitur fide veritatis, & amore in sacramento tende, & sic manducasti: quia sic Christus incorporauit te sibi. Hæc enim est vera fides de qua dicit *Galat. 5.* fides quæ per dilectionem operatur. Vnde etiam Dominus loquens de sumptione huius sacramenti *Iuan. 6.* dicit: Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem pater meus dat: Et Iudæis carnaliter hunc sermonem accipientibus, & tamen cibum permanentem desiderantibus, & dicentibus, quid faciemus vt operemur opera Dei bona? supple, quibus illum de quo dicit, percipiamus, respondit dicens: Hoc est opus Dei vt credatis in eum quem ille misit. At si dicat credendo sumetis cibum veritatis, quem Pater præparauit, & Filius hominis dabit, quem Pater ad hoc signauit Deus, vt det cibum illum: in hoc enim sacramento quod ve-

De verbis
Domini &
habetur de
sens. d. 2. cap.
Quid est
Christum.

ritatis sacramentum est, quia in veritate simpliciter totam continet veritatem & veritatis auctorem, & omnium figurarum antiquarum veram exhibet veritatis significationem, maxime fides operatur. Fides enim, vt dicit *Dionys.* in libro de diuinis nominibus, lumen est collocans in credentibus veritatem, & credentes per consensum rationis & inhaesionis collocans in veritatem, quæ hic maxime operatur: quia hic humana ratio paruum vel nullum experimentum præstat. Vnde etiam Dominus in *Psal. 100.* dicit eis quos ad mensam istam secum federe facit: Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat: quia sedens in mensa fide cibum percipit, & sacerdos immaculatus in mensa cibum ministrat. Hoc optimè signatum est *Eccles. 45.* vbi de *Moyse* qui primus manna per preces suas filiis Israël exhibuit, dicitur: In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne. Fides enim mundat & purificat cor à phantasiis errorum. *Act. 15.* fide purificans corda eorum. Lenitas cor mundificat à perturbationibus. Vnde ipse agnus quem in sacramento fide sumimus, dicit *Matth. 11.* Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Sic ergo in fide & lenitate cordis sumenda est hæc cœna Domini corporis. Et hoc signatur in *Psal. 127.* vbi dicitur: Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ: Quia sponsa agni Ecclesia vinum sanguinis Christi abundanter in sacramento cœnæ filii gratiæ ministrat. Vnde sequitur: Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Oliua enim ministra est luminis, & signat fidei fomentum, quod in hoc sacramento percipitur: in quo nihil nisi fides operatur, quæ oliuæ fide lucentes & virore virtutum virentes sunt in circuitu mensæ Domini in sacramento. Hinc est, quod ante mensam propositionis in tabernaculo Domini præcipit Dominus. *Exod. 25.* quod poneretur candelabrum luminis, quod illuminationem fidei signat, docens per hoc, quod tenebrosus per infidelitatem ad mensam propositionis Domini corporis non accedat. Sic ergo sacramentum hoc sumendum est in fide veritatis.

CAPVT

D. Alb. Mag. lib. de Eucha.

CAPVT II.

Quod sumendus sit hic cibus in certa spe diuina largitatis.

Sumendus est etiam ille cibus in certa spe diuine largitatis: quid enim non sperabimus à largitate ipsius, qui seipsum in cibum nobis donauit? Ideò clamamus in certa spe omne bonum Dei expectantes; & dicimus: Oculi omnium in te sperant Domine. Et hoc est: quia tu das escam illorum in tempore opportuno. *Psal. 103.* Ex hac enim spe subleuantur fideles, & quasi virtutum pennis audalantes æterna expectant à diuina largitate. Vnde *Iob. 39.* dicitur: Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum? hæc enim aquila ab acumine visus dicta est, de qua dicitur *Mat. 24.* Vbiunque fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ. Tanta enim flagrantia Dominici corporis, quòd spe certa communionis omnium bonorum Domini ad Dominici corporis sumptionem in altam spem eleuati conueniunt, nusquam alibi desiderabilem escam inuenientes. Vnde *Iob. 39.* Pulli eius lambunt sanguinem, & vbiunque cadaver fuerit, statim adest. Pulli enim aquilaram suar fideles paruuli in humilitate simplices: quia illiterati, & hi modo fide lambunt Christi sanguinem, certam spem habentes, quòd per sacramenti sumptionem ad ætæternorum bonorum perueniant felicitatem. Et ideo odore corporis Domini electi statim addunt mira deuotionis velocitate, vbiunque est cadaver, quod non quidem in vermes cecidit, sed quod ab infideli synagoga tanquam vermibus conculcandum reputatum est. Propter quod & ipse Christus querulosè dicit in *Psal. 21.* Ego sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Ad illud ergo cadaver omnes aquilæ properant in spe consecutionis omnium bonorum: quia sicut dicit *Gregor.* Ex perceptione præsentium munerum, firmam habemus spem expectationis futurorum. *Rom. 8.* Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Quia qui habentem omnia quæ Patris sunt donauit nobis, omnia nobis donauit cum illo. Nihil enim est, quod non habeat qui habentem omnia habet. Vnde *Iob. 10.* Omnia simul in te vno habentes, non te debuimus dimittere à nobis. Hæc est spes viua, quæ ex tanto Dei dono generatur in nobis, de qua dicitur *1. Pet. 1.* Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem viuam, & in hereditatem incorruptibilem & immarcescibilem & incontaminatam & conseruatam in caelis. Hæc est spes certa trahens nos ad litus æternitatis, & immobiliter tenens mentem nostram fixam in caelis, sicut anchora tenet nauim, de qua dicitur *Hebr. 6.* Fortissimum habeamus solatium, qui confugimus ad tenendam propòsitam spem, quam si-

cut animæ anchoram habeamus tutam ac firmam incedentem usque ad interiora celaminis, vbi præcursor pro nobis introiit Iesus: vniuersus factus sacerdos secundum ordinem Melchisedech in æternum. Ad interiora enim velaminis introire, est per spem interiora intra formas sacramentales expectare & sumere Dominum Iesum Christum, qui illuc pro nobis in cœna ista intrat sicut pontifex & summus sacerdos, nobis se exhibens consecratum sub specie panis & vini: quia hic primus sacerdos obrulit Melchisedech. *Genes. 14.* Abrahæ reuertenti à cæde regum occurrit Melchisedech rex Salem offerens panem & vinum: erat enim sacerdos Dei summi. Hæc est spes de qua dicitur *Qsca. 2.* Dabo ei vittores ex eodem loco, & vallem Achor ad aperendam spem. Vnitores enim Ecclesiæ sanguinem Christi ex vino consecratum ministrantes sunt ex eodem loco Ecclesiasticæ vnitatis. Vallis autem Achor qui fractis lumen vel fractis altitudo interpretatur, pinguis quidem vallis & frumentum verax est humilitas Christi & Ecclesiæ ministrans frumentum vnde conficitur corpus Christi: quia hæc gratia maxime datur humilibus nihil de se præsumentibus, sed totam spem suam in Deum ponentibus. Et hoc est quod dicitur in *Psal. 119.* Vallis abundauit frumento. Sic igitur spe diuine largitatis sumenda est hæc cœna.

CAPVT III.

Quod sumendus sit hic cibus in Ecclesiastica vnitatis charitate.

Sumendus est etiam in charitate Ecclesiastica vnitatis: quia istud sacramentum & charitatis & vnitatis à patribus dicitur esse sacramentum. Charitatis quidem: quia in maxima charitate est exhibitum, in qua charitate dixit *Proverb. 8.* Delicia meæ esse cum filiis hominum. Voluit enim Christus, sicut dicit *Augus.* vt homo participans huic cœnæ, in Deum ascenderet, & incorporatus sibi efficeretur, & particeps suæ diuinitatis & humanitatis, sicut verbum Patris in carne descendit, & factum est omnium particeps, quæ sunt verè nostræ humanitatis, & hoc fuit maxime charitatis. Hic autem ascensus in verbum Patris per incorporationem directè fit per sacramenti istius participationem. Vnde super illud *Ioan. 1.* Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis, dicit *Glossa:* Vt securè credantur homines nasci ex Deo, subdit Deum nasci ex homine. Ex hac enim susceptione nostræ infirmitatis sanatur nostra infirmitas, vt possimus dii vel filij Dei fieri. Et hoc est, Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ac si dicat: Quod superius erat, inferius descenderat, quid mirum si quod inferius erat, in id quod superius est, ascendit & assumitur: & ideo ex hac charitate vniente cum homine Deum, & hominem cum Deo, dicitur sacramentum vnitatis & charitatis: & ideo in charitate vnitatis Ecclesi-

astica cœna hæc est accipienda. Hoc autem optime signatur *Exod. 25.* vbi dicitur, quòd panes propositionis qui in mensa singulis sabbatis ponebantur, calidi coram Domino proponebantur, hoc signante Spiritu sancto, quòd panis sacramenti noui, qui in mensa altaris cunctis fidelibus proponitur sumendus, in calore charitatis debeat sumi. Propter quod etiam in mensa proponitur, & panis patena aurea operiri præcipitur, & pugillus thuris super patenam ponebatur, hoc signante Spiritu sancto, quòd mensa esset fidelibus paranda cunctis proponenda, altare videlicet Ecclesiæ, de quo solo licet communionem accipere: quia extra Ecclesiam panis communionis ad salutem non inuenitur, sicut dicit *Psal. 83.* Passer inuenit sibi domum, & turtur nidum vbi reponit pullos suos. Altaria quæ Domine virtutum, rex meus & Deus meus: beati qui habitant in domo tuâ Domine. Passer enim mobilis secularibus negotiis contriue motum signat fidelem laicum. Turtur autem castus gemens pro cantu signat clericum castitatis & munditiæ officii mancipatum, pro suis & aliorum peccatis gementem. Hi enim pullos quos nutriunt carnales filios vel spirituales, non nisi ad altare Ecclesiæ portant pane sacramenti nutriendos, scientes quòd beati sunt qui habitant in domo Dei, quòd Ecclesia est. Alij autem tanquam miseri & abiecti tonnentacula faciunt hæreticorum. *1. Reg. 21.* Neque enim erat panis nisi tantum panes propositionis, qui sublatis sunt à facie Domini, vt ponerentur panes calidi. Patena autem signat splendorem diuine sapientie in corde communicantium, & contemplatione considerantium sapientiam Dei miro consilio fidelibus de communionem tam sancta prouidente. Thus autem desuper possum, quod in ignem altaris sublati panibus ponebatur, flagrantiam signat virtutum in deuotione cordis incensarum in igne charitatis. Hinc est quod de signo paschali qui corpus Christi in sacramento signat, *Exod. 12.* dicitur: Si quid residuum fuerit, igne comburetis. Quia in igne charitatis totum illud sacramentum debet incendi. Ideò etiam dicitur *Genes. 4.* vbi istud sacrificium primò præsignatur in adipibus gregis Abel, hoc est, in agno quem Abel obtulit: quia respexit Dominus ad Abel & ad munera eius. Et ibi habet translatio. *70.* Inflammat Dominus super Abel & super munera eius, vt ostendatur, quòd in flamma ignis hoc sacramentum accipi debeat, & igne charitatis inflammari. Debet autem accipi in charitate Ecclesiasticæ vnitatis: quia apud omnes schismaticos & hæreticos hoc sacramentum ad salutem non inuenitur. Et hoc notatur in *Psal.* vbi dicitur de ascendentibus ad paschalis agni celebrationem: Ierusalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Ille enim ascenderunt tribus tribus Domini ad consistendum nomini Domini. Etiam enim per Ierusalem visionem æternæ pacis significatur, quæ vt ciuitas, hoc est, ciuium vnitatis ædificatur: quia sicut dicitur *Ab. 4.* Multitudinis credentium erat cor vnum & anima

vna. Huius Ecclesiæ participatio est in idipsum vnitatis Ecclesiasticæ sacramentum: quia Ecclesia vnica corpus Christi est mysticum, quam signat corpus Christi verum, quod sub forma panis continetur, vt dicit *Augus.* quod sicut corpus Christi verum compositum & confectum est ex multis purissimis guttis sanguinis à Spiritu in vtero beatæ Virginis in vnum corpus compactis, & sicut panis sub cuius forma continetur, collectus est ex multis purissimis frumenti granis in vnum panem compactis: ita Ecclesia ex multis puris fidelibus constat in vnitatis fidei & charitatis & spiritus adunatis. *Rom. 12.* Vnus panis & vnum corpus multi sumus in Christo, quorquor ex vno pane participamus. Idem est. *1. Corin. 11.* Hoc etiam demonstrat nomen calicis: quia calix calida est potio in charitatis feruore sumenda. *Psal. 115.* Calicem salutis accipiam, & nomen Domini inuocabo. Sanguis autem qui sub specie vini laet in mysterio sacramenti, ex multis vuis expressus, signat in vnum collectiones in Ecclesia fideles ad gaudium vini spiritualis & ad redemptionem sanguinis adunatos. *Cantic. 1.* Botrus Cypri dilectus meus mihi. Botrus enim multis componitur granis quæ vix vocantur. Hoc etiam signat botrus præfusus à filiis Israël in veste Ecclesiasticæ reuerentis ad legislatorem deportatus. *Num. 13.* Hæc vnitatis Ecclesiastica est vnica tunica inconsutilis, quæ etiam à crucifixoribus scindi non potuit. *Ioan. 19.* Non scindamus eam, sed sortiamur de ea cuius sit. Hoc pallium breue quod vtrumque, verum scilicet sponsum & adulterum operiri non potuit. *Isa. 28.* Hoc est pallium quod omnes Iudæos & Gentiles fideles in vnum operit, sicut signatur optime *Ruth. 3.* vbi dixit Ruth Moabitidis, quæ Gentilis erat, ad Booz qui Iudæus fuit ex Iudæis: Expande pallium, quia propinquus es, sic charitate vnitatis Ecclesiasticæ nobis per istum sacramenti cibum incrementum præstante, secundum *Apostolum Eps. 4.* Occurramus omnes in vnitatis fidei & agnitionis Filij Dei in virum perfectum secundum mensuram ætatis Filij Dei: Sic igitur sacramentum hoc in charitate vnitatis Ecclesiasticæ est sumendum. Vnde super illud, Qui manducet & bibit indignè, iudicium sibi manducet & bibit. *1. Corin. 11.* dicit *Glossa,* quòd indignus est, qui indignè accipit. Indeuotus autem est, qui alter quam institutum est, celebrat sacramentum. Hoc est qui accipit & celebrat contra vel præter institutionem Ecclesiasticæ vnitatis & charitatis.

CAPVT IV.

Quod sumendus sit hic cibus in amaritudine.

Sic etiam sumendum hoc sacramentum in amaritudine compunctionis: in magna enim amaritudine debet recordari homo passionis Christi, in cuius memoriam sacramen-

tum celebratur: quia ipse homo per peccatum illius passionis fuit causa: sine enim magna verecundia & absque magno dolore non est accipiendum corpus quod Filium Dei ad tantam passionis deduxit amaritudinem. *Ierem. 6.* Luctum vniuersi fac tibi planctum amarum. Quia tu es causa, quod vniuersus est Filius Dei mactandus, traditus est, cuius mactatio myst. ritaliter celebratur in sacramento. Hoc signant lactuce agr. stes amarissimæ, in quibus carnes agni sumi præcipiuntur. *Exod. 12.* dicendo in compunctione amaritudinis illud. *Thren. 1.* Vide Domine quoniam tribulor, conturbatus est venter meus, subuersum est cor meum in meipso: quoniam amaritudine plena sum. Tribulor enim: quia summæ causæ tuæ tribulationis venter meus, hoc est, affectus, conturbatus est: quia per affectum gustavi veritatem, quod tibi tantam induxit contribulationem. Cor meum quod sensum præbuit ad illicitum, subuersum est, & ab illo torum ad te conuersum, & de dolore turpitudinis peccati pro quo tu Domine cruce turpatus es, & morte turpissima mulctatus, sum in meipso plenus confusione & amaritudine: quamuis enim foris pulcher appaream & dulcis, tamen intus turpis sum coram te & anarus. *Ruth. 1.* Nolite me vocare Noëmi, id est, pulchram: sed vocate me Mara, id est, amarum: quoniam amaritudine valde repleuit me Omnipotens. *Tob. 2.* Manducauit panem cum luctu & tremore, memorans sermonem illum quem dixit Dominus *Tob. 2.* Dies festi vestri conuertuntur in luctum & lamentationem. Quia festum communionis istius in luctum est conuertendum lamentationis. Hinc est quod dicitur *Iob 3.* Antequam comedam, suspiro, & tanquam inundantes aquæ, supple, per lachrymas, sic rugitus meus. Qui sic cum luctu panem hunc accipit, in sempiternum gaudium & lætitiæ sibi conuertit, dicente sibi Domino *Ierem. 11.* Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis: quia est merces operi tuo. Et id *Iuan. 16.* Vos contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. In hoc enim verum est dictum Salomonis. *Proverb. 14.* Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio illius non miscbitur extraneus. Hinc est quod dicit *Psal. 79.* Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis in lachrymis in mensura. Et illud: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Sic ergo sumendum est hoc sacramentum, & iste cibus sacramentalis in amaritudine compunctionis.

CAPVT V.

Quod sumendus sit hic cibus in deliciis æternæ fruitionis.

Sumendus est etiam cibus iste in delectatione & deliciis æternæ & beatæ fruitionis: quia sicut in ante habitis diximus, Dionysius dicit, quod diuine Eucharistiæ assum-

ptio beatam Iesu in beatitudine signat fruitionem. Et idem sicut in sacramento matrimonij indiuiduam vitæ consuetudinem retinens coniunctio, indiuiduam signat coniunctionem spiritus creati cum increato, ita hæc Christi corporis sumptio signat beatam Iesu fruitionem in celo, & secundum corpus quo eo fruamur in sensu, & secundum animam qua eo perfruamur in anima, & secundum deitatem qua beatam secundum intellectum perficietur perfruitio: & ideo quantum ad hanc considerationem in iocunditate spiritus & deliciis sumitur ille cibus. *Psal. 41.* In voce exultationis & confessionis sonus epulantis. Hæc enim erit cœna nuptiarum agni. *Apocal. 19.* Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. Ibi enim agni corpore non subiacentes passionibus perfruuntur, sed iam incorporabuntur ei, qui sicut dicitur *Rom. 6.* resurgens à mortuis, iam non moritur, mos illi ultra non dominabitur. iam perfruatur anima illa, quæ iam nunquam trahitur vsque ad mortem. Sed iam gaudium & lætitiæ obtrinit, & fugit ab ea dolor & gemitus, sicut dicitur *Ierem. 35.* Gaudium & lætitiæ obtrinebunt. Fugiet dolor & gemitus in tali consideratione, & in deliciis paradisi Dei nostri sumitur corpus Domini. Ibi enim cum Patre æterno nos honorante per suam consensum ad mensam sedemus. Ibi Filius præcinctus decore & lumine se nobis ministrat. Ibi Spiritus sanctus omnem suam dulcedinem infundit in epulum. Ibi Angeli reficiuntur. Ibi in symphonia & tripudio & musicis concrepat David cum omni cœru sanctorum. *Luc. 12.* Præcingeret se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit eis. Ibi fidelis anima à sponso laudatur in deliciis. *Cant. 7.* Quam pulchra es & quam decora charissima in deliciis: statura tua assimilata est palmæ, vbera tua botris. Quia pulchra es virtute, pulcherrima quodam gloriæ splendore, charissima charitate, palmæ assimilata spe victoriæ, vbera duo intellectus & affectus tam vberim fundentia vinum cœlestis gaudij & æternæ iocunditatis. *Iuan. 12.* Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus, proculdubio per talem suæ mensæ concessionem seu concessum. O quanto affectu tunc Deo dicent id *Psal. 64.* Paraisti cibum illorum, quoniam ita est præparatio eius. Quam præparationem non valuit facere nisi maiestas vbertatis Dei, nec sciuit nisi summa sapientia Filij, nec condire potuit nisi bonitas & dulcedo Spiritus sancti. Ibi scitur quid dignitatis Christus contulit suis, quando dixit. *Luc. 22.* Ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Ibi gustatur quam verum sit quod dicitur *Luc. 14.* Beatus qui manducabit panem in regno Dei, cuius dulcedo iam in ista consideratione immiscet se in gustum sacramenti. Vnde & Angeli mirantes istas felicias animæ delicias dicunt. *Cant. 8.* Quæ est ista quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum? Ascendens enim anima per considerationem sacramenti de deserto huius mundi

mundi, in quendam gustum felicitatis æternæ, quo sicut hic in sacramentali, ita gustatur ibi dulcedo deitatis in rei veritate, mirabilibus perfruitur deliciis, ita quod suis destituta præ temeritudine cum Ioanne Apostolo inuitatur recumbens tota super pectus dilecti, inde fugens & delicias veritatis huius sacramenti & delicias dulcedinis diuinæ quæ in ipso sacramento in cœna Domini degu-

stantur. Ibi enim sancta anima inebriatur ab vbertate domus Dei, sicut dicit *Psal. 35.* Et torrente violentissimi fluxus voluptatis diuinæ potatur ad summam delectationem. Ibi enim ad mensam sedentes, experiuntur quod dicit David in *Psal. 15.* Adimplebis me lætitiæ cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vsque in finem, ad quam nos perducatur qui sine fine viuunt & regnant. Amen.



DISTINCTIO IV.

Qualiter hoc sacramentum sit in genere communionis.

QUOD EST A quæ dicta sunt, dicendum restat qualiter hoc sacramentum sit in genere communionis: omnium enim ore fidelium hoc sacramentum communionis sacramentum vocatur, & à Græcis etiam doctoribus sancta synaxis appellatur, quod sanctam communionem sonat in Latino. In hoc igitur genere ponitur propter septem quas in nobis facit communionem: facit enim communicare fonti omnis gratiæ, facit communicare Angelorum gloriæ, facit communicare sanctis, facit communicare passionibus mystici corporis, facit subuentionem facultatum in eleemosynis, facit omnia nostra communia, facit diuinorum & humanorum verissimam communionem: & ideo communicatio vocatur.

CAPVT I.

Quod hoc sacramentum faciat communicare fonti omnis gratiæ.

Quod enim faciat communicare fonti omnis gratiæ, patet: quia in ipso communicamus Christo sic ut ipse sit in nobis, & nos in ipso, & omnia sua influat nobis. Vnde dicitur *Proverb. 5.* de filio: Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Hoc enim est verbum Patris ad Filium, qui est fons omnis gratiæ & omnis boni. quia sicut dicitur *Iuan. 1.* gratia & veritas per Iesum Christum facta est. In hoc fonte multæ sunt venæ gratiarum iugibus aquis gratiarum manantes, quas Pater in hoc sacramento foras in communionem Ecclesiæ tam triumphantis quam militantis præcipit deriuari, ut relegata inuidia priuata possessionis gratiarum, quæ sunt in filio, omnes in commune participes bonorum eius efficiantur, & in plateis latæ participationis ab omnibus bonum filij

participetur. Hic est fons de quo dicitur *Esai. 10.* Fons creuit in fluium maximum, & in aquas plurimas redundauit. Paruus enim fons dicitur sacramentum, non ariditate & fluxus gratiarum paruitate, sed humilitate, quæ quanto profundior est, tanto plures aquas continet gratiarum. Hic fons cum multis effusionibus licet redundet in virtutibus & donis & sacramentis, tamen se in vnum totum colligens in sacramento communionis creuit in fluium maximum. Ex isto vno fluens in totum, quod in aliis effluit diuisim, hic redundat in aquas plurimas omnis generis gratiarum. Sic enim est apud eum, ut dicit *Psal. 35.* Fons vitæ fluens ea quæ vitam suam perficiunt in nobis. Facit enim in nobis quatuor aquas fluentis commoditates: hæc enim sordida lauat, arida rigat, quæ apud nos abundant, deportat nauibus, ut vbi rara sunt, magno pretio commutentur, & ea quæ alibi abundant, & apud nos deficient, reuehit, ut defectus nostri ex illis suppleantur. Hæc omnia facit Christus ista effluxione gratiæ in hoc sacramento: gratia enim sanguinis sui lauat sordes peccatorum, dicitur *Apostolo Hebr. 9.* Omnia penè mundantur in sanguine; & sine sanguinis effusione non fit remissio. *Iuan. 1.* Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Constat autem, quod tollit, hoc est, quod abstulit sanguinis sui effusione & ablutione. *Apocal. 1.* Dilxit nos, & lauit nos à peccatis nostris sanguine suo. Hæc rigat arida nostra in aqua quæ cum sanguine exiit de larere. *Iuan. 19.* Exiit sanguis & aqua, quæ est aqua expians & rigans omnia nostra, ut plantæ diuinæ in nobis plantæ conualescant. *Ierem. 2.* Fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum. Domus enim Domini, hoc est, deitatis habitaculum, est corpus Domini à quo fons fluxus violentissimi egredietur, & irrigat totum torrentem vanitatis mundi, hoc est, locum per quem vanitas mundi consuevit ante decurrere, ad spinas peccatorum nutriendas. De quo clamat *August. O* torrens vanitatis quousque non siccaberis, quousque mundi

mundaberis: Hic enim fluxu Dominice gratie siccatu est, & dedit locum flumini Dei, quod sicut dicit *Psal. 64.* repletum est aquis: & extirpatis spinis, modo rigatur ad fecunditatem frugum iustitie & aromatum omnium virtutum. *Eccli. 24.* Dixi, Rigabo, hortum plantationum, & inebriabo partus mei fructum. *Psal. 64.* Riuos eius inebrians multiplica gemina eius: in stillicidiis eius letabitur germinans. Sic ergo rigat arida.

Euchit etiam flumen istud apud nos abundantia, ut ubi deficient, magno pretio commutentur, quæ sunt paupertas spiritus, gemitus pro peccatis, fletus, ieiunium, afflictiones, & castigationes corporis, quæ apud nos abundant & in cælo deficient, & ibi nobis pro huiusmodi magna pretia dantur. *Genes. 49.* In statione nauium figet tentoria, pertingens vsque ad sydonem. Quia omnis homo in nauibus per aquas istas euchit eas quæ dictæ sunt mercedes suas, ut in cælis pro temporalibus æterna, pro miseris beatitudinem, pro paupertate diuitias, pro laboribus commutet quietem æternam. *Eccli. 11.* Mitte panem tuum super transeuntes aquas, & post multa tempora inuenies eum: quia fluxu longo aquæ istæ redeunt, & incomparabiles diuitias nobis reportant: ideo enim sicut dicitur *Eccli. 1.* Ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur, ut iterum fluant. Fluunt enim illuc per intentionem merendi, & refluunt per mirabilem redditionem præmij. Vnde dixit *Paulus 2. Timot. 1.* Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem iustus iudex. Hoc enim totum facit fluxus gratiæ, qui fluit à Christo, qui dat gratiam vnde mereri possimus: & iterum reuehit meritum in Deum, ut semper abundantia præmio meritum nostrum commutetur. Hic etiam fluxus aduehit nobis, quod apud nos deficit, & in cælo abundat, hoc est, gaudium cordis & sancti Spiritus consolationem, & dulcedinem gustus diuinorum, & fructum quandam virtutum, ut illa fortius desideremus, & ista in quibus sumus, magis fastidiamus. *Præverb. vlt.* Facta est quasi nauis insistoris de longè portans panem suum. Ecclesia enim facta est quasi nauis insistoris, qua gubernatione Sancti Spiritus sæpè mens nostra in cælum nauigat, & deinde panis in dulcedine nos delectantis refectionem reportat. Sic ergo quatuor vtilissimè facit aquæ communicationes si fonti gratiarum communicamus. Ex hoc enim suo beneficio nobis communicato sordida nostra lauantur, & defluunt, & arida nostra rigantur & fecunda fiunt. Sic nostri labores ad ipsum referuntur & omni digni locupletatione fiunt, deliciae cælestes nobis aduehantur, & omnia nostra in dulcedinem conuertuntur. Hinc est quod dicitur *Ioan. 7.* Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Hæ enim aquæ semper fluunt & refluunt inter nos & Christum, cuius fontis communicationem habemus per sacramen-

tum. *Num. 24.* Fluet aqua de stula eius, hoc est, de sacramento, & semen eius in aquas plurimas redundabit. Hæc ergo prima communio, qua fonti omnis gratiæ per sacramentum communicamus.

CAPVT II.

Quod hoc sacramentum facit communicare Angelorum gloriæ.

Hoc etiam sacramentum nobis communicationem præstat Angelorum gloriæ. Gloria enim Angelorum consistit in reparatione ruinæ angelicæ, consistit etiam in affectu ministerij iniuncti, consistit in illuminatione diuina, & consistit in reductione in diuinam perfuisionem. Ruina autem Angelorum ex hoc reparatur sacramento: quia non reparatur nisi de his qui incorporantur Christo, sicut ipse dicit *Ioan. 3.* Nemo ascendit in cælum, nisi quid descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo. Si autem nemo ascendit nisi filius hominis, pro certo nemo ascendit nisi incorporatus filio hominis: nullus autem incorporatur corpori mystico nisi per corpus verum & sumptionem ipsius: oportet igitur, quod per corpus Christi ruina Angelorum restituatur: restituti igitur communicant gloriæ Angelorum per communionem corporis Christi *Deur. 32.* Secundum translationem. *70.* Statuit terminos populorum iuxta numerum Angelorum Dei. Termini autem illi sunt termini gloriæ Angelorum. Hinc est, quod dicuntur homines esse Angelorum: quia sunt de sorte gloriæ Angelorum. *Matth. 18.* Angeli eorum semper vident faciè Patris mei qui in cælis est. Sic etiam si fideles incorporantur Christo, perducitur ad effectum ministerij angelicum. *Hebr. 1.* dicitur: Nonne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis? Non modicum igitur gloriæ habent, quando eorum impletur ministerium. Hinc est, quod gaudere dicuntur in penitentiis peccatorum, & flere & tristari in peccatis commissorum. De primo quidem dicitur *Luc. 15.* Gaudium est Angelis Dei super vno peccatore penitentiam agente. Econtra dicitur *Isa. 33.* Angeli pacis amarè flebunt, hoc est, ad modum flentium se habebunt: quia desiderant ut Christo sibi ad custodiam commissi incorporentur, & sic redeant ad communionem gloriæ Angelorum, & sic per sacramentum & communionem ipsius ad communionem redeant Angelorum, sic participamus diuinas illuminationes: quia sicut dicit *Dionys.* Lex diuinitatis est per prima media, & per media reducere. Vnde sicut Angeli illuminantur à Christo etiam secundum humanitatem, secundum quod dicitur *1. Pet. 1.* In quem desiderant Angeli prospicere. Glossa, etiam secundum humanitatem. Sicut ergo à Christo illuminantur, ita & in illuminationes Christi reducere intendunt homines sibi commissos.

Per

Per hoc autem Christo spiritualiter incorporantur, & communionem percipiunt sanctorum Angelorum per incorporationem Christi, *Iob. 25.* Nunquid est numerus millium eius, & super quem non surget lumen eius? Sic enim homines & Angeli vnam habent communem illuminationem, & vnam cælestis ciuitatis communionem. *Apoc. 21.* Ciuitas non eget sole, neque luna, quæ illuminet eam: quoniam Deus illuminat eam, & lucerna eius agnū. Sic igitur communicant illuminationes Angelorum. Participant etiam Angelorum gloriæ in reductione ad Deum, ad quem omnis illuminator suum intendit reducere à se illuminatum. Dicit enim *Eccli. 1.* quod fons sapientiæ est verbum Dei in excelsis. Cum igitur fons sapientiæ sit primum illuminans, omnis Angelus illuminatus animas reducit ad verbum: non autem ad verbum reducuntur nisi qui verbo & lumini incorporantur. Vnde de talibus dicitur in *Psal. 88.* Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in iustitia tua exultabunt. Quia tales in lumine Dei assumpti, Christo lumini incorporaliter assimilantur & incorporantur: quia dicitur *Phil. 3.* quod reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Sic etiam gloriæ Angelorum communicamus per hoc quod hoc Christo incorporamur.

CAPVT III.

Quod hoc sacramentum facit communicare sanctis.

Dicitur iterum communio: quia nos omnibus sanctis facit communicare, ut si quid deficit in singulis, ex communibus abundantias omnium sanctorum suppleatur. Sic habemus virtutes Patriarcharum, reuelationes & illuminationes & fruitiones Prophetarum, iustitias Legislatorum, demonstrationes & præconia præconum Christi cum Ioanne Baptista demonstrantium, dignitates Apostolorum, victorias Martyrum, sanctitates Confessorum, religionem Monachorum, puritatem Anchoritarum, doctrinas saluberrimas Doctorum, munditiam Virginum, lucrum viduarum, eleemosynas domesticas, curas gentium, penitentiam lamenta penitentium, splendorem honestatis innocentium, & omnia merita sanctorum: hæc enim omnia à Christo in corpus eius mysticum fluxerunt in efficientia corporis eius & sanguinis consistunt, & de quolibet in quemlibet per charitatem Spiritus Christi referuntur & redundant. Vnde dicitur *Col. 1.* Gratias agentes Deo & patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transfudit nos in regnum filij dilectionis suæ. Per communionem enim Christi sortem omnis gratiæ communicamus cum omnibus sanctis, transfari in regnum omnium sanctorum suorum, per hoc quod corpori & sanguini eius communica-

mus: quia vnitas suorum membrorum ad cor & caput, & vna participatio spiritus Christi in omnibus membris eius naturalibus signat & causat totius corporis mystici communionem & sancti Spiritus communicationem: & sic fons gratiæ & gloriæ vniuersi cuiusque sancti communicatur aliis, ut spiritualiter impleatur in nobis quod de Ecclesia primitiuorum scribitur *Act. 4.* Gratia magna erat in omnibus eis: neque enim quisquam fuit egens inter eos: quotquot enim erant possessores agrorum, aut domorum, aut vinearum, vendebant & ponebant pretia ante pedes Apostolorum. Diuidebatur autem vnicuique prout cuique opus erat. Sic enim ad vniuersi cuiusque necessitatem & idoneitatem diuidit Spiritus corporis Christi bona sanctorum, ut omnes abundant, & nullus egens iuueniatur. *1. Corinth. 12.* Hæc omnia operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens singulis prout vult. Sic dicit *Psal. 118.* Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua, hoc est, tui corporis communionem participem me facies omnium te timentium. Sic se ditaram dicit *Psal. 15.* funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi: quia mensurantes funes nobis omnium adiciunt merita sanctorum, sicut dicit *Col. 1.* Quoniam in ipso cõdita sunt vniuersa in cælo & in terra, hoc est, in Angelis & in hominibus sanctis, visibilia, & inuisibilia, siue Throni, siue Dominationes, siue Principatus, siue Potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis: ut sit in omnibus ipse primatum tenens. Sic ergo ex ipso fluit in membra, & ex vno membrorum redundat ad aliud, propter vnam sui corporis communionem. Sicut enim in corpore naturali sanguinem & spiritum vnum membrum redundat in aliud, ita multo magis in spiritualibus membris corporis mystici vnam membrum Spiritus communionem transfundit in aliud, propter vnam sui corporis communionem. Vnde *1. Cor. 12.* Si quid paritur vnum membrum, compatiuntur omnia membra: siue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Hæc est communio sanctorum de qua dicimus in simbolo: Credo in Spiritum sanctum, sanctorum communionem, hoc est, in Spiritum sanctum, qui facit sanctorum communionem: quia sicut secundum naturam vnus est spiritus vnus corporis, ita vnus Christi corporis vnus est Spiritus sanctus, qui in totum corpus vehit vitam & virtutem, & omnia quæ sunt membris propria, facit esse communia. *Ephe. 4.* Vnum corpus, vnus spiritus. Hinc est, quod dicitur *Ezech. 1.* Spiritus vitæ erat in rotis. Sic ergo facit vnitas corporum communionem sanctorum.

CAPVT

CAPVT IV.

Quod hoc sacramentum faciat communicare passionibus mystici corporis.

Facit etiam communionem communicare passionibus mystici corporis: quia sicut dicit Apostolus. 1. Cor. 12. Si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra: sive gloriatur vnum membrum, gloriantur omnia membra. Et ideo passio vnius membri per communionem redundat in alia per misericordiam & miserationes, & ex illa communiōe fluunt in membra deficientia compassionēs cordis, consolationes oris, & subuentiones facultatum in elemosynis, & supportationes infirmitatum in adiutoris diuersis: compatiendo enim ~~capiti~~ capiti huius corporis quod ex compassione quam habuit ad nos, multis se dedit passionibus, ut nobis per effectum subueniret. Et de hac passione nos nostro capiti conformante dicit Rom. 8. Si tamen compatimur ut simul glorificemur. Hinc est, quod dicit Ieron. 3. quod sicut Christus pro nobis animam suam posuit, ita & nos pro fratribus ponere debemus animas. Quandiu enim Christus in membris patitur, nos oportet compati, si tamen corporis sancti volumus esse membra. Ideo dicit Roman. 12. Necessitatibus sanctorum communicantes. Hoc est communicare necessitatibus Christi membro, quando corde suscipimus eorum necessitatem per cordis compassionem. Hoc est iterum quod ibidem post pauca dicit: Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, id ipsum inuicem scientes. Hæc etiam communiō ab ore exhibet verbum dulcissimæ consolationis. 1. Theff. 5. Suscipite infirmos, consolamini pusillanimes, patientes estote ad omnes. Isa. 35. Dicite pusillanimes, confortamini. Eccl. 18. Nonne ardorem refrigerabit ros, sic & verbum melius quam datum. Nonne ecce verbum super datum bonum: sed vtrumque cum homine iustificato. Hoc significatum est Gen. 31. vbi Dominus dixit ad Laban tumentem contra Iacob: Cave, ne quicquam asperum loquaris aduersum Iacob. Quoniam quando in luctu tribulationis est membrum Christi, non est dicendum verbum exasperans, sed verbum consolationis. Quando enim tribulatus accipit verbum consolationis in corde, dicit illud Cant. 2. Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Et illud Cant. 4. Mel & lac sub lingua tua. Proverb. 16. Fauus mellis, composita verba, dulcedo animæ, sanitas ossium.

CAPVT V.

Quod hoc sacramentum faciat subuentionem facultatum in elemosynis.

Hæc etiam communiō facit subuentionem facultatum in elemosynis quia qui habet facultates, libenter subuenit ad hoc quod à toto corpore redundantia spiritualium pro temporalibus accipiat. Vnde ad Rom. 15. Si spiritualium eorum, hoc est, sanctorum participes facti sunt Gentiles, debent & in carnalibus ministrare eis. Hæc est enim vnius Christi corporis communiō. Vnde ibidem dicit: Non ut aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate, sicut scriptum est. Exod. 16. Qui non multum abundauit, & qui parum, non minorauit. Et loquitur de collectione mannis quod dabatur ad æqualitatem, & sicut colligens plus de manna quam oportuit, lucrum non reportauit, sed putrefactum fuit: & sicut minus colligens non deficit: ita in corpore mystico diuitiz subtractæ membris deficientibus non profunt, sed in detrimentum domini sui putrescunt: & qui parum habet, ab aliis debet accipere suarum necessitarum supplementum. 1. Ioan. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem parientem, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo charitas est patris in illo? Hinc Tob. 4. dixit filio suo: Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si parum, hoc ipsum libenter impartiri stude. Isa. 58. Cum esurideris esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, oriatur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies.

Hæc etiam communiō facit supportationes in adiutoris diuersis. Rom. 15. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere & non nobis placere. Vnusquisque proximo suo placeat in bonum ad edificationem. Gal. 6. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Hinc est, quod lex dicit Exod. 17. Si videris asinum inimici tui iacentem sub onere, non pertransibis, sed subleuabis eum cum eo. Ideo etiam dicitur Isa. 58. Dimitte eos qui contracti sunt liberos, & omne onus dirumpere. Et ibidem parum ante: Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes. Quia quicquid deprimit & aggrauat nostrum in corpore Christi commembrum, supportare debemus tanquam nostrum. Hoc signatum est. Gen. 49. Isachar, asinus fortis, vidit requiem, quod esset bona, & terram quod esset optima, & supposuit humerum ad portandum, factusque est tributus feruens. Isachar qui merces interpretatur, significat virum qui spe mercedis æternæ supportat onera proximorum. Ille enim reputat se fortem asinum, qui est animal oneriferum: quia ex debito communionis membrorum corporis Christi ad portanda onera aliorum se reputat obligatum, sicut manus obligatur pedi, & pes manui, & hæc duo oculis in corpore

pore naturali. Hic ergo statim supponit humerum supportantem onera proximorum, eod quod videt requiem æternam, quæ taliter datur laborantibus, & terram viuentium quæ datur pro talibus adiutoris: & his tributus à Deo expectatis feruit, continet sciens hoc quod dicit Sapient. 3. quod honorum laborum gloriosus est fructus. Sic ergo hæc communiō si per suum significatum diligenter attendatur, facit communicare passionibus mystici corporis.

CAPVT VI.

Quod hoc sacramentum faciat omnia nostra communia tam in spiritualibus quam in corporalibus.

Facit etiam omnia nostra communia tam in spiritualibus quam in corporalibus, ut verè impleatur in nobis quod de Ecclesia primitiuorum scriptum est: Nec quisquam quod possidebat, solum esse dicebat, sed fuerunt illis omnia communia. Hoc enim verè est habitare fratres in vnum, sicut dicit Psal. 132. Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum, ut scilicet nihil habeant à seinuicem diuisum. Qui enim ab unitate communitatis istorum membrorum diuisi sunt, proculdubio interibunt, sicut dicitur Osee 4. Particeps idolorum Ephraim, dimitte eum, separamus est conuiuium eorum, fornicatione fornicari sunt, dilexerunt asferre ignominiam fordis protectores eius. Qui enim particeps est idolorum, non communicat cum mensa Domini. 1. Cor. 10. Non potestis mensæ Domini particeps esse & mensæ demoniorum. Vnde refectorem sumens cum diabolo, communionem non habet cum mensa Domini: & idè talis dimittendus est: quia solum conuiuium separatum est à communiōe sanctorum: quia delectatione malæ concupiscentiæ fornicatus est à Deo suo, & protectores eius, qui sunt liberum arbitrium & voluntas, dilexerunt illicita, ex quibus ferunt in opere fordis ignominiam. Hinc est quod Psal. 49. dicit: Congregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia. Quia Deus istam omnium bonorum nostrorum communionem super omnia sacrificia diligit. Hoc est quod alibi dicit Psal. 101. In conueniendi populos in vnum, & reges ut seruiant Domino. Seruitium tamen nullum Deo acceptum est nisi quod in unitate communionis sanctorum est: id enim quod sic in vnum congregat communionem, amor est, non tantum congregatiuus, sed vnitiuus. Et de hac vnitate charitate scriptum est. 1. Cor. 13. quod non querit que sua sunt, sed que aliorum. Glo. Ag. dicit. Quia communi a propriis, non propria communibus anteponit. Ex hac enim communiōe habet Ecclesia, ut omnibus satisfaciatur in indulgentiis: quia quod vni deest, suppletur ex abundantia aliorum: omnis enim abundantia est in Christi corporis communiōe, in qua sicut dicitur Col. 2. omnes

D. Alb. Mag. lib. de Euchar.

thesauri sapientiæ & scientiæ Dei sunt absconditi. Hinc gratias agit Apostolus 1. Cor. 1. Gratias ago Domino, quia in omnibus diuites facti estis in illo in omni verbo & in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in nobis, ita ut nihil desit vobis in vlla gratia: ibi enim commune meritum Christi, beatæ Virginis, Angelorum, Patriarcharum, Apostolorum, Martyrum, & omne meritum electorum Dei: & idè nullus ibi pauper inuenitur: omnes enim, sicut dicitur Eccl. 44. sunt diuites in virtute pulchritudinis studium habentes. Hæc communitas est thesaurus absconditus in agro Domini corporis, sicut dicitur Matth. 13. Quem qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuersa que habet, & emit agrum illum. Et de hoc dicitur Sapient. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. Hoc est quod Psal. 89. dicit: Repleti sumus mane misericordia tua. Extulimus, & delectati sumus in omnibus diebus nostris. Quia nullum bonum est, quod in hac communiōe non inueniatur: hæc enim communiō corporis Christi est thesaurus sapientiæ Dei quæ est Christus, sicut dicitur Sapient. 7. Infinitus est thesaurus hominibus, quo qui vsi sunt, participes effecti sunt amicitie Dei. Ex hac communiōe accipit indulgentias Ecclesia, sicut diximus, defectum vnius supplet ex abundantia aliorum. Vnde 2. Cor. 1. Cui autem aliquid donastis, & ego: nam & ego quod donavi, propter vos donavi in personam Christi. Sic igitur omnia nostra facit communia, communiō sanctorum in corpore Domini.

CAPVT VII.

Quod hoc sacramentum faciat diuinorum & humanorum verissimam communionem.

Facit etiam diuinorum & humanorum hæc communiō verissimam communionem: Deus enim in ea cum omnibus bonis suis est in homine, & homo in Deo, & Deus & homo est isto modo in omnibus nobis, ut sit verum quod dicitur 1. Cor. 15. Erit Deus omnia in omnibus. Deus enim se ad nos inclinat in hac communiōe, & humana nostra in ipsum exaltat: & hoc sæpè à patribus antiquis desideratum est & oratum. Psal. 143. Domine inclina celos tuos & descende. Isa. 64. Utinam dirumperes celos, & descenderes. Et alius gaudens aliis nuntiabat Baruch. 3. dicens: Pro hoc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est, humana postea sua faciens, & diuina sua nobis largiens. In tali affectu Petrus dicit Matth. 17. Domine bonum est nos hic esse, si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moyse vnum, & Elie vnum. Gustauit enim quam dulcis fuit communiō diuinorum, & in ea delectatione tandè æternis desiderabat in gustu diuinorum permanere. Propter dignitatem illius communionis dicit Apostolus,

H Phil. 1.

Phil. 1. Cum omni gaudio deprecationem faciens super communicationem vestram in Euangelio Christi Iesu. Vnde & scribens Philomoni dicit: Semper memoriam tui faciens in orationibus meis, audiens charitatem tuam & fidem quam habes in Domino Iesu, & in omnes sanctos, ut communicatio fidei tue euidens fiat in agnitione omni boni in Christo Iesu. De ista communione dicitur *Act. 2.*

de omnibus credentibus quod erant persecutores in doctrina Apostolorum & communicatione fractionis panis & oratione. Quia communicatio fractionis panis omnium bonorum diuinorum & humanorum conferebat communicationem. Propter hæc ergo & his similia hoc sacramentum ponitur in genere communionis à patribus omnibus ante nos existentibus.



DISTINCTIO V.

Quomodo hoc sacramentum sit in genere sacrificij.

RONITUR etiam hoc sacramentum in genere sacrificiorum, & in hoc norantur quatuor, scilicet huius sacrificij auctoritas & antiquitas, huius sacrificij sanctitas, huius sacrificij acceptabilitas, huius sacrificij veritas.

CAPVT I.

De huius sacrificij auctoritate & antiquitate.

Antiquitatem autem & auctoritatem similiter imponimus: quia auctoritas partim pender ex antiquitate: dicit enim *Ambr.* quod patet nostra sacrificia esse antiquiora quam sacrificia Veteris testamenti: quia Melchisedech qui ante legem fuit, qui erat sacerdos Dei summi, panem & vinum obtulit in significatione nostri sacrificij, antequam aliquid de sacrificijs legalibus esset institutum: & quia antiquiora sunt nostra sacrificia, maiorem debent habere reuerentiam, præcipue cum in eisdem speciebus quas modo in vsu habemus, sunt oblata. De auctoritate autem dicitur in *Psal. 109.* ubi loquitur de Domino dominorum super omnem sacerdotem, dicens: Iuravit Dominus, & non penitebit eum, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Et hoc Dominus dixit postquam iam ordo Leuiticus fuerat institutus, de quo ordine in æternum mansuro nihil locutus fuerat prius in lege. Patet igitur, quod auctoritate & antiquitate & iurisdictionis confirmatione & permanentia in æternum hoc sacrificium dignum est omnibus sacramentis & sacrificijs: & ideo istud solum est, quod perfectum est & consummatum. Vnde *Hebr. 7.* dicitur: Si consummatio per sacerdotium Leuiticum erat, (populus enim sub ipso legem accepit) quid

adhuc necessarium fuit, secundum ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem, & non secundum ordinem Aaron dici? Translato enim sacerdotio, necesse est ut legis translatio fiat. Ex quo patet, quod istud est etiam antiquius, & auctoritate plenius, & sanctitate perfectius omni sacramento & sacrificio. Vnde ibidem paulò post dicitur: Reprobatio quidem sit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius & inutilitatem: nihil enim ad perfectum adduxit lex, introductio autem sit melioris spei, per quam proximamus ad Deum. Ex his quæ dicta sunt, accipitur, quod hoc sacrificium quatuor habet in se, quæ in nullo alio sacrificio simul inveniuntur. Est enim antiquitate veneratum, auctoritate diuina sancitum, iuramento confirmatum, & sua perfectione perpetuum. Antiquitate quidem: quia ab eo qui verus sacerdos erat Dei summi sine patre, sine matre, sine genealogia, assimilatus filio Dei, sicut dicitur *Hebr. 7.* Ante omnem sacrificiorum institutionem præsignatur. Auctoritate autem Dei sancitum: quia ab ipso Deo patre collatum est huiusmodi sacrificij sacerdotium, sicut dicitur *Hebr. 5.* Christus non semetipsum clarificauit ut Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Iuramento autem est confirmatum, sicut dicitur in *Psal. 109.* Iuravit Dominus, & non penitebit eum, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Sua autem perfectione est perpetuum: quia propter perfectionem istius sacrificij omnia veteris legis cum lege & sacerdotio sunt abolita, ut istud in perpetuum staretur obseruandum. Vnde *Hebr. 7.* Hic autem, eo quod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium. Vnde & saluare in perpetuum potest abcedentes per semetipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis. Ex his igitur sacrificium suæ dignitatis habet auctoritatem & venerationem præ omnibus aliis sacrificijs tam nouæ quam veteris legis.

CAPVT

CAPVT II.

De huius sacrificij sanctitate.

Habet etiam præ omnibus sacrificijs sanctitatem & sanctificationis operationem & sic illam quidem habet ex quatuor, quæ in hoc sacrificio inveniuntur, & non in alio simili. Quorum primum est, quia in omnibus est significatum. Secundum, quia omnibus aliis à Deo refutatis, voluntati diuini est acceptissimum. Tertium est, quia valore est excellentissimum. Quartum est, quia pro omnibus hominibus redimendis ipsum solum est oblatum. Quamuis enim multa fuerint sacrificia & ante legem & in lege Deo à partibus oblata, tamen istud vnum in omnibus est signatum: quia tot gratiæ sunt in eo quæ vnicuique sacrificio significari non poterant. Materia enim in qua offertur, & actus refectionis, signantur in panibus quos Angelis obtulit Abraham *Genes. 18.* Et in panibus propositionis qui offerri præcipiuntur *Exod. 25.* Et in panibus primitiarum qui præcipiuntur offerri. *Leuit. 25.* Hoc etiam signatur per panem qui paratus fuit Elize pro viatico. *3. Reg. 19.* Signatur etiam per subcinericium panem hordeaceum *Iudic. 7.* Qui visus est volui in castra Madiam, qui veniens ad tabernaculum percussit illud, & terræ penitus coarctauit. Et in omnibus illis materia istius sacrificij designatur. Per omnes autem oblationes animalium signatur Christus passus, qui in hoc sacrificio est res & signum. Qui primò signatur per agnum quem obtulit Abel *Genes. 4.* Secundò signatur per turturam & vaccam triennem, quæ obtulit Abraham. *Genes. 15.* Signatur etiam per vitulum tenerimum & optimum quem obtulit Abraham Angelis. *Genes. 18.* Signatur etiam per agnum paschalem & hœdum *Exod. 12.* Signatur per arietes & vitulos & hircos, qui in Leuitico in multis locis præcipiuntur offerri, præcipue tamen signatur per immolationem veruecis siue arietis, quem Patriarcha progenito offerebat *Genes. 22.* Signatur principaliter per holocaustum vitulæ rufæ, cuius cineribus & sanguine omnia expiabantur, & cuius sanguis per pontificem semel in anno in sancta sanctorum inferebatur, sicut dicitur *Leuit. 16.* Signatur propter diuersitatem gratiarum quas continet in omnibus sacrificijs salis, similaginis, mellis, olei, thuris, & adipis. Mel enim quamuis non sit oblatio legis, sicut dicitur *Leuit. 2.* tamen est in verbis sapientie, & ostendit dulcedinem sacrificij, quæ est in holocaustis & pacificis, quæ Domino offerebantur, sicut tangitur *Leuit. 1.* & *2.* & deinceps vsque ad *4.* & *8.* cap. Horum omnium sacrificiorum diuersitas ex maxima diuersitate tangitur *Num. 28.* Principaliter tamen signatur per iuge sacrificium agni, quod catamantè & catauesperè præcipitur offerri. *Num. 28.* Tot enim gratiarum est istud sacrificium, quod omnibus his modis adhuc

D. Alb. Mag. lib. de Eucha.

imperfectè signatur. Signatur etiam in modis oblationum: quia signatur in holocaustis & pacificis, in hostiis, in victimis, & immolationibus, quoad diuersitatem suarum operationum, de quibus continetur *Leuit. 1.* & *3.* & deinceps. Sicut enim Dominus in seipso ad nos veniens, omnia nobis attulit genera gratiarum, sicut dicitur *Ioa. 1.* Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Et ibidem: De cuius plenitudine omnes accepimus gratiam pro gratia. Ita sacrificium dedit nobis frequentandum, in quo gratia in omnibus signata superimpleretur, & nos sic liberaret ab onere legalium sacrificiorum. *Act. 15.* Hoc est onus quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus. Sic enim lex tota in vno impletur, quod est finis omnium. *Matth. 5.* Iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. *Rom. 9.* Finis legis Christus ad iustitiam omni credenti. In omnibus enim prædictis istud solum sacrificium designatur.

Quinque enim sunt in materia per quæ signatur in quinque panum generibus, scilicet naturæ puritas, naturæ sanctitas, regalis dignitas, nutrimenti efficacitas, & super inimicos omnes triumphans humilitas. Naturæ puritas signatur in tribus faris farina similæ commixtis in panem Angelorum à sapientia diuina, per quæ signatur puritas deitatis sine fursure mutationis *Iacob. 1.* Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Signatur etiam puritas anime sine fursure peccati originalis. *Sap. 8.* Sortitus sum animam bonam. Signatur etiam puritas corporis sine fursure libidinis. *Sap. 8.* Cum essem magis bonus, veni ad corpus incoquinatum. *Sap. 7.* Attingit autem ubique propter suam mundiciam. Et post pauca: Et ideo nihil inquinatum incurrit in illam. Naturæ autem sanctitas per panes signatur propositionis, de quibus dicitur *1. Reg. 21.* Non habeo panes nisi panem sanctum: si manducati sunt pueri maxime à mulieribus, manducarent. Non enim licebat illos panes comedere nisi à sanctis in loco sancto. Dignitas autem nobilitatis regalis signatur per panes primitiarum: quia primitiæ nobiliores erant inter fructus *Ierem. 2.* Sanctus Israël Domino primitiæ frugum eius. *Prouerb. 3.* Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis frugum tuarum da pauperibus. *Genes. 41.* Sumite de optimis terræ frugibus in vasis vestris, & deserte viro munera. Deus autem meus faciet vobis eum placabilem. Nutrimenti efficacitas & viatici virtus signatur in pane Elize, qui in fortitudine illius cibi ambulauit. *40. diebus & quadraginta noctibus vsque ad montem Dei Horeb.* Et ideo viaticum appellatur: quia per totam viam confortat ad ambulandum. Vnde dicitur *Iosue. 5.* Per totam viam deserti non defecit cibus mannis filiis Israël. *Ioa. 6.* Patres nostri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Sed humilitas Christi patientis & mortalitas signatur in subcinericio hordeacio, quæ humilis passio omnia castra subuertit inimicorum. *Phil. 1.* Exinanit semetipsum,

H 1 formam

formam ferui accipiens, in similitudinem hominum factus & habitu inuentus; vt homo. Humiliauit autem semetipsum factus obediens Patri vsque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum & dedit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genua flectatur caelestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus in gloria est Dei Patris. Quamuis enim humilitas durus cortex hordei videatur esse, & passio mortalitatis videatur decoctio, sub cinere tamen virtus confortatiua latet intus, quæ diabolum vincit & omnia castra subuertit inimicorum.

3. In animalibus autem, sicut diximus, significatur per agnum, hircum, hœdum, capram, vitulum, & vaccam, & arietem. In aibus vero, in turture, columba, & passere. In agno quidem propter patientis mansuetudinem. *Ierem. 11.* Et ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. In hœdo autem propter passionis causam, quæ est duplex in peccato originali & actuali. *Genes. 27.* Pergens affer mihi duos hœdos optimos, quibus libenter vescitur pater tuus, quos cum coctos intuleris, benedicet tibi pater tuus. Hircus & capra duas sequelas signant peccatorum, quas etiam Christus sua abstulit passione. Hircus enim peccati signat fœtorem in vilitate peccati per consuetudinem contractum. Capra autem per libidinem ad peccatum signat pronitatem, quæ duo sua Christus redemit passione. Vnde *Leuit. 4.* Offerit hostiam coram Domino, hircum de capris immaculatum. Solus enim Christus similitudinem carnis peccati habens & nullum peccatum, est hircus immaculatus de capris, hoc est, per peccatores & peccatrices à patribus descendens. Veruex autem siue aries dux gregis, principatum Christi in regno fidelium designat. *Proverb. 30.* Vnum de benè gradientibus est aries dux gregis, nec est qui resistat ei. *Apocal. 14.* Vidi supra montem Sion agnum stantem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Sic offertur ab Abraham *Genes. 22.* quia ibi repræsentat qualiter immortalis manet deitas, sicut Isaac, & immolatur humanitas ducis nostri gregis, quod signat aries immolatus. Commemoratio autem passionis quæ quotidie fit in oblatione huius sacrificij in altari, signatur per iuge sacrificium, quod manè fiebat & vesperè. Mane quidem ad gratiam virtutis qua manè in vita ista egemus ad meritum: vesperè autem in periculosa infirmitate, quia tunc sacramento egemus ad viaticum. De quibus duobus dicitur in *Psal. 140.* Dirigatur oratio mea sicut incensum, supple, matutinum, in conspectu tuo eleuatio manuum mearum, supple, in recommendatione animæ sacrificium vesperinum. *Ecclesi. 17.* Manè semina semen tuum, & vesperè non cesserit manus tua: quia necesse vtrum hoc vel illud citius oriatur, & si vtrumque, melius erit. In vitulis autem boum repræsentabatur hoc sacrificium propter saginæ maturitatem

& vtilitatem. Saginatus est enim vitulus omni pinguedine deuotionis. *Luc. 15.* Occidit pater vitulum saginatum: quia saluum filium recepit. Maturè etiam incedit bos & caurè, & fortiter yngulam figit. *Ezechiel. 1.* Planta pedis eorum planta pedis vituli. Vrile est ad arandum, Sic Christus caurè pedem posuit, nulli malum & omnibus bonum exemplum dando, hominum corda vomere prædicationis arauit, sicut dicitur *Proverb. 14.* Vbi multæ sunt segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis. In aibus autem, in turture quidem signatur per gemitum in oratione. *Cant. 2.* Vox turturis audita est in terra nostra. Per columbam, quia reuolare ad patriam docuit, quod præ omnibus aibus scit coluba. *Isa. 40.* Qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? In passere autem, quia fugere præsentium insidias docuit, sicut passer præsidium non habet nisi fugam. *Psal. 101.* Factus sum sicut passer solitarius, &c. *Psal. 83.* Passer inuenit sibi domum, & turtur nidum vbi reponat pullos suos. Altaria tua Domine virtutum. Sic ergo quoad hoc signatur in animalibus. In sacrificio autem vitulæ rufæ signatur ideo: quia sicut in sanguine vitulæ rufæ vniuersa expiabantur, & cum sanguine erat introitus in sancta sanctorum: ita in sanguine Christi vniuersalis fit expiatio peccatorum, & per sanguinem suum est introitus in cælum. Vnde *Hebr. 13.* Quorum animalium inferitur sanguis per porticem in sancta sanctorum, horum corpora cremantur extra castra. Propter quod & Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam in capite, in signum, quod hoc animal ad Dei sacrificia pertinebat. In omnibus autem his saluatur oblatio: quia quodlibet eorum coram Deo offerebatur antequam in toto vel in parte inderetur. Hæc autem omnia in nostro implentur sacrificio spiritaliter. Nostrum enim sacrificium totum in igne charitatis & sancti Spiritus oblatum est, & offertur quotidie. Et hoc signatum est *Genes. 8.* vbi postquam Noë de arca egressus est, quod signat salutem per baptismum, sicut dicitur *1. Pet. 3.* quod & vos simili formæ saluos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientie bonæ interrogatio in Deum. Postquam igitur sic Noë egressus est, saluatus ex aqua, ædificauit altare, & tollens de cunctis animalibus & volucris mundis, obtulit holocaustum super altare, & odoratus est Dominus odorem suauitatis: quia siue sint animalia Dei quæ laborant in laboribus necessitatum huius vite, siue sint volucres cæli, contemplatione cælestia petentes, in holocaustum per ignem charitatis & Spiritus sancti incensi in altari, hoc est, in sacrificio altaris Deo oblari in odorem suauitatis, acceptantur. Immundi autem nihil cum altari nostro habent commune: quia sacrificio nostro non sunt vniiti. *Genes. 22.* Tolle filium tuum quem di-

4. In aliis autem inanimatis Deo oblati præsignatum est hoc sacrificium sex modis. Dialectio enim rationalitatis signatur per salem: quia nihil Christus nisi congrua fecit ratione. *Leuit. 2.* In omni sacrificio offeres sal. *Matth. 5.* Bonum est sal. Et, Vos estis sal terræ. In similitudine autem signatur, propter huius sacrificij mundissimam puritatem. Vnde *Leuit. 2.* dicitur, quod de similia purissima erit sacrificium. In melle autem dulcedo signatur Spiritus sancti. *Ecclesi. 24.* Spiritus meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & fauum. In oleo autem pinguedo signatur deuotionis. *Cant. 1.* Oleum effusum nomen tuum. In thure notatur odor orationis & virtutis. *Cant. 3.* Quæ est ista quæ ascendit de deserto sicut virgula fumit ex aromatibus myrtæ & thuris? *Leuit. 1.* Adolebit super altare lignis igne supposito, holocaustum & oblationem suauissimi odoris Domino. In adipè & pinguedine signatur hoc sacrificium, quoad crassitudinis dulcedinem in Spiritu sancti interna consolatione. In sanguine autem omnis oblationis quoad opus redemptionis. *Leuit. 3.* Omnis adeps Domini erit iure perpetuo in generationibus

tionibus & cunctis habitaculis vestris. Nec sanguinem, nec adipem omnino comedetis, sed, supple, Domino offeretis. *Psal. 62.* Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum. Sic igitur in multitudine gratiarum suarum & pinguedine spiritus signatum est in sacrificiis. In nullo autem offertur fermentum: quia corruptionem signat, quæ isti non congruit sacramento.

5. In modis etiam oblationum signatur omnibus quoad diuersitatem numerosam suarum operationum. Sunt autem modi illi in vniuerso quinque, & sextus saluatur in omnibus illis. Quinque autem sunt holocausta, pacifica, hostia, victima, & immolatio. In omnibus autem istis saluatur oblatio: quia quodlibet istorum Domino offerebatur: holocaustum enim dicitur, quod totum incendebatur igne, sicut agni, iugis sacrificij, & sacrificium vitulæ rufæ. Pacifica autem dicebantur, quæ pro propitiatione pacis vel iam factæ vel proximo faciendæ cum Deo pro reconciliatione peccatorum offerebantur: & hæc non tota incendebantur, sed pars incendebatur Domino, & pars cessit sacerdoti offerenti, & pars cedebat in vsus eius qui obtulit pacifica & pro quo offerebatur. Hostia autem sicut, dicit Hesicius, vel ideo dicebatur, quod ad ostium tabernaculi ducebatur manibus offerentium impositis capiti eius, vt sic significaretur, quod per ipsam ad sancta pateret accessus. Vel ideo, quia pro vincendis velsiam victis hostibus offerebatur. Victima autem, vt idem dicit Hesicius, vel dicebatur, quia victa offerebatur: vel quia in victoria, qua homo vicisse gaudebit: quando tentatorem superauerat. Immolatio autem dicebatur, quæ cum offerretur, molam quandam habebat animal in capite, in signum, quod hoc animal ad Dei sacrificia pertinebat. In omnibus autem his saluatur oblatio: quia quodlibet eorum coram Deo offerebatur antequam in toto vel in parte inderetur. Hæc autem omnia in nostro implentur sacrificio spiritaliter. Nostrum enim sacrificium totum in igne charitatis & sancti Spiritus oblatum est, & offertur quotidie. Et hoc signatum est *Genes. 8.* vbi postquam Noë de arca egressus est, quod signat salutem per baptismum, sicut dicitur *1. Pet. 3.* quod & vos simili formæ saluos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientie bonæ interrogatio in Deum. Postquam igitur sic Noë egressus est, saluatus ex aqua, ædificauit altare, & tollens de cunctis animalibus & volucris mundis, obtulit holocaustum super altare, & odoratus est Dominus odorem suauitatis: quia siue sint animalia Dei quæ laborant in laboribus necessitatum huius vite, siue sint volucres cæli, contemplatione cælestia petentes, in holocaustum per ignem charitatis & Spiritus sancti incensi in altari, hoc est, in sacrificio altaris Deo oblari in odorem suauitatis, acceptantur. Immundi autem nihil cum altari nostro habent commune: quia sacrificio nostro non sunt vniiti. *Genes. 22.* Tolle filium tuum quem di-

D. Alb. Mag. lib. de Euchar.

ligis Isaac, & offeres eum in holocaustum super vnum montium quem dixero tibi. Mons autem ille elationem spiritus designat. Hæc hostia etiam inter omnes singulariter est pacifica, quæ pacem fecit in er nos & Deum, sicut dicitur *Ephes. 2.* Ipsa est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, in diuim pacem inimicitarum soluens in carne sua. *1. Cor. 26.* Domine dabis pacem nobis: omnia enim opera nostra operatus es nobis. *1. Cor. 16.* dicit discipulis: In mundo pressuram habebitis, in me autem pacem. Hæc etiam hostia pacifica est diuisa: quia pars Deo ad laudem offertur, pars autem pro Ecclesia laborante, & pars pro purgandis in purgatorio, sicut in ante habitis diximus. Hæc oblatio etiam vniuersimè hostia est: quia & hostis potenter deuicit, & per ostium cæli nos introduxit. De primo horum dicitur *Isa. 63.* Propugnator sum ad saluandum. Et *1. Cor. 16.* Ego vici mundum. Christus enim exiuit vincens vt vinceret. *Apocal. 6.* De secundo autem, hoc est, de introductione per ostium dicitur *Ram. 5.* Per ipsum accessum habemus ad Deum, & gloriamur in spe filiorum Dei. Hæc oblatio etiam specialiter dicitur victima: quia Christus victus obedientia Patris, voluntariè offerebatur. *Phil. 2.* Factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. His vinculis ligatus fuit, quando dixit *Matth. 26.* Non sicut ego volo, sed sicut tu vis, fiat. His vinculis ligatus fuit Paulus *Act. 20.* quando dixit: Alligatus spiritu vado in Ierusalem, ignorans quid mihi futurum sit in ea. His vinculis omnes victi sunt, qui se victimant pro Christo. *Isa. 45.* Victi manibus pergent, teque adorabunt & deprecabuntur. Ideo etiam victima dicebatur: quia in victoria offerebatur: quia in Christo omnes victimus, & mortem, & cum qui habet mortis imperium. *Hebr. 2.* Vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, & liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti. *1. Corinth. 5.* Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? stimulus autem mortis peccatum est: virtus vero peccati lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum Iesum Christum nostrum. Hæc etiam hostia singulariter immolatio vocatur: quia sicut dicit Hesicius, quod animali offerendo mola imponebatur, vt Deo sciretur esse oblata: ita Christus in oblationem sanctam signatus est à Deo Patre, & manibus offerentium. A Deo quidem, sicut dicitur *1. Cor. 7.* Hunc enim Pater signauit Deus. A manibus autem offerentium purpura, veste alba, arundine pro sceptro & corona spinea. *Ioan. 19.* Cantic. 3. Egredimini filie Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua. Ab hac mola immolationis nomen congruè accepit nostra immolatio. *Psal. 116.* Immola Deo sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua. *Psal. 116.* Circuibit & immolabo in tabernaculo eius hostiam vociferationis, cantabo & psalmum dicam Domino. In omnibus his saluatur salutaris oblatio: quia ipse summus pontifex obtulit se in omnia

H 2 hæc

hæc quæ dicta sunt, sicut dicitur *1. a. 5. 3.* Oblatus est, quia ipse voluit. Hæc autem oblatio nostra sanctificatio fuit, in qua omnes Deo Patri oblatis sumus. Vnde ipse dicit *Ioan. 17.* Ego pro eis sanctifico meipsum. Et dicit ibidem *Chrys.* quod idem est dicere, Pro eis sanctifico meipsum, ut ipsi in me fiant sancti & oblatis. Sic ergo oblatus est, quia voluit. Voluit autem: quia hoc voluit Pater, qui est origo sanctificationis & sacrificiationis: & ideo de hac voluntate dicitur *Hebr. 10.* & inducit hoc quod dicitur in *Psal. 39.* Ecce venio ut faciam, Deus, voluntatem tuam. Et subiungit Apostolus: In qua voluntate sanctificari sumus per oblationem corporis Christi semel. Ab hac oblatione qua nos quotidie in hac hostia Deo Patri offerimus ad ostium cæli, vocatur hæc hostia Missa: quia per talem oblationem nos Patri mittimur ad introducendum in cælum, non quod Filius sibi mittatur, qui semper est secum, sed quod nos in ipsa hostia Deo oblatis mittimur: & ideo iam omnibus quæ sunt de ordine Missæ ritè celebratis, clamat in Ecclesia diaconus: Ite, missa est. Ac si dicat, Hostia & nos in hostia Patri missa est, ite profectu virtutum tanquam hostiæ incorporati & ad Deum missi. Et respondet chorus, Deo gratias: quia in hoc est summum omnium gratiarum: hoc enim summum est de quo ipse Filius gratias agit Patri in tanto sacramento *Math. 26.* Accipit panem & gratias agens fregit, deditque discipulis suis, sicut in ante habitis dictum est.

Missa quare
sic dicitur.

CAPVT III.

De huius sacrificij acceptabilitate.

Considerandum modo occurrit de huius sacramenti acceptabilitate, quæ sicut dicit *August.* in 4. de Trinita. in quatuor penditur, quorum vnum positum facit, quod alia tria oportet esse accepta. In omni enim sacrificio attenditur cui offeratur, & à quo pontifice siue sacerdote, & quid offeratur, & pro quo operatur id quod offertur. Sapientia autem diuina sic est ingeniata, ut non possit esse sacrificium istud non acceptum. Offeritur enim Patri, offertur à Filio nostro pontifice. Offeritur Christus in humana natura corporis & sanguinis. Offeritur autem pro omnibus. Sapientia autem diuina oblatum vniuit offerenti: & qui offert & quod offertur, sunt vnum in esse personæ. Vniuit offerentem cum eo cui fit oblatio: quia vnum in deitate sunt Pater & Filius. Vniuit oblatum cum his pro quibus offertur: quia vnus naturæ sunt Christus & homines: & sicut si biipsum Pater Deus non potest esse non acceptus, ita pontifex offerens vnum cum Patre existens, non potest esse non acceptus. Et sicut pontifex non potest esse Patri non acceptus, ita id quod est vnum cum pontifice offerente, non potest esse non acceptum, & sic oblatio est accepta. Et sicut offerens & oblatum non potest esse non acceptum, ita hi pro

quibus offertur, non possunt esse non accepti quia vnus naturæ sunt cum oblato & cum offerente, & sanguis Christi purgavit in eis id quod solum facit non acceptum: & incorporatio sacramenti vnuit eos & oblationi & offerenti: & ideo pluribus oblationibus non indigemus: quia ista pro omnibus sufficit semel oblata. Antiqui autem multis indigebant: quia nulla in his quæ dicta sunt, fuit perfecta: & ideo nulla earum accepta. Vnde *Hebr. 9.* Neque ut sæpe offerat semetipsum quemadmodum pontifex intravit in sancta per singulos annos in sanguine alieno: alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi: nunc autem semel in consummationem sæculorum, ad destructionem peccati per hostiam suam aperuit. Et sequitur. Quemadmodum constitutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium: sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. Secundò sine peccato apparebit expectantibus se, in salutem. Sic igitur perfectissima & acceptabilissima oblatio est: quia Patri offertur, cui soli est offerendum. Sic dicitur *Exod. 20.* Non erunt tibi dii alieni præter me. *Psal.* Non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum: ego enim sum Dominus Deus. Solus filius est sacerdos huius hostiæ & oblationis ad oblationem hanc solus dignus. *Hebr. 7.* Talis enim decebat, ut nobis esset pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelso cælis factus. *Hebr. 8.* Talem habemus pontificem, qui confedit in dextera sedis magnitudinis in cælis, sanctorum minister, & tabernaculi veri, quod fuit Deus & non homo. Sequentes autem pontifices & sacerdotes & vicarij huius sunt, in quorum verbis pronuntiatis verbum increatum operatur oblationem *1. a. 61.* Vos autem sacerdotes Domini vocabimini: Ministri Dei nostri diceret vobis. Habemus sufficientissimam etiam oblationem, de qua dicitur *Hebr. 7.* quod saluare in perpetuum potest accedens per semetipsum ad Deum semper viuens ad interpellandum pro nobis. Non ergo restat nisi ut purificati offeramur in ipsa, & Patri erimus accepti. *Hebr. 4.* Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Vnum enim cum Patre est pontifex: & ideo non spernit offerentem. *Ioan. 10.* Ego & Pater vnum sumus. Et ideo non rapier quisquam de manu sua, sicut nec de manu Patris aliquid rapi potest. Sic sancti oblatis in manu Dei sunt. *Sap. 3.* Iustorum autem animæ in manu Dei sunt. Oblatis à Dei Filio, & recepti à Deo Patre. Offerens & oblatum est idem: quia *Ioan. 17.* dicit: Ego pro eis sanctifico meipsum. *Hebr. 7.* Hoc fecit semel offerendo seipsum. Oblatum cum his pro quibus offertur, vnum est: & ideo mediator vnum est nobiscum, & vnum cum Patre. 1. *Timot. 2.* Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Vnde *Hebr. 9.* Christus assistens pontifex futurorum bonorum. Et dicit Glossa: Assistens Patri, & assistens nobis. Acceptissimum

est ergo hoc sacrificium, de quo dicitur in *Psal. 50.* Acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta. Hoc enim sacrificium omnem impleuit iustitiam, & in ipso omnes oblationes & holocausta sunt perfecta & accepta. *1. a. 16.* Holocausta eorum & victimæ eorum placebant mihi super altare meum. *1. a. 60.* Offerentur super altari meo, & domum maiestatis meæ glorificabo. Hoc enim sacrificio solo domus maiestatis & efficitur & nominatur & glorificatur. *Malab. 3.* Erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia, & placebit Domino sacrificium Iuda & sacrificium Ierusalem, sicut dies sæculi, & sicut anni antiqui. Placebit quidem sicut dies sæculi: quia per omne sæculum & sæculi dies non sibi succedit alterum, propter suam omnimodam perfectionem. Placebit autem sicut anni antiqui: quia est secundum ordinem Melchisedech in annis antiquis ante legem præsignatum. Propter hæc & similia non vitamur aliquo sacrificio nisi isto vnico: quia sicut dicit *Gregor.* Hoc magis vnus proficit ad gratiam inueniendam, retinendam, & recuperandam: hoc magis desiderant mortui purgandi ad impetrandam veniam. Hoc maxime acceptat Pater ad gloriam & beatitudinem omnino sanctorum. Et hoc signatum est *Iob 11.* Iob seruus meus orabit pro vobis: faciem eius suscipiam ut non vobis imputetur stultitia. Iob enim dolens interpretatur, & signat Christum, qui dolens in cruce se obtulit pro nobis, & hoc sacrificium in Missa commemoramus.

CAPVT IV.

De huius sacrificij veritate.

Tandem videndum est de huius sacrificij veritate: hoc enim solum in se continet sacrificij veritatem, non quod alia sacrificia falsa fuerunt, sed quia alia sunt vmbra, & istud non vmbra, sed veritatem habet veri sacrificij. *Hebr. 10.* Vmbra habens læ futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum. Imago enim sacrificij in ipso vero sacrificio quiescit: quia hoc quod in signo visibili per similitudinem repræsentat, interius ad plenam æqualitatem producit & perficit in gratia. Et hanc imaginem plenæ æqualitatis non habebant sacrificia aliqua vel sacramenta veteris legis: quia etiam illud quod vmbrosè figurabant, non efficiebant per causalitatem: veritas enim multiplex est secundum multiplicationem suorum oppositorum: opponitur enim veritas falso: & sic veritatem habent omnia Veteris & Noui Testamenti sacrificia, & falsa sunt idolorum sacrificia. 1. *Cor. 10.* Quid ergo: dico quod idolum sit aliquid, aut quod idolis immolatur sit aliquid? Sed quæ immolantur gentes, demoniis immolantur & non Deo. Nolo autem vos socios esse demoniorum. Ac si dicat: Falsus Deus est idolum, falsum sacrificium quod idolo immolatur est: & ideo non dico, quod idolum sit aliquid, aut quod idolo immola-

tum sit aliquid: quia falsum, nihil & non verum idem sunt. Hoc autem modo loquendo illud sacrificium cum omnibus diuinis sacrificiis communem habet veritatem. Opponitur etiam verum impuro permixto cum natura aliena, sicut dicimus verum aurum, quod veritatem naturæ auti habet, & alij metallo non est admixtum. Et sic istud sacrificium verius est omni sacrificio: quia in se nihil nisi sacrum habet admixtum: alia autem sacrificia in se habebat quæ sanctitatis & gratiæ non erant receptibilia, sicut sunt carnes ouium & taurorum & hircorum & auium & aliorum similia. *Hebr. 10.* Eisdem ipsis hostiis quas offerunt inclinenter, quæ nunquam postunt accedere perfectos facere. *Psal.* Nunquid manducaho carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? In isto autem sacrificio totum est sanctum, sicut ipse dicit *Leuit. 19.* Sancti estote: quoniam ego sanctus sum, qui sanctifico vos Dominus Deus vester. Non enim sicut iam dictum est, sanctificat nos de sanguine vitulorum, sed de suo sanctificat nos & in suo. Hæc est veritas de qua dicitur *Ioan. 17.* Sanctifica nos in veritate, sermo tuus veritas est. Sermo autem ille fuit quo veritatem sacrificij instituit. *Psal.* Ecce enim veritatem dilexisti. Veritas etiam opponitur apparenti & non existenti, sicut vmbra apparet similitudo est corporis & veritatem illius nullam in se habens. Et sic sacramenta & sacrificia legalia vmbra fuerunt, veritatem nullam exhibentia. Istud autem solum est sacrificium veritatis: quia omne id quod signat, abundanter causat & continet in seipso per gratiam corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi. Hæc autem dicimus de his quæ essentialiter fuerunt in sacrificiis veteris legis, sicut agnus immolatus, & sicut hircus, aut vitulus immolatus, aut similia, vel oleum, vel vinum, vel sal, vel aliud huiusmodi. Quia tamen hæc ad tempus instituta erant à Deo, donec corrigerentur per verum sacrificium, ideo fides offerentium & deuotio & obedientia multa meruerunt apud Deum, quæ ab ipsa re sacrificata non efficebantur. Vnde *Hebr. 9.* talia sacrificia dicuntur iustificaciones culturæ & sanctum saculare, quod aliquando finito suo proprio saculo quo data erant, erunt in melius corrigenda. *Hebr. 9.* Sacrificia non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem solummodo in cibis & potibus & variis baptismatibus & iustitiis carnis vsque ad tempus correctionis impositis. De hac veritate quam solum habet inter sacrificia, dicitur *Ioan. 8.* Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Quia in hoc solo veritas omnes liberans inuenitur, eò quod abundanter sacrat, sicut ostendit: & ideo ipse qui nostrum sacrificium est, pontifex, dicit *Ioan. 14.* sic: Ego sum via, veritas, & vita: quia ipse est via in sacrificij signo, veritas autem in contento, & vita in exhibitio: quia sacrificium exhibet vitam per gratiam quam efficit in nobis. Est ergo via signando veritatem in sacrificiis specie. Est veritas per seipsum in sacramenti

sacramenti sanctitate. Est vita per gratiam in
in sacramenti virtute. His & similibus de
caulis nullum unquam sacrificium perfectè
Deo placuit, nisi iud. *1. a. 1.* Quo mihi mul-
titudine victimarum vestrarum, dicit Domi-
nus: Plenus sum. Holocaustomata arietum
& adipem pinguium & sanguinem vitulorum
& agnorum & hircorum nolui. *Glossa* dicit ibi-
dem interlinealis: Nunquam volui. *Psal. 39.*
Sacrificium & oblationem noluisti, corpus
autem aprasti mihi, vel aures obedientiæ sci-
licet perficisti mihi. Holocaustum & pro
peccato non postulasti: tunc dixi, Ecce venio.
In capite libri scriptum est de me vt facerem
voluntatem tuam, Deus meus volui. Ac si di-
cat: Illa propter imperfectionem suam non
placent quæ secundum legem offeruntur: &
ideo ego aures parulas habens ad obediendum
in corpore quod tu aprasti mihi animatum &
deitati vnitum, venio in sacrificio mei cor-
poris & sanguinis, totam tuam o pater vol-
untatem in sanctificando homines & satisfac-
ciendo pro ipsis perficiens, vt omnia vetera
imperfecta in vsum huius efficacis sacrificij
commutentur. Et per hunc modum arguit
Apostolus *Hebr. 10.* dicens: In capite libri

scriptum est de me, vt faciam voluntatem
tuam, Deus meus volui, superius dicens:
quia hostias & oblationes & holocausta pro
peccato noluisti, nec placita sunt tibi quæ
secundum legem offeruntur. Tunc dixi, ecce
venio, vt facerem voluntatem tuam. Aufert
primum, vt sequens statuat. *Hebr. 7.* Repro-
batio quidem sit præcedentis mandati, pro-
pter infirmitatem eius, & inutilitatem. Ni-
hil enim ad perfectum adducit lex. Introdu-
ctio enim sit melioris spei, per quam proxi-
mamus ad Deum. Et ideo etiam pater dixit
de filio *Matth. 3.* Hic est filius meus dilectus,
in quo mihi complacui. Et *Matth. 17.* Hic est
filius meus dilectus, in quo mihi bene com-
placui, ipsum audite. Quia ad placitum re-
demt Pater in sacrificio Filij de omni quam
ad nos habuit offensa, recipiens sacrificium
istud solum veritate plenissimum, & omni
redundans perfectione. Nec ultra quærit Pro-
pheta *Micha. 6.* Quid dignum offeram Do-
mino: habemus enim sacrificium dignissi-
mum & perfectissimum, quod pro omnibus
debitis nostris, & pro his quæ impetrare vo-
lumus, offeramus.



DISTINCTIO

DISTINCTIO VI.

Quomodo hoc donum sit in genere sacramenti.

TRACTATUS I.

De institutione huius sacramenti.



Is omnibus determinatis
iam restat dicere de vltimo
istius gratiæ genere, in quo
ab omnibus ponitur, quod
est sacramentum Ecclesie.
Circa quod quatuor notan-
da occurrunt, scilicet insti-
tutio, materia & forma. Et quid sit hoc sa-
cramentum, & quid res & sacramentum, &
quid res tantum. Et quartò quis sit ritus hoc
sacramentum celebrandi. Circa institutionem
quidem occurrit dicendum de causa institu-
tionis, & de tempore & de modo: hæc enim
in omni institutione sacramentali inquirun-
tur. De institutione igitur loquentes dica-
mus, quod causa instituendi hoc sacramen-
tum, quamuis multiplex sit valde, tamen
quatuor à patribus assignatæ inueniuntur,
quarum primam habet in quantum est sacra-
mentum Ecclesie. Secundam autem in quan-
tum est memoriale Christi dilectionis. Ter-
tiam in quantum est commemoratio Christi
passionis. Quartam autem in quantum est si-
gnum futuræ beatitudinis.

CAPVT I.

De causa institutionis huius sa-
cramenti.

1. Causa in-
stitutionis.

DE prima igitur dicentes dicimus, quod
digne sacramentum contra peccatum in
medicinam institutum est, & quia Euchari-
stia est sacramentum, necesse est, quod con-
tra peccatum in medicinam institutum sit:
sic enim dicitur *Ecclesi. 38.* quod Altissimus de
terra creauit medicinam, & vir prudens non
abhorrebit eam. Terra enim hæc benedictum
corpus Domini est, cuius plenitudo, plenitu-
do Dei est: quia in ipso complacuit habitare
diuinitatem corporaliter. *Col. 2.* Quia in ip-
so inhabitat omnis plenitudo diuinitatis cor-
poraliter, & estis in illo repleti. Pleni enim
sumus omni benedictione & medicina contra
peccatum ex deitate Christi: quia solus Deus
potest peccata dimittere, & contra morbum
peccati parare medicinam. Hoc signatum est

Tob. 3. vbi dicitur, quod ad curandam Saram
filiam Raguelis, & curandum Tobiam missus
est Angelus Domini sanctus Raphael, vt cu-
raret eos ambos. Sara enim princeps vel car-
bo vel velamen vel angustia interpretatur.
Raguel autem ægrotans Deo lingua nostra
dicitur, & significat Sara animam rationalem,
quæ in primo princeps omnibus intrus & ex-
tra principabatur, & postea obliuiscit sui hono-
ris per peccatum globos lucis suæ in carbo-
nem, immediatam Dei visionem in velamen,
felicitatem in angustiam commutauit. Hæc
bene Raguelis filia, hoc est, Adæ dicitur, à
quo licet non secundum animam, tamen se-
cundum corpus descendit, quod per genera-
tionem carnalem fortita est, qui pastor fuit &
Deo ægrotans soli, qui solus eum de peccato
curare potuit. Tobias autem interpretatur
ductus ad luctum, & signat à stercorebus in-
stabilis auis hirundinis, quæ alba & nigra est,
hoc est, à fortunæ bonis quæ stercore dicuntur,
ad luctum peccati & cæcitate abductos,
quibus ambobus medicina non paratur, nisi
per Christum quem signat Raphael, qui me-
dicina Dei interpretatur *Psal. 111.* Qui pro-
pitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui san-
at omnes infirmitates tuas. Qui redimit de
interitu vitam tuam. Qui coronat te in mis-
erationibus. Si enim in omnibus sacramentis
nostras Christus sanat infirmitates, maximè
tamen facit hoc in sacramento, in quo ipse
corus in deitate & humanitate & gratia con-
tinetur. Hinc est, quod etiam sacerdotes, quo-
rum officij est hoc conficere sacramentum,
medici dicuntur. *Psal. 83.* Nunquid medici
fuscitabunt & confitebuntur tibi? Ac si di-
cat: Non fuscitabunt: quia Deus solus est,
qui à peccato fuscitat: sed medici sicut mini-
stri conficiunt & exhibent medicinam. Hinc
est, quod Raphael dixit Tobie iuniori. *Tob. 6.*
Exereta hunc piscem, & cor eius, & fel, &
secur reponet tibi: sunt enim hæc necessaria
ad medicamenta vtiliter. Piscis enim ille est
Dominus Iesus Christus in aquis gratiarum
purissimarum conceptus, & secundum hu-
manitatem nutritus, qui quamuis corporali-
ter nunquam exenteratus vel exenterandus
sit, tamen spiritualiter semper exenteratur:
quia visceribus eius in charitate & misericor-

diu incorporamur, dum cum sumimus vt medicinam contra peccatum. *Exod. 12.* Caput cum intellibus & pedibus vorabit, & tunc cor eius quod est principium motuum in charitate, & fel quod est amaritudo passionis eius, & iecur quod est principium nutrimenti in sacramento quod nobis in edulium præparauit, confert nobis in diuersa medicamenta contra peccati infirmitates.

Institutionis etiam causa fuit vt esset signum dilectionis nulla vnquam obliuione delectabilis: quis enim vnquam obliuiscetur, quod cum Filius Dei seipsum nobis dedisset vt esset nobiscum quando venit in mundum, quod tunc recedens de mundo se nobis dedit vt esset in vnoquoque nostrum, cui non incorporatur, sed quem ipse sibi incorporat. Sic enim est in nobis vt nos simus in ipso, ipse enim in nobis sacramentaliter, vt nos in ipso simus incorporati. Sic enim dicit *Ioan. 15.* Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Quia sine me nihil potestis facere. Nec enim est necessarium, quod fiat in nobis quod dicitur *Exod. 17.* quod dicimus: Est ne Deus in nobis? Quia scimus, quod per sacramentum charitatis verissime & sacramentaliter in nobis est. *Ioan. 17.* Tu pater in me, & ego in eis, vt sint in vnum consummati. Et iterum ibidem post pauca: Vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis. Caro enim Filij in sacramento est liber in quo scriptum est verbum æterni Patris: & idem cibatur ipso ad memoriam charitatis & veritatis, quæ semper legimus in hoc libro sicut in signo perfectæ dilectionis & veritatis: quia Christus verè dilexit nos. *Ezech. 3.* Venter tuus comedet, & viscera tua replebuntur volumine isto, quod ego do tibi. Et comedi illud, & factum est in ore meo quasi mel dulce. Quis enim inestimabili non afficiatur dulcedine, quando scit se intra viscera corporaliter & sacramentaliter habere verbum Dei Patris inscriptum multis inuolutionibus corporis & sanguinis, & credit desiderium suum illo cibo compleri? *Apoc. 10.* Accepi librum de manu Angeli, & deuoravi illum: & erat in ore meo tanquam mel dulce. Et cum deuorasssem eum, amaricatus est venter meus. Vbi liber signat verbi in carnem & sanguinem inscriptionem. Libri autem inuolutio multam quam in miseris carnis sustinuit inuolutionem. Deuoratio sumendi desiderium. Dulcedo saporis diuinæ dulcedinis condimentum. Venter autem affectum. Sed amaritudo ventris signat nostræ ad hoc sacramentum dissimilitudinis contrarietatem, quæ in nobis excitat amaritudinem: quia contraria iuxta se posita magis elucescunt: & dum gustamus sacramenti dulcedinem, tunc magis nostræ dissimilitudinis ad ipsum sentimus amaritudinem.

Tertia causa quam habet in quantum est commemoratio Christi passionis est, quod in ipso celebratur mysterialiter Christi passio, quæ semper debet esse nobis præ oculis. Et hoc quidem signatum est *Num. 21.* vbi dicitur: Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo in palo: qui percussus aspexerit eum,

viuet. Qui enim ante cordis oculos habet passionem crucis, non lædetur a serpente: & si percussus est, sanatur. Qui autem in oculis serpentem non habuerit, perit a morsu serpentis. Dedit ergo signum hoc sacramentum, vt in ipso ad oculos reuocetur Christi passio: & sic omnes medicinam inueniamus contra morsum antiqui serpentis. Hoc est quod dicitur *1/a. 11.* Erit radix Iesse qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur. Et erit sepulchrum eius gloriosum. Radix enim Iesse, quæ interpretatur incendium, est Christus Dominus incendio charitatis se decoquens in igne passionis, & nobis se communicans, qui in altari eleuatus in signum populorum sicut exaltatus fuit in cruce, ita eleuatur à manibus sacerdotis, vt signi crucis & exaltationis quotidie fiat memoria: & idem ipsum sic eleuatum gentes deprecabuntur, sicut penitentes cum Centurione deprecari sunt in cruce reuertentes in ciuitatem, & percutientes pectora sua, sicut dicitur *Luc. 23.* Et sepulchrum eius quo conditur & absconditur, scilicet formæ sacramentales, erit gloriosum: quia in ipso conditum adoramus Dominum Iesum Christum. Vnde etiam ritus qui vsque hodie seruat in Ecclesiis, prædictus est *1/a. 18.* vbi dicitur: Cum eleuatum fuerit signum in montibus, videbitis & clangorè tubæ audietis. Summa enim sanctitas sacerdotum & Angelorum huius passionis memoriale celebrantium, montes dicuntur, & cum confectum est corpus Domini, eleuatur ab omnibus adorandum. Ad quod videndum omnis multitudo occurrit fidelium: & qui non sunt præsentis, audiunt clangorem campanarum, vt simili veneratione recipiant Dominum venientem, & suam in cruce exaltationem iterum ostendentem. *1/a. 19.* Erit in signum & testimonium Domino in terra Egypti: quia per hoc signum continuè ad memoriam reducit, qualiter in cruce fuit exaltatus & omnia traxit ad seipsum. *Hebr. 12.* Aspicientes in auctorem fidei & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem.

Quarta causa: quia est institutum in signum futuræ beatitudinis, de quo licet quædam ex verbis *Dionysij* in præhabitis dicta sint, tamen adhuc ad ædificationem quædam restant dicenda. Id enim quod nunc in sacramentali specie percipiendo Christum agimus, signum est qualiter eundem aliquando secundum dulcedinem suæ deitatis in cælesti beatitudine percipimus, sicut beatus dicit *Gregor.* Sicut enim templum & omnis ornatu eius sunt signa parabolica cælestis pulchritudinis, & sicut splendor vestium pontificalium & sacerdotalium & aliorum ministrorum signa sunt parabolica amictus illius quo lumine & decore diuino in cælis erunt beati induti: ita & perceptio Eucharistiæ signum est perfectissimum perceptionis illius qua in beatitudine dulcedinem Iesu Christi & Patris & Spiritus sancti percipimus. Sic enim ordo iste Ecclesiasticus de cælo descendit, quod visibilibus istis inuisibilia demonstraret. *Exod. 25.* Inspice, & fac secundum exemplar

exemplar, quod tibi in monte monstratum est. *Hebr. 8.* Responsum est Moyse cum consummarer, vide, omnia facito secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Sicut dicit *Ioan. Apoc. 21.* quod vidit ciuitatem sanctam Ierusalem nouam, quæ omnem dispositionem Ecclesiasticam præterdit, de cælo descendente à Deo, paratam tanquam sponsam, ornatam viro suo. Sicut dicitur *Iob 38.* Nunquid nosti ordinem cæli, & rationem eius pones in terra? Si ergo hæc ab ordine cæli descendere, tunc proculdubio ad hoc instituta sunt, vt pulchritudinem cælestem designent, maxime autem & maximum quod est in cælo signum, erit id quod in Ecclesiasticis est maximum. Constat autem, quod maximum est dignitate illud propter quod omnia alia fiunt & obseruantur. Hoc autem est Eucharistiæ diuinæ perfectio & perceptio: & maximum quod est in cælo, est perceptio dulcedinis diuinæ sine medio: perceptio igitur Eucharistiæ perceptione dulcedinis diuinæ signabit, & ad hanc significandam est à Deo instituta. Propter quod *Matth. 26.* & *Luc. 22.* semper istam perceptionem in sacramenti specie ad dulcedinem cælestis fruitionem continuauit, dicens: Non bibam amodo de hoc genimine vitis, vsque dum bibam illud nouum vobiscum in regno meo. Genimen enim vitis sacramentum est sub vini specie. Nouum autem in regno Dei est sub gaudijs diuini veritate. Vnde *Matth. 26.* Dico autem vobis: Non bibam amodo de hoc genimine vitis vsque in diem illum, cum illud vobiscum bibam nouum in regno Patris mei. Quia sicut hæc sacramentaliter bibit in gratia, ita in die illustrationis plenæ gloriæ bibit cum suis in gloria fruendo bonis diuinis & in gratia & in gloria. Vnde *Greg. super Iob 38.* Dum se fruitur, nullo bono indiget. Et simile huic *Matth. 14.* icit etiam *Marcus.* Sed *Luc. 22.* dicit sic: Dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis huius, donec veniat regnum Dei. Venit autem regnum Dei per manifestationem in cælesti beatitudine. Hoc signatum est *Iob 3.* vbi dicitur, quod stillabunt montes dulcedinem. Hoc enim contingeret, quando illi benedicti montes, Pater & Filius & Spiritus sanctus, naturalem dulcedinem omnibus beatis instillabunt, in qua dulcedine perfectam habebunt beatitudinem, de cætero, nunquam miseri futuri. Sic igitur hoc sacramentum est in signum futuræ beatitudinis institutum.

CAPVT II.

De necessitate huius institutionis sacramenti.

Necessitas autem institutionis sacramenti quibusdam aliquando venit in dubium. Potest autem aliquis obicere & dicere, quod cum omnis gratia sacramentalis quantum ad suum substantialem effectum

ordinetur contra peccatum, in quo differt gratia sacramentalis à gratia virtutum & donorum, & cum peccatum sufficientem accipiat medicinam ex gratia aliorum sacramentorum, & nihil sit superfluum in numero gratiarum sacramentalium, videtur quod istud superfluit sacramentum. Peccatum enim aut in se, aut in reliquiis consideratur. In se autem consideratur in specie, vel in genere, secundum quod dicimus, quod est originale, vel actuale. Reliquiæ autem sunt vel ex penis in quas ex peccato incidimus, quæ sunt difficultas faciendi bonum, & pronitas ad malum, siue ex infirmitate, siue ex ignorantia causata, & reliquiæ quæ sunt remanentiæ debilitatis & corruptionis in corpore & anima. Contra originale autem sufficiens est medicina baptismus. Contra autem pronitatem excipiendam ne ruat in præceptis, sufficiens medicina est matrimonium. Contra autem eandem pronitatem minuendam, & ad fortitudinem faciendi bonum & standi in bono augendam, sufficiens est medicina confirmatio. Et contra peccatum actuale cum differentiis suis, sufficiens est medicina penitentia. Et contra reliquias in corpore & anima remanentes ex vitroque peccato, sufficiens est medicina extrema vnctio. Nec Eucharistia potest esse sacramentum sicut est sacramentum ordo: quia hoc est sacramentum constituens in gradu potestatis & dignitatis, quo gradu conferuntur & dispensantur omnia Ecclesiastica sacramenta: & idem videtur quibusdam illud non esse sacramentum, sed potius inenarrabile donum liberalitatis diuinæ, quo diuina largitas signare voluit ex perceptione præsentium munus quid in futurum & quam magnum donum expectare debeamus. Hoc autem dictum stare non potest: quia ab omnibus doctoribus *August.* *Hieronym.* *Ambr.* *Hilar.* & à Græcis, *Ioanne Chryso.* & *Basilio.* & *Greg. Nazianzeno.* computatur Eucharistia inter nouæ legis sacramenta. Adhuc autem si Eucharistia sacramentum non esset, non essent septem nouæ gratiæ & legis sacramenta. Adhuc autem cum in omnibus sacramentis passio & sanguis Christi operentur contra peccati defectum, valde videretur mirabile & nihilominus improbabile, quod in Eucharistia in qua principaliter passio Christi commemoratur & sanguis cum corpore sumitur, non esset aliqua operatio medicinalis contra peccati morbum: & ideo pro certo tenendum est, quod nihil est quod isti dicunt, præcipue cum *Glossa Mar. 14.* super illud, Et accipiens panem gratias egit, dicat quod Christus Patri gratias egit de tanto sacramento.

Idem dixerunt alij, sicut *Præpositus* & *Guilielmus Ansfiodorensis*, & *Stephanus Cantuarien.* & *Cantor magnus Parisiensis*, quod in veritate Eucharistia sacramentum est principalis dignitatis inter sacramenta. Est tamen etiam donum Dei, sicut ostendimus in secundo huius partis tractatu. Et dicunt sicut in prima obiectione proponitur, quod gratia sacramentalis substantialiter & principaliter ordinatur in peccati medicinam, vel in se, vel

in reliquiis, vel in effectu peccati. Sed dicunt, quod illa diuisio quam ponit obiectio, insufficientis est: quia præter illa quæ ibi commemorantur, est etiam veniale de genere & specie peccatorum: & dicunt, quod contra illa ordinatur Eucharistia, quæ venialia peccata dicuntur. Dicunt etiam hoc probando per signum veritatis in dicto eorum, quod venialia signantur per puluerem pedum, hoc est, affectuum, qui minutus adhæret manibus ad patriam in hoc exilio. Christus autem ut signaret sacramentum hoc valere contra veniale, ante collationem Eucharistiæ lauit pedes discipulorum. *Joan. 13* Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, hoc est, affectus ad exteriorum venialium, & est mundus totus. Hæc autem opinio sicut & prima non est vera: quamvis enim venialia remittantur in perceptione Eucharistiæ, tamen non est contra ea substantialiter & principali operatione ordinatum, sicut etiam remittuntur in baptismo & in aliis sacramentis, quamvis contra ea non sint essentialiter & principali operatione ordinata. Oportet autem, quod aliquod vñ sit in peccato, contra quod istud sacramentum principaliter ordinatur, & quod per alia sacramenta non efficiatur principali operatione. Adhuc autem veniale peccatum non est peccatum simpliciter, sed potius quædam ad peccatum dispositio: quia cum dicitur veniale peccatum, est ibi oppositio in adiecto: quia peccatum secundum sui perfectam rationem dicit defectum boni in actione, reatu & accusatione dignum: veniale autem priuat reatum & accusationem: quia veniale est, cuius reatus nullus est, & accusatio non debet attendi: igitur veniale non est simpliciter morbus: & sic contra illum non debet aliqua vna & essentialis medicina ordinari. Sed sicut est non peccatum simpliciter, sed dispositio ad peccatum, ita non vnum, sed multa habet remedia in contrarium disponentia, sicut est aqua benedicta, unctio pectoris, confessio communis in Prima, & ante Missam, & in Completorio, benedictio Episcopalis, & huiusmodi: non est ergo aliquid speciale remedium contra hoc ordinatum.

Hæc igitur considerando dicimus, quod in veritate Eucharistia est sacramentum, & est contra peccatum in sua gratia quam substantialiter principaliter confert ordinatum: sed non est ordinatum contra veniale peccatum, sicut valde theologice probant rationes inductæ. Sed dicimus cum obiectione prima, quod omnis gratia sacramentalis contra peccatum vel aliquid quod est in peccato, est ordinata: & bene concedimus, quod contra originale ordinatur baptisimus: & si alia peccata remittuntur in baptismo, hoc est ex consequenti, & non ex ordine sacramenti. Consequens autem vocamus quod dicit *Ambrosius*, quia impius est à Deo dimidiam sperare veniam. Et ideo cum gratia datur contra originale, ex ratione gratiæ est, quod nullum peccatum in anima cum gratia remaneat: & ideo omnia peccata delet tam originale quam actuale: sed hoc non est ex sacramento, sed ex ratione gratiæ gratum facientis, quæ se-

cum non dimittit esse peccatum mortale in anima. Gratiam autem gratum facientem confert baptisimus. Bene etiam concedimus, quod penitentia per eundem modum etiam ordinatur contra actuale. Reliquiæ autem quæ relinquuntur ex peccato, sunt secundum primam diuisionem duplices. Vna autem pars reliquiarum facit ad malum pronitatem, siue ex impotentia boni, siue ex ignorantia, siue etiam ex libidine ad malum. Alia autem pars reliquiarum est ex longo defectu boni. Ex prima autem parte reliquiarum duo incurrit homo incommoda, quorum vnum est, ut dicit *Augustinus*, concupiscentia ruitura in præceptis, nisi in actum prolapsa, aliqua honestate excipiat. Et contra hanc ordinatur medicina matrimonij: quia concupiscentia ruitura in præceptis, in actum concubitus progressa, excipitur honestate nuptiarum, vel fide thori, vel signo sacramenti, vel spe prolis, vel duobus his aut certe tribus excusata. Si autem concupiscentia non progreditur in actum, tunc duobus modis attenditur: aut enim consideratur in ipsa pronitate sola ad malum & difficultate ad bonum, & sic contra ipsam est medicina confirmationis: aut consideratur secundum id quod relinquitur in viribus animæ & membris corporis, scilicet impedimentum gratiæ & gloriæ, quod est mala dispositio impediens vtrumque, & sic contra reliquias illas extrema vnctio ordinatur. Si autem considerentur reliquias secundum defectum boni, cuius longus defectus inedia inducit boni naturalis secundum destitutionem sui in seipso, sicut longus defectus cibi inducit inedia & defectum boni corporis in seipso, sic contra reliquias peccati ordinatur sacramentum Eucharistiæ per modum medicinæ: dicit enim *Augustinus*, quod fames & sitis infirmitates sunt, contra quas infirmitates sumenda sunt alimenta quemadmodum medicamenta: & sicut hic dicitur de fame & siti corporalibus, ita intelligendum est de fame & siti spiritualibus. *Amos 8*. Mittam in eos famem & sitim, & non famem panis, neque sitim aquæ, sed audienti verbum Dei. Et sic inedia edulij spiritualis cibi & sitis destitutionem & inedia inducunt spiritualis vitæ & principiorum eius, quæ inedia causatur ex peccato: & contra hanc substantiali operatione ordinatur cibus sacramenti Eucharistiæ, sicut in præmissis in tertio huius operis tractatu per multa est probatum. Et ex hoc etiam patet solutio obiectionis quæ facta est ad hoc quod Eucharistia non sit sacramentum.

De opinionibus autem quæ inductæ sunt, dicimus quod satis per rationes theologicas probatum est, quod illæ opiniones non habent per se satis conuenientem rationem: & ideo concedimus, quod falsæ sunt & sine ratione positæ. Ex omnibus quæ dicta sunt, patet, quod necessitas institutionis huius sacramenti est medicina contra peccatum, & contra defectum peccati quem incurrit homo ex longa abstinentia cibi spiritualis: contra hunc defectum nullam aliam propriam, & singularem vel essentialem medicinam habemus, nisi

Super Genes. lib. 9. c. 7.

nisi istam quæ per se est cibus spiritualis, sicut in antè habitis dictum est, & sicut dicitur *Isa. 65*. Serui mei comedent, & vos esurietis: serui mei bibent, & vos sitietis. Et in *Ps. 122*. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Tribulationes enim nostri sunt demones, cibum spiritualem auferentes. Contra quod malum famis & sitis hæc mensa paratur. Hoc etiam signatum est *Tob. 6*. vbi dixit Raphaël, qui medicina Dei vocatur, de pisce quem exenterari præceperat. Cordis eius particulam si super carbonem ponas, fumus eius extrahit omne genus demoniorum, siue à viro, siue à muliere, ita ut non accedat ultra ad eos. Et fel valet ad vngendos oculos, in quibus fuerit albugo, & sanabuntur. Quamvis enim cor Domini incisum per partes non fuerit, tamen non minima eius cordis particula est Eucharistia, quam nobis ex tanta cordis sui dedit charitate. Non minima etiam cordis eius particula est sanguis, qui de latere cordis fluxit. Hæc particule super carbonem ponuntur, quando in igne cordis nostri beneficia cordis Domini nobis impensa recordantur: carbonem enim sunt beneficia & iudicia charitatis Dei quæ nos incendunt, & in his carbonibus fumar per deuotionem, ita quod fumum istum demones sustinere non possunt. Id autem quod sic assum est, reficit ad omnem restaurationem spirituum in nobis. *Exod. 12*. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed tantum assum igni. Fel autem amaritudo est passionis, in cuius commemorationem hoc sacramentum celebratur, quod pro certo illuminat oculos spirituales lumine gratiæ, & veritatis, ita quod omnis albugo tollatur in oculis cordis de mundi vanitate contracta. *1. Cor. 3*. Cum conuersus fuerit quis ad Dominum, auferetur velamen: Deus enim spiritus est. Sic ergo hoc sacramentum est institutum in medicinam. *Sap. 16*. Non herba neque magis curabat eos, sed sermo tuus qui sanat omnia. Sermo, inquam, in virtute istius sacramenti. *Psal. 3*. Miser verbum suum, & sanauit eos, & liberauit eos de interitionibus eorum. Verbum istud in velamine cibi mittit in omni Missa. Propter quod etiam finita Missa clamatur Diaconus. Ite, Missa est. Et propter hanc missionem qua hostiam in cibum mittit ad nos, quam & nos sumptam & nos eidem incorporatos remittimus ad eum, missa, nomen Missæ accepit. Et de hoc exclamatur in laudibus. *Psal. 110*. Memorian fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus, escam dedit timencibus se. Et iterum. *Psal. 103*. Omnia à te expectant ut des illis escam in tempore. Dant te illis colligent, &c.

CAPVT III.

De tempore institutionis huius sacramenti.

Videndum est post hæc de tempore institutionis huius sacramenti. Dicunt enim *D. Alb. Mag. lib. de Euchar.*

Triplex causa est Eucharistiæ in lege gratiæ idem instituit.

quidam mysteria Dei irridentes, quod si hoc sacramentum in medicina morbi quem ex inedia incurrit homo, institutum est, tunc statim facta peccato debuit à principio mundi institui. Hi autem illudores sunt & non aduertunt, quod etiam in cibo corporali non semper est hora comedendi. Oportet enim in hora comedendi tria attendere. Vnum quidem est abstinentia præcedenti desiderium famis. Secundum autem, quod in corpore consumptus sit malus chymus, si ille in corpore est per cibum malè ante comestum. Tertium autem est hora illa qua etiam virtute cælesti iuuantur vires corporis ad cibi sumptionem & profectum. Vnde antequam cibus iste daretur, oportuit quod desiderium famis in ipsum excitaretur, & quod sentiret homo, quod sine isto edulio reparari non poterat. Et ideo quandiu per bona naturæ in naturali lege refici præsumptis, cibus iste non parabatur, & quandiu per bona legis factorum refici putabatur, non parabatur cibus, sed significabatur tam in lege naturæ, quam in lege Moysei. In lege quidem naturæ per panes Angelorum, quos Abraham fecit. *Genes. 18*. In lege autem Moysei per panes propositionum *Exod. 25*. Quando autem famem sensit, & vidit, quod aliunde refici non potuit, tunc sub lege gratiæ iste cibus paratus fuit. Et hoc est quod sub typo humani generis dixit filius prodigus *Luc. 15*. Quanti mercenarij in domo Patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereor. Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam ei, &c. *Thren. 4*. Paruuli perierunt panem, & non erat qui frangeret eis. *Thren. 2*. Maribus suis dixerunt: Vbi est triticum & vinum, cum deficerent quasi vulnerati in plateis ciuitatis: cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum propter sterilitatem & tempestatem famis. Hoc ergo sensu fame excitata in hominibus statim parabatur iste cibus: fastidientibus enim non debebat ingeri, &c.

Similiter autem sicut dicitur secunda causa: quia chymus valde malus creatus erat in homine ex comestione vetiti, qui nullo modo fuit tenendus in corpore cum cibo sancto: & ideo expediebat, quod ille prius per longam abstinentiam consumeretur: & tunc demum cibus sanitaris præpararetur. Oportuit ergo, quod expulsus & euacuatus homo sumeret antequam cibus iste præpararetur: hæc autem euacuatio fuerunt legis austeritas, & prophetiæ exhortatio: & tunc demum expulso malo chymo, qui ex vetito creatus fuerat, cibus gratiæ perfecte sanitatis parabatur. *Eccles. 31*. Si coactus fueris in edendo multum, surge à medio, & euotie, & refrigerabit te, & non adduces corpori tuo infirmitatem. Ideo dicitur *Prou. 30*. Sapiens filius vomentis. Quia pro certo per confessionem & antidotum penitentiarum felles humores sunt euomendi antequam salutaris cibus exhibeatur. Et ideo oportuit differri hunc cibum vsque dum felles humor & pestiferus chymus ex gustu vetiti contractus, sentiretur per infirmitatem, & medicina requireretur, & tunc vomeretur: & tunc euacuato ab illis cibus homini pararetur & exhiberetur. Et hæc est secunda causa.

Adhuc

Adhuc tertia causa est, quod non erat parandus cibus donec virtute cælesti natura ad fumendum cibum iuaueretur: quoad enim sol in meridie ascendit, calorem naturalem de intimis euocat ad exteriora, & relinquuntur locus digestionis frigidus & destitutus: & ideo quando post meridiem quando frigus incipit obrepere membris exterioribus, ex subtractione caloris luminis solis, tunc calor reuertitur ad interiora, & spiritus & confortant locum digestionis, & secundum naturam fumendus est cibus. Vnde etiam Petrus *Act. 2.* arguit Apostolos esse sobrios ex hora tertia diei dicens. Non enim sicut vos putatis, isti ebrii sunt, cum sit hora diei tertia: quia in tertia sol ascendit, & calorem de medullis corporis ad exteriora ducit, & nutrimentum iam digestum secum trahit ad nutrimentum membrorum: & tunc fluxus nutrimenti ad membra non est impediendus per alterius cibi sumptionem: sed quando præcedens cibus membris per calorem & motum solis inuectus est, tunc alius cibus sumendus est: non est autem inuectus quando sol & calor ascendunt secundum naturam: quia motus ascensionis luminis & caloris solis, motus est euocatus nutrimenti ad organa exteriora: & ideo post occasum solis à meridie fumendus est cibus secundum naturam motus cælestis, sicut dicunt boni medici, qui vim naturæ & caloræ ad cælestem referunt circulum. Et similiter est in die mundi, quod antequam sol inclinaret à meridie, hoc est, in fine mundi, non erat parandus cibus salutaris: tunc enim in vespere mundi paratus iam membris vacuis ingeritur cibus salutaris: & tunc auidè appetitur & salubriter accipitur: & tunc Dominus noster cibum salutarem parauit: & ideo cæna Domini dicitur, & non prandium: quia in fine mundi parata hæc cæna aliam se sequentem non habebit. *Matth. 22.* Quidam homo fecit cænam magnam, & vocauit multos. *Luc. 14.* Homo quidam fecit cænam magnam, &c. *Apo. 3.* Si quis aperuerit mihi, intrabo, & cæna cum eo, & ipse mecum. Et ideo etiam iste cibus dicitur cæna *Ioan. 13.* Surgit à cæna, & ponit vestimenta sua, hoc est, corporis indumenta, & per singulos cepit lauare discipulos. Hoc etiam signatum est *Matth. 26.* & *Marc. 14.* vbi dicitur, quod vespere factò discubuit cum duodecim: quia licet statim post meridiem sit pro certo quantum ad motum cæli comedendum, tamen adhuc salubre est abstinere vsque ad vespere, donec sumi præcedentis cibi consumantur, & nutrimentum bene membris vniantur. Et ideo sapientes comedunt post meridiem parum ante vespere: quia tunc statim residet cibus in locum digestionis, & calor subducto exteriori radio solis recedit ab exterioribus corporis, & obrepente frigore in exterioribus corporis calor interior in loco digestionis concluditur, & frigiditas exterior inducit somnum, in quo cibus fortiter digeratur, & sic digestus in aurora solis calore redente iterum membris nutriendis per motum solis inuectatur. Et ideo manè comedentes reprehenduntur: quia rem committunt innaturalem & stultam, quæ est contra rationem. *Ecc. 10.* Vx

terre cuius rex puer est, & cuius principes manè comedunt, non ad necessitatem, sed ad ebrietatem. *Isa. 5.* Vx qui confurgitis manè ad ebrietatem secundam & potandum vsque ad vespere, ut vino æstuetis. Dominus ergo ea quæ sunt naturæ volens conformate his quæ sunt gratiæ, voluit in vespere mundi cibum suum parare, ut per hoc infrugalis homo disceret abstinenciam, & qualiter se per abstinenciam parate deberet ad cibum salutarem. Et hoc signans dicit Apostolis. *1. Cor. 11.* Primum quidem conuenientibus vobis in Ecclesia iam non est Dominicæ cænam manducare. Vnusquisque enim suam cænam præsumit ad manducandum, & alius quidem esurit, alius autem ebrius est, non enim expedit nec est honestum crapulam fururitaris hesternæ eructare super cænam Domini, sed cum desiderio famis exinanito corpore ad cænam Domini accedere: sic enim ut dicitur *Matth. 5.* Beati sunt qui esuriunt & sitiunt iustitiam, hoc est, hanc plenam iustitiæ cænam: quoniam ipsi saturabuntur. His ergo tribus de causis tempus institutioni congruum fuit finis mundi, quando sol iam cepit vergere ad occasum. Sic enim dicitur *Ecc. 3.* Omnia tempus habent, & suis spatiis transiunt vniuersa, &c.

CAPVT IV.

De modo institutionis huius sacramenti.

Quartò de modo institutionis huius sacramenti est videndum. In modo autem illo oportet, quod verba Domini attendantur: quia ex quibusdam eorum accipitur modus institutionis, & ex quibusdam collatio potestatis ex ordine hoc sacramentum celebrandi, & ex quibusdam accipitur iniunctio vsus sacramenti istius in Ecclesia. Ex hoc enim quod dicit: Accipite, sicut dicitur *Matth. 26.* vel sumite, sicut dicitur *Marc. 14.* vel sicut dicitur *Luc. 22.* Accipite & diuidite inter vos, pro certo cum portexerit sacramentum intelligitur sacramenti institutio: non enim portexerit tantum panem, sed porrigendo panem, in ipsa porrectione dixit formam transsubstantiantem, & sic porrigendo eis sacramentum significauit à se procedere in personas Ecclesiasticas: & hoc est institueri sacramentum. Et hoc verum esse ostenditur per verba Apostoli. *1. Cor. 11.* vbi sic dicit: Ego enim accipi à Domino quod & tradidi vobis: quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit & dixit: Accipite & manducate. Ex quo accipitur, quod porrigendo sacramentum instituit in tali materia & in tali forma, sicut tenetur in Ecclesia. Non enim potuit aliud intendere porrigendo nisi institutionem: quia porrigendo signauit hoc sacramentum ex sua auctoritate procedere, & processum istum verbo accptionis in imperatiuo posuit expressè dicendo: Accipite vel sumite. Et ex hoc modo inestimabile donum nobis confertur. *Ep. 4.* Dedit dona hominibus. Et ideo dicitur *Sap. 3.* Dabitur illi dei donum

donum electum, & fors in templo Dei acceptissima. Nullum enim sanctificationis nostræ donum electius est, quam in quo ipse secundum omnia quæ in ipso sunt, dat seipsum in diuinis & humanis, nec aliqua fors in templo acceptabilior esse potest, quam potestas conficiendi corpus Christi & ipsum communicandi fidelibus. Hoc autem modo donationis virtus instituendo sacramentum, ut ostendat, quod ex sua liberali & gratuita largitate procedit, & intima charitate, qua in nobis per hunc modum communionis esse voluit, verificans hoc quod dixit *Proverb. 8.* Deliciae meæ esse cum filiis hominum. Sic enim substantiæ suæ & vitæ & gratiæ sumus participes, quibus caret qui non communicat. *Ioan. 6.* Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Vnde in hoc fecit quod *Sap. 16.* dicitur. Substantiam enim tuam & dulcedinem tuam quam in filios habes, ostendebas, & voluntati vniuscuiusque eorum deseruiens, ad quod quisque volebat conuertebatur. In modo ergo constituendi gratuitam dulcedinem indicat, quando imperium quod importatur in imperatiuo, dono largissimo nobis dato dulcorauit, ostendens quod dixit *Psal. 67.* Parausti in dulcedine tua pauperi Deus. Leuissimum enim institutionis imperium quod princeps instituere vel facere potest, est quod dicit. Accipite, quando donum suæ dat magnificentiam, quod omnem supplet defectum accipientis. *Esther. 2.* Largitus est munera iuxta magnificentiam principalem. Hoc igitur modo instituit sacramentum, & reuerenter voluit accipi ab Ecclesia. Potestatem autem celebrandi dedit, quando dixit: Hoc facite in meam commemorationem, sicut dicitur *Luc. 22.* & *1. Cor. 11.* Per hoc enim quod dicit, hoc facite, dedit potestatem faciendi: quia facere duo dicit quando ponitur in imperatiuo. Dicit enim collationem potestatis, quando tali verbo utitur is qui princeps est, & auctoritatem habet ad inferiorem: quia tunc idem est, hoc facite, ac si diceret, hoc faciendi habere auctoritatem & potestatem. Et tunc in hoc verbo sacerdotalem discipulis contulit ordinem, sicut tradunt hi qui inter Doctores sunt probabiliores. Vnde similibus verbis utitur Episcopus, quando sacerdotalem confert ordinem. Dicit enim sic porrigendo calicem cum hostia panis & sacrificio vini cum aqua. Accipite potestatem in Ecclesia offerre sacrificium Deo, Missamque celebrare tam pro viuis quam pro mortuis in nomine Domini. Sic ergo in ore Domini verbum, facite, translationem potestatis ex ordine signat à Domino in discipulos. Quando enim princeps confert potestatem, tali verbo utitur, etiam quando subditur minister nihil facit, sicut & nos di-

minus potestatem signando, dicentes, Sacerdos celebrat Missam, quam non celebrat nisi sacerdos, non signantes actum, sed potestatem. Vnde *Ioan. in Apoc. 1.* Gratias egit de tanta dignitate, dicens: Princeps regum terræ dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnum & sacerdotes Deo & Patri suo. Ipsi gloria & imperium in secula seculorum. *Isa. 66.* Assumam ex eis sacerdotes & leuitas, dicit Dominus. *Apo. 5.* Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram. *Isa. 61.* Vos autem sacerdotes Dei vocabimini, Ministri Dei nostri dicerur vobis. *Apo. 21.* Erunt sacerdotes Dei Christi & regnabunt cum illo mille annis, hoc est, per totum tempus gratiæ. Sic ergo in verbo dicto collatio accipitur potestatis. Si autem verbum illud ad vsum referatur operis, sicut innuit illud quod additur, In meam commemorationem: tunc sensus est, Hoc facite in meam commemorationem, hoc est, hoc in vsu & frequentatione habete in meam commemorationem: & tunc in hoc eodem verbo iniungit vsum. Vnde *Act. 2.* Quotidie quoque perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panes, sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis, collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. *1. Cor. 11.* Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem Domini bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat. Sic ergo dicendo, Accipite, &c. & sacramentum instituit & inestimabile donum dedit. Quando autem ut princeps regum terræ dixit: Hoc facite, faciendi illud contulit potestatem. Quando autem hanc potestatem ad actum retulit adiungens, quod in sui fieret commemorationem, pro certo iniunxit vsum quo exercendo nos in Ecclesia sanctificaremur & Christo incorporemur. In primo horum mirabilis est gratia, in secundo dignitas immensa, in tertio verò sanctificatio cummulata. De primo horum dicitur *Esther. 15.* Valdè mirabilis es Domine, & facies tua plena gratiarum. *Ioan. 1.* De plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia. De secundo dicit Apostolus. *2. Cor. 3.* Idoneos nos fecit ministros Noui Testamenti, non litera, sed spiritu *1. Cor. 4.* Sic nos existimet homo ut ministros Christi & dispensatores mysteriorum Dei. De tertio dicitur ad Ecclesiam *Can. 7.* Venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus liliis. Ac si dicar, venter tuus qui ex gustu vitæ concupiscentia & doloribus plenus fuit, modo est sicut aceruus tritici, sapius sumpto sacramento corporis Domini, coaceruatam habet sanctitatem & liliis castitatis mentis & corporis est circumpositus vndique: quia plenam attingit ex vsu sacramenti virtutis sanctificationem.



TRACTATUS II.

De materia & forma huius sacramenti.

CAPVT I.

De materia sacramenti.



SECUNDO hic oportet inquiri de materia & forma huius sacramenti. Circa quod duo inquiri est necesse, scilicet quæ sit materia & quæ sit forma. Circa materiam autem quinque dubitata à sanctis patribus inueniuntur, quorum primum est ad quid oportet circa sacramentum corporalem esse materiam. Secundum autem, quæ sit huius sacramenti corporalis materia. Tertium autem, quis sit modus transsubstantiationis materię in corpus Christi. Quartum, ad quid oportet manere accidentia præcedentis materię post transsubstantiationem in corpus Christi iam factam. Sextum, qualiter ibi manent illa accidentia. Hæc enim à sanctis patribus ante nos sunt inquisita, quamuis in quibusdam eorum determinatio sit valde obscura. Dicimus autem circa primum, quod oportet esse in sacramento corporalem materiam propter tres causas. Quarum prima sumitur de ratione sacramenti. Secunda de causa institutionis sacramenti. Tertia ex imperfectione hominis in vsu gratiæ sacramentalis. Prima igitur: quia sicut dicit Augustinus, quod sacramentum est inuisibilis gratiæ visibile signum, cuius imaginem gerat, & causa existat. Visibile autem signum non potest esse nisi in visibili aliquo corpore sumptum, quod corpus est sacramenti elementum: quia ex ipso sacramentum componitur corporaliter sicut naturalia corpora componuntur ex elementis. Et ideo dicit Magister Hugo de sancto victore in libro suo de sacramentis, quod sacramentum est visibile & corporale elementum ex institutione diuina signans, ex similitudine representans, ex sanctificatione inuisibilem gratiam conferens. Quia igitur Eucharistia sacramentum est & in genere sacramenti ponitur, & definitio generis tota saluatur in specie, oportet quod Eucharistia visibile sit elementum quantum ad materiam. Et hæc est prima causa ad eruditionem ordinata: quia ex visibili elemento & proprietatibus eius erudit nos Dominus quid conferat inuisibili gratia in sacramento. Vnde Paulus ad *Timum* 2. Apparuit enim gratia Dei & Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem

In sacramento est corporalis materia præter tres causas.

& secularia desideria, sobriè, & iuste & pie viuamus in seculo. Ad hoc enim visibilia signa sacramentalia instituit, vt erudiamur de gratia quam ipse in sacramento in nobis efficit. *Isa.* 48. Ego Dominus docens te vtilia & gubernans in via quam nescis. Non enim sciremus has sacramentales gratias, nisi signis visibilibus erudiremur. Propter quod dicit *Greg.* quod etiam ipse Christus visibilis effectus est, vt ex visibilibus ad inuisibiles gratias erudiamur. Hinc est etiam, quod in multis apparitionibus patribus ad sensum visibilia proposuit, vt ex omnibus illis ad inuisibilia erudirentur. *Osee* 12. Ego visiones multiplicauit eis, & in manibus Prophetarum assumptum sum. *Psal.* 88. Tunc locutus es in visione cum sanctis tuis, & dixisti, Posui adiutorium in potente. In omnibus enim his formis visibilibus inuisibilem docuit gratiæ effectum, quem spiritualiter intelligimus, quando visibilia per similitudinem ad inuisibilem gratiam comparamus. Propter quod dicitur *Dan.* 10. quod intelligentia opus est in visione. Quia per intellectum oportet corporalia ad spiritualium acceptionem comparare. Et ideo dicit *Augustinus*, quod sacramentum propter speciem corporalem quam ingerit sensibus, aliud facit in notitiam venire. Et præpositio præter quæ ibi ponitur, non est exceptiua, sicut quidam malè intelligentes existimant, sed potius ponitur ibi pro iuxta, vt sit nota similitudinis, & sit sensus, quod præter, hoc est, iuxta speciem suæ formam corporalem, quam ingerit sensibus, aliud spirituale ad similitudinem translationis sumptum facit venire in notitiam mentis. Et hoc dicit Hugo, quod est ex similitudine representans.

Secunda autem causa quæ sumitur ex institutione sacramenti, est *Hieron.* dicit enim, quod sacramentum ideo materialem & elementalem & corporalem habet materiam, quod quia homo superbiendo per creaturæ libidinem recessit à Deo, dignum fuit vt subiectus corporali elemento salutem quaereret in eodem in quo perdidit salutem. Et hoc maxime in isto effectum est sacramento, considerando materiam secundum genus: quia in edulio corporali homo perdidit vitam: ideo constitutum est vt in edulio corporali vitam recuperaret: & ideo oportuit vt cibus spiritualis materiam haberet corporalem, vt sicut dicit *Gregor.* Vt vnde mors oriebarur, inde vita resurgeret. Et hoc quidem verum est secundum generis conuenientiam, & non secundum conuenientiam speciei: quia enim vitam perdidit homo in fructu ligni vetiti, vitam inuenit in specie panis

panis & vini, qui tamen panis coctus est in ligno crucis: & ideo dicitur fructus ligni vitæ. *1. Reg.* 17. En colligo duo ligna, vt faciam mihi illud (hoc est panem) & filio meo, vt comedamus & moriamur. Nec ista sunt egena elementa, de quibus dicit *Paulus Gal.* 4. sed potius sunt elementa, in quorum effectu Deus constituit nostram salutem: quia quamuis talibus corporalibus elementis salutem non alligauerit, tamen in istis elementis salutem inuenitur, & perditur vita, quando non requiruntur, nisi articulus necessitatis, & non contemptus religionis elementum sacramentale excludat. Vnde & Christus *Matth.* 26. Elementum corporale exhibens & exhibendo demonstrans, dicit: Accipite & manducate ex hoc omnes: Hoc est enim corpus meum, quod pro vobis tradetur in remissionem peccatorum. Et similiter dixit demonstrans sanguinem sub specie vini. Hinc est quod dicit *Ioan.* 6. Ego sum panis viuus, qui de celo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, non morietur in æternum. Quamuis enim homo per naturam illam qua factus est ad imaginem Dei, superior sit omni corpore inanimatorum, tamen quia se peccato subdidit per concupiscentiam rei corporalis, iuste humiliatus est, vt salutem quaerat in eo quod secundum naturam inferius est ipso, & sic sanetur superbia eius, qua voluit esse æqualis ei qui est super omnia per comestionem corporalis elementi vetiti. Vnde *Iacob.* 4. & *Petr.* 5. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Hinc est quod dicitur *Proverb.* 9. Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis. Quia in corporali cibo vitam perdidistis, ideo ego corporalem cibum parauit vobis, in quo vitam inuenietis. Hinc est quod de sapientia quæ filius Dei est, dicitur *Prover.* 3. Lignum vitæ est his qui apprehenderunt eam: & qui tenuerit illam, beatus. Vnde *Ioan.* 6. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Pater meus dabit vobis. Hæc ergo est secunda causa.

Tertia autem causa est quam tangit beatus *Dionys.* quia sicut dicit, impossibile est nobis lucere diuinum radium, nisi sit factis velaminibus circumuelatum: est enim homo materialiam valde habens intellectum, qui ideo quod coniungitur sensui & imaginationi, parum vel nihil potest accipere spirituum nisi in similitudine corporalium sibi illa proponatur. Et hoc est quod dicitur *Sapient.* 9. Cogitationes mortalium timidae, & indertæ prouidentur nostræ. Corpus enim quod corrupitur, aggregat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multo exagratem. Hæc est ergo causa, quod spiritualia sine quibus non est salus, & quæ nos oportet scire, conueniens fuit nos doceri sub similitudine elementum corporalis: gratiam enim reflexionis spiritualis non intelligeret homo carnalis sine similitudine corporali, sicut dicit *Gregor.* *Regum.* ceterorum ideo terrenis rebus simile esse dicitur, quatenus ex his quæ animas mouent, largiatur ad incognita quæ non mouent, & per ea quæ visibilia didicit, discat amare quæ nescit. Vnde *Sap.* 9. dicitur: Difficile estimamus quæ in terra sunt,

& quæ in prospectu sunt, inuenimus cum labore: & quæ in celo sunt, quis inuestigabit? Vnde per omnia huiusmodi oportet hominem manuduci ad cælestium intellectum. Et hæc est scala Iacob, per quam ascendit ad cælestium apparitionem & noticiam diuinorum. *Gen.* 28. vbi dicitur, quod vidit scalam, cuius summitas cælos tangebatur, & Dominum in nixum scalæ desuper, Quia per similitudinem corporalium translatione facta ad spiritualia, cælestia cognoscimus. Et de hoc dicitur *Sap.* 10. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam sanctorum. Quia via rectæ sunt, quas possibile est hominem secundum intellectum materiam ambulare: & illa sunt, vt scalis, similitudinum corporalium, notitiam elucetur diuinorum, & illis ostenditur sibi regni Dei mysterium, & datur sibi notitia sanctorum sanctorum. Hæc igitur tres causa sunt propter quas in sacramentis conueniens est esse corporale elementum, &c.

Secundo dicere habemus, quæ corporalis elementi substantia, istius sacramenti sit materia. Iam autem in præmissis in quibus de tertio genere sacramenti locuti sumus, ostensum est quomodo oportet esse materiam panis de frumento & materiam vini. Sunt tamen quidam qui dicunt contra hoc dicentes, quod ex quo hoc sacramentum communiter toti Ecclesie vbique per totum orbem terrarum diffusum datum est, quod deberet habere materiam quæ in toto terrarum orbe possit inueniri nec triticum atrem nec vinum communiter inuenitur: quia in terris Aquilonaribus glaciali frigiditate constrictis, nec triticum nascitur, neque vinum: & sic cum in terris illis diffusa sit Ecclesia, videtur quod illa pars Ecclesie frequenter priuatur tanto sacramento: quod valde inconueniens esse videtur, ex quo in eo consistit necessarium remedium contra peccatum. Adhuc enim obiciunt: ex similibus conueniens est nutrimentum: carnes autem similiores sunt complexionibus humanæ quam panis, & carnes continuus per terrarum sparsa inueniuntur quam triticum: & sic videtur, quod carnes aliquæ huius sacramenti deberent esse materia. Ad hæc omnia & similia dicimus, quod si omnia quæ in nutrimento attenduntur, simul considerentur, non inuenitur adeo naturale & commune nutrimentum sicut triticum & vinum: ea autem sunt substantia partitas, complexionis æqualitas: quia triticum est moderate calidum & humidum. Sunt etiam substantie subtilitas ad penetrandum, & nutrimenti hæcibilitas, quod non facile à membris euellatur, &c. quæ in ante habitis determinata sunt, tam de panis de frumento, quam de vino: & ideo nulla est materia istius sacramenti nisi panis & vinum. Ad hoc autem quod obicitur, dicendum, quod triticum & vinum aut vbique sunt, aut de facili, aut de propinquo ad vsu sacramenti adducuntur. Si autem alicubi non inuenirentur aliquando, & non contemptus religionis, sed articulus necessitatis hoc efficeret, dicimus cum *Aug.* quod ideo Deus sacramentis suis gratiam non alligauit, quin gratiam suam sacramentalem &c.

Quia si materia istius sacramenti Eucharistia.

sine sacramentis in habentibus fidem & devotionem ad sacramentum operetur. Et hæc vocatur spiritualis perceptio sacramenti: & in huiusmodi casu dicitur *Augustinus*. Vt quid paras dentem & ventrem? Crede, & manducasti. Sicut ille in quo baptisimus non contemptu religionis, sed per articulum necessitatis excluditur, non amittit fructum baptisimi, sed baptizatus baptisimo flaminis in Spiritu sancto reputatur. Ad hoc autem ordinata est manducatio spiritualis qua Christo incorporamur, sicut in præhabitis dictum est. Ad hoc autem quod de carnibus obicitur, dicendum quod caro in genere similior est carni: sed quoad exigentiam omnium eorum que conveniunt faciunt nutrimentum, caro non est propinquius & convenientius nutrimentum: quia sicut dicunt physici, Omnis caro inflammatur, quod non facit criticum: sed tamen hoc non attenditur: sed quia congregata in pane & in vino inveniuntur, que faciunt naturalia cibum & potum, & quia Christus grano frumenti & viti se comparavit, & præcipue quia Christus primitus hoc sacramentum in pane de frumento & vino instituit. Oportet igitur huius sacramenti esse materiam panem de frumento & vinum. *Genes. 17*. Frumento & vino & oleo stabiliui eum. Oleum enim stabilis ad vñctiones gratiæ sacramentalis: quia omne sacramentum est in peccati remedium: sed frumentum & vinum stabilis ad corporale & spirituale nutrimentum *Deus. 33*. Oculis Iacob in terra frumenti vini & olei. Et ex his idem accipitur quod prius: quia super oleum ad vñctionem gratiæ refertur sacramentalis. *Psal. 4*. A fructu frumenti, vini & olei sui multiplicati sunt multiplicati spiritualem, qua fideles multiplicantur ex sacramentorum procreatione. *Zach. 9*. Quid est bonum eius, aut pulchrum nisi frumentum electorum & vinum germinans virgines: hoc est, virgines mentes. Hoc etiam ab ipsis nominibus accipitur: quia frumentum à verbo frueris deriuatur: ed quod ipsum præ aliis fructum facit nutrimentum. Et vinum deriuatur à vi: ed quod vim specialem habet ad potandum membra, si temperatè & ordinatè sumatur. Hoc signatum est *Exech. 27*. vbi de Tyro dicitur, Iuda & terra Israël ipsi institores tui in frumento primo. Tyrus enim angustia interpretatur, & signat eos qui ex angustia mundi ad Dominum convertuntur, de quibus ipse dicit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. *Matth. 11*. Illi enim frumentum se nutriens & stabiliens in gratia habere non possunt, nisi ex Iuda qui clerum signat, & ex terra Israël que signat populum religionis Christianæ. Propter quod & *Matth. 23* mulier Syrachænis, que prima panem filiorum à Domino petiit, de finibus Tyri & Sidonis legitur fuisse egressa: quia venationem cupiditatis secularis & angustias mundi dimiserat, ad fidem Christi conuersa. Hæc igitur est causa quare sacramentum Eucharistiæ talem habet materiam, &c.

Modus autem transsubstantiationis huius materię in corpus Christi, valde difficilis est ad determinandum. Ideo quod nullas modos na-

turalis motus & mutationis est cui concordet. Constat enim, quod in natura non sunt in genere nisi duæ mutationes, quarum una vocatur de subiecto in subiectum: altera autem vocatur de non subiecto ad subiectum, aut de subiecto ad non subiectum. Subiectum autem, vt dicit *Aristoteles*, vocatur ens in actu secundum formam suam & esse suum substantiale saluatum, sed mutatur secundum vbi vel formam que sit in ipso, sicut in motu secundum substantialibus substantialiter saluatum, mutatur secundum renouationem situs qui fit in ipso: & idem est de subiecto ad idem subiectum sub alio situ vel vbi mutatum. In alteratione autem & augmento idem saluatur subiectum in forma substantiali & esse, sed variatur secundum accidentia quantitatis & qualitatıs, que sunt in ipso. Talis autem mutatio proprie motus vocatur, & nullo modo potest poni in sacramento: quia subiectum panis & vini secundum substantialem formam & esse panis & vini, non saluatur in corpore Christi & sanguine: quia corpus Christi non est materialis & substantialis panis in esse substantiali panis: nec sanguis Christi vinum est in esse & forma vini substantialibus: & si corpus Christi panis dicitur & sanguis vinum, hoc est secundum metaphoram, & non secundum prædicationem propriam & substantialem, sicut dicitur *Ioan. 6*. Ego sum panis viuus qui de cælo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et sicut ibidem dicitur: Hic est panis verus, qui de cælo descendit, & alia huiusmodi. *Matth. 6*. Panem nostrum super-substantialem da nobis hodie. *Luce 11*. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et alia multa talia inveniuntur. Patet igitur, quod talis motus non est in sacramento: & idem non possumus dicere, iste panis est corpus Christi. Vel iste panis erit corpus Christi. Nec iterum possumus dicere, corpus Christi fuit panis, vel sanguis Christi fuit vinum. Quia nulla talium locutionum vera est nisi in his que naturalem habent motum, & substantia eorum saluata est in vtroque terminorum illius motus, sicut dico, quod Petrus est supra qui fuit inferius, vel quod Petrus est albus qui fuit niger: vel quod Petrus est magnus qui fuit parvus. Tamen his que dicimus, contrariari videntur verba Canonis vbi dicitur: Supplices te rogamus omnipotens Deus iube hæc perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum. Ex quo videtur, quod illud quod est inferius, localiter mouetur & societur corpori Christi, quod est in cælis & addatur ei. Adhuc fortius obicitur ex hoc quod antecedit parua in Canone statim post consecrationem, vbi dicitur: Vnde & memores Domine tam beate passionis, nec non ab inferis resurrectionis, & in cælum tam gloriose ascensionis, offerimus præulare maiestati tue de tuis donis ac dæis panem sanctum vite æternæ & calicem salutis perpetuæ. Ibi enim post consecrationem & consecrationem iam prædictam adhuc dicitur panis, & calix, qui calidam, vt iam dictum dicimus, sonat potestatem, que visum proprie est secundum naturam. Videtur ergo alicui forte, pro-

panis & vini in corpore & sanguinem Christi.

pter hoc quod sub forma corporis Christi saluata sit substantia panis, & sub forma sanguinis saluata sit substantia vini.

Ad hæc & similia soluenda multum laborauerunt antiqui, & defecerunt scrutantes scrutinio, & diuisi sunt in diuersas opiniones erroneas, tres scilicet opiniones quas in antè habitis induximus. Prima enim ad secundam inducitur dicebat obiectionem, quod quando dicitur, Panem sanctum vite æternæ, quod sensus est, quod est verè panis sanctus per consecrationem, signans panem corporis Christi qui spiritualiter sumptus est panis vite æternæ. Eodem autem modo de hoc, & calicem salutis perpetuæ. Hoc est, qui verè est calida potio vini signans spiritualiter sanguinem Christi, qui est calix salutis perpetuæ spiritualiter, & non sacramentaliter sumptus: quia isti concedunt, quod nec corpus Christi verum, nec sanguis Christi verus continetur in sacramento, sed signat tantum, sicut & lapis signat Christum, & alia quædam de Christo parabolicè dicta. Istam autem opinionem in antè habitis probauimus esse hæreticam: & ideo hanc solutionem etiam hæreticam reputamus, firmiter credentes & simpliciter confidentes, quod corpus & sanguis Christi veraciter, quod traxit de virgine, & suspensum est in cruce, & resurrexit à mortuis, & ascendit in cælum, & regnat in æqualitate patris, in tota sui veritate & naturalitate & gratia & gloria sub speciebus sacramenti continetur in altari sub manibus sacerdotis post consecrationem. Propheta est igitur huiusmodi responsio. Idem venit secunda opinio, que dicit, cum substantia panis saluari ibi corpus Christi & contineri. Et dicit sanguinem Christi contineri cum substantia vini saluata, & responder ad ea que obiecta sunt, dicens, quod in veritate ima superis non sociantur per delationem inferioris ad superiora: quia sacerdos communicans accipit substantiam panis que in infimo est, & substantiam vini que inferius est in calice, & illa duo in corpore Christi non vniuntur, quod est in cælis in dextera patris, & etiam in altari cum substantia panis & vini. Sed cum dicitur: Iube hæc perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum, dicunt quod sensus est: Iube hæc, hoc est, signata per hæc perferri per manus, &c. Signata autem per hæc sunt Ecclesia militans per modum qui olim à nobis determinatus est: quia scilicet sicut panis ex multis fit panis granis, & sicut vinum ex multis fluit & conuenit vis, ita Ecclesia colligitur ex multis fidelibus, pro quibus orat sacerdos vt ad altare gloriæ celestis in hostiam Deo per manus sancti Angeli feratur: & sic Ecclesia militans triumphanti coniungitur. Que licet responsio in parte conueniens sit, tamen quia super quoddam non Catholicum fundatur fundamentum, quod isti supponit opinio, idem mihi nullo modo placere poterit: fundatur enim super hoc, quod panis in corpore Christi non transsubstantietur, neque vinum in sanguinem, sed tamen ibi panis & vinum ad signandum in sacramento adstant. Et hoc est contra Catholicam veritatem, & contra verbum Christi significatiuum, quibus dicitur: Accipite hoc est corpus meum. Et nos dicit: Accipite

te in hoc, vel cum hoc corpus meum, sicut nos superius ostendimus, vbi de ista secunda opinione est disputatum. Adhuc autem secundum hoc *Ioan. 6*. non debuisset dixisse: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus: sed dixisse debuerat, Caro mea signatur, & est cum vero cibo, vel cum vero potu, quorum tamen nihil signatur in sententia verborum Christi, qui tamen veritas est, & de verbis suis dicit Apostolus *11. Cor. 1*. Non est in illo, est & non, sed est in illo est. Prophanum etiam valde reputo, quod Christus in sacramento veritatis huiusmodi locutionibus tropicis & impræptiis vteretur, & etiam infidelem iudicamus responsionem. Sed secundum tertiam opinionem que sola Catholicam tenet veritatem, dicimus quod in veritate, sicut probant obiectiones inducunt, nullus modus motus est quo panis saluatus moueatur ad naturam corporis Christi, & calix ad formam sanguinis. Et quod dicitur in Canone, sub hæc perferri in sublime altare tuum, optime dictum est secundum fidem Catholicam: dixerat enim Christus *Ioan. 3*. Quod nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo. Et idem orat vt Ecclesia militans, que corpus Christi mysticum est, incorporata vero corpori quod in sacram. nto verè sumè continetur, per effectum huius nutrimenti incorporata virtute corporis Christi cui incorporatur, ascendat ad altare maiestatis diuinæ, vt ibi in gloria sibi offeratur; sicut hic offertur in sacramentali gratia. Nec orat vt hoc fiat motu locali, quia motus localis ibi nullus est, sed quod hoc fiat acceptatione Dei Patris, quod scilicet sic acceptet manibus Angelorum incorporandos Christo per gloriam, sicut acceptat hic incorporatos Christo in sacramentali gratia. Vnde etiam altare sublime maiestatis Dei Christus est secundum humanitatem, in quo offerimur; quando sibi secundum gloriam incorporamur. Ad aliam autem dicimus obiectionem, quod quando dicit, Panem sanctum vite æternæ, intelligitur verum corpus Christi sub specie panis cõcentum. Quando enim dicimus panem sanctum vite æternæ, per hoc quod dicitur, sanctum vite æternæ, extrahitur nomen panis ad significandum non panem materialem qui sanctitatem & vitam æternam confert non poterit, sed virtute illorum adiectionum cogitur supponere panem spiritualement, qui est corpus Christi sub figura panis, vt sit sensus, offerimus mysticaliter & sacramentaliter corpus filij tui, qui est panis vite æternæ. Similiter autem dicendum est ad ea que sequuntur, Et calicem salutis perpetuæ. Et iste sunt Catholicæ responsiones, & omnino firmè tenende.

Secundum igitur ea que dicta sunt, patet quod nullus modus motus naturalis est quo moueatur panis ad formam corporis Christi, vel vinum ad formam sanguinis Christi: & idem tales locutiones tales motus significant non sunt recipiende, nec à sanctis tales locutiones ante nos posite multum mouentur. Mutatio autem in physica vocatur, que est de non subiecto ad subiectum, sicut generatio, vel que est de subiecto ad non subiectum, & con-

pro

ceptio. Talis autem mutatio videtur esse panis in corpus Domini, & vini in sanguinem: quia ante consecrationem in oratione Canonis dicit sacerdos: Vt nobis corpus & sanguis fiat Domini nostri Iesu Christi. Si autem fit, tunc oportet quod secundum substantiam panis mutetur in corpus Christi: quia non fit, nisi quod sic mutatur, quando dicitur fieri simpliciter: non enim simpliciter fit Petrus si dicatur, quod Petrus fit albus. Adhuc autem hoc videtur accipi ex verbis *Ambrosii*, qui dicit, quod sermo Christi creaturas mutat, & intendit, quod panis mutatur in corpus Christi. Adhuc idem *Ambrosius* dicit, quod Christus conuertit panem in corpus suum, & vinum conuertit in sanguinem: conuertere autem idem est quod mutare. Fortius autem obiciunt quidam dicentes, quod mutatio est panis in non panem: post consecrationem enim non est panis, sed corpus Domini: omnis autem mutatio de esse in non esse est corruptio: videtur ergo, quod in sacramento est mutatio corruptionis. Eodem modo probatur, quod ibi tota mutatio generationis: quia de pane qui est non corpus Domini, fit corpus Domini: ergo fit hic mutatio de non esse corporis Domini in esse: talis autem mutatio est generatio: videtur ergo, quod corpus Christi ibi generetur ex pane: quod valde absurdum est, non tantum secundum fidem, sed etiam secundum philosophiam: quia secundum hoc corpus Christi extra Virginem sæpe generaretur: & secundum hoc id quod est & manet, generaretur: & secundum hoc immutabile & incorruptibile & gloriosum generaretur: quæ omnia sunt valde absurda. Adhuc autem in omni mutatione substantiali idem subiectum quod est materia, subiicitur utriusque terminorum mutationis: si ergo talis est mutatio panis in corpus Domini, tunc eadem materia subiicitur formæ panis & formæ Domini corporis: & sic panis corporis Christi efficitur materia. Constat autem, quod purissimæ gurgæ beatæ Virginis operatione sancti Spiritus formæ sunt vera materia Domini corporis. Ergo Dominicum corpus efficitur de duabus materiis. Quod autem de duabus in se diversis materiis generatur, non est idem: quia dicit Philosophus, quod indiuidua numerantur per suas materias: & ergo non est idem corpus quod efficitur in altari, & quod natum est de Virgine, quod Christiana fides penitus abhorret, sicut falsum est & impossibile & hæreticum. Adhuc autem mutata substantia panis in corpus Domini, aut manet materia panis quanta est cum materia corporis Domini, aut annihilatur. Si dicatur, quod manet, tunc ab initio institutionis huius sacramenti & frequentationis in Ecclesia, magnam valde corpus Christi accepit adiectionem. Si autem dicatur, quod annihilatur, tunc frustra ponitur ut annihilaretur, & melius esset non ponere, quam sermone Domini creaturas annihilare.

8.
Vtrum ista
propositiones
sint conueni-
enda, de pa-
ne, vel ex pa-
ne fit corpus
Christi.

Adhuc autem oportet hic determinare habitudines præpositionum quid denotent, quando dicitur, de pane fit corpus, vel ex pane fit corpus Christi. Quia sicut iam paruit, præpositiones istæ non possunt denotare habitu-

dines materiæ, nec possunt notare habitudines ordinis terminorum mutationis, sicut quando dicitur, ex manè fit merities: quia secundum hoc sensus esset, ex pane fit corpus Domini. Ac si diceretur: Post panem fit corpus Domini. Et tunc quæteretur, quid factum esset de pane, vtrum maneret materia eius, vel esset annihilata? & redirent eadem inconuenientia quæ prius inducta sunt. Sic patet, quod magna est difficultas in verbis denotantibus mutationem circa corpus Christi. Adhuc autem cum dicitur, ex manè fit merities, præpositio non simplicem denotat ordinem: quia nisi idem nunc secundum substantiam manens subiiceretur sub forma eius quod est manè, & sub forma eius quod est merities, non diceretur, quod ex manè fit merities, sicut quando dicimus, ex puero fit vir: ibi enim in tota mutatione fluentis ætatis idem subiicitur, quod est sub forma pueri, & sub forma viri. Sicut est idem quod refertur in puero & viro, & in tota intermedia mutatione: ita idem est nunc in tempore pueritiæ & virilitatis, & in toto intermedio tempore. Est autem idem secundum substantiam, & non secundum esse, sicut & idem est quod fertur de pueritia in virilitatem, quamuis non sit idem secundum esse. Si ergo talis habitudo notaretur per præpositionem, quando dicitur, de pane fit corpus Christi, oportet, quod cum ordine successione aliquod vnum subiiceretur, quod idem esset in substantia in pane & in corpore Christi: & hoc absurdum est, & paulò ante improbatum. Adhuc autem omne quid mutatur, prius est in medio, quam in extremo. Si ergo de pane fit corpus Christi, oportet quod substantia panis vel materia prius sit in aliquo, quod est medium inter corpus Christi & substantiam panis: & tunc non esset panis, neque corpus Christi, quod est valde absurdum. Adhuc autem nunquam fit aliquid ex aliquo, nisi per alterationem naturæ vel artis. Si ergo de pane fit corpus Christi, oportet quod in pane fiat alteratio: omnis autem alteratio est mutatio secundum qualitatem: igitur oportet, quod qualitates panis non maneat, quæ sunt color & figura, sapor & odor, quod est contra sensum: quia omnia hæc manere videmus in sacramento. Similiter dum obicitur cum dicitur, de vino fit sanguis Christi. Omnia autem hæc difficultatem faciunt circa sacramentum: quia non habemus quibus verbis exprimamus fidem nostram ad plenum: & idè in istis oportet valde cautè uti verbis, & quando sancti vtuntur verbis ad motum vel mutationem pertinentibus, oportet verba sanctorum piè interpretari, sicut & ipsi piè habebant intellectum, quamuis intellectum suum verbis propriis non expresserint.

Ad soluendum igitur istam difficultatem dicimus, quod sicut Christus assumendo sibi naturam humanam speciali & supernaturali vsus est assumptione, & mutatione, & sicut in vniendo sibi hominem assumptum speciali & supernaturali vsus est vniōe: ita in sacramenti consecratione speciali vsus est mutatione & supernaturali: cum enim in omni assumptione compositionis naturalis ea

9.

quæ vt partes compositionis assumuntur, sic assumantur, quod vnum est formale, alterum materiale, vel ambo vniantur in tertio quod formale est respectu duorum, sicut corpus & anima assumuntur in compositionem hominis, & homo secundum rationem constituitur ex his duobus, & idè homo neque corpus est, neque anima: Filius autem Dei noua vsus est assumptione quæ decebat auctorem naturæ, naturam corporis, & animæ & faciendo & vniendo assumpsit, & hominem ex corpore & anima rationali factum sibi vniuit, non vt duas partes quarum vna formalis esset & altera materialis, quia nec humana natura materialis est ad diuinam, nec diuina formalis ad humanam: quia si actus & perfectio esset naturæ humanæ natura diuina, & esset humana natura in formam deitatis assumpta: ex hoc sequeretur, quod Christus non esset verus homo: quia denominatio fit ab eo quod est formale, & nomen in se continet rationem & quidditatem definitiuam: & sic Christus in quidditate definitiuam esset Deus & non esset homo: & idè assumptio non est naturalis, sed gratiæ, quæ vocatur assumptio dignatiua, quia Filius Dei dignatus est assumere humanam naturam, vt secum cum diuina in vna persona, ita quod quæcumque sunt de veritate humanæ naturæ, manent in ea, siue sint materialia, siue formalia: & quæcumque secundum veritatem sunt conuenientia naturæ diuinæ, manent in ea, ita quod vna alteram non consumit, nec informando ad aliam speciem trahit. Similiter etiam vniendo sibi hominem ex corpore & anima factum sic vniuit, vt non tertium ex duobus constitueret, sed potius sibi in se existentem & æternum vniuit, ita scilicet quod hic homo sit idem Filius Dei, qui ab æterno genitus est à Patre, qui etiam vniendo sibi hominem sine omni sua mutatione assumpsit, quod non erat, manens tamen immutabiliter quod erat. Sic etiam in sacramento nouo modo consecrationis vtitur, quo consecratur sacramentaliter panis in corpus Domini, ita quod substantia panis nec annihilatur, nec alteratur, neque secundum substantiam mutatur, sed sine omni additione vel mutatione tota substantia panis in materia & forma panis conuertitur in corpus Christi sine eo quod aliquid addatur corpori Christi, & absque eo quod aliquid mutetur in ipso. Et hanc conuersionem sapientes & Doctores legis Christianæ, proprio nomine transubstantiationem vocauerunt: quia tota substantia panis simul in forma & materia & coniunctio transit in corpus Christi, absque eo quod corpus Christi vel mutationem vel additionem recipiat aliquam ex illo in illud transita, si tamen transitus propriè potest appellari, sicut ille homo Filio Dei vnitus est sine aliqua additione vel mutatione Filij Dei: & idè hoc nouum vocatur à sanctis. *Ierem. 31.* Quia creauit Dominus nouum super terram, femina circumdabit virum *Eccles. 36.* Innoua signa & immuta mirabilia. Ista enim author naturæ facit ad suæ gratiæ nouæ perfectionem, quæ hominem dignatus est redimere vniuit sibi, & sanctifi-

care incorporatum. *Isa. 66.* Quis audiuit vnquam tale, aut quis vidit huic simile? Talia enim decet auctorem naturæ, quibus non naturæ legibus subiaceat, sed eminere super naturam, tanquam naturæ opifex ostendatur. *Isai. 65.* Ecce ego creo celos nouos, & terram nouam: & non erunt in memoria priora, nec ascendent super cor. *Apo. 21.* Dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia. Et idè dicit. *Leuit. 25.* Nouis superuenientibus vetera proicietis.

Ad obiecta igitur dicendum, quod cum dicitur, Vt nobis corpus & sanguis fiat Domini nostri Iesu Christi: dicendum quod hoc verbum, fiat, ibi nullam notat mutationem naturalem, sed supernaturalem mutationem notat in substantia panis, quæ transit in corpus Christi. Nullam autem siue naturalem siue supernaturalem, notat in corpore Christi: quia idem corpus est in altari quod natum est de Virgine, & sedet in Dei gloria in celo absque omni additione & alteratione, nisi quod est in altari nunc, vbi non erat prius, sicut in vniendo sibi hominem Filius Dei nihil additionis & nihil mutationis recepit, sed factus est homo, cum prius homo non fuisset, ex mutatione supernaturali in hominem facta, & non in Filio Dei secundum quod est Filius Dei. Ad hoc autem quod dicitur de verbis *Ambrosii*, dicendum quod cum dicit *Ambrosius*, quod sermo Christi creaturas mutat, intelligit de mutatione supernaturali, quæ transubstantiatio vocatur: quia tota substantia panis transit in corpus Christi. Ad hoc etiam quod dicit, quod substantia panis vel quod panis conuertitur in corpus Christi: dicendum, quod talem supernaturalem intelligit versionem, in qua quidem panis vertitur in gloriosum & diuinum corpus Dominicum, sed ipsum Christi corpus nullam sustinet versionem additionis vel alterationis, sed efficitur tamen in altari vbi non fuerat prius. Ad hoc autem quod obicitur, quod fit ibi mutatio panis de esse panis in non esse: dicendum, quod hoc penitus falsum est: panis enim in illa supernaturali mutatione nunquam est in non esse: non esse enim aut dicit priuationem, aut negationem. Quod si diceret priuationem, tunc diceret priuationem formæ panis in materia panis, in qua priuatione iam esset per inchoationem formæ corporis Christi, quod penitus est absurdum: quia sic corpus Christi nouum ex pane generaretur. Si autem diceret negationem, tunc penitus annihilaretur in sacramento substantia panis, quod fides Catholica non admittit: quia sicut diximus, substantia panis tota transubstantiatur in corpus Christi gloriosum & diuinum: & sic efficitur substantia panis, quod non erat prius: & hoc est aliquid effici, & non annihilari. Eodem modo soluendum est id quod obicitur de corporis Christi generatione: quia nulla penitus est ibi generatio, cum corpus Christi maneat ante & post secundum eundem statum in esse naturali & diuino, nisi quod efficitur in altari in quo non erat prius, &c. Ad id autem quod probatur panis non esse materia corporis Domini, est concedendum, sicut de necessitate ad inconueniens ducit obiectio. Sed dicendum, quod

10.

quod

quod panis & vinum secundum suas naturales substantias sunt materia sacramenti ex quibus sacramentum constituitur, sicut ex corporali elemento, sicut in antè habitis dictum est, & patet per antè dicta, quod supernaturali transsubstantiatione transit in corpus Christi: & idè non annihilatur, & tamen in Christi corpore fit nulla mutatio, vel additio: & idè illa obiectio non procedit. Et quamvis hoc in naturalibus non habeat simile, tamen exemplum habet in diuinis, quæ decet in se habere totius naturæ auctorem, sicut diximus nuper. Ad hoc autem quod quaeritur, quid habitudinis notent istæ propositiones cum dicitur, de pane, vel ex pane fit corpus Christi, satis bene probatum est, quod nec materiam notare possunt nec ordinem simplicem. Sed dicendum, quod supernaturalis transsubstantiationis notant principium & ordinem: quia illa supernaturalis mutatio tota est in pane, & nullum habet terminum in corpore Dominico: quia hoc non incipit esse, cum antè hoc fuerit: nec incipit esse panis, quia nunquam fuit panis, neque est, neque erit: nec forma Domini corporis incipit esse in materia panis, quia nihil in corpus per additionem recipitur. Sed si aliquid notat in corpore Domini, hoc non est, nisi quia sub formis sacramentalibus panis & vini in altari incepit esse corpus Domini, & sanguis, sub quibus non fuit prius. Aliud enim in ista materia Catholicè dici non potest. Et hoc notant habitudines propositionum. Nec hoc est inconueniens: tales enim partes indeclinabiles potius consignant, quam significant aliquid per seipsum: & idè à coniunctis sibi contrahunt modum & habitudines consignant: & idè aliquando notant habitudinem principij materialis in mutatione: aliquando autem notant ordinem mutationis in eodem quod secundum esse diuersificatur: aliquando autem notant habitudinem terminorum transsubstantiationis supernaturalis, secundum quod diuersis adiunguntur. Necessarium enim est, vt dicit *Hilarius*, quod sicut res creatæ ministrant & obsequuntur ad obsequium & operationem creatoris, ita & sermo de rebus talibus significationibus obsequatur quas admittunt operationes creatoris: quia non sermone res, sed rei sermo subiectus est. Ad hoc autem quod obiicitur de interceptione mediij in mutatione, dicendum quod illa obiectio non procedit nisi de mutationibus compositis, in quibus infinita facta sunt in vno fieri: sed ista mutatio est simplex & sine medio: & idè nunquam: sit tempus, vel nunc temporis, in quo substantia panis nec sit sub forma panis, neque sub forma corporis Domini. Hæc enim supernaturalis mutatio non abiicit à substantia eius quod mutatur, neque accipit formam post formam eius in quod mutatur supernaturaliter: sed repente sine medio tota substantia panis supernaturaliter transit in corpus Christi, sicut statim sine medio Filius Dei sibi assumpsit naturam hominis, & sibi vniuit hominem in esse personæ & vnitatem, absque eo quod humana natura per vices temporum exiret de potentia ad actum, & de incompleto ad completum, sed faciendo natura

ram assumpsit & vniuit, & assumendo & vniendo fecit eam. Sic igitur cautè est hæc loquendum: quando enim Deus tota sua virtute agit & operatur, sicut verbo suo creauit naturam, & fecit opus incarnationis, sic etiam operatur in sacramento ad transsubstantiationem, tunc non potest esse mutatio composita quæ medium interciperet: quia virtus qua operatur, est infinita: & hoc operatur in nunc, & non in tempore: & idè in tali operatione de hoc fit hoc absque eo quod nunquam sit in medio: quia si interciperet medium ipsa mutatio, tunc oporteret necessariò, quod esset in tempore: & hoc nullo modo stare potest.

Sed contra hæc adhuc obiicitur quidam philosophia dicentes, quod secundum hoc aliquod nunc temporis est in quo substantia panis est sub forma panis, & aliquod nunc temporis quo substantia illa transsubstantiata est in corpus Christi: hæc igitur nunc aut sunt idem nunc, aut duo nunc. Si sunt idem, tunc sequitur, quod in eodem indiuisibili nunc est aliquid substantia panis & corpus Christi: & ad hoc sequi videtur, quod contradictoria sint simul vera: quia si est substantia panis, sequitur quod non sit corpus Christi: & sic in eodem indiuisibili nunc est substantia panis, & non est substantia panis: & est corpus Christi, & non est corpus Christi per eandem rationem: hoc autem est impossibile: ergo illa nunc quæ dicta sunt, non idem indiuisibile nunc. Si autem dicatur, quod sunt duo nunc, tunc, cum nihil sit medium tempus, vt iam probatum est, sequitur, quod duo nunc immediatè sequuntur in eodem continuo tempore: quod est impossibile & contra demonstrationes multas quæ in sexto physicorum inducuntur. Ad hoc autem dupliciter potest responderi. Si enim concedere volumus, quod est idem tempus omnium temporalium quod continuitatem suam habet à continuitate motus cæli: & si hoc concedimus, quod ista mutatio supernaturalis & aliæ supernaturales mutationes sunt in nunc temporis: tunc dicemus, quod idem est nunc in quo substantia panis est panis, & in quo transsubstantiata est in corpus Christi: sed illud nunc quia est continuans nunc in tempore habet rationem finis respectu præteriti, & habet rationem principij respectu futuri: & ideo in principio illius est panis, & in fine illius factum est quod est corpus Christi: quia iam facta est transsubstantiatio per quam est corpus Christi. Vnde in principio, hoc est, in ipso nunc secundum quod habet rationem principij, factum est quod est corpus Christi, & ante non fuit corpus Christi. In eodem autem secundum quod habet rationem finis est panis: & continuè post hoc non erit panis. Si quis tamen ista subtiliter inspiciat, videbit pro certo secundum philosophiam, quod illud quod secundum substantiam & actum & motum non est sub motu cæli sicut causatum ab illo, hoc pro certo non cadit sub nunc temporis, neque sub tempore: & quia tales supernaturales mutationes & etiam subiecta ipsarum secundum quod sunt subiecta talium mutationum, non sunt sub motu cæli, sequitur pro certo, quod nec sint in nunc temporis, neque

neque in tempore secundum istam temporis rationem: quia Philosophi de tempore loquuntur: tales enim mutationes non sunt motus tales qui sunt actus imperfecti, ed quod nihil de eis exit de potentia in actum, sed actus perfectissimi, in quibus non est nisi demonstratio vnius perfecti ex alio perfecto, absque eo quod continuè amittat vnum & accipiat alterum, & sunt tales mutationes actus, sicut dicimus motus intelligentiæ actus, vel motus qui sunt de luce ad lucem, nunquam de potentia ad actum exeundo: & non sunt tales motus vt in aliquo continuo mensurante, sed potius sunt de vicibus in vices: & illæ vices remanent discretæ & non continuæ, sicut vices pronuntiationis elementorum literalium in oratione: & in talibus non est inconueniens, quod duæ vices se immediatè consequantur, ita quod nihil sui generis sit medium. Et hoc modo dici potest, quod in vna vice est panis, & in nulla vice post illam erit panis, & in illa consequente vice est corpus Christi, & in nulla vice ante illam erat corpus Christi. Et hanc solutionem ego puro esse veriore quam priorem. Vnde etiam *Iacobi* 1. vbi ab ipso Deo remouet temporis mutationem, statim etiam remouet eam quæ est per vicis successionem, dicens: Apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Et si dicamus, quod talis vicis successio dicitur tempus, tunc participabit nomen temporis æquiuocè ad tempus quod est verus motus secundum prius & posterius, de quo Philosophi loquuntur, dicentes quod adiacet id motui primi mobilis, & per illud numerantur omnes motus qui causantur ab ipso motu primi mobilis: & tale nunc temporis non continui est, quo mensuratur actus creationis, & omnes illi actus diuini qui sunt in mysterio incarnationis & sacramenti, sicut iam antè determinatum est.

Non est autem hic prætereundum, quod cum dicimus, corpus Christi nunc incepit esse hic, sub formis suis sacramentalibus in altari, & non fuit hic ante hoc, non intelligitur, quod corpus Christi locali motu descendat de cælo & incipiat hic esse: quin imò dum incipit esse in altari, remanet in cælo in dextera Dei, & tamen incipit esse hic. Talia enim quod corpus Christi sine omni motu & mutatione sua sit simul hic & alibi, & incipiat esse hic & alibi, habet corpus Christi in quantum est diuinum, & non in quantum est corpus: & quia deitas est vbique, sequens in aliquo proprietatem deitatis corpus diuinitum accipit posse esse in pluribus locis simul: alias autem corpus esset in vno loco tantum. Vnde sicut Deus per hoc dicitur hic vel alibi: quia apparet hic vel alibi sine motu & mutatione quæ fiat in ipso: ita corpus Christi incipit esse hic vel ibi: quia visibiliter sub specie sacramenti apparet hic vel alibi sine omni mutatione & motu qui fiat in ipso. Et similiter est dicendum quando post assumptionem sacramenti desinit esse in altari, & est in cælo, quod motu locali non reascendit in cælum à quo descendendo ante non discesserat, sed tunc non est hic: quia hic visibiliter non apparet. Hæc est fides Catholica in locutionibus istis:

& idè hæc verba à nobis dicta cautè & fideliter sunt tenenda. Et propter tales huius materie difficultates dixit Spiritus sanctus *Exod.* 12. Si quid residuum fuerit, igne comburetis. Quia multa manent in secretis Dei res, quæ humanus non potest penetrare intellectus: & hæc igni Spiritus sancti & igni deuotionis sine magna discussione sunt committenda, &c. Aduertendum enim est quod dicitur *Amos* 2. Super tribus sceleribus Israël & super quatuor non conuertam eum: idè quod incederit ossa regis Idumææ vsque ad cinerem. Moab enim ex parte interpretatur, & signat eos qui quoad perfidiam sunt ex parte diabolo, qui omnia physici rationibus volunt discutere, qui tria & quatuor scelera committunt. Tria quidem, quorum primum est: quia immensum ad inopiam physicorum corporum mensurare volunt. Secundum autem: quia capacitatem sui intellectus ultra immensitatem Dei extendunt, cum hoc sit impossibile. Tertium autem, quod secreta maiestatis Dei temerè perscrutantur. Et hæc tria sunt cordis eorum scelera. Quatuor autem sunt. Primum: quia cum inuisibilia Dei perfectè in vestigio & imagine non demonstrantur, isti arguunt ad ea quæ sine exemplo sunt, sicut exemplum in naturalibus inueniunt. Secundum autem, quod ea quæ per ablationem & eminentiam exponere debent, ipsi per positionem exponant, ad inferiora de diuinis affirmantur. Tertium autem scelus est: quia Deo propria sua non relinquunt: cum tamen omni regi sua propria relinquuntur. Quartum verò est, quod & maximum est: quia fidem quæ supra intellectum & rationem est, ipsi sub ratione suppressere intendunt. De primo horum scelere dicitur *Isai.* 40. Cui simile fecistis Deum, aut quanti imaginem ponetis ei? In omnibus enim physici nihil simile penitus inueniunt. De secundo dicitur *1. Corint.* 10. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Dei ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. De tertio dicitur *Proverb.* 25. Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum: sic qui perscrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. De quarto autem dicitur *Iob.* 11. Forsitan vestigia Dei comprehendes, & vsque ad perfectum Omnipotentem reperies? Excelsior cælo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces? longior terra mensura eius, & latior mari. Et idè nihil inuenitur in creaturis superioribus; vel medijs, vel infimis; quod sufficienter opus Dei manifestet. De quinto dicitur *Isai.* 40. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo & quasi nihilum & inane reputatæ sunt ei: nihil enim omnium quæ facta sunt, est Deus, & ab omnibus emineat elevatur, sicut dicitur *Ecl.* 4. In omnibus glorificantes Deum ad quid valebimus? ipse enim omnipotens est super omnia opera sua. Vnde *Dionysius* in libro de diuinis nominibus: In ipso oportet affirmare omnium positiones; & omnes potentias negare tanquam de eo qui super omnia extitit.

stit. Et *Erel. 43.* terribilis Dominus & magnus vehementer, & mirabilis potentia ipsius: & ideo sicut ipse in nullo genere entis est, sed excellit omnia, ita actio ipsius & opus in nullo est actionis vel operationis genere, sed omnia excellit: & ideo etiam mutationes, quæ sunt supernaturales in sacramento, non sunt mutationes quæ sunt in genere, sed sunt super omnem mutationem. De sexto scelere dicitur *Isa. 24.* Secretum meum mihi, secretum meum mihi: nullus enim in sinu secreti Dei fuit, qui propria deitatis sit secretus, nisi Filius, sicut dicitur *Ioan. 1.* Deum nemo vidit unquam. Vnigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. De septimo autem scelere, quod fidem sub intellectu & ratione ponere nituntur, dicit *Gregor.* quod fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Et de talibus dicit Dominus *Ioan. 3.* Si terrena dixi vobis & non creditis, quomodo si dixerero vobis cælestia, credetis: quia etiam in terrenis multa operatur Deus, quæ non capimus per rationem, & multò minus capere possumus ista cælestia supernaturalia & supermandana, quæ ipse supercælesti & diuina sua potentia & sapientia operatur. *Sapient. 9.* Difficile æstimamus quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt, inuenimus cum labore: quæ in cælis autem sunt, quis inuestigabit? Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam & miseris Spiritum sanctum tuum de altissimis: His igitur erroribus occupati sunt, qui namis inuestigant mysteria diuina, qui non Rex enim Idumææ Christus est, sicut dicit *1. 4. 63.* venit de Edon tinctis vestibus de Boira. De quo etiam dicit *Psal. 59.* In Idumæam extendam calcamentum meum, quia in carne & sanguine calcæata venit ad nos diuinitas. Huius regis ossa, hoc est, formosa mysteria incendit in cineres, qui calore proprii ingenij succensus vsque ad minima vult inuestigare: & ideo omnibus illis quæ dicta sunt tribus & quatuor sceleribus inuoluitur. *Rom. 12.* Dico omnibus quæ sunt inter vos non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Humana sapientia enim incerta est: quia scilicet dicitur *Ab. 1.* Perdam sapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Esau. Et ideo dicitur *1. Cor. 1.* Non in sapientia verbi, ut non euacuetur crux Christi. Hic igitur sic loquendum est, sicut diximus.

Modo dicere debemus quare sacramentales species in hoc sacramento remaneant, ex quo substantia panis & vini non manent, quam substantiam prius affecerunt, & ex quo non afficiunt substantiam corporis & sanguinis Dominici, quæ nunc est ibi statim facta transsubstantiatione, ad quid ergo manent huiusmodi species accidentium, quæ sunt figura, color, odor, & sapor? Hoc enim quidam querunt magis curiosi quam deuoti, & tamen oportet, quod quæstioni eorum satisfiat: quoniam præcepit *Apostolus Petrus. 1. Pet. 3.* Parati semper omni poscenti vos reddere de ea quæ in nobis est spe. Ad hanc igitur quæstionem patres ante nos responderunt, quod sacramentum semper saluatur in aliqua visibili forma, quam ut dicit *Augustinus*, ingerit sensibus, & quæ sit

13.
Ad quæ species sacramentales post transsubstantiationem remaneant.

imago gratiæ quam confert sacramentum: & quia non possunt esse sensibiles formæ quæ imago sunt nutrimenti spiritualis quod confert Eucharistia, nisi formæ nutrimenti sensibilibus panis & vini, quarum vna ducit rationem in nutrimentum spirituale, & alia in potum spirituale, ideo, ut dicunt, has formas manere necesse est, ex quibus in mente imago nutrimenti & potus spiritualium accipiatur. Huius etiam assignant aliam valde conuenientem rationem: quia scitur in scientia sacramentali, quod sacramentum nouæ legis nullius causa existit, nisi cuius imaginem sensibilem gerit. Si ergo daretur, quod formæ in sensu indicantes nutrimentum naturale & conueniens, non manerent, sequeretur quod sacramentum illud non esset causa nutrimenti spiritualis: & hoc est absurdum secundum omnia dicta sanctorum & secundum omnia quæ in præhabitis determinata sunt. Ad hæc autem etiam inducunt auctoritates: Dominus enim *Ioan. 4.* cum Samaritanam instruere veller de refrigerio sitis spiritualis, à sensibili aqua eandem Samaritanam manuducere incepit, dicens: Qui biberit aquam quam ego do, non sitiet in æternum, sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Quotiescunque igitur à corporalibus manuduci debet homo ad spiritualia, oportet aliquas relinquere proprietates corporales, ex quibus manuducatur. Cum igitur ex omnibus sacramentis homo sic erudiatur, oportet quod species corporales in sacramentis relinquatur. Adhuc autem inducunt hoc quod *Matth. 13.* dicitur. Sine parabolis non loquebatur ad eos. Oportet igitur sicut in parabola quadam saluari proprietates corporis, ex quibus instructio accipiatur diuinorum. Adhuc autem hic arguunt ex causa institutionis sacramentorum quæ est triplex, eruditio, humilitas, & exercitium. Siue enim dicatur, quod propter eruditionem institutum est sacramentum, oportet eruditionem à corporalibus formis incipere, ex quibus similitudinem accipiamus diuinorum: siue propter humilitatem dicatur institutum, oportet humiliari ad inferius elementum, sicut per elementum inferius superbiētes eleuari volumus ad superiorem diuinitatis æqualitatem in primis parentibus: siue exercitari habeamus, ut nos diabolus occupatos inueniat: quia sic etiam exercitium nostrum erit in inferioribus ad intellectum superiorum, & tunc iterum conueniens est sensibiles formas in quibus exercitemur, remanere. *Rom. 1.* Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius & diuinitas. Adducunt autem ad hæc, quod veritatem vmbra oportet conformari. Vmbra autem in sacramentis veteris legis fuit in corporibus & corporalibus formis, quæ gratiam futuram significabant. *Hebr. 10.* Vmbra enim habens lex futurorum, non ipsam imaginem respicit. *1. Cor. 10.* Omnia in figura contingebant illis. Scripta autem sunt propter nos. Oportuit igitur, quod etiam nouæ legis sacramenta essent in visibilibus formis. Sed econtra alij obiciunt: quia secundum hæc videtur, quod substantia panis maneat & remanere debeat potius

potius quam accidens: quia dicit Aristoteles, quod potentia caro nutrit: forma autem accidentalis non est potentia caro, sed potius substantia panis & vini sunt potentia caro: substantia ergo nutrit, non accidens: & sic substantia panis & vini manere debent, & non accidentia, ut videtur. Et huius signum est, quod *Elias 3. Reg. 19.* non accepit in nutrimentum accidens panis, sed panis veritatem, in quo tamen Eucharistia significabatur. Nec Dominus cibando quinque millia hominum, exhibuit accidens panis, sed panis veritatem. *Ioan. 6.* de quo tamen redarguit Iudæos, qui in illis non intellexerunt Eucharistia sacramentum. Adhuc autem exhibendo de celo panem. *Exod. 26.* Non dedit accidens panis, sed veritatem: in quo tamen voluit intelligi verum nutrimentum siue cibum Eucharistia, sicut patet *Ioan. 6.* per totum. Ex omnibus his videtur, quod substantia panis manere debeat cum accidentibus, & non accidens tantum: quia substantia veri cibi facit significationem & non accidens proprietatum substantialium. Ad hæc etiam addunt, quod ostendendo id in sacramento quod videtur nutrire & non nutrit, potius videtur illusio quam veritas. Accidens autem indicat esse nutrimentum, & non nutrit: substantia autem cum accidentibus indicat & nutrit. Ergo si dicantur manere accidentia sine substantia, videtur esse potius sacramentum illusionis quam veritatis. Si autem maneat substantia cum accidentibus, tunc habebit veram nutritionem & veram nutrimenti significationem: & sic videtur esse sacramentum veritatis. Sed in hoc enim videtur esse sicut in somno, in quo obiciuntur formæ cibi & potus: & sic videtur esse significatio cibi qui penitus nullus est in somno. *Isa. 29.* Sicut somniat esuriens & comedit: cum autem expergefactus fuerit, vacua est anima eius. Et sicut somniat sitiens & bibit: & postquam fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est. Talis igitur remanentia accidentium potius videtur facere ad illusionem quam ad sacramenti veritatem.

14. Ad hæc autem omnia & similia dicendum est, quod in veritate in sacramento remanent accidentia panis & vini sine omni substantia illis accidentibus subiecta, quam ipsa afficiunt accidentia: substantia enim panis & vini, quas substantias illa afficiebant accidentia, tum propter veritatem sermonis Domini, tum etiam propter sacramenti veritatem manere non poterit: quia si ibi substantia panis & vini manerent, non esset verus sermo Domini quem dixit: Hoc est corpus meum, & hic est calix sanguinis mei: quia panis non est corpus Domini, & calix vini non est calix sanguinis Domini. Veritas etiam sacramenti non saluaretur: quia veritas sacramenti est in hoc quod significetur in sacramento esse verus cibus & verus potus spiritualis, sicut ipse dicit *Ioan. 6.* Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Si autem manerent in sacramento substantia panis & substantia vini, tunc accidentia illa essent in substantia panis & substantia vini, & essent illis substantiis propria. Et ideo non indicarent nisi nutri-

D. Alb. Mag. Liber de Euchar.

mentum, quod potest præstare substantia panis & substantia vini: & ille est cibus qui perit, sicut dicitur *Ioan. 6.* Et ille in sacramento requiri non debet. Cum autem in sacramento non manet illa substantia, non possunt accidentia illa ducere in tale corporale nutrimentum: & sic necessariò ducunt in spirituale nutrimentum, quod in sacramento est requirendum. Dicendum igitur ad primum, quod in veritate, sicut dicit Philosophus, non nutrit nisi potentia caro, & potentia os; & potentia neruus, & sic de aliis similibus partibus in homine. Sed quia tale nutrimentum corporale quo dissimilia membra in homine nutriuntur, ex hoc quod similia quæ sunt in ipsis, nutriuntur in sacramento, sicut dicit Dominus, non debet requiri neque cogitari, ideo oportet, quod illud corporaliter nutriens non sit in sacramento, sed totum secundum formam & materiam transsubstantietur: ideo substantia panis & vini non debent manere in sacramento, sed accidentia tantum per translationem factam ad spiritualia signantia nutrimentum spirituale. Hoc signatum est *Sap. 16.* ubi dicit quod non natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus nutrit hos qui in te confidunt. Hoc enim verissimum est in sacramento altaris, in quo fructus natiuitatis non manent, sed sermo Domini positus in forma sacramenti, & facit in sacramento partem spiritualem. Quod autem obicitur de Elia & de sacramentis veteris legis, non est simile: quia illa sunt signa imperfecta gratiam pasturæ spiritualis ex seipsis non conferentia: & ideo manebat eorum substantia: quia spiritualis partus in eis non continebatur. Vnde etiam Dominus eos qui partum corporalem in sacramentis requirebant, redarguit: dicens *Ioan. 6.* Amen dico vobis, queritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus & saturati estis. Illi enim parabant in sacramento fidei dentem & ventrem, & non parabant mentem ad fidei deuotionem. Et ideo etiam cum venturi essent ut raperent eum & facerent regem super se, sub cuius regimine cibum haberent corporalem, fugit Christus *Ioan. 6.* quia non dignatur homines habere regendos, qui cibum corporalem in sacramentis requirunt: quia de illis dicitur *Philip. 3.* Quorum Deus venter est, & gloria in confusionem eorum, qui terrena sapiunt. Et hos inuitans ad intellectum spiritualis nutrimenti, dixit *Ioan. 6.* Verba quæ locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Super alios autem qui cibum spiritualem querebant non negauit se esse regem: quod etiam coram Pilato confitebatur. *Ioan. 18.* Tu dicis quia rex sum ego, sed regnum meum non est de hoc mundo. Ad illud quod obicitur, quod illusio & non veritatis sacramentum esse videretur: dicendum, quod in veritate illusio esset si substantia panis & vini manerent: quia tunc non significarent esse in sacramento nisi corporale nutrimentum, & homines ad ipsum tanquam ad corporalem cœnam conuenirent, quod prohibet *Apostolus 1. Cor. 11.* dicens: Conuenientibus vobis in vnum iam non est Dominicam cœnam manducare: vnusquisque enim suam cœnam præsumit ad

K mandit

manducandum. Ac si dicat: Si in cœna Domini præsumitis manducare cœnam vestram corporalem, non estis digni, quod Dominicam cœnam manducetis: tales enim estis, ut illi qui dixerunt. *Ioan. 6.* Durus est hic sermo. Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro, & iam amplius non ibant cum illo: quia nescierunt nisi corporalia querere. Nec ideo est illusio: quia accidentalis forma non nutrit, quia in sacramento non assumitur ad nutriendum, sed potius ad spirituale nutrimentum significandum: & hoc facit illo modo quo corporalia signa transferuntur ad spiritualium significationem. Hoc autem in veteri lege esse non potuit: quia ibi velata gratia & non reuelata significabatur, sicut diximus. Vnde Apostolus *Hebr. 9.* de hoc sacramento & sacerdotio Noui Testamenti loquens per comparationem ad Vetus, dicit: Hoc significante Spiritu sancto nondum propalata esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum. Et ideo signa in illis sacramentis erant imperfecta: sed quando velum templi scissum est à summo vsque deorsum, sicut dicitur *Matth. 27.* tunc patefacta sunt arcana Dei in signis gratiarum in sanguine Domini, & tunc in sacramentis reuelata gratiæ signa perfecta dabantur.

15. Contra ea autem quæ dicta sunt, adhuc obicitur: quia in multis sacramentis nouæ legis manent substantiæ elementorum, quæ sunt materia sacramentorum, ex quibus sumuntur signa signantia gratiam, sicut in baptismo manet aqua, dicente Domino *Ioan. 3.* Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei. Et in confirmatione manet chrisma propter quod vñcti Christi dicuntur. *Psal.* Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. Et in vñctione extrema manet oleum, sicut dicitur. *Matth. 6.* Et vngebant oleo multos infirmos, & sanabantur. Et tamen illa sacramenta conferunt gratiam spirituales. Videtur ergo fortè alicui, quod etiam in hoc sacramento elementa corporalia, quæ sunt substantia panis & vini, manere deberent. Ad hæc autem omnia & similia dicimus, quod non est simile de isto & aliis sacramentis nouæ legis: quia elementa quæ sunt materia in aliis sacramentis, ad vsum significandi gratiam non assumuntur propter substantias ipsorum elementorum, sed potius propter qualitates, sicut aqua in baptismo assumitur propter vim ablutivam quam habet non à substantia, sed à qualitate humiditatis, & propter virtutem extinguendi & refrigerandi incendium fomitis: & hanc virtutem non habet aqua à substantia, sed à qualitate frigiditatis. Et assumitur etiam propter nitorem puritatis quam confert, & hanc vim etiam non habet à substantia, sed potius à puritate. Aqua autem secundum suam substantiam nihil significat in sacramento: & ideo etiam ex substantia secundum quod est substantia, nihil causat in ipso: quia sicut sæpius diximus, sacramentum nouæ legis causat id quod significat, & non plus. Similiter autem est in chrismate in confirmatione, quod ex proprietatibus suis vñctiuus & dissolutiuus

& penetratiuus significat & causat gratiam. Et similiter oleum in vñctione infirmorum. Et id o substantia talium manens in sacramento non impedit fidem ad gratiam, quæ causatur & continetur in sacramento. Sed in altaris sacramento substantia panis & vini nutriunt, & non significant vterius aliquid nutrimentum, sed conferunt nutrimentum quod in ipsis est, & ideo manentes illæ substantiæ impedirent fidem quæ ex accidentibus eorum duceretur ad credendum aliud esse nutrimentum in sacramento: & ideo contra fidem facerent manentes substantiæ, & ideo illæ substantiæ non manent, sed transubstantiantur. Omnes tamen istæ quæ motæ sunt difficultates compulerunt secundam opinionem ponere, quod cum corpore Christi manet substantia elementorum in sacramento, &c.

Deinde dicere habemus qualiter in sacramento sæpius dicta manent accidentia. Sed ad hoc quidem dicit Magister in quarto sententiarum, quod ibi manent accidentia illa sine subiecto aliquo: & hoc sic probare nititur: quia substantiæ panis & vini in quibus accidentia fuerunt, sicut in suis subiectis, non manent, sicut iam determinatum est. Corpus autem Christi gloriosum, quod est sub istis accidentibus non afficitur talibus accidentibus: & ideo nec in illo sunt. Aer autem in quo videntur & sentiuntur illa sacramenti accidentia, non constat ad figuram, ita quod figuratur in rotundum album quod ibi apparet: & cum non sint ibi plura substantialia quam illa tria, & in nullo eorum possunt esse, sine subiecto ibi esse probantur. Obicitur autem fortissime contra positionem istam. Primò quidem ex accidentis definitione quam ponit Philosophus, quod accidens est, quod cum sit in aliquo non sicut quædam pars, impossibile est esse sine eo in quo est. Non enim accidens est pars essentialis vel integralis eius cuius est accidens, & in hoc differt à differentia constitutiua quæ est pars essentialis, & differt à forma quæ est pars essentialis totius constituti, & differt à materia & partibus integrantibus, quæ secundum suas figuras manent aliquando etiam à toto separata. Per hoc autem quod dicitur, quod impossibile est esse sine eo in quo est, ideo dictum est: quia esse habet à subiecto sicut à sua causa: & ideo sicut causatum suam causam, ita recipit subiectum in suam definitionem. Et ideo intellectus non permittit, quod sine subiecto intelligi possit. Si autem sine subiecto non potest intelligi, tunc omnino impossibile est esse sine subiecto. Et hæc est obiectio fortissima. Adhuc autem in septimo primæ philosophiæ probatur multipliciter, quod accidens est esse & non essentialiter esse autem nunquam potest intelligi nisi in eo in quo est: ergo accidens nullo modo intelligi potest sine eo in quo est: ergo multò minus esse potest sine eo in quo est. Adhuc autem omnis multitudo accidentium ad substantiam reducitur per hoc quod accidens non est ens, sed potius quidam modus entis simpliciter vel dispositio entis. Et hoc probatur in principio noni libri primæ philosophiæ. Modus autem & dispositio entis intellectum nullum habet nisi

16. Qualiter accidentia existunt post transubstantiationem.

nisi in subiecto suo, quod est ens simpliciter & principium intelligendi ipsum: igitur sine tali ente non est intelligibile: ergo multò minus esse potest sine ipso. Ad hæc autem omnia, & similia dicunt isti, quod philosophia non tenet in miraculis diuinis. Dicunt enim, quod accidentia sunt sine subiecto per diuinum miraculum. Sed si hoc modo respondere volumus, citò de omnibus nos expediemus, dicentes in omnibus esse miraculum diuinum, quod secundum beatum Petrum non licet, qui dicit. *1. Petr. 3.* quod sumus parati assignare rationem de ea quæ in nobis est spe omni poscenti rationem à nobis. Iterum hoc non vult Paulus ad *Timum 1.* ubi loquens de Episcopo dicit: Amplèntem eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes reuincere. Reuinci autem non possunt contradicentes nisi per rationem: & ideo dicit Hieronymus in prologo biblicæ. Sancta quippe rusticitas solummodo sibi prodest, & quantum Ecclesiam Dei ædificat ex vitæ merito, tantum nocet si destruentibus non resistat. Parum est ergo dicere in doctrina fidei hoc vel illud sic esse per diuinum miraculum, nisi aliqua ratio assignetur: hoc enim est docentis proprium, quod nihil doceat sine conuenienti ratione. Ideò sunt alij dicentes, quod in veritate in accidentibus magna est differentia. Quædam enim valde sunt propinqua subiecto, & ipsorum primo ante omnem aliam accidentalem formam subiectum est receptiuum, sicut est quantitas continua, ratione cuius subiectum habet magnitudinem & figuram. Et per magnitudinem postea subicitur color & sapor & odori & huiusmodi accidentibus. Et ideo tales quantitates sunt maiores in maiori, & minores in minori subiecto. Assignantes igitur rationem fidei quomodo sine subiecto sunt accidentia, dicunt quod in omnibus quæ sunt in sacramento materia, sit exaltatio naturæ & materialis substantiæ, sicut dignum est fieri in tanto sacramento. Corpus enim inanimatum non gloriosum non diuinum exaltatur per transubstantiationem in animatum gloriosum & diuinum. Debent igitur secundum rationem consequentiarum etiam exaltari accidentia, quæ sunt in materia sacramenti: & ideo quantitates magnitudinis non est, per se exaltatur, ut sit per se sicut substantia subiecti: & in illa est figura. Et in his est color & odor & sapor, si dicunt, quod exaltatur Dominus in virtute sua: & sic cantamus & psallimus virtutes eius in omnibus, sicut dicunt, quod sicut dicitur *Sap. 8.* sapientia Dei operans in sacramento, attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. Quia nihil relinquit in sacramento, quod non attingit & exaltet. Addunt etiam, quod non per similia opera probatur operans virtus diuina, & naturalis virtus. Naturalis enim virtus probatur per opera naturæ, & voluntaria probatur per opera voluntatis, & animæ virtus probatur per opera animæ. Cum igitur diuina virtus operetur in sacramento, oportet quod probetur per opera diuina. Opera autem diuina sunt transubstantiare inanimatum ad animatum, & non gloriosum ad gloriosum.

D. Alb. Mag. lib. de Euchar.

rius, & non diuinum ad diuinum: & restabat, ut in solo accidente opera diuina probarentur. Probabitur ergo in hoc quod accidens mutabitur ad modum substantiæ, in hoc quod efficitur per se existens. Sic enim quantum ad sacramentum verum erit quod dicitur *1sa. 26.* Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine. Adhuc autem persuadent hoc ex operibus Christi. Christus enim faciens miracula nihil reliquit imperfectum: quia quos curauit in corpore, curauit etiam in anima. Cum igitur opera sacramenti sint opera Christi quæ Christus ut verbum Patris increatum, operatus est in verbo creato, quod profertur in forma sacramenti, nihil relinquit imperfectum quod non perficiatur: ergo exaltandum etiam perficiet formas sacramentales, ut modum perfectè existendi accipiant. *Deu. 12.* Date magnificentiam Deo nostro: Dei enim perfecta sunt opera. Si autem aliquis hoc concedere velit, obicitur in contrarium: si enim Deus in sacramento omnia exaltat, tunc videtur, quod de accidentibus faciat substantias: quia aliter accidens non exaltatur. Et hoc aliqui talium Doctorum concessisse inueniuntur, sed dicebant, quod quando corpus Christi non plus est sub accidentibus, quia tunc accidentia conuertantur in substantias: & dicunt, quod inde est, quod talibus nutriuntur corporaliter mures, & alia animalia, & homines multum de hostiis consecratis comedentes. Quod si concedatur, sequitur res absurda, quod scilicet Deus frustra substantiam panis in corpus suum transformeret: quia melius esset & compendiosius, quod primam substantiam panis non transubstantiaret, & cum illa fecisset ibi esse corpus Dominicum, quam quod vnquam mutaret & aliam crearet. Ideò alij dicunt, quod sub accidentibus illis nunquam creatur alia substantia, nec accidentia substantiæ efficiuntur, sed modum tamen accipiunt substantiæ in hoc quod per se existens efficiuntur, & sic per se existens faciunt membrorum nutrimentum & augmentum, quando ab animalibus sumpta fuerunt per comestionem. Hæc autem omnia valde improbabilia sunt, & sunt posita sine forti ratione: quod enim aliquid participet definitionem, & non participet nomen, non est intelligibile. Definitio autem substantiæ est, quod est res per se existens. Quod igitur accidens efficiatur res per se existens, & non efficiatur substantia, non est intelligibile. Et si fortè ad hanc rationem aliquis vellet dicere, quod hoc quod dico, res per se existens, non est definitio substantiæ: quia substantia cum sit generalissimum, non habet definitionem: hoc valde parum valet: quia cum dicitur per se existens, dicitur hoc quo substantia substantia est, & quod est intrinsecum & essentialiter substantiæ. Et ideo quamuis non habeat genus extra se, tamen oportet, quod habeat intra se id vnde substantia est, & per quod ab accidente distinguitur: & tunc adhuc procedit obiectio: quia non est intelligibile, quod aliquid sit vel efficiatur res per se existens, & non sit vel efficiatur substantia.

Ad omnes autem istas difficultates determinandas oportet præscire ad quem vsum manent

17.

K f nent

nent accidentia in sacramento. Constat autem, quod non manent nisi ad vsum signandi nutrimentum siue cibum spiritualem. Hanc autem significationem non perficiunt, nisi per speciem quam ingerunt sensibus, quam ratio transfert ad significationem cibi spiritualis: quia ita dicit *Augustinus*, quod sacramentum est signum: signum autem est, quod præter hoc quod est iuxta speciem quam ingerit sensibus, aliud facit in notitiam venire. Si ergo in sacramento manent accidentia vt signa, tunc omnino sufficit sacramento, quod accidentia manent secundum quod sunt species in sensum agentes. Probatum est autem in secundo de anima, quod res sensibiles non agunt in medium sensus & in sensus per suas potentias naturales, sed agunt in ipsa per solam formam intentionem, sicut sigillum in cera absque eo quod de potentiis materialibus suis metallum sigilli aliquod inferat ceræ. Sic igitur accidentia agunt se in medio & in sensum: & ideo probatur, quod odor est frequenter sine subiecto, quod est fumalis euaporatio, & sapor sine humido digesto vel indigesto vel corrupto, quod est subiectum proprium saporis, & sonus frequenter sine figura quæ sit in repercussione solidi plani, quæ tamen figura siue aer figuratus est suum proprium subiectum. Et color frequenter est in medio & in sensu siue perspicuo termino, quod tamen proprium est subiectum coloris: est enim id quod est in medio secundum naturam & potentiam medij: & quod est in sensu secundum naturam & potentiam sensus potius intentio coloris & vocis & odoris & saporis, quam sit color vel vox vel odor vel sapor. Et hæc omnia iam à nobis valde probata sunt in scientia de sensu & sensibili. Dico igitur, quod ex quo accidentia non manent in sacramento, nisi ad vsum significandi: significare autem habent secundum quod species ingerunt sensibus: ex quo illas non ingerunt medio & sensui per potentias materiales, sed per se secundum quod remanent vt intentiones esse spirituale habentes, sicut dicit Philosophus, oportet quod accidentia vt intentiones sensibiles manent in sacramento: secundum hoc autem esse manent in omni natura siue propriis subiectis, & tamen substantiæ non efficiuntur, & in hoc esse sunt sensibiles. Conuenienter igitur ponitur, quod sic manent in sacramento. Hoc autem adhuc persuadetur ex esse talis formæ in medio. Constat enim secundum probata in philosophia, quod ea quæ videntur in speculo, sub duplici videntur situ medij & formæ quæ videtur, quorum situm vnus est procedens à forma eius cuius figura apparet in speculo ad speculum, & alter situs est reflexus à speculo ad videntem: non autem reflecteretur forma speculi ad videntem, nisi esset quanta & figurata & colorata in spatio reflexi situs. Patet igitur, quod sensibilia sunt in medio secundum naturam medij, qua mediat ad sensuum immutationem sine materia & sine potentiis materiæ: quia aliter forma calidi visum & medium dissolueret, & forma frigidi vtrumque constringeret. Non est ergo multum innaturale sic ponere formas sensibiles manere in sacramento,

vt sic sensibus faciant cognitionem, & hæc cognitio ad nutrimentum spirituale intelligendum transferatur. Ad id autem quod primo obicitur de definitione accidentis, concedendum est, quod forma accidentalis ibi definitur secundum suum esse quod habet ex subiecto proprio & in subiecto: & hoc non conuenit ei secundum quod est intentio formæ sensibilis in medio vel sensu existens. Ad id autem quod secundo obicitur, quod accidens est esse & non essentia, planè est concedendum: sed tamen non est idem esse accidentis in subiecto proprio & in medio & in sensu: quia in esse medij & sensus est perfectio medij & sensibilis potentia: & sic potest esse sine subiecto proprio: secundum esse autem materiale ipsius non potest esse sine ipso, nec intelligi: sic secundum diuersitatem esse accidentis intelligitur id quod dicit *Aristoteles*, quod accidens est, cuius intellectus est absolutus & esse concretum: si enim intelligeret *Aristoteles*, quod intellectus accidentis secundum esse materiale quod est in subiecto, esset absolutus: ipse falsum diceret, sicut probat obiectio, sed esse suum intentionale & sensibile est absolutum à subiecto. Similiter dicendum est ad tertiam obiectionem: quia per esse materialis dispositionis multitudo accidentium reducitur ad substantiam. Quod autem forma accidentalis tale intentionale esse accipit in sacramento, ideo contingit: quia propria substantia ipsius in qua habuit esse materiale, & agebat per principia materialia, transsubstantiatur & non manet in sacramento: & ipsum accidens solum manet sicut sola forma sigillorum & species manet in cera post sigillationem, sicut iam diximus nuper.

CAPVT II.

De forma sacramenti supra panem.

Nunc secundum diuisionem præassignatam exposcit ratio, vt de forma huius sacramenti dicamus. Dicemus ergo primo de forma quæ dicitur super panem, & postea de forma quæ dicitur super vinum. Circa formam quæ dicitur super panem, quatuor inquiremus, scilicet quæ sit, & qua virtute, scilicet diuisibili, vel indiuisibili operetur, & vnde trahat transsubstantiandi virtutem, & qualis sit modus formæ ipsius in hoc sacramento. Ad primum autem communiter dicitur, quod ita habetur in Canone: Accipite, hoc est corpus meum *Matth. 26*. Vel sicut dicitur *Marc. 14*. Sumite, hoc est corpus meum. Secundum hoc autem queritur, vtrum hoc quod dicitur, Accipite, sit de forma? Hoc enim ponunt tres Euangelistæ. *Matth. 26*, *Marc. 14*, dicitur: Sumite, quod idem valet. *Luce. 22*, dicitur: Dedit illis dicens, Hoc est corpus meum: Ad hoc autem in præmissis istius tractatus diximus, quod hoc quod dicitur, Accipite, pertinet ad institutionem sacramenti, & non ad formam. Voluit enim per hoc Dominus declarare quam acceptum habere deberent tantum sacramen-

tum à seipso institutum, & ideo permisit: Accipite panem, vel accepto pane, ostendens quæ acceptum habere deberent sacramentum, quod sibi tam esset acceptum. Vnde *1. Cor. 11*. Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis. Quod enim acceptum Dominus habuit, & Apostoli tanquam dignissimum acceptauerunt, valde nobis debet esse acceptum: & ideo dicitur in *Psal. 50*. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta, tunc imponent super altare tuum vitulos. Vitulos enim super altare ponimus, quando carnis petulantiam in conspectu altaris Domini madamus, vt dignè tanto sacramento communice-

2. Sed tunc queritur, vtrum id quod dicitur, Hoc est enim corpus meum, sit forma vel aliquid aliud? Videtur autem, quod hæc non sit forma: dicitur in textu *Matth. Marc. & Luc.* Benedixit, fregit. Ergo aliqua benedictione benedixit, antequam hæc verba diceret, Hoc est corpus meum: & illa benedictione transsubstantiavit: & tunc illa benedictio fuit forma primi sacramenti quod exhibitum fuit Apostolis, cum ergo Christi actio sit nobis instructio, videtur quod nos eadem forma in sacramento vti debeamus. Hoc autem videtur per verba Apostoli *1. Cor. 11*, vbi dicit: Laudo autem vos fratres mei: quia per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis præcepta mea, & tenetis. Et post pauca: Accepi à Domino quod & tradidi vobis. Ergo secundum quod accepit à Domino, sic & tradidit nobis. Si ergo sub alia benedictione Christus panem benedixit quam sub istis, Hoc est corpus meum, & nos alia vti debemus forma sacramenti quam ista. Adhuc autem ante formam sacramenti perfectè dictam non sit fractio in sacramento. Hic autem dicitur ante hæc verba quæ sunt, Hoc est corpus meum, & benedixit & fregit & etiam tertio discipulis dedit: & sic videtur, quod hæc verba non sunt de forma. Et adhuc quidam ante nos non modicè inter antiquos auctoritatis viri, dixerunt quod in veritate alia forma vsus est Christus in sacramento, & alia vtitur Ecclesia. Concedunt enim isti, quod vel mentali vel vocali benedictione vtebatur Christus, qua ipse substantiam panis transsubstantiavit, & transsubstantiatum fregit, & fractum dedit discipulis, & tunc primo dixit: Hoc est corpus meum. Dicunt enim isti, quod si Christus ante hæc verba panem in corpus suum non transsubstantiasset, non fuisset verus sermo quo dixit: Hoc est corpus meum, demonstrando id quod sub forma panis demonstrabatur. Hoc autem valde est inconueniens: quia Christus dicit *Matth. 5*. Cælum & terra transibunt, verba mea non transibunt. *Psal. 118*. In æternum Domine permanet verbum tuum. Oportet igitur, vt dicunt, quod ante fuerit transsubstantiatum: nobis autem, vt dicunt, traditum est sacramentum sub forma illa verborum frequentandum quibus dicitur, Hoc est corpus meum. Si autem queritur ab his, quare Christus alia forma verborum est vsus, & alia voluit nos vti? Dicunt, quod in Christo semper fuit potestas excellentiæ, qua ipse operabatur actus gratiæ sine

D. Alb. Mag. lib. de Euchar.

clane inuocationis, vel supplicationis alicuius, vel exorcizationis: Petrum autem & suos sequaces clauibus vti oportet: quia non est in eis nisi potestas ministrorum: & ad hanc doctrinam ostendendam dicunt, quod alia forma vsus est vel mentali, vel vocali, sicut voluit, & hanc non expressit, ne putaretur eadem esse potestas Domini quæ serui & ministri. Probare etiam nituntur quod dicunt: quia verba ista, Accipite, hoc est corpus meum, potius pertinere videntur ad institutionem, quam ad transsubstantiationem: constat autem, quod in aliis sacramentis super aliis verbis vsus est instituendo sacramentum, & aliis dandò formam sacramenti, sicut *Matth. 6*, cum dicit, Baptizantes eos, instituit sacramentum & iniungit vsum. Dicens autem, In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, dat inuocationem quæ est forma sacramenti. In hoc ego sacramento, sicut dicunt, alia verba pertinent ad institutionem sacramenti, & alia ad formam. Cum igitur secundum significationem verborum, Accipite, hoc est corpus meum, ista pertineant ad institutionem, videtur quod alia aliqua verborum forma vsus est in transsubstantiando. Hæc igitur est sententia antiquissimorum quorundam Doctorum.

Hoc autem à probabilioribus non tenetur: quia hoc quod dicitur, Christus alia vsus est forma verborum, non probatur: & ideo eadem facilitate contemnitur qua probatur. Et quod dicitur, benedixit, constat quod tactu suæ manus quæ vnita erat deitati, benedixit & vim transsubstantiabilem contulit, sicut tactu suæ mundissimæ carnis vim regeneratiuam dedit aquis. Nec legimus ipsum alio signo vel alia benedictione mentali vel vocali vsu esse. Nec est credendum, quod in tanto sacramento Dominus aliquid ab Apostolis vel Ecclesia absconderit, cum illud sit de pertinentibus ad salutem, cum ipse dicat *Ioan. 15*. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis. Constanter igitur videtur dicendum, quod Christus formam verborum qua nos vtimur, vsus est in sacramento. Ad ea quæ isti ergo obijciunt, dicendum est, quod cum dicitur, benedixit, quod signo sui tactus benedixit, & quod ille materiam panis & vini contulit: quia quotiescunque forma debita verborum dicitur super talem materiam cum intentione Ecclesie, tunc patet transsubstantiari, & aliter non transsubstantiaretur. Et quod dicitur, fregit, non est ideo dictum, quod ante vnum tempus fregit, & postea dixerit, Hoc est corpus meum, sed quia simul dixit & fregit, ita quod fractio fuit post verborum formam, quamuis antè dicitur per anticipationem. Ad aliud autem dicendum, quod sicut iam ante diximus, alia verba sunt institutionis sacramenti & formæ, & de hoc satis iam in antè habitis dictum est.

3. Sed tunc supposito, quod hæc sit forma, Hoc est corpus meum, queritur quid demonstratur per pronomen hoc, quod illius est initium orationis. Et si dicatur, quod corpus Domini sub accidentibus panis demonstratur, tunc aut falsum est quod dicitur, aut iam in pronuntiatione, pronominis ibi est veniunt

K. j Christi

3. Christus forma verborum qua nos vtimur, vsus est in sacramento.

4. De singulis verbis in hac forma positis.

Christi corpus, & sic superstit hoc quod sequitur, corpus meum: quia nihil facit ad formam sacramenti, sed tantum significatur per orationem quid prædicetur de hoc demonstrato. Si autem demonstratur panis per pronomen, tunc oratio illa est falsa: quia nullus panis demonstrari poterit qui sit verum Christi corpus.

5. Queritur etiam de verbo substantiuo quod ibi ponitur pro nota compositionis. Constat enim, quod illud notat compositionem essentialem & non accidentalem, sicut cum dico, Petrus est sanctus, vel albus. Si autem talem notat compositionem, tunc oportet, quod prædicatum sit de substantiâ & definitione subiecti, sicut cum dico, Petrus est homo, vel Petrus est animal. Si autem hoc concedatur, tunc sequitur, quod huic demonstrato substantiale & essentialis est esse corpus Domini. Ad hoc ergo quod fiat corpus Domini, non indiget illa mutatione quæ vocatur transsubstantiatio, quod omnino falsum est: quia ad hoc forma sacramenti profertur super materiam demonstratam, quod transsubstantiatio fiat.

6. Similiter autem queritur de tertio quod est ibi positum corpus. Cum enim sicut ibi dicit, caro non prodest quicquam *Ioan. 6.* sed verba, quæ dixi de sacramento, spiritus & vita sunt in sacramento nos viuificant, potius debuit fieri transsubstantiatio in spiritum viuificantem, quam in corpus, præcipue cum dicat *Apostolus 1. Cor. 5.* Itaque nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem: & si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. Christus igitur in sacramento viuificante secundum spiritum, & non secundum corpus est noscendus. Hoc idem videtur per hoc quod dicitur *Ioan. 6.* Qui manducet me, ipse viuet propter me. Constat autem, quod à spiritu, & non à corpore vita procedit.

7. Adhuc autem queritur de pronomine quod apponitur meum: quando enim hoc dixit, tunc corpus suum passibile fuit: ergo tunc dedit passibile, scilicet suum, hoc est, tale quale tunc habuit, dedit. Cum igitur talia verba in forma sacramenti assumpsit Ecclesia, qualia Christus tunc protulit, videtur, quod adhuc in Ecclesia conficitur in sacramento corpus Christi passibile & mortale. Hoc autem ea ratione maxime videtur: quia confectio istius sacramenti fit in commemorationem passionis Domini & mortis, sicut dicit *Apostolus 1. Cor. 11.* Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem Domini bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat. Constat autem, quod mors Domini congruentius signatur in passibili & mortali corpore, quam in glorioso & impassibili & immortalis.

8. Querunt etiam quidam de coniunctione, quæ in quibusdam libris missalibus interponitur verbis istis, qui sic habent: Hoc est enim corpus meum. Videtur hoc non esse de forma: quia in tribus Euangelistarum libris *Matth. Luc. & Marc.* qui hanc formam scribunt, non continetur enim: & cum nihil sit de forma nisi quod Christus dixit, videtur non esse de forma. Adhuc, *1. Cor. 11.* vbi Apostolus ritum recitat quo Christus hoc sacramentum insti-

tuit & confecit, & vbi adiungit, quod ipse secundum eundem ritum hoc sacramentum seruandum Ecclesie tradidit, ibi sic dicit: quoniam Dominus noster Iesus Christus in qua nocte tradebatur, accepit panem & gratias agens, fregit, & dixit: Accipite & manducate, hoc est Corpus meum. Et in hac forma verborum coniunctio causalis, quæ est enim, non continetur: & sic de forma esse non videtur. In contrarium autem est, quod coniunctio in vsu valde solennium Ecclesiarum inuenitur appposita, sicut in vsu Ecclesie Romanae, & opinio probabilis est, quod tales Ecclesie suas obseruationes habebant ab Apostolis. Adhuc autem quia coniunctio causalis relationem & coniunctionem signat ad id quod in oratione Christi præcessit. Dixit Christus: Accipite & comedite ex hoc omnes. Non autem esset causa quare acciperent & comederent, nisi corpus suum esset. Cum ergo sequens sit causa præcedentis, non totum signatur in oratione quod in Christi fuit intentione, nisi coniunctio causalis apponatur: & ita videtur, quod apponi debeat. Et sic dicitur: Hoc est enim corpus meum.

9. Vterius autem queritur quare. *Luc.* plus addit quam *Marc.* dicitur enim sic *Luc. 22.* Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Queritur ergo, vtrum etiam hoc sit de forma? Videtur autem, quod sic: quia Christus hoc suo ore apposuit. Adhuc autem Apostolus tradens Ecclesie hoc sacramentum celebrandum & obseruandum, hoc etiam apposuit *1. Cor. 11.* vbi sic dicitur: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Adhuc autem quia verbis illis innuitur causa passionis quam commemoramus in illo sacramento: & ideo apponendum esse videtur. Adhuc autem cum sacramentum istud sit charitatis, vt in ante habitis determinatum est, & potissima causa charitatis nostræ ad eum sit qui traditus est pro nobis, videtur hoc esse de principalibus in forma ponendis. Adhuc autem quod huius dicit rationem quare sacramentum celebratur: ratio autem celebrationis vniuersiufque rei ad formam eiusdem rei reducitur: videtur ergo, quod & istud quod dicitur, quod pro vobis tradetur, intra formam sacramenti debeat contineri.

10. Vterius etiam queritur de hoc quod *Luc. 22.* vterius additur: Hoc facite in meam commemorationem. Vtrum & hoc sit de forma? Videtur autem, quod sic: quia in vna contextione in forma sacramenti totum hoc Christus pronunciauit: & sicut ipse pronunciauit, sic est tenendum: videtur ergo tenendum esse, quod hoc etiam sit de forma. Præterea Paulus hunc ritum tradidit obseruandum Ecclesie: quia *1. Cor. 11.* dixit, Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Adhuc autem quia hoc dicit finem & intentionem Christi sacramentum instituentis: institutum enim est, vt commemoratio Christi fiat pro nobis se in cruce offerentis.

11. Ad hæc autem sine præiudicio dicimus, quod nihil est de forma corporis Domini nostri, nisi quod Christus testibus quatuor probatur

cratonis panis nisi quod Christus testis: tunc 4. prohibetur dicitur, scilicet, hoc est corpus meum.

barur dixisse, scilicet, Hoc est corpus meum. Testes autem quod conficiendo sacramentum dixit, sunt. *Matthæus, Marcus, Lucas, & Paulus.* Nec aliud quicquam est de forma sacramenti. Et quod queritur de pronomine demonstratiuo, quid demonstrat: Dicendum quod demonstrat corpus Christi sub forma sacramentalis panis. Ad id autem quod obiicitur, quod statim pronunciatu signo demonstrationis secundum hoc est ibi corpus Christi antequam residuum orationis pronuncietur. Dicendum, quod hoc non sequitur: pronomen enim prout secundum se accipitur, non est de forma sacramenti, sed potius prout est pars orationis: quia sic etiam qualiter habet demonstrationis: quia secundum se acceptum non signat nisi meram substantiam. Vnde secundum quod pro nomine ponitur rei demonstrata, sic est pars orationis, & non habet significare nisi cum partibus suis, quæ sunt compositio & appositio compositioni & subiecto demonstrato: & in hac virtute acceptæ partes orationis simul ad indiuisibilem rei signatæ per orationem relatæ faciunt transsubstantiationem: & ideo nulla ibi pars agit diuisim, sed potius, vt diximus, simul acceptæ in vnitatem significatæ rei per orationem ad quod referuntur, faciunt vt vnum & non vt diuisa illam transsubstantiationem. Dicit enim *Priscianus*, quod omnis constructio quam Græci *synthesim* vocant, ad intellectum est referenda: Ad intellectum autem relata vniuntur partes in vnitatem rei significatæ. Et hoc est quod dixerunt antiqui, quod vna pars expectat aliam: & quando totum dictum est, totum factum est. Quod autem obiicitur, quod demonstrat materiam panis, est concedendum. Nec est dicendum quod quidam dixerunt, quod demonstrat materiam vel substantiam panis iam incipientem transire in corpus Christi: hoc enim fieri non posset nisi esset in sacramento mutatio intercepti medium aut extremum: & hoc iam in antecedentibus ostendimus esse impossibile. In transsubstantiatione enim illa tota substantia panis cum materia & forma transsubstantiatur in corpus Christi, & materia panis nullo modo incipit amittere formam panis, & accipere formam corporis Christi: & ideo talis responsio nullo modo competit in hoc sacramento.

Ad hoc quod queritur de verbo substantiuo quam nolet compositionem? Dicendum quod essentialis. Ad hoc quod obiicitur, est concedendum, quod corpus Christi est de essentia huius sacramenti demonstrati & ratione, sicut lignum est de essentia huius ligni demonstrati. Ad hoc autem quod vterius obiicitur, dicendum quod hoc non sequatur: quia hoc facit transsubstantiatio. Vnde quod corpus Christi prædicatur essentialiter de corpore quod est in dextra Dei Patris, hoc fecit natura vniuersalis & particularis in Christo. Sed quod corpus Christi prædicatur de hoc demonstrato sub forma panis, hoc fecit transsubstantiatio, quæ fit per formæ sacramenti sanctificationem. Et si obiicitur, quod id quod sub sacramenti speciebus est, idem est omnino secundum rem cum eo quod est in dextera

Dei patris, & quod traxit de Virgine: & sic si transsubstantiatio facit vnum, tunc facit & alterum: quia vniuers & eiusdem vna est causa. Dicendum, quod hoc non sequitur: quia quamuis idem sint penitus, non tamen eadem habent attributa secundum quod istud demonstratur sub forma panis, & illud in lineamentis & figura propria: quia isti conuenit, quod sit verè cibus: hoc autem in lineamentis & figura hominis demonstratum, vt dicit *Augustinus*, horridum esset accipere cibum: & ideo aliam habet causam secundum quod est sub forma panis prædicatio ista, & aliam habet causam secundam quod est in lineamentis & figura hominis demonstratum.

Ad aliud quod de corpore obiicitur, dicendum, quod quamuis ex vi sacramenti sub forma panis non sit nisi corpus Dominicum, tamen propter vniones naturales corporis Domini cum his quæ secundum naturam & gratiam sunt in corpore, multa sunt ibi alia: propter vnionem enim corporis & animæ est ibi anima: & quia mouet anima corpus per spiritum, est in corpore illo spiritus & animalis, & vitalis, & naturalis: & propter impl. rionem valorum nutrimentalium est ibi sanguis: & propter vnionem gratiam est ibi deitas: & sic est corpus viuificantem & diuinum viuificantem vita diuina & vita gratiæ. Nec de hoc Christus reprehendit Iudæos carnaliter intelligentes, quod corpus spiritu vitifico plenum & diuinum intelligerent, sed potius reprehendit eos, quia tale suum corpus esse intelligere volebant, sed tantum intelligebant, quod caro sua esset dentibus laceranda, & non esset viuifica, nec diuina, & dentibus non laceranda, sed sumenda, & tamen integra & sana mansura. Et hoc est quod dixit: verba quæ locutus sum vobis, spiritus & vita sunt, hoc est, spiritualiter de spiritali manducatione intellecta sunt spiritus ad vitam viuificantiam æternam. Quod etiam Petrus ibidem considerauit, dicens: Ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes. Ad id autem quod obiicitur de Apostolo dicente. Et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. Dicendum quod Apostolus notat per carnem infirmitatem carnalem & infirmum intellectum, quem sicut Iudæi aliquando de Christo etiam habuerunt Apostoli, secundum quem iam non cognoscitur Christus: quia omnia hæc ad spirituales intellectum referuntur: & tunc cognoscimus, quod caro Christi in sacramento sumitur in spiritu viuificante, & non in corporis sui corporali & dentali laceratione.

Ad hoc autem quod queritur vterius de hoc pronomine, meum, bene concedendum est, quod tunc tale exhibuit quale habuit: sed cum post resurrectionem etiam significet corpus à Christo possessum, etiam tunc supponit quale nunc habet, hoc est, immortale & gloriosum. Ad hoc autem quod in contrarium obiicitur, dicendum quod Ecclesia verba hæc accipit sicut ea Christus protulit, scilicet quod verum corpus suum sit ab eo possessum: & huiusmodi veritatem non variant diuersæ dispositiones passibilitatis & impassibilitatis, mortalitatis & immortalitatis, quia hæc non sunt de veritate ha-

mani corporis : sed remanet idem verum humanum viuum & diuinum corpus sub contrariis istis dispositionibus, quod esse non posset, si illæ dispositiones essent de veritate corporis Christi. Ad hoc autem quod obicitur, quod sacramentum celebratur in commemorationem passionis. Dicendum, quod nihil prohibet in immortali corpore fieri commemorationem passionis in modo sacrificij & modo immolationis : & hoc intelligitur institutum esse sacramentum in commemorationem passionis Christi.

13. Ad hoc autem quod vterius queritur, vtrum hoc quod dicitur, quod pro vobis tradetur, sit de forma, vel non? Dicendum, quod non est de forma, nec Christus hoc dixit tanquam esset de forma, sed quod ostenderetur identitas vnitatis inter corpus traditum siue tradendum, & corpus sub speciebus sacramenti contentum : & sic veritatis sacramentum esse probaretur. Ad hoc autem quod obicitur per rationem, dicendum, quod non ideo dicitur, quod pro vobis tradetur, vt ostendatur vel charitas, vel effectus redemptionis, quamvis traditio pro nobis facta magnum indicium sit charitatis, sed tantum ideo additum est, vt ostendatur veritas, sicut iam dictum est : hoc enim necessarium fuit propter carnalem discipulorum adhuc intellectum, vt scirent, quod corpus esset diuinum quod in cruce posset pati, & integrum remanere in sacramento sumptum quidem spiritualiter & sacramentaliter, & cum dentibus non discerptum & dilaceratum.

16. Ad hoc autem quod vterius queritur de hoc quod iterum adicitur, Hoc facite in meam commemorationem. Dicendum, quod hoc nullo modo est de forma : sed quia, sicut in antè habitis diximus, Christus simul instituit sacramentum & iniunxit vsum & promulgauit formam, ideo rationem iniunctionis vsus subiunxit subdens : Hoc facite in meam commemorationem. Ac si diceret, Frequente sacramentum : quia in hoc mei abeuntis habebitis memoriale certissimum : & ideo etiam diximus in antè habitis, quod memoriale vocatur. Et per hoc patet solutio ad totum quod de hoc superius obiectum est.

17. Ad hoc autem quod queritur, vtrum causalis coniunctio sit de forma? Dicendum est, quod non est de forma : sed est coniunctio causalis continuans sequentia cum antecedentibus, sicut etiam dicit obiectio. Ad hoc autem quod dicitur, quod vbi causa & causatum ponuntur, quod hæc ad idem pertinent. Dicendum, quod hoc est verum in causa essendi : sed in causa dicendi, vel aliquid iniungendi, non est verum, & sic est hic. Quod enim dicitur: Hoc est corpus suum, non fuit nisi causa dicendi vel iniunctionis vsus sacramenti : quia dixit, Accipite & comedite. Talis autem causa dicendi vel iniungendi sufficit coniunctioni causalis : quia in grammaticis non attenditur res tantum, sed etiam quicumque modus, & maxime in partium declinabilium constructione. Ad hoc autem quod de antiquis Ecclesiis & authenticis obicitur. Dicendum, quod illæ Ecclesie hoc assumpserunt prædicta de causa:

quia scilicet in sacramento non tantum volunt exprimeret formam, sed etiam formæ rationem in comparatione ad institutionem. Ex his autem quæ sic à nobis dicta sunt, solutio patet ad omnia quæ sita in antè habitis.

Nunc exposcit ordo, vt ostendamus qua virtute, scilicet diuisibili vel indiuisibili hæc forma operetur. Videtur enim quibusdam, quod id quod ex multis discretis & non continuis operatur, quod hoc diuisibili & non indiuisibili operatur virtute. Hæc autem oratio, Hoc est corpus meum, ex multis non vnitis componitur, & sic diuisibili virtute operari videtur: oratio enim quantitas est discreta, & non vnita. Adhuc autem omne quod ex multis agit, operationem habet compositam, sicut calor naturalis, qui agit ex anima, & caelesti virtute, & virtute ignis operationem habet in qua omnium istorum virtus perpenditur : quia in separatione puri ab impuro perpenditur virtus ignis, & in motu ad speciem corporis perpenditur virtus caelestis, & in motu ad speciem viuientis perpenditur virtus animæ. Et sic videtur, quod cum ista oratio agat ex multis, quod debeat habere operationem compositam : & hoc est falsum : quia transsubstantiatio est operatio simplex. Si forte aliquis dicere velit, quod oratio resoluitur ad rem : & sic in simplicitate rei simplicem facit operationem, sicut nuper innuimus in questione precedenti. Videtur, quod ista responsio supponit falsum : quia oratio ista ad vnum simplex reduci non potest: oratio enim ista signat, quod alia est res in ea supposita, & alia apposita siue prædicata. Talis autem res in qua est alia & alia natura, non est vna res simplex : & sic ad aliquam rei simplicitatem hæc oratio reduci non potest. Adhuc autem si oratio virtute rei operatur in sacramento, cum compendium in omnibus sit eligendum & in natura & in gratia, videtur quod melius posita fuisset forma sacramenti in re quam in sermone. Ad hæc autem & similia dicendum, quod in veritate oratio indiuisibili virtute rei operatur, sicut in antè habitis dictum est. Ad id autem quod primo obicitur, dicendum, quod oratio quidem componitur ex multis non continuis in dictis sonis : sed oratio non sumitur hic in se & materialiter considerata, prout est in sonis syllabarum & litterarum, sed, sicut diximus, per significationem ad rem relata, & illa res est vnum simplex & indiuisum. Ad aliud autem quod obicitur, dicendum, quod verum est in his agentibus & instrumentis, quorum virtutes trahuntur à diuersis & à se inuicem diuisis : hoc autem non est hic, quinimo virtus huiusmodi actionis trahitur ab vnico & indiuiso significato. Ad hoc autem quod contra hoc obicitur, dicendum quod cum dicitur, hoc est corpus meum, significatum huius orationis est vnum in esse & vnicum : quia prædicatum est esse suppositi, quamuis id vnum in esse ex duabus substantiis sit compositum, scilicet ex substantia substante & substantia in esse & ratione perspicente : & quando sic vnum compositum est, illud virtutem agendi non trahit nisi ab vno agente quod est natura formæ prædicatæ : & sic sunt duæ naturæ, quarum vna proprie agit

18. Virtus forma sacramenti operatur virtute diuisibili vel indiuisibili.

Non potuit poni simplex forma huius sacramenti propter tres causas.

sicut natura particularis subiecti, quia sicut dicit Philosophus, agere est particularium subiectorum, & agit virtute alterius, quia virtutes & potentie quibus vnusquodque agit quod agit, sunt nature formales quæ est in ipso quod agit.

Ad id autem quod obicitur, quod compendiosius fuisset, si tunc in ipsa re posita fuisset forma sacramenti. Dicendum quod in re non potuit poni simplex forma huius sacramenti propter tres causas. Prima, quod sacramentum in forma & materia subicitur operationi ministrorum Ecclesie: res autem significata in hac oratione si absque designatione orationis accipitur, nullo modo subicitur operationi ministrorum, sicut patet euilibet : quia si hoc corpus Christi demonstratum accipitur sine orationis designatione, absoluitur ab operatione ministrorum, ita quod faceret nihil circa ipsum potest operari. Secunda causa est : quia cum in sacramentis verbum increatum operetur operatione quæ circa elementa corporalia existit, oportet quod verbum increatum operans in aliquo corporali, congruat elemento corporali circa quod operatur : non autem congruit in aliquo quod & sibi congruat, & corporali elemento, nisi in verbo corporali : oportet ergo, quod in verbo corporaliter sonans operetur : quia dicit Augustinus, quod verbum in intellectu est sicut verbum in parte, & verbum sonans in verbo vocis corporalis est sicut verbum intantum, quod corporalibus & coaptatur & conformatur. Tertia autem causa est : quia regulatior & generalior verum est, sicut dicit Hieronymus, quod sacramenta sunt ad eruditionem principaliter instituta : non autem erudiuntur que ad actionem venire non possunt : res autem ista occulta est in se, & ad noticiam venire non potest, nisi verbo sonante designetur : oportet ergo designare verbum incorporali verbo vel voce. Adhuc autem sicut dicit Augustinus, sacramentum est sensibile signum, quod præter speciem quam ingerit sensibus, aliud facit in intellectu venire. Sicut igitur in materia consistit in sensibilibus signis, ita etiam in sensibili signo debet consistere in forma : & sic oportuit formam sacramenti consistere in oratione sensibilem sonum habente. Hæc igitur causa est quare res in sacramento non simpliciter accipitur operatur, sed potius operatur in eo res designata per vocalem orationem, cum tamen vocalis oratio virtutem operandi contrahat à re stançe sub voce illa, sicut diximus in præhabitis, &c.

Vnde forma sacramenti trahit virtutem transsubstantiationis.

Consequenter videndum est vnde hæc forma transsubstantiandi trahat virtutem. Si enim consequentias attendamus, tunc in omni re quæ substantialiter mutatur, oportet quod virtus mutationis illius sit ab eo qui motor est vniuersalis in talibus mutationibus. Mutatio autem vna est, sicut dicimus eam quæ est generationis à sole esse in circulo obliquo accedente & recedente : ideo dicimus distemper fieri generationem & corruptionem. A simili autem & excellentiori videmus, quod omnium talium mutationum est verbum increatum causa & motor, sicut dicitur Ioh. 1.

Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Videtur igitur hæc mutatio transsubstantiationis etiam esse verbi increati. Hoc idem videtur quod dicitur Gen. 1. Dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux. Ergo quotiescunque est mutatio aliqua substantialis & supernaturalis, semper præmittitur, Dixit Deus, sicut sit de dispositione, siue de omni. Similiter autem & ipsa creatio in verbo Dei consistit, quantum ante opus creationis non præmittitur de verbi dictione. Si ergo in verbo increato omnis talis mutatio consistit, tunc videtur, quod etiam ista consistit in virtute verbi increati, &c. Adhuc autem ex dicto Augustini, hoc videtur super Genesim ad litteram, qui hoc quod dicitur, Dixit Deus, Fiat, sic exponit, hoc est, verbum genitum in quo erat vt fieret, cum non fuerit in eo vt fiat quoddam, sed vt fiant omnia, sicut dicitur, quod omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, oportet quod omnes tales rerum supernaturales mutationes sint in verbo & à verbo. Adhuc autem illius proprie agentis est facere aliquid, in cuius ratione est actu secundum formam & rationem. Ratio autem & forma talium supernaturalium transmutationum non est nisi in verbo quod agit omnia talia, & est ars omnia talia faciendi. Igitur virtus illius transsubstantiationis tota consistit in verbo increato. Vnde Psalm. 32. dicit : Verbo Domini celi firmati sunt. Et super hoc dicit Ambrosius, loquens de panis transsubstantiatione in corpus Domini in sacramento. Quid miraris si verbum Dei creaturas mutat, in quo creaturæ vt essent, primum subsisterunt? Videtur igitur, quod tota virtus istius transsubstantiationis in verbo increato consistat. Quod si concedatur, videbitur esse contrarium his quæ antè dicta sunt : quia omnis effectus sacramenti causatur à forma ipsius sacramenti. Forma autem non est verbum increatum, sed creatum prolatum ab ore sacerdotis. Adhuc autem in aliis sacramentis verbum creatum est forma : videtur ergo, quod verbum creatum sit etiam forma in isto. Dicit enim Beda : Accedit enim verbum ad elementum, & fit sacramentum. Et intelligit de verbo creato pro lato ab ore eius qui minister est in sacramento. Hæc autem & huiusmodi solvenda sunt, quod in verbo increato pro certo est omnis virtus mutationum supernaturalium sicut in primo agente. Sed hoc idem verbum dupliciter consideratur : scilicet in intellectu paterno, qui est intellectus vniuersaliter agens, & sic agit indiuisibili actione cum Patre omnes creaturarum mutationes supernaturales, sicut dicitur Ioh. 5. Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Est autem quædam transmutatio supernaturalis, quam licet non operetur minister, tamen aliquid operatur ad ipsam, sicut sunt mutationes sacramentales ad characteres imprimendos, & mutationes ad gratias & ad alias res effectas in sacramentis, & hæc operatur verbum increatum in verbo creato, quod est in pronuntiatione ministrorum. Quia autem aliquid ibi est operationis hominis, oportet quod ipsum verbum

būm increatum coaptetur ad id quod est hominis, ut in operatione hominis verbum increatum operetur. Omnia igitur primitus inducta sunt concedenda: quia in veritate supernaturalium transmutationes ad causam supernaturalem oportet reduci, & hanc causam oportet esse talem in qua sit ratio & virtus tales transmutationes operandi: non autem sunt per rationem & virtutem nisi in verbo: & sic oportet, quod verbum increatum vel in se, vel in aliquo creato cui coaptatur, in illis operetur. Ad hoc autem quod in contrarium obicitur, dicendum quod licet verbum creatum sit forma sacramenti, tamen quia hæc forma processit ab institutione divina, non separatur à verbo increato, & virtute illius agit quicquid agit: & ita est etiam in aliis sacramentis.

19. Si autem queritur, unde sit, quod verbum increatum sic est actiuum? Dicendum, quod est ab hoc quod ipsum est verbum intellectus diuini, qui vniuersaliter est actiuus, & nullius rei receptiuus. Et ideo sicut ille est causa transmutationis rerum & constitutus rerum omnium sicut vult, ita & verbum eius sic est transmutatiuum & constitutiuum: nos ter autem intellectus est materialis & receptiuus: & ideo non est rerum causatiuus, sed potius à rebus causatus: & ideo etiam verbum ipsius conceptum designat, quem præcepit intellectus, & non est alicuius rei causatiuus. Verbum autem increatum nuntiat intellectum agentem & constituentem: & ideo, ut dicit *Ambrosius*, est rerum transsubstantiatiuum: & ideo cum tali verbo creaturas constituent & reparante loqueretur Christus Iudæis. *Iohan. 6.* & ipsi non caperent, arguens eos dixit, Quare loquebam meam non cognoscitis? Ego enim ex Deo processi & veni. Ac si dicat: In ipso verbo quo muto & reparo creaturas sicut volo, potest scire, si vultis, quod verbum æternum procedens ab intellectu qui vniuersale principium est agendi & creaturas instituendi & reparandi: quia tales supernaturales operationes per seipsum non habet, nisi Deus siue intellectus diuinus: quia nullus est rerum vniuersaliter constitutiuus: hæc enim operatio propria est Deo & nulli alij conueniens. Et si sancti aliqui tales leguntur fecisse operationes, has fecerunt per inuocationes vel supplicationes vel per merita sanctitatis, & non per seipsum virtute propria. Ista enim operationes supernaturales in quantum sunt supernaturales, sunt omnes vnius rationis: & ideo ad vnum agens supernaturale habent reduci.

20. Vltimò tandem considerandum est de huius formæ qualitate: non enim hæc forma est ad modum formarum aliorum sacramentorum, quæ omnes sunt per inuocationem sanctæ Trinitatis, sicut in baptismo, vbi dicitur: Baptizo te in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Hic autem nulla sit Trinitatis inuocatio, cum tamen operationes gratiarum sacramentalium sint indiuisa opera Trinitatis. Adhuc autem in omnibus aliis formis actum vel gratiam sacramentalem signat se operari minister, sicut in baptismo dicit: Ego te baptizo. Et in confirmatione dicit: Ego te confirmo. Et in

uocatione dicit: Vngo hos oculos de oleo sanctificato. Et sic de aliis. Videtur ergo, quod etiam in isto sacramento in persona ministri dici deberet transsubstantio huius panem in corpus Domini nostri Iesu Christi. Adhuc autem cum sit transsubstantiatio panis ibi, videtur quod deberet significari per modum mutationis, quod sic diceretur: Hic panis fiat corpus Domini. Vel sic diceretur: Hic panis transsubstantiatur in corpus Domini. Et non sic: Hoc est corpus meum. Quia verbum substantiuum quod est est, nullatenus dicit mutationem. Adhuc cum ministris sit proprium non operari ex potestate absoluta, sed per clauem supplicationis vel exorcismi, sed Christi sit operari ex potestate habens, dixerit, Hoc est corpus meum, quod tamen ministris sit sic non dicere, sed supplicatione vti, dicendo, Rogamus te Domine, ut hoc fiat corpus tuum.

21. Ad hæc autem & omnia similia dicimus, quod non est in hoc sacramento sicut in aliis: operatio enim istius sacramenti ad Dominum omnium terminatur sacramentorum. Et ideo aliis verbis hic vti oportet quem in aliis. Nec ista operatio est ministri, sed potius, sicut diximus, verbi increati in verbo creato: & ideo nulla est inuocatio in hoc sacramento: quia certissimi sumus de operatione verbi. Alia autem est causa: quia cum contentum istius sacramenti sit Christus totus integer & perfectus, & respectu huius rei non possit aliquis pñi obex ex parte ministri, ideo non debuit hoc sacramentum formam habere per inuocationem traditam sicut alia in quibus aliquando obex ponitur. Ad aliud autem dicendum, quod in veritate iste actus transsubstantiationis nullo modo est ministri sicut operantis, vel sicut cooperantis: quia solum verbum increatum in verbo creato hæc operatur transsubstantiationem: & ideo actus ille ad ministrum non poterat sicut ad agentem retorqueri. Sic autem non est in aliis sacramentis, quorum actus exteriores ad vsum sunt ministrorum. Ad aliud autem dicendum, sicut patet iam in antè habitis, quod non est ibi vera transmutatio, sed simplex transsubstantiatio huius ex hoc. Et ad hoc signandum non est tradita forma per verbum pertinens ad mutationem, sed per verbum pertinens ad esse. Ad aliud autem iam patet responsio per antè dicta: quia licet ministri sit per clauem operari, tamen quia actio illius sacramenti nullo modo est ministri, ideo non debuit ut ministri per inuocationis vel supplicationis modum significari. Et si obicitur, quod secundum hoc sacramentum istud non debuit committi operationi ministrorum, dicendum quod hoc non sequitur: quia quamuis nihil operetur minister vel cooperetur in re sacramenti, tamen operatur ad sacramentum suggerendo materiam, & dicendo orationes & supplicationes quæ antecedunt & consequuntur sacramentum, & offerendo & distribuendo sacrificium, vel sacramentum, & cetera faciendum quæ in hoc sacramento requiruntur.

CAPVT

CAPVT III.

De forma quæ dicitur supra vinum.

1. Post hoc dicendum est de forma quæ dicitur super vinum, de qua quædam queruntur propria: quædam quæ vtramque formam, panis scilicet & vini consequuntur. Propria autem quæ queruntur, sunt tria, scilicet quæ sit forma quæ super vinum dicitur. Et vtrum diuisum vel coniunctum agat transsubstantiationem cum forma quæ dicitur super panem. Et tertio quare non eodem modo traditur sicut forma quæ dicitur super panem. Si autem verba Euangelistarum consideremus, forma quæ dicitur super vinum, valde diuersa inuenitur. *Matth.* enim 26. dicitur. Et accipiens calicem, gratias egit, & de dit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes, hic est sanguis meus Noui Testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. *Marc.* autem 14. dicitur sic: Et accepto calice, gratias agens, dedit illis, & biberunt ex eo omnes, & ait illis: Hic est sanguis meus Noui Testamenti, qui pro multis effundetur. *Luc.* autem 22. sic dicitur. Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens: Hic calix Noui Testamenti est in meo sanguine, qui pro vobis fundetur. 1. autem *Cor.* 11. dicitur sic. Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens: Hic calix Noui Testamenti est in meo sanguine, hoc facite quotiescunque bibetis in meam commemorationem. Hæc autem omnes formæ differunt ab ea quæ vtitur & tenetur à tota Ecclesia in Missæ Canone, vbi sic dicitur: Simili modo postquam cœnatum est, accipiens & hunc præclarum calicem in sanctas ac venerabiles manus suas. Item tibi gratias agens benedixit, deditque discipulis suis, dicens: Accipite & bibite ex eo omnes, hic est enim calix sanguinis mei Noui & æterni Testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Hoc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis. Hæc omnes formæ valde à se inuicem differre videntur. Et sicut dicit *Hieronymus*, Non potest esse verum quod est diuersum, &c.

2. Queritur autem de prima istarum: si enim secundum ea quæ de forma corporis determinata sunt, quædam horum verborum pertinent ad sacramenti institutionem, sicut id quod dicitur: Accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis: quædam autem pertinent ad formam, sicut id quod dicitur, Hic est sanguis meus Noui Testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum: quædam autem pertinent ad vsum, sicut id quod dicitur: Bibite ex hoc omnes: hæc videtur, quod istud sacramentum sanguinis aliam habet institutionem quam corporis sacramentum: & sic videntur esse duo sacramenta, & non vnum sacramentum. Adhuc autem obicitur etiam de hoc quod dicit: Hic est sanguis meus: quia etiam sanguis est in corpore ante confectio: & si

corpus habet secum sanguinem, constat quod facit sanguinis effectum: & sic superfluit sanguis in calice consecratus, ut videtur. Adhuc autem quia alia forma vtitur super vinum, & alia super panem, & duæ materiæ, & duæ formæ, & duæ institutiones videntur facere duo sacramenta. Adhuc autem queritur, ex quo Christus dixit, Hic est sanguis meus, quare hoc Ecclesia mutasse videtur, dicens: Hic est enim calix sanguinis mei: ponens sanguinem in obliquo, & calicem in recto, cum nihil ibi intendatur de calice, sed principalis intentio sit de sanguine. Adhuc autem queritur, vtrum & hoc sit de forma quod adducitur, Noui & æterni Testamenti, mysterium fidei? Videtur, quod sic: quia sub vna continetur confectio orationis. Præterea bene inuenitur in Euangelio sanguis Noui Testamenti: sed queritur, unde additum sit æterni? hoc enim nullus posuit Euangelista. Adhuc autem, quare dicitur sanguis Noui Testamenti? Si enim dicitur ideo quia in Nouo Testamento est institutus: tunc etiam corpus debuit dici Noui Testamenti, ut sic diceretur: Hoc est corpus meum Noui & æterni Testamenti. Adhuc autem queritur, quare dicitur Noui Testamenti: cum nihil videatur per illud testificari? testimonia enim vel testamenta sunt quæ testificantur Deo per miracula probata sunt, sicut dicitur *Heb.* 2. Contestante Deo signis & portentis & variis virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem. Aut sunt vltimæ voluntatis indicia certis sigillis certificata. Nihil autem talium est in calice, ut videtur. Et ideo non deberet vocari calix Noui Testamenti. Adhuc autem in æternitate nihil talium erit: quia ibi rerum veritas percipiemus id quod nunc sub specie sacramentali gerimus velarum. Non ergo deberet dici Noui & æterni Testamenti, sed potius Noui Testamenti in fine temporum finiendi. Adhuc autem unde trahitur id quod additur, Mysterium fidei? hoc enim in serie Euangelij nec in se, nec in suo simili inuenitur. Adhuc autem quare potius ponitur hæc de calice quam de corpore? corpus enim Christi est hic in altari in mysterio; hoc est, in secreto sicut & sanguis. Adhuc autem queritur, quare potius dicitur mysterium fidei, quam mysterium spei vel charitatis, cum sacramentum altaris principaliter dicatur charitatis sacramentum & veritatis, sicut in antè habitis probatum est? Vltimè autem queritur de hoc quod additur, Qui pro vobis & pro multis effundetur, vtrum & hoc sit de forma? Videtur, quod sic: quia vniuersaliter obseruatur ab Ecclesia. Adhuc autem quare dicit sanguinis proprium effectum, & effectus omnis, respicit ad formam agentis? Adhuc autem quare dicit computatione vtrius: Pro vobis & pro multis, cum non sit alia rationis ratio pro Apostolis quam pro multis? Adhuc autem quare non dicit, Qui pro omnibus effundetur, cum tamen pro omnibus sit suffus? *1. Iohan. 3.* Non solum pro nostris, sed etiam pro totius mundi. Adhuc autem hoc esset conforme dictis peccatoris Domini, qui *Iohan. 1.* dicit: Agnus Dei qui tollis peccata mundi. Et non dicit, peccata nostra & multorum de mundo. Adhuc autem vltimè queri

quæritur, quare addatur, in remissionem peccatorum. Omne enim sacramentum est in remissionem peccatorum. Et videtur, quod baptismus & penitentia plus sint in remissionem peccatorum, quam Eucharistia: quia illa sunt directè contra mortalis peccati species, quæ sunt originale & actuale. Eucharistia autem est contra quendam peccati defectum, qui est inedia spiritualis vitæ, sicut patet per ante dicta. Cum enim hoc non additur formis aliorum sacramentorum, videtur quod etiam formæ istius sacramenti addi non deberet. Hæc autem quæ possent dici de pronominis demonstratione, & partibus orationis sigillarim & coniunctim acceptis, satis intelliguntur per ea quæ de forma quæ dicitur super corpus, disputata sunt.

3. Videtur igitur sine præiudicio sententiæ melioris dicendum esse, quod hoc solum sit de forma sanguinis, quod dicitur: Hic est calix sanguinis mei. Præcedentia autem quæ sunt, Accipiens & hunc præclarum calicem in sanctas ac venerabiles manus suas. Itemque gratias agens, benedixit, & dedit discipulis suis, dicens, Accipite & bibite ex eo omnes, ad institutionem & sanctionem & usum pertinent sacramenti. Quæ autem sequuntur cum additur: Noui & æterni Testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effunderetur, & cætera omnia hæc pertinent ad declarationem virtutis sacramenti: medium autem quod interiacet, hic est enim calix sanguinis mei, meo iudicio solum est de forma sacramenti. Quod enim primò dicitur de calicis acceptione, signat quod virtute tactus manuum diuinarum vis transubstantialis collata est materię vini, quam non haberet nisi talem materiam Christus in intentione faciendi sacramentum tetigerit. Quod autem additur, In sanctas ac venerabiles manus suas, quæ sanctæ dicuntur, quia sacramentum sanxerunt, & venerabiles, quia auctoritas diuina in eis fuit ad instituendum. Quamuis ergo Christus multa dum hic in mundo viueret, tetigerit, tamen vim materialem sacramenti non contulit nisi rebus illis tantum quas tetigit intentione faciendi sacramentum. Actio enim Dei voluntati & intentioni subiicitur, sicut dicitur. *Sap. 12.* Subest enim tibi cum volueris posse. Quod autem dicitur, Item tibi gratias agens, ostendit magnitudinem sacramenti & dignitatem: quia de paruis Filius Patri speciales non ageret gratiarum actiones. Et quod subdit, Et dixit, Accipite, hoc refertur ad institutionem: & est sensus: Vos qui estis Ecclesiæ ministri futuri, accipite hoc dandum Ecclesiæ & tenendum. Et iste sensus innuitur in verbis *Apostoli. 1. Cor. 11.* vbi dicit: Ego enim accepi à Domino quod & tradidit vobis. Quod autem subiungit, Bibite ex eo omnes, hoc pertinet ad usum & generalitatem vsus, & ad sumptionem sacramentalem, qui frequentandus est in Ecclesia. Propter quod etiam dicit *Hieronymus*, quod vna causa institutionis sacramentorum est exercitium, vt in ipsis vtili exercitemur occupatione, de qua ipse idem *Hieronymus* dicit, Semper aliquid operis facito, vt te diabolus occupatum inueniat. Quæ autem sequuntur, cum dicit, Hic est

enim calix sanguinis mei, sunt de forma præter causalem quæ interponitur coniunctionem, quæ continuationem facit formæ sacramenti ad institutionem, sicut in ante habitis in forma corporis dictum est.

4. Quod autem obiicitur, quod duæ institutiones faciunt duo sacramenta. Dicendum, quod non sequitur, nisi duæ institutiones essent de duabus materiis diuisis, & duabus formis diuisis, & duabus gratiis in sacramentis substantialiter effectis diuisis, quæ hic non sunt: quia duæ materiæ panis & vini indicant vnum perfectum nutrimentum, quod in perfectione nutriendi altera illarum materiarum indicare non sufficit. Forma etiam ad formam refertur ad perfectionem vnius sacramenti. Vna etiam est gratia in vtroque effecta: & ideo duo esse non possunt. Hæc autem omnia in tertio superius habito tractatu per rationes efficaces probata sunt. Ad hoc autem quod obiicitur, quod videtur esse superfluum, quia sanguis est in corpore. Dicendum, quod hoc nihil valet. Ecclesia enim in sacramento non intendit habere Christum qui multis aliis modis habetur per gratiam inhabitantem & bona merita, sed intendit habere Christum vt cibum & perfectum nutrimentum: vt perfectum autem nutrimentum non habetur in solo sacramento panis, sed in sacramento panis & vini: vnde licet corpore iam consecrato in eo non desit sanguis, & hoc sit de complemento naturali corporis, tamen non habetur hoc ex virtute sacramenti, nisi post consecrationem calicis: panis enim non nisi in corpus transubstantiatur, & non in sanguinem: quia sanguis est in corpore propter corporis viuens perfectionem naturalem, & anima vt causa vitæ naturaliter in corpore, & deitas est propter gratiæ vnionis connexionem: tamen in omnibus his non habetur ex vi sacramenti nisi corpus, & iam ostendimus, quod elementum materiæ debet perfectionem nutrimenti significare: & ideo de necessitate sacramenti & non superflue ponitur materia quæ est vinum. Ad aliud quod obiicitur de duabus materiis, & duabus formis, & duabus institutionibus, iam solutum est. Ad id quod quæritur, quare Ecclesia sanguinis ponit in obliquo, quem Christus in recto posuit? Dicendum, quod Christus vtrumque dixit: quia *Luc.* dicit, Hic est calix sanguinis mei. Et hoc idem testatur Paulus cuius Euangelium *Lucas* scripsisse legitur, qui sic dicit: Hic est calix Nouum Testamentum in meo sanguine. Sed Ecclesia elegit illum modum in vsu sacramenti, quem *Lucas* scripsit: quia in illo signatur & sanguis, & charitas qua fusus est sanguis, & charitas ad quam inuitat sacramentum sanguinis, & charitas in qua sumendus est sanguis. Calix enim calida est potio, quæ non calorem vasis vel eius quod est in vase signat, sed potius calorem qui sanguinem feruere fecit, & qui vaporat in sanguine, & qui incendit bibentem. *Psal. 115.* Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Quia igitur hoc importatur in sanguine, ideo Ecclesia elegit potius verba *Lucæ* quam *Matth.* vel *Marc.* Sed tunc secundum hoc quæritur, si aliquis diceret sic, sic est sanguis meus,

meus, vtrum conficeret, vel non. Ad hoc videtur dicendum, quod taliter dicens conficeret. Sed si ex contemptu religionis Ecclesiastica id obstinato animo & temerè dicere vellet, peccaret contra ritum Ecclesiæ & esset deponendus à ministerio & gradu quo fungeretur in Ecclesia. Ad id quod vterius quæritur, vtrum & hoc sit de forma quod additur, Noui & æterni Testamenti? Videtur dicendum, quod non, sed est ad expressionem eorum quæ perficiunt sacramentum. Et hæc sunt tria, scilicet testamenti confirmatio quod antiquitas non confirmabatur nisi sanguine: vnde *Heb. 9.* Testamentis in mortuis confirmatum est, alioquin nondum valet donec viuit qui testatus est, vnde nec primum sine sanguine dedicatum est. Secundum autem est, quod in sacramento totum quod credimus, fundatum est: quia Christi passio gratia futura beatitudo in coniunctione sanguinis significatur. Et quod obiicitur, quod in Euangelio inuenitur Noui Testamenti, hoc verum est: sed dicitur propter nouum modum gratiam conferendi quam habent sacramenta nouæ legis, quæ continent hoc quod figurant, & quod figurant & continent, conferunt ei qui recipit sacramentum: & hæc sacramenta veteris legis non fecerunt: quia totus vsus illorum, vt dicit *Augustinus*, fuit in signando gratiam, quam sic responderunt futuram, quod eandem non continebant nec conferebant. Ad hoc autem quod quæritur, quomodo additum sit æterni? Dicendum, quod hoc additum est auctoritate Apostolorum & Ecclesiæ, ad ostendendum, quod isti sacramento aliud non succedit: sed hoc in finem temporis durabit in sacramentali specie: in futura autem æternitate percipietur in rei aperta veritate. Et sic patet, quod æternum est & non temporale tantum, sicut Veteris Testamenti figuræ, quæ sicut dicitur *Heb. 8.* vsque ad tempus correctionis ad signandum tantum sunt posite. Ad hoc autem quod quæritur, quare ad corpus non dicitur Noui Testamenti? dicendum, quod non ideo dicitur sanguis Noui Testamenti, quia in Nouo Testamento sit institutum, sed potius ideo quia Nouum Testamentum in ipso & per ipsum confirmatum est, sicut iam ante diximus: quia hoc dixit Apostolus ad *Heb. 9.* In corpore autem secundum quod est corpus, testamentum non est confirmatum: quia mortem non significat sicut sanguis, nec in eos quibus testamentum confirmatur, aspergitur secundum quod est corpus. Aspergitur autem sanguinis testamentum confirmatur vt sanguis eius funderetur, qui testamentum non seruaret. Ad hoc quod quæritur, quid sit in sanguine testificatum? Dicendum, quod totum Nouum Testamentum, sicut dicitur. *1. Ion. 5.* Tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, aqua, & sanguis. Sanguis enim testatur remissionem, sicut dicitur *Heb. 12.* Accessistis ad asperionem sanguinis Iesu Christi melius loquentem quam Abel: quia Abel sanguinis asperio vindictam exposcular, sed sanguis Christi remissionem. Spiritus autem vaporans in sanguine, testatur sanctificationem, & aqua expiationem. Hinc est, quod *Zach. 9.* dicitur:

D. Alb. Mag. lib. de Euchar.

Tu verò in sanguine testamenti tui emisisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Hoc igitur testificatur sanguis: quia sicut dicitur *Heb. 9.* sine sanguinis effusione non fit remissio. Et hoc testificabatur sanguis cum flueret multis miraculis. Propter quod etiam Centurio conuictus dixit *Matth. 27. Marc. 15.* Verè Filius Dei erat iste. Conuicti etiam erant illi qui percutientes pectora sua reuerfi sunt in ciuitatem. *Luc. 23.* Nihil autem horum adiungitur corpori: quia corpus secundum se non est mortis signum vel passionis. Est etiam vltimæ voluntatis confirmatio: quia vltima voluntas Christi fuit remissio per redemptionem, & hanc sanguine testificatus est & confirmauit multis sigillis miraculorum. Ad id autem quod obiicitur, quod in æternitate nihil erit sacramentalium signorum, solutio patet per dicta paulò ante: quia ideo dicitur æternum, quia non habebit succedens, & in beatitudine manebit in suo proprio significato, sicut & Christus dicitur *Heb. 7.* sempiternum habere sacerdotium secundum ordinem Melchisedech. Ad id autem quod quæritur, vnde addatur mysterium fidei? Dicendum, quod auctoritate Apostolica additur & Ecclesiæ, ad determinationem sacramenti sanguinis: tota enim fides in sacramento sanguinis fundatur, secundum quod redemptio facta est per sanguinem: quia Christus propter hoc incarnatus fuit, sicut dicit Petrus beati Gregor. diaconus in paschalis cerei benedictione: Nihil enim nasci profuit, nisi redimi profuisset. Ad hoc autem quod dicitur, nihil simile in Euangelio contineri. Dicitur potest, quod multa fecit & dixit Christus, sicut dicitur *1. Ion. vltim.* quæ si scriberentur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros. Vel si non dixerit Christus, tamen Ecclesiæ auctoritas addidit, vt diximus, ad expressionem fidei, quæ tota, sicut iam diximus, morte & sanguine Christi est completa. Et hoc quidem mysterium est: quia tota fides est de non apparentibus rationi. Vnde *Hebr. 11.* dicitur, quod fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Ad hoc quod quæritur, quare hoc non est additum formæ corporis? iam patet solutio per ante dicta: quia scilicet corpus secundum quod corpus mortem omnia confirmantem forma sua non ostendit, quam perfectè ostendit fluxus de latere sanguinis. Ad id quod quæritur, quare non dicatur mysterium spei & charitatis? Dicendum, quod hoc non esset propriè loqui: quia secretum quod significat mysterium, non congruit nisi pertinentibus ad cognitionem, & ad cognitionem non pertinent spes & charitas. Ad id autem quod vterius quæritur de hoc quod additur, Qui pro vobis, &c. Dicendum, quod non est de forma. Ad id autem quod obiicitur, quod dicit proprium effectum, dicendum quod hoc non facit ipsum esse de forma, sed indicat sanguinis virtutem & effectum redimendi: & licet effectus à forma procedat, tamen extra formam est secundum esse, & nihil est ipsius formæ. Ad id autem quod quæritur, quare vtitur copulatione, pro vobis & pro multis? dicendum, quod in

E. vici

veritate vna est ratio fundendi sanguinem pro Apostolis & pro aliis, tamen apponitur, Qui pro vobis in persona iustorum perfectorum, vt sciatur, quod merita sanctorum quantumcunque perfectorum, non valent, nec sunt accepta sine sanguinis intermissione. Quod autem dicitur, Pro multis, ideo dicitur, vt ostendatur quid sanguis habeat in valore. Vnde ex primo intelligitur per Christi sanguinem perfectio meriti sanctorum, ex secundo autem valor sanguinis importatur. Ad hoc autem quod queritur, quare non dicit, Pro omnibus? Respondent quidam, quod in veritate pro omnibus sufficit sanguis Christi: sed quia non efficienter saluat omnes, sed multos, ideo sicut dicunt, dicit pro multis, potius quam pro omnibus. Et hæc ratio est bona & Catholica. Si quis autem subtilius sermonem Domini inspiciat, tunc plus importatur per hoc quod dicit, Pro multis, quam si diceret, Pro omnibus: quia multis dicit multitudinem, quæ sui incremento procedit in infinitum, & sic pro multis optime dicit: quia quamuis multitudo hominum potentia materia, vt dicit Philosophus, procedat in infinitum, & cum valore sanguinis multitudo infinita redempta est. Si autem poneretur pro omnibus, poneretur quædam summa distributa sub vno communi, & non significaretur valor sanguinis extendere se vltra illam. Ad hoc quod dicit *Ioan.* quod pro totius mundi sanguinem fudit peccatis. Dicendum, quod in hoc quod dicitur mundus, quoddam infinitum secundum potentiam materiam importatur: propter quod idem est mundus præcedentium, præsentium, & futurorum: & sic iterum respicit multitudinem potentia infinitam. Per hoc etiam patet solutio ad sequens de verbo Ioannis Baptiste, quo dixit, Qui tollit peccata mundi. Ad id autem quod vltimus queritur de additione huius quod dicitur, In remissionem peccatorum. Dicendum, quod in hoc nulli addi congruit nisi in forma sanguinis: quia in solo sanguine secundum suum nomen & effectum sanguinis significatur & causatur remissio peccatorum: in aliis autem causatur quidem, sed non per se significatur. Corpus enim secundum seipsum non dicit opus redemptionis: quia veritas corporis potest percipi etiam si nunquam fuisset redemptio per passionem, dummodo Christus sic sacramentum sui corporis institueret. Sed sanguis directe dicit fluxum sanguinis in opere redemptionis, per quam facta est remissio peccatorum & debiti solutio. Ad hoc autem quod obiicitur de baptismo & penitentia. Dicendum, quod reuerentia sunt ordinata sacramenta illa contra duas species mortalis peccati, quæ sunt originale & actuale, sed tamen ad illa delenda nihil operantur, nisi sanguis Christi per fidem Ecclesie in eis operaretur: & ideo remissio primò & per se attribuitur sanguini, & per virtutem sanguinis attribuitur aliis etiam sacramentis omnibus, & non solum baptismo & penitentia, &c.

Deinde queritur, vtrum hæc forma sigillatim sine forma corporis accepta, agat transubstantiationem vini in sanguinem, aut si non agat eam nisi vt coniuncta cum forma quæ

5.
77mm
con
21m, 22g

dicitur super panem? Et antiqui quidam sicut *Stephanus Canuariensis & Præpositus & Cantor Parisiensis* & alij quidam dixerunt, quod vna istarum formarum expectat aliam, hoc est, quod pronuntiata forma ista, Hoc est corpus meum, non statim fit transubstantiatio panis in corpus Christi, sed forma verborum iam perfecta, stat in virtute sua non statim agens donec etiam super vinum pronuntietur forma sanguinis: & tunc illæ formæ simul agunt sacramenti huius perfectionem per transubstantiationem panis in corpus, & per transubstantiationem vini in sanguinem. Huius autem suæ assertionis siue opinionis quatuor assignat rationes, quarum prima sumitur ex vnitatem sacramenti, quæ iam in antè habitis probata est. Vnius autem sacramenti vna vel congregata ad vnum est actio. Et ideo dicunt, quod simul congregatæ suæ istæ actiones formarum. Secunda ratio sumitur ab vnitatem eius quod semper in hoc sacramento continetur, siue bonus sit sacerdos conficiens, siue malus. Hæc autem res est totus & perfectus Christus. Vnius enim rei sacramentalis vnica vel ad minus simul vnita est actio conuertens & constituens. Tertia ratio sumpta est ab inconuenienti quod istis sequi videbatur, si contrarium huius diceretur: & hoc est: quia si diceretur, quod non sunt simul actiones formarum, esset sub forma panis corpus sine sanguine, & sub forma vini sanguis sine corpore, quod esset magna sacramenti imperfectio: quia sic aliquando in altari esset Christus secundum aliquid sui, & non esset ibi secundum aliquid sui, quod valde inconueniens est. Quarta autem ratio sumitur à simili: quia dicunt, quod sicut Spiritus sanctus simul corpus & sanguinem formauit in vtero, ita conueniens est simul & non successiue corpus & sanguinem supernaturali mutatione formari in Sacramento, vt vna actio diuina & supernaturalis alij diuinæ & supernaturali respondeat secundum similitudinem & congruentiam. Hæc igitur sunt propter quæ dixerunt hoc quod dixerunt, & magnæ fuerunt isti viri temporibus suis auctoritatis inter Doctores.

In contrarium huius obiicitur: quia secundum hoc sacerdos facit populum idololatrare: constat enim, quod statim completa pronuntiatione facta de forma corporis Christi eleuatur, hostia & populo adoranda exhibetur adoratione latrice: hoc autem fit antequam aliquid de forma vini dicatur. Si ergo tunc non est corpus Domini, sed panis, pro certo panis adoratione latrice adoratur, quod est inconueniens. Adhuc autem confesso Sacramento corporis, aliquando sacerdos vel ex errore ministri qui ministrat aquam pro vino, vel ex obliuione propria obliuiscitur, quod non conficit sacramentum sanguinis vsque in finem Missæ, & tunc in hoc casu præcipiunt Doctores, vt repetat Canonem ab hoc loco vbi de Sacramento sanguinis incipit agi, hoc est ibi: Simili modo postquam cœnatum est, &c. Oportet ergo, quod toto illo tempore expectaret forma corporis Domini, ne ageret, quod valde ridiculum est. Adhuc autem quidam ex errore vel obliuione totum orantur sacramentum

diuisum vel
conuentionem
transubstantiationem
cum forma
consecrationis
panis.

mentum sanguinis. Illi ergo secundo ea quæ dicta sunt, etiam de Sacramento corporis nihil conficerent, quod est absurdum. Adhuc autem quæ esset causa, quod forma pronuntiatæ super propriam materiam, statim non ageret ad perfectionem sacramenti? Hanc enim etiam licentiam fingendi habentibus difficile esset fingere. Propter hoc & huiusmodi rationes dicimus, quod nihil valent illæ antiquorum opiniones, quod falsæ sunt, & valde propinquæ ad hæresim, quinimo statim facta pronuntiatione formæ super materiam panis, fit transubstantiatio panis in corpus Dominicum, quando adhuc non est transubstantiatum vinum in sanguinem Domini.

Ad hoc autem quod primo inducunt, dicendum quod vnitas sacramenti non impedit, quin diuisas panis & vini transubstantiationes habeant: quia hoc non facit diuisionem seu vniionem sacramenti, sed potius vnitas signandi perfectionem nutrimenti in materiis duabus, quæ perfectio significationis in altero non valet inueniri, & vno vltimi effectus, qui est restauratio deperditi in vita spiritali, quia etiam nutrimentum corporale non perficitur ex vno, sed ex pluribus, quæ diuisas habent preparationes & sumptiones, & tamen vnicum perficiunt nutrimentum, &c. Ad secundam quam inducunt rationem, dicendum quod verum est, quod vnus Christus integer & perfectus sub vtraque est forma sacramentali, & quamuis vnus rei vnica sit actio, vel ad vnum congregata, hoc verum est, quando vnum & idem habetur vno modo & secundum eandem & indiuisam operationem. Hoc autem non est hic: quia ad aliud in nutrimento consecratur sanguis, & ad aliud corpus, quamuis illa postea coniuncta vnâ perficiant nutrimenti operationem, sicut diuersa fercula vel diuersi potus ordinati secundum naturam, quamuis diuersas habeant preparationes & sumptiones, vnâ tamen habent nutriendi perfectionem: & ideo propter hoc quod dicunt, non oportet, quod vna forma expectet aliam in agendo. Ad tertiam dicendum, quod ille error qui istis videbatur, non sequitur: quia licet sub forma panis ex virtute sacramenti non sit nisi corpus, tamen hoc non est sine sanguine: quia ex perfectione corporis naturalis habet venas plenas sanguine, & ex organizatione habet perfectionem animæ, & ex gratia vniionis habet perfectionem deitatis: sed sicut iam antè diximus, Ecclesia intendit habere sanguinem, non ex perfectione naturalis corporis, sed potius ex vi sacramentali ad nutrimenti spiritalis perfectionem. Et ideo non contingit inconueniens quod isti timebant accidere. Nunquam enim Christus secundum aliquid sui est in altari, & secundum aliquid sui semper est in altari, sicut iam sæpius dictum est. Ad quartam autem rationem dicendum, quod transubstantiationes supernaturales & diuinæ non sibi respondent, nisi secundum summam sapientie ordinem. Et ideo summa sapientia ad vnus perfectionem nutrimenti ordinauerit duas transubstantiationes diuisim faciendas & sumendas, duas diuisas sunt in Sacramento transubstantiatione.

Alb. Mag. lib. de Euchar.

Nec est simile quod pro simili inducitur: quia in formando corpus necesse fuit, quod sanguis esset materia corporis: & ideo oportuit, quod simul cum corpore mereretur ad opus incarnationis. In Sacramento autem potus sumitur ad nutrimentum, vt velat & substituit cibum, & venarum vias aperiat, & membris continet & adherere faciat: & ideo secundum consequentiam rationem in Sacramento sanguis conficitur & sumitur post sacramenti corporis consecrationem. Hæc ergo opinio stare non poterit, &c.

Nunc dicere restat quare non eodem modo traditur sicut forma quæ dicitur super panem, vt sic planè dicitur, Hic est sanguis meus. Videtur enim, quod similis similitudinem esse deberet traditio. Simile autem penitus in traditione sacramentali videtur esse de Sacramento panis siue corporis, siue de Sacramento vini siue sanguinis. Adhuc autem si diceretur, quod calix apponitur, eod quod fusibile est vinum, & disfluere nisi in calice teneretur & similiter sanguis, hoc penitus nihil est: quia non dicitur, Hic est calix vini: quia vinum per formam statim transubstantiatur in sanguinem: sanguis autem Christi semper intra venas est Christi, & effundi non potest: & ideo nulla est ista responsio. Si autem dicatur, vt prius dictum est, quia calix ibi notat charitatis calorem, hic calor non plus notatur in effusione sanguinis, quam in passione corporis, præcipue cum dicat Dominus *Ioan. 15.* Maiorem hæc dilectionem nemo habet quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Ad hæc autem & huiusmodi iam patere potest solutio per antè dicta: quia in veritate in sanguine patet calor charitatis, & non in corpore secundum quod est corpus: quia nulla existente passione Christus verbis potuit dare, quod virtute verborum panis in corpus Christi transubstantiaretur, sed postea effusione sanguinis iam statim ponitur passio quæ in eo qui verus Deus est, non potest procedere nisi ex calore charitatis. Vnde etiam eadem charitate coarctatus dicit *Luc. 11.* Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor vsque dum perficiatur? Et intelligit de baptismo sanguinis. Ad hoc autem quod dicit Christus *Ioan. 15.* Maiorem charitatem nemo habet, &c. Dicendum, quod secundum legem sedes vitæ & animæ secundum conueniens nutrimentum est in sanguine: & ideo potius per hoc dictum intelligitur sacramentum sanguinis quam corporis. Et per hoc patet solutio ad omnia quæ sita.

Quare restat
que forma
non eodem
modo traditur.

CAPVT IV.

De consequentiis ad vtramque formam.

Consequenter tractanda sunt quædam consequentia ad vtramque formam, sicut verbi gratia de tribus, scilicet quod dicitur, Eleuatis oculis suis in caelum, &c. Similiter

E 2 etiam

etiam de hoc quod post vtriusque sacramenti consecrationem dicit sacerdos: Vnde & memores, &c. Et post pauca: Offerimus præclaræ maiestati tuæ, &c. cum iam totum sit Patris oblatum & sanctificatum, cum tamen sacerdos dicat, Panem sanctum vitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ. Tertium est de quo queritur, cum hoc sacramentum non sumatur nisi in commemorationem passionis, quare fit mentio de resurrectione & ascensione, cum dicitur, Et ab inferis resurrectionis, & in cælum gloriosæ ascensionis. De primo autem istorum queritur, quare apponitur, In cælum eleuatis oculis, cum hoc nullus posuerit Euangelistarum, nec Apostolus 1. *Corinth.* 11. ubi formam dedit celebrandi sacramentum, de hoc nullam penitus fecit mentionem. Videtur enim, quod in tanto sacramento nihil sit addendum nisi quod auctoritas diuina promulgauit. Ad hoc *Disny*, dicit in lib. de diuinis nominibus, c. 1. quod vniuersaliter non est audendum nobis aliquid dicere præter hoc quod in sacris libris est promulgatum. Adhuc autem videtur esse quædam diminutio potestatis Christi: Christus enim operatur potestate excellentiæ virtute deitatis propriæ: ministri autem operantur adminiculo clauis, quæ sunt inuocatio, supplicatio, exorcismus, & huiusmodi. Eleuatio autem oculorum in cælum videtur esse inuocantis vel supplicantis, qui non virtute propria operatur: & sic videtur in Christo dicere potestatis diminutionem. Vterius etiam queritur de hoc quod post consecrationem vtriusque sacramenti dicitur: Vnde & memores Domine &c. & in fra, necnō ab inferis resurrectionis, sed & in cælos gloriosæ ascensionis. Cum enim sacramentum hoc, sicut ipse dicit Christus & restatur Apostolus, sit in commemorationem Dominicæ passionis tantum institutum, videtur quod incongruè additur de memoria resurrectionis & ascensionis. Adhuc quare non additur eodem modo de memoria confensus ad dexteram Dei Patris, & de reditu ad iudicium, cum hæc in simbolo sicut & alia contineantur? Adhuc autem quid est quod inferius dicitur, Offerimus præclaræ maiestati tuæ, cum iam ante totum per eleuationem & consecrationem sacramenti sit oblatum? Adhuc autem quid est quod dicitur, Offerimus maiestati tuæ, potius quam bonitati? Videtur enim bonitati magis congruum quam maiestati, cum Christus in offerendo potius humilitatem & charitatem, quam maiestatem exhibuerit. Adhuc autem vterius queritur, quare dicitur, De tuis donis ac datis? quia de alieno illius cuius est offerre, potius est redditio quam oblatio, sicut & *Apostolus Roman.* 13. Reddite ego omnibus debita. Et Dominus *Matth.* 22. Reddite ego quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Adhuc autem queritur, quare additur, Hostiam puram, Hostiam sanctam, Hostiam immaculatam, cum iam sacrificium consecratum est, quod purius esse non potest, nec sanctius, nec magis immaculatum? Queritur etiam propter quid illa tria circa hostiam cum signis tribus crucis ponantur? Adhuc vterius queritur, Quia non videtur esse verum quod additur, Panem sanctum vitæ æternæ, cum iam non sit

Panis, sed corpus Christi. Eodem modo non videtur verum esse quod subiungit, Calicem salutis perpetuæ, cum iam non sit calix, sed sanguis iesu Christi.

Ad hæc autem omnia facile est respondere si ea quæ in præmissis habita sunt, in memoria reneantur. Ad primum enim quod dicitur contra hoc quod est, eleuatis oculis in cælum ad te Deum Patrem suum omnipotentem. Dicendum quod ex simili addidit Ecclesia: quia *Ioan.* 11. cum suscitaret Lazarum, dixit Euangelista Ioannes: Iesus autem eleuatis sursum oculis, dixit: Pater gratias ago tibi, &c. Si enim pro vita vnus iterum morituri gratias agens eleuauit in cælum oculos, multo magis creditur hoc fecisse in consecratione vniuersaliter vniuersi sacramenti. Similiter cum instruxisset discipulos post cœnam, & oraturus esset pro eis ante passionem in ipsa nocte traditionis suæ, sicut dicit Euangelista *Ioan.* 17. hæc locutus est Iesus, & subleuatis oculis in cælum, dixit: Pater venit hora, clarifica Filium tuum. Ex quo præsumitur, quod frequenter oculos ad cælum leuauit, & fortè fecit hoc in omnibus agendis suis: & ideo non est præsumptum, sed de factis Domini & verbis Euangelistarum appositum, præcipue cum hoc Romana Ecclesia credatur traditum accepisse à sanctis Apostolis Petro & Paulo, quos binos sacramentorum traditores habuit, & quorum adhuc corpora mortua custodit: quæ etiam Romana Ecclesia nunquam hæresi fœdata fuit, & nullo vnquam schismate diuisa, cum omnes alie Ecclesiæ patriarchales & multis hæresibus & hæresarchis sint fœdatæ & schismatibus diuisæ: & ideo, vt creditur, Romana Ecclesia vt ab Apostolis hoc accepit, ita syncerum custodit.

Ad hoc autem quod per rationem in contrarium obicitur, dicendum quod non ostendit aliquam minorationem virtutis siue potestatis: quia Christus non eleuauit in cælum oculos, vt per inuocationem mutaret potestatem quam non haberet, sicut sancti viri faciunt per inuocationes & supplicationes à Deo aliquid impetrare volentes. Sed quinque causæ à sanctis patribus assignantur, quare frequenter oculos in cælum ad Patrem eleuauit. Quarum prima est, vt concordiam indissolubilem inter se & Patrem ostenderet, cum Iudæi frequenter dicerent, quia Patri contrarius esset, sicut in *Psalm.* 24. signanter dicitur: Oculi mei semper ad Dominum: quoniam ipse euellit de laqueo pedes meos, hoc est, de laqueo quem sibi Iudæi calumniis suis terenderunt. Secunda finis causa est: quia Patri sicut auctori omnia sua attribuebat, qui est fons & principium totius deitatis. 1. *Cor.* 15. Cum tradiderit regnum Deo & Patri. *Ioan.* 17. Omnia mea tua, & tua mea sunt; & clarificatus sum in eis. Et hæc eleuatio oculorum fuit in suscitatione Lazari & in consecratione sacramenti: quia hoc est gratiarum actionis, quando sua retulit ad Patrem. Vnde *Ioan.* 11. dicitur: Gratias ago tibi, quia audisti me: ego autem sciebam, quia semper me audis. Tertia causa est vt ostenderet idem esse boni finem & terminum, quod est omnis boni ini-

Septem causa
quare Chris-
tus frequen-
ter oculos ad
Patrem ele-
uauit.

tium & principium. Pater enim innascibilis, vt dicit *Hilarius*, est, ad quem filius qui illuminat, dirigit, & ad quem Spiritus sanctus reducit omne quod inspirat, sicut dicit *Dionysius* in de cælesti. hierarch. capite 1. & talis est eleuatio oculorum quam fecit *Ioan.* 17. & ideo dicit ibi: Pater venit hora, clarifica filium tuum, scilicet per effluxum bonorum quæ per me ex te fluunt. Et sequitur, Vt filius tuus clarificet te, per omnia, quos illuminauit & Spiritu tuo sanctificauit in te reductionem. Et hoc est quod dicitur *Iacob.* 1. Omne darum optimum, & omne donum perfectum de sursum est descendens à Patre luminam. Quod tractans *Dionysius*, dicit, quod omnis processio luminis à Patre cælesti mota siue fluens in nos optimè & largiter proueniens, nos replet: & sicut virtus quædam vnica, siue omnia nostra colligens ad vnam, & vniam, reducit nos & conuertit ad Patris simplicitatem, vt sit idem alpha & omega, principium & finis, sicut dicitur *Apocal.* vltim. & hoc est quod dicitur *Eccles.* 1. Ad locum vnde oriuntur flumina, reuertuntur, vt iterum fluant. Quarta causa est vt nos instruat in omnibus fiduciam debere ponere in cælestis Patris adiutorio: quia Christi actio nostra est instructio, sicut ipse dicit *Ioannis* 13. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis: Sic à Domino eleuare oculos in cælum Susanna didicit. *Dan.* 13. quæ scens suspexit in cælum: erat enim cor eius fiduciam habens in Domino. Quinta causa est, quod in omnibus faciendis doceat nos illuminationem expetere à Domino Patre, qui est pater luminum, & sic *Iosaphat* didicit ad cælum leuare oculos. 2. *Paral.* 20. qui dixit, Cum ignoramus quid agere debeamus, hoc solum residui habemus, vt oculos nostros dirigamus ad te. Quamuis enim Christus nihil ignorauerit sciendorum vel agendorum, tamen nostra in se transfigurans, docet nos quid in dubiis & ignoratis agere debeamus. His causis à Doctoribus ante signatis duæ adhuc addi possunt, quarum vna est: quia Christus formam serui pro nobis assumens exemplo suo respondit quam parati ad obsequia patris cælestis esse debemus. Vnde *Psalm.* 22. Ad te leuauit oculos meos, qui habitas in cælis. Et statim subiungit: Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, & sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, vt scilicet omni nutui manus pareant, & sine parati seruire ad nutum: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum. Alia causa est, vt doceat in omnibus implorare auxilium diuinum. *Psalm.* Leuauit oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Christus, ergo talibus de causis eleuauit oculos, & non propter defectum diuinæ potestatis, maxime tamen, vt dicit *Chrysost.* eleuauit, vt ostenderet omnium actuum suorum & verborum patrem esse confortem operatorem & testem, sicut ipse dicit *Ioan.* 3. Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, ipsa sunt quæ testimonium perhibent de me. Vnde in persona Domini & in persona Iudaorum dicitur *Iob.* 16. Ecce enim in cælo testis meus, & conscius meus in excelsis. Verbo amici mei: ad Deum stillat

D. Alb. Mag. lib. de Euchar.

oculus meus. Amici autem dicuntur Iudæi, qui carne coniuncti & fœdere siue pacto legis & promissionum, quamquam inimicitias cum ipso egerint: per hoc enim patet solutio ad primum queritum.

Ad aliud dicendum, quod fit mentio de resurrectione: quia Eucharistiæ sacramentum habet conferre immortalitatis radicem, sicut ipse dicit Christus *Ioan.* 6. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. De ascensione autem fit mentio propter hoc quod Eucharistia est sacramentum quod ducit ad patriam, & est signum edulij quod præstatur in cælo: & quia ducit ad patriam, ideo dicitur viaticum, quia per desertum nos euntes in patriam ducit. Vnde *Exod.* 16. Filij autem Israël comederunt manna quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem. Hoc cibo alij sunt vsque dum tangerent fines terræ Chanaan, quæ signabat patriam promissam. Ad hoc autem quod obicitur, quod sacramentum celebratur in commemorationem passionis, dicendum est, quod hoc est verum quantum ad oblationem quæ fit in sacramento, quæ signat oblationem quæ se Christus obtulit in cruce: sed quantum ad virtutes Eucharistiæ & effectus, multorum aliorum commemoratio fit in sacramento: & hoc sancta mater Ecclesia intendit instruere fideles filios gratiæ diuinæ. Ad hoc autem quod queritur, quare non fit mentio de confensu ad dexteram Patris: Dicendum quod confensus in dextera Dei Patris est terminus ascensionis: ideo quoad beatitudinem nihil nouorum sacrorum ostendit, quantum quantum ad articulos fidei alij sit articulus de ascensione, & alij de confensu in dextera Patris: quia *Arriani* hæretici dixerunt Christum vt creaturam sanctificaram in cælum ascendisse, sed vt Deum in æqualitate Patris non sedisse. De reditu autem ad iudicium non fit mentio: quia ille Christi reditus fit in terrore & trepidatione: id autem sacramentum est donum charitatis & pacis. Ad illud autem quod queritur, quare dicitur, Offerimus, cum iam sit ante oblatum? Dicendum, quod iam oblatum est in se sacrificium: sed illa facta oblatione continuè offertur, prout sibi fideles incorporantur: & pro illis dicimus, Offerimus in presenti: quia illa non cessat oblatio. *1. Reg.* 60. Offerentur mihi super placabili altari meo, & domum maiestatis meæ glorificabo. Domus autem illa non incongruè formæ sacramentales intelliguntur, quibus inhabitat nobiscum Deus, qui Emanuel *1. Reg.* 7. vocatur; quod est nobiscum Deus. Ad id autem quod obicitur de maiestate, dicendum quod in veritate sacramentum in humilitate & charitate est institutum: tamen quia per incorporationem membrorum gloriæ diuinæ est dilatum quod hic oratur, ideo dicitur, quod maiestati præclaræ offertur: quia sic maiestas præclara Dei in corpore mystico declaratur. Ad hoc autem quod vterius queritur, De tuis donis ac datis. Dicendum, quod ideo dicitur, quod sacerdos fideles incorporatos Christo offerre non potest, nisi per dona Dei Christo incorporentur. Vnde *Ioan.* 10. Pater quod dedit mihi,

manus omnibus est. Et dicitur de donis propter gratiam. Dato autem propter naturalia que dantur creationi. Multo magis cum per gratiam reparantur. quæ per peccatum quasi perit in corruptiõn fuerunt. *Ioa. 6.* Omne quod dat mihi Pater, ad me venit: & eum qui venit ad me, non eiciam foras. Et hoc dixit Christus loquens de hoc sacramento, & de incorporandis sibi per sacramentum. Hic autem modus orationis præfiguratus est. *1. Paral. 17.* ubi sic dicit Dauid: Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Hæc enim oblatio Dei est ut auctoris, & sacerdotis est sicut ex liberalitate ministrantis, & fidelium est sicut oblatorum in sacrificio. Et ideo quamuis Deo nihil offeratur nisi quod suum est, & quod est ab ipso: quia aliter non esset acceptum, tamen quando libera voluntate hoc fecimus, damus: quia voluntas libera est, quamuis oblatum sit redditum. Unde *1. Paral. 17.* dicit Dauid: Omnis hæc copia quam parauimus ut ædificaretur domus nomini sancto tuo, de manu tua est, & tua sunt omnia. Scio Domine Deus, quod probes corda, & simplicitatem diligas: unde & ego in simplicitate cordis mei larus obtuli vniuersa hæc: & populū tuum, qui hic repertus est, vidi cum ingenti gaudio offerre tibi donaria. Domine Deus Abraham & Isaac & Israël patrum nostrorum custodi in æternum hanc voluntatem cordis eorum, & semper in venerationem tui mens ista permaneat. Ad hoc autem quod queritur, quare dicitur, Hostiam puram, &c. Dicendum, quod hoc non ponitur propter corpus Christi verum, sed propter corpus mysticum, quod incorporatum vero corpori peccatur offerri. Hoc autem habet peccati originalis imputatam, & peccati actualis immunditiam, & peccati venialis maculosam contagionem: & contra hæc tria corpus mysticum peccatur per corpus Christi verum purificari, sanctificari, & immaculatum fieri: & ideo hostia pura dicitur purificans, hostia sancta dicitur sanctificans, & hostia immaculata dicitur

ad innocentiam restituens. Crux autem super hostiam fit in quolibet istorum, ut ostendatur, quod per virtutem crucis puritas & sanctitas & immaculatio à Christo ad corpus mysticum deriuatur. Quod autem queritur, quare dicitur, Panem sanctum? Dicendum, quod non intendit de pane in vera substantia panis, sed de pane in vero actu & effectu panis, sicut dicitur *Ioa. 6.* Pater meus dabit vobis panem verum de cælo. Panis enim verus est, qui de cælo descendit, ut det vitam mundo: ex quo enim verus actus & effectus panis est nutrire ad confortationem cordis, verissimus iste panis est, qui maximè hæc facit. Eodem autem modo intelligendum est illud quod de calice quærebatur: & ut designetur talis nutrimenti vis & talis potus veri per crucem in Ecclesiam procedere, ideo sunt signa crucis sigillatim super hostiam panis, & sigillatim super calicem in vtraque pronuntiatione. Et attende ordinem, quia signatur primo à toto Christo Ecclesia purificanda ab impunitate maledictæ originis, & sanctificanda ab immunditia actionis, & immaculata futura à contagione veniali, & tunc demum nutrienda pane vitæ & potanda Christi sanguine. Et hoc est quod dicitur *Exod. 12.* quod alienigena non comedet ex eo. Seruus autem emptitius circumcidetur, & sic comedet. Aduena & mercenarij non edent ex eo: alienigena enim est, qui se per peccatum alienum fecit, qui nec purificatus est, nec sanctificatus, nec immaculatus effectus. Is autem qui iam seruus diaboli fuit emptitius, qui nummo deceptionis emptus est à serpente, hic circumcissione spirituali circumciscus à peccato comedet. Aduena autem qui religionis Christianæ virtutem non assumit, etsi solo numero inter fideles habitat, & mercenarius qui spe terrenorum omnia facit, non comedet. Et hoc est quod dicitur *2. Cor. 11.* Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit, &c.

TRACTA

TRACTATUS III.

Quid in hoc sacramento sit sacramentum tantum, & quid sit res & sacramentum, & quid res & non sacramentum.

CAPVT VNIC.

N

VNC autem dicere restat quid in sacramento sit sacramentum tantum, quid sit res & sacramentum, & quid res tantum & non sacramentum. Hæc enim tria in omni sacramento nouæ legis inueniuntur. Dicitur autem communiter, quod illud quod est sacramentum tantum in hoc sacramento, est species sacramentalis quæ consistit in panis & vini accidentibus. Id autem quod est res tantum, est gratia nutrimenti spiritualis, quæ per se & principaliter efficitur in hoc sacramento. Sunt quidam dubitationem facientes contra primum: quia dicit Magister Hugo de sancto Victore, quod omne sacramentum est visibile & corporale elementum, ex similitudine representans, & ex institutione significans, & ex sanctificatione inuisibilem gratiam conferens. Species autem quæ sunt formæ accidentium panis & vini, non sunt corporale elementum: quia non sunt corpora: & sic videtur, quod malè dicitur, quod species sacramentales sunt sacramentum. Adhuc Beda dicit: Accedat verbum ad elementum, & fit sacramentum. Ergo est sacramentum ad quod accedit verbum: verbum autem vocatur verborum forma quæ est forma sacramenti: hoc autem verbum in hoc sacramento non accedit nisi ad panis substantiam & non ad accidentia, quia panem transubstantiat & non accidentia: ergo substantia panis & vini sunt sacramenta, & non accidentia. Si autem hoc concedatur, in contrarium est, quod illud quod est sacramentum tantum, in omni sacramento manet: substantia autem panis & vini in hoc sacramento non manent. Vltèrius autem queritur de hoc quod est sacramentum & res: hoc enim corpus Christi verum esse dicitur: & hoc non videtur esse verum: quia dicit *August.* quod sacramentum est visibile forma speciem ingerens sensibus. Corpus autem Christi verum non videtur in sacramento: & ideo non videtur esse sacramentum & res, sed res tantum. Adhuc autem cum omne sacramentum consistat ex ma-

teria & forma, si Christus vel Christi corpus est sacramentum, oportet quod habeat formam. Hæc autem forma non est illa quæ dicta est super panem: quia illa ut forma iam functa est officio suo transubstantiando panem in corpus Christi, & in corpore Christi nihil facit vltèrius: ergo oportet illud sacramentum quod est corpus Christi verum, vltèrius habeat aliam formam per quam fiat sacramentum. Adhuc autem cum corpus Christi mysticum etiam significetur in sacramento, quod tamen non est vltima substantialis res huius sacramenti, videtur quod corpus mysticum etiam sit res & sacramentum. Et sic in hoc sacramento duo sunt, quæ sunt res & sacramentum. Vltèrius autem etiam queritur de eo quod est res tantum, quæ dicitur esse gratia spiritualiter nutriens ad corpus Christi incorporandum: Christo enim non incorporamur per vnâ gratiam, sed per multas: quia per omnes gratias gratum facientes, sicut dicit Apostolus *Ephes. 4.* Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios autem pastores & Doctores ad consumptionem sanctorum in opus ministerij in ædificationem corporis Christi. Incorporatio igitur talis non videtur esse spiritualiter res istius sacramenti.

Ad hæc & similia non est difficile respondere qui apud se bene habet scientiam sacramentalem. Dicit enim debet, quod sicut in omni sacramento, ita & in isto est quoddam sacramentum tantum, sicut formæ sacramentales: & quoddam res & sacramentum, sicut corpus Christi verum: quoddam res tantum sicut gratia nutriens spiritualiter ad incorporationem Christo faciendam. Formæ enim sacramentales signant tantum & nihil causant. Corpus autem Christi verum signat & causat, signatur & causatur. Gratia autem nutriens spiritualiter signatur & causatur, & nihil vltèrius signat, sed causat in mystico corpore incorporationem quæ fit fidelium ad Christum. Et hæc de causa ista tria sunt in sacramento, ita scilicet quod primum est signans & non significatum. Tertium autem est signatum & non signans. Medium autem est signans & signatum. Quicquid autem ex institutione diuina signat gratiam, sacramenti nomen habet & rationem: quia sacramentum est inuisibilis gratiæ visibili forma, cuius similitudinem gerat & causa existat, sicut dicit *August.*

Ad id ergo quod de primo obiicitur, dicitur quod elementum non dicitur nisi ad similitudinem definitionis elementi corporis: quia elementum est, quod est in compositione primum, & sic id quod componit sacramentum, dicitur elementum sacramenti, dummodo componat id naturaliter, sicut corpora huius mundi materialiter componuntur ex quatuor elementis, & sic dicuntur formæ sacramentales elementum: quia materialiter componunt perfectionem sacramenti, secundum quod est signans & continens: quia sic integratur ex signante gratiam, & corpore Christi vero, & gratia significata & causata. Ad hoc quod obiicitur, quod species non sint corpora, respondendum est, quod non oportet ipsa esse corpora, sed corporalia: quia etiam aqua in sacramento baptismi non est proprie sacramentum, sed potius tinctio facta in aqua, quæ, inquam, tinctio non est corpus, sed etiam corporalis quedam forma ad modum habitus aptata baptizato. Ad id quod ex verbo *Beda* obiicitur, dicendum quod elementum dicitur duobus modis: quia & ipsa materia unde sumitur sacramentum, vocatur elementum, sicut aqua in baptismo, & ipsa forma corporalis à qua trahitur similitudo ad gratiam signandam, etiam dicitur elementum: & ad utrumque accedit verbum: quia sine verbo nec bene signaret, nec penitus aliquid efficeret: & ideo verbum dictum super panem facit, quod formæ sacramentales signant refectionem cibi spiritualis. Quod non facerent si verba formæ sacramenti ad illas formas non accederent, quin potius refectionem cibi carnalis signarent: & sic verum est quod dicit *Beda* generaliter in omni sacramento. Ad id autem quod ulterius queritur de hoc quod est res & sacramentum, dicendum quod sensibile dicitur duobus modis, scilicet id quod sentitur per se, & id quod sentitur signi (in quo continetur veritas eius) significatione: quia igitur corpus Christi in quantum est cibus, significatione accidentium cibi & potus sentitur, ideo dicitur sensibile per illud, & non per se, quamvis in potestate habeat sentiri quando vult, & sicut vult, sicut ad preces beati *Gregor.* sentiebatur in forma digiti. Hoc autem aliquando facit ad fidem plebis de sacramento firmandam. Ad aliud dicendum, quod sacramentum non habet formam in partibus, sed in toto. Unde totum sacramentum habet vnam suam transsubstantiationis formam. Quando autem dicitur, quod tria sunt in sacramento, scilicet sacramentum tantum, & res tantum, & sacramentum & res, simul accipiuntur ea quæ in toto sacramento sunt ut partes, & non oportet, ut illa particulares habeant formas vel materias sacramentales, quamvis sine forma reali. Et sic corpus Christi suam habet formam naturalem, & aliæ partes sacramenti similiter, sicut & homo totus habet vnam formam quæ partibus diuisis non conuenit, quæ est humanitas: partes autem habent suas formas particulares. Ad aliud dicendum, quod corpus Christi mysticum quod est Ecclesia, non habens maculam, neque rugam, est signatum in hoc sacramento & non contentum: & ideo non aumeratur in parti-

bus sacramenti: quia partes essentialis sacramenti in sacramento sunt contentæ, & sine illis non est integrum & perfectum sacramentum: quamvis enim quidam sacramentali manducatione non participant gratiam spiritualis refectionis, quæ est res tantum in hoc sacramento, tamen quantum est de se, confert eam sacramentum, sed tunc remanet in Christo & in Christi corpore, quod est in hoc sacramento res & sacramentum: sicut & in baptismo factus non percipit gratiam, sed characterem, in quo remanet potentia ad gratiam, quando factio ab eo qui factus erat, recedit per penitentiam. Ad id quod ulterius queritur de eo quod est res tantum in hoc sacramento. Dicendum, quod licet per omnes virtutes & omnia bona homo disponitur ad hoc quod Christo incorporetur, tamen per vnam gratiam huius sacramenti secundum substantialem ipsius operationem fit ipsa incorporatio: quia sicut per omnem qualitatem digestiuam & subtilitiam & depuratiuam nutrimentum disponitur, ut facilius corpori naturali incorporetur, quo fuerit ipsi corpori similis, & tamen virtus vltimæ incorporationis est in membris corporis sibi & membris inducens & vnens & ita incorporans nutrimentum, ita per omnia bona assimilatur fidelis anima & homo totus, ut facilius Christo incorporetur: & tamen in corpore Dominico in cibum sumpto remanet specialis virtus & gratia, qua homo in Christi corpus inducitur & vnitur & incorporatur, & hæc gratia est res tantum in sacramento signata & contenta & causata, signata per formas cibi & potus, & contenta & significata etiam est res & sacramentum, quæ est corpus Christi, & contenta sub signis illis: corpus autem Christi signatum est & contentum à formis sacramentalibus, est etiam significans causans & continens gratiam incorporationis quæ est vltimum in sacramento secundum Catholicam fidem.

Iuxta hæc autem habent explicari quedam dubia ex præmissis exorta. Ex quo enim tria, ut dictum est, sunt in hoc sacramento, materia panis & vini, & corpus Christi, & gratia signata, & substantia panis & vini substantialiter transsubstantiatur in corpus Christi & sanguinem, videtur aliquid esse corpus Christi post consecrationem, quod ante non fuit corpus Christi, & ante consecrationem videtur, quod aliquid erit corpus Christi, quod ante non erat corpus Christi, & in ipsa consecratione videtur, quod aliquid fit corpus Christi, quod prius non erat corpus Christi. Similis autem obiectio est de vino & sanguine. Hæc autem omnia hæretica sunt & absurda: quia si aliquid est corpus Christi, quod ante non erat corpus Christi, pro certo sequitur, quod corpus Christi nouum fit & de nouo. Hoc idem etiam sequitur ex his locutionibus inductis. Vltimus autem queritur, ex quo istius transsubstantiationis causa est forma sacramentalis, vtrum si forma fortè mutetur in alia verba, vel addatur ei aliquid vel minuat aliquid ab ea, vtrum tunc operetur eandem transsubstantiationem? posset enim mutari sic ut diceretur: Hæc est caro mea. Posset addi sic: Hæc est compages corpo-

Dubia ex præmissis.

De Euchar. Dist. V. Tract. 3. cap. vnic. 129

ris mei. Posset enim minui sic: Hoc est corpus, vel hoc est meum.

Ad hæc & similia dicendum videtur, quod in veritate omnes illæ locutiones quæ inductæ sunt, falsæ sunt & hæreticæ: quia ex quo Christus accepit corpus de Virgine, & perfecta quantitate corporis pependit in cruce, & ascendit in cælum, nihil vnquam factum est corpus Domini, quod non erat prius corpus Domini. Panis igitur transsubstantiatur in corpus Christi, quod prius erat sine omni additione: & ideo nihil erit corpus Domini, & nihil fit corpus Domini, quod non erat prius corpus Domini. Et quia de hoc satis in ante habitis dictum est, ideo hic sufficiat, quod substantia panis & vini sine mutatione vel additione vel innouatione corporis Domini transsubstantiatur in corpus quod prius erat, & panis per istam transsubstantiationem desinit esse panis, cum prius esset panis, non tamen simpliciter transit in non esse vel in nihil, quia in corpus Domini transsubstantiatur. Et hoc idem tenendum est de vino ad sanguinem. Mutatio enim supernaturalis, quæ vocatur transsubstantiatio, tota est in substantia panis & vini, & secundum nullum modum alterationis vel augmenti vel generationis attingit corpus Domini. Ad id autem quod ulterius queritur de forma faciente hanc transsubstantiationem, dicendum quod in nullo debet mutari: quia si mutetur in alia verba, pro certo non conficitur, etiam si illa verba eundem sensum habere videantur. Similiter dicendum de diminutione: quia si ita dicatur, Hoc est meum, remanet in-

determinatum quid meum sit. Et si dicatur Hoc est corpus, non signatur proprium Christi corpus. De additione autem dicendum videtur, quod si addatur, quod significationem non mutet vel errorem inducat, quod tunc nihilominus fit consecratio, ut si dicatur, Hoc est corpus meum dilectum, vel sanctum, vel aliquid huiusmodi: tamen hoc non est faciendum, & qui facit, est increpandus: quia ita dicitur *Iob. 29.* Verbis meis nihil addere audebant, sed stillabat super eos eloquium meum. Et hoc maxime de formis sacramentorum est intelligendum. Aduertere igitur poteris in hoc sacramento mirabilem & diuinam conuenientiam: quia sicut in trinitate diuinarum personarum sunt tres personæ in vna essentia, sic in persona Christi tres substantiæ siue nature siue essentiæ sunt in vna persona, & tres substantiæ in vno sacramento, scilicet panis, vinum, & aqua. Et sicut sunt personæ omnes æternæ & immutabiles, ita substantiæ in Christo sunt, æterna quidem deitas, antiqua caro de primo statâ assumpta, & noua anima de nouo creata. Tres autem substantiæ sacramenti sunt omnes de antiquo significatæ, panis in corpore, & sanguis & aqua quæ fluxerunt de Christi latere: & sic Christus est vbique in loco secundum deitatem: localiter autem in loco contentus in cælo. Ita secundum continentiam cibi non localiter, sed tamen verè secundum corporis & animæ & deitatis presentiam est simul in multis locis in sacramento, sicut de sacramento Catholicæ determinatur.

TRACTA



TRACTATUS IV.

In quo agitur de ritu huius sacramenti.

CAPVT I.

De ritu huius sacramenti ex parte Christi.



ANDEM de ritu sacramenti dicendum esse videtur, de quo tria sunt notanda, scilicet de ritu ex parte Christi, de ritu ex parte ministri, & de ritu ex parte fumentis. De ritu ex parte Christi tria quaeremus, in quo sicut in materia Christus hoc sacramentum primo tradiderit, vtrum scilicet vel in azymo, vel fermentato corpus suum tradiderit, & qua forma in conficiendo vsus sit, & quando, & quibus dederit. Vtrum autem Christus in azymo vel fermentato corpus suum tradiderit, magna est diuersitas inter Doctores Græcos & Latinos. Græci enim qui sacramenta à Ioanne Euangelista dicuntur accepisse, dicunt quod consecrandum est in fermentato: quia in fermentato Christus corpus suum, vt dicunt, tradidit. Hoc autem probant auctoritatibus & rationibus. Auctoritates præcipue inducunt quatuor ex quibus arguunt probationem suæ assertionis. Prima est *Ioan. 18.* vbi dicitur: Ipsi non introierunt in prætorium, ne contaminarentur, sed vt comederent Pascha. Sed cum comederetur Pascha, vt dicunt, erat luna 14. sicut dicitur *Exod. 12.* Decimaquarta die ad vespertum Pascha Domini est. Et idem dicitur *Leuit. 23.* Decimaquarta die ad vespertum Pascha Domini est, & quintadecima solemnitate celebrabitur altissimo Domino. Decimaquarta ergo erat luna in Parasceue, & ante Parasceuem præcedenti nocte Dominus cœnauit cum discipulis, & corpus suum dedit eis. Ergo dedit corpus suum luna existente tredecima: tunc autem non erat nisi fermentatum in domibus Iudæorum: ergo ipse dedit in fermentato: quia adiuu panem in domibus Iudæorum non inuenit nisi fermentatum. Quod autem in domibus Iudæorum non fuerit nisi fermentatum, probant ex hoc quod dicitur *Exod. 12.* & *Leuit. 23.* Septem diebus azyma comederis. Et *ibid.* Quartadecima mensis ad vespertum, comederis azyma. Ante hoc igitur azyma in domibus non habuerunt: & sic sequitur, quod tredecima luna fermentatum comederant: & si tunc, vt probant, Dominus dedit corpus suum, dicunt, quod oportuit vt da-

Vtrum Christi
sua in azymo
corpus
suum tradidit
dedit.

ret in fermentato. Secunda autem auctoritas *Ioan. 13.* vbi dicitur, Ante diem festum Paschæ sciens Iesus, quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad Patrem. Et post pauca: Surgit à cœna, & ponit vestimenta sua. Ergo cœnam fecit ante diem festum Paschæ. Cum autem festum duraret septem diebus, & primus dies esset celeberrimus, & vltimus æquali solemnitate venerabilis, & medij quinque non adeo solemnes, sicut dicitur *Leuit. 23.* si cœnauit ante diem festum Paschæ, tunc oportuit, quod cœnaret ante primum diem Paschæ. Sicut autem dicitur *Exod. 12.* & *Leuit. 23.* Quartadecima die ad vespertum Pascha Domini est. Ergo decimaquarta die mensis lunaris fuit prima dies Paschæ. Et ante illam diem cœnauit vt dicitur *Ioan. 13.* in prædicta auctoritate: ergo cœnauit cum discipulis luna existente 13. die mensis lunaris: tunc autem non erat nisi fermentatum in domibus Iudæorum: & Christus non confecit nisi de pane quem in domibus Iudæorum inuenit: ergo confecit in fermentato. Tertia auctoritas est *Luc. 23.* vbi sic dicitur: Subsecutæ sunt autem mulieres, quæ cum ipso venerant de Galilæa, & viderunt monumentum, & quemadmodum fuit positum corpus eius, & reuertentes parauerunt aromata & vnguenta. Ex quo accipitur, quod in Parasceue parauerunt aromata. Hoc autem non licuisset si in Parasceue luna 15. fuisset: quia *Leuit. 23.* dicitur: In quintadecima solemnitate celebrabitur altissimo Domino, & nullum opus omnino facietis in eo. Et ideo illa die non parasent, si luna 15. fuisset. Et si dicatur, quod mulieres illæ non erant sub litera, sed sub spiritu: & ideo legis mandatum non curauerunt, hoc non potest stare: quia etiam illæ mulieres si voluissent vnguenta præparasse in tanto festo, nemo eis tunc aromata vendidisset, & pro certo à populo lapidatæ fuissent. Adhuc autem quia ritus cucurrit Veteris Testamenti donec mater synagoga cum honore deferretur ad tumulum. Patet igitur, quod in Parasceue, vt dicunt, non fuit luna 15. fuit igitur 14. ante autem præcedenti die Christus dedit corpus suum discipulis: ergo dedit quando luna fuit 13. Tredecima autem luna non erat azyma in domibus Iudæorum, sed fermentatum tantum: & Christus dedit corpus suum in pane quem in domibus Iudæorum inuenit: ergo, vt videtur, dedit in fermentato. Quarta auctoritas est *Ioan. 19.* vbi dicitur: Fuit enim magnus ille dies sabbati. Iudæi ergo quoniam Parasceue erat vt non remane-

remanerent in cruce corpora sabbato, erat enim magnus ille dies sabbati, rogauerunt Pilatum vt frangerentur crura eorum, & tollerentur. Magnus autem dies sabbati secundum consuetudinem scripturæ non dicitur nisi cum sabbato concurrat solemnitas alia. Ergo cum sabbato tunc concurrat solemnitas Paschæ: solemnitas autem Paschæ fuit luna 15. ergo in sabbato luna fuit 15. præcedenti: ergo Parasceue fuit luna 14. Et ante Parasceuem Christus cœnauit cum discipulis, & corpus suum dedit eis: ergo cœnauit cum discipulis & corpus suum tradidit illis luna existente 13. tunc autem non erat nisi fermentatum in domibus Iudæorum: & non dedit corpus suum nisi in pane quem inuenit in domibus Iudæorum: ergo dedit in fermentato. Hæc sunt fortiora quæ Græci pro se possunt inducere.

Inducunt etiam rationes quibus persuadere nituntur quod dicunt, & illæ sunt quinque, quæ potissime inducunt. Quarum prima est, quod dicunt, quod veritas debet vmbre quantum possibile est respondere: vmbra autem & figura immolationis Christi in cruce fuit agnus, cuius sanguis linitus in postibus liberauit ab Angelo exterminatore: ille autem immolabatur 14. luna ad vespertum, vt dicitur *Exod. 12.* ergo eodem die Christus veritas immolabatur in cruce: ergo 14. luna ad vespertum Christus pendit in cruce: propter quod etiam in vespera depositus est de cruce, sicut dicitur *Ioan. 19.* Antequam autem immolatus esset in cruce, pridie dedit corpus suum discipulis suis, sicut dicitur in Canone Missæ: Qui pridie quam pateretur, accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas, & eleuatis in cælum oculis, benedixit, ac fregit, & dedit discipulis suis. Ergo cœnauit cum discipulis luna existente 13. tunc autem non fuit nisi fermentatum in domibus Iudæorum: ergo confecit in fermentato. Secunda ratio est, quod dicunt, quod præceptum est *Leuit. 23.* Nouis superuenientibus vetera proicietis. Hoc autem, vt Apostolus probat ad *Hebr. 7. 8. & 9.* maxime dicitur de ritu sacerdotij & sacramenti. Sicut ergo ritus veteris sacerdotij cessauit in sacerdotio Christi, ita ritus veteris sacramenti cessare debuit in sacramento Christi: ritus autem veteris sacramenti fuit cum agnus typicus comederetur cum azymis: ergo ritus noui sacramenti non debet esse cum azymis: ergo oportet, quod sit panibus fermentatis. Tertia ratio sumpta est ex hoc quod dicunt, quod mulier Euangelica *Matth. 14.* Figuram huius sacramenti præfigurauit, quæ mulier, vt dicunt, figura est Ecclesiæ. Hæc est autem de qua dicit Dominus, quod abscondit fermentum sub farina satis tribus, donec fermentetur totum. Si ergo hoc mulier Euangelica præfigurauit, videtur quod in fermentato debet sumi: & ideo non in azymo, vt dicunt. Mulier enim Euangelica nullo modo fara tria, hoc est, corporis & sanguinis & animæ Christi abscondisset fermento commixta, nisi signare vellet, quod in fermentato conficeretur, & non in azymo: ergo in fermentato, vt dicunt, est conficiendum. Quarta ratio est,

quod dicunt, quod fermentum signat spiritum: quia sicut fermentum spiritualiter diffusum ingreditur in pastam, & leuat eam, & quasi animat eam: ita spiritus eleuat & animat cor hominis ad diuina intelligenda, & viuificat ad vitam virtutis. Cum ergo sacramentum istud sit sacramentum spiritus, potius est sumendum in fermentato quam in azymo. Quod autem fermentum inspiret & quasi viuificet pastæ conspersionem, patet per hoc quod dicit Philosophus qui in decimosexto de animalibus dicit, quod fermentum ingreditur in pastam sicut spiritus in corpus: & ideo dicit, quod semen masculi habet naturam fermenti, quod sic ingreditur in gutturæm feminæ sicut spiritus in corpus. Et hoc est quod dicunt in quarta ratione. Quinta autem ratio est quam adducunt: quia dicunt, quod panis qui conueniens est ad perfectionem nutrimenti, est panis fermentatus, & non azymus panis. Cum igitur perfectio nutrimenti significetur in pane Eucharistiæ, potius consecrandus est in pane fermentato, quam in pane azymo. Hæc igitur sunt potissima, quæ ego ipse legi in Græcorum assertionibus.

E contra autem obiiciunt Latini. Inducunt autem & ipsi auctoritates & rationes. Auctoritates inducunt quatuor valde cogentes. Quarum vna est *Marc. 14.* vbi dicit: Primo autem die azymorum, quando Pascha immolabatur, dicunt discipuli Domino, Quod vis eamus & paramus tibi Pascha? Hoc autem dicebant ipso die quando in vespera Christus in cœna corpus suum dedit discipulis suis. Ergo corpus suum dedit discipulis primo die azymorum. Hæc autem dies fuit quando luna fuit 14. ergo 14. luna dedit corpus suum discipulis, sed tunc non inueniebatur fermentatum in domibus Iudæorum: ergo non dedit corpus suum in fermentato, sed in azymo. Secunda autem auctoritas est *Luc. 22.* vbi dicitur, Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi Pascha. Pascha autem non erat necesse occidi nisi luna 14. & ipsa die dixit discipulis, vt pararent sibi Pascha: & in cœna dedit discipulis corpus suum: ergo dedit illud discipulis suis luna 14. & tunc non inueniebatur fermentatum in domibus Iudæorum: ergo non dedit in fermentato, sed in azymo. Et hæc sunt fortissima quæ Latini pro se habent: quia illa expressè continent, quod 14. luna Dominus cœnauit cum discipulis suis, & dedit corpus suum. Adhuc autem inducunt quod dicitur *Exod. 12.* Primo mensis 14. die mensis huius ad vespertam comederis azyma. Ergo in vespera 14. die comederantur azyma: & tunc non inueniebatur fermentatum in domibus Iudæorum. Adhuc autem dicitur *Matth. 26.* sic: Primo autem die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere Pascha? ergo primo die azymorum cœnauit cum discipulis: in primo autem die azymorum fermentatum non inueniebatur in domibus Iudæorum: ergo in primo die azymorum cœnans non potuit dare corpus suum in fermentato, sed in azymo. Rationes autem multas valde cogentes inducunt Latini, quarum

rum prima cui innituntur, fundatur super Apostoli. 1. *Corinth.* 5. auctoritatem, ubi Apostolus mysterium scribit qualiter veritas continetur in figura, dicens: Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus, itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiae, sed in azymis sinceritatis & veritatis. Ex qua auctoritate accipitur, quod figura fermenti excluditur à veritate: figura autem secundum mysterium & similitudinem in veritate debet saluari: cum igitur hic excludatur fermentum ut contrarium figuræ & veritati, fermentum nec figura fuit nec in veritate: ergo Christus non confecit in fermentato, sed in azymo. Adhuc autem per auctoritatem aliam obii-cunt qua dicitur *Leuit.* 2. Omnis oblatio Deo absque fermento fiet. Nec quicquam fermenti vel mellis adolebitur in sacrificio Domini. Constat autem, quod omnia antiqua figura fuerunt nouorum: & quod non habet figuram ad nouum, id non debet saluari in nouo sacrificio: patet autem, quod fermentum quod signat corruptionem, & mel quod dulce est, remouetur à sacrificio Domini, quod sine corruptione extitit, & in amaritudine passionis est immolatum: ergo non competit alterutrum istorum: ergo non obrulit corpus suum in fermentato, sicut nec passus est in mellis dulcedine, sed in amaritudine absynthij & fellis *Tren.* 3. Recordare paupertatis meæ & transgressionis & absynthij & fellis. Adhuc autem quod in figura ab omnibus electis expurgandum est, id in sacrificio pro omnibus offerri non debet: fermentum autem in omnibus electis in figura expurgandum est, sicut dicit Apostolus 1. *Cor.* 5. Expurgate vetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur, non scilicet in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiae, sed in azymis sinceritatis & veritatis. Adhuc autem queramus à Græcis, quid Dominum induerit ad hoc quod ipse tempus præuenit, & sicut dicunt, luna 14. Pascha celebrauit, cum Pascha secundum legem non nisi decima-quarta luna sit celebrandum, vel in mense Aprili, vel in sequenti mense? Si autem in mense Aprili celebrari non potuit, & dicunt, quod necessitas captiuitatis instantis quæ in nocte eadem erat futura. Sed contra hoc obii-citur: quia tunc legem venit soluere & non implere, ex quo tunc tempus legis non obseruauit. Adhuc autem secundum hoc malum exemplum Iudæis dedit, & cum Iudæi tam diligenter accusationes contra ipsum confluxerunt, si verum esset quod dicunt Græci, Iudæi pro certo accusationem istam de legis translatione contra Christum in iudicio proposuissent. Adhuc autem si concedatur, quod tempus præuenit, queramus, quæ causa sit, quod ritum dimisit, & non in azymis, sed in fermentato dedit, & non poterunt aliquam rationabilem causam assignare. Adhuc autem cum *Exod.* 12. dicatur, quod qui fermentatum comederit in Pascha, exterminabitur de populo Israël, si Dominus in

Pascha fermentatum comedit, & discipulis dedit, quare non fuit de hoc accusatus in iudicio, quia tunc secundum legem mori statim fuisset condemnatus: nihil autem horum vnquam obiectum fuit: & ideo constat nihil esse quod Græci dicunt. Adhuc autem beatus Dionysius in epistola ad Apollonem de ætate lunæ scribit in Parasceue, quando Dominus in cruce pependit, & eclipsis apparuit, sic dicens: Cum lunæ deesset, & non esset coitus tempus. Ergo in Parasceue lunæ defuit: non autem lunæ defuit propter nouitatem lunæ: quia statim dicit, Et non esset tempus coitus, hoc est, coniunctionis cum sole sicut est in nouilunio, sed lunæ defuit, quia ceciderat ab angulo plenilunij. Secundum computum autem lunarium mensium qui est computus Iudæorum, & de quo scriptura loquitur, non est defectio lunæ à plenilunio, nisi quando est 15. Ergo in Parasceue luna fuit 15. Si autem in die cœnæ fuit 14. quando cœnauit cum discipulis, & tunc nullus utebatur fermentato: ergo Christus in cœna non habuit fermentatum, sed azymum. Et hæc ratio firma est contra Græcos: quia sumitur ex dicto illustrissimi Doctorum eorum, qui ista oculis se testatur vidisse, & per canones astronomicæ scientiæ examinasse. Iuxta hoc etiam queritur, ex quo constat, quod Christus dedit corpus suum in azymo, vtrum possit confici in fermentato? Viderur, quod non: quia sacramentum non fit nisi in sua propria materia, sicut baptismus in aqua, & confirmatio in chrismate, & sic de aliis. Iam autem ostensum est, quod fermentatum non est propria materia sacramenti.

Responsio ad inducta est, quod pro certo Christus dedit corpus suum in azymo, & propria materia sacramenti est azymum, sicut ostensum est in auctoritatibus & rationibus, quæ pro Latinis sunt inductæ. Ad auctoritates autem quas Græci inducunt, respondendum est per distinctionem æquiuocationis huius nominis, Pascha. Hoc enim dicitur septem modis. Primo enim modo dicitur Pascha totum tempus septem dierum quod fuit à 14 luna vsque ad 21. mensis Aprilis. *Act.* 12. quem, scilicet Petrum, cum comprehendisset Herodes, misit in carcerem, volens post Pascha producere eum populo, hoc est, finito tempore septem dierum quo Pascha celebrabatur. Secundo dicitur hora vel articulus vnus diei, scilicet vespere 14. lunæ mensis Aprilis. *Exod.* 13. *Leuit.* 14. Quartadecima die ad vespere Pascha Domini est: & sic accipitur *Ioan.* 13. Ante diem festum Paschæ sciens Iesus, quia venit hora eius, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem. Tertio modo dicitur Pascha prima dies azymorum, quæ fuit luna 15. & hoc modo dicitur *Luc.* 22. appropinquabat autem dies festus azymorum qui dicitur Pascha. Quarto modo dicitur panis azymi qui fiebant in Pascha. *Ioan.* 18. Ipsi non introierunt prætorium, ne contaminarentur, sed ut comederent Pascha. Quinto modo dicitur Pascha agnus Paschalis. *Luc.* 22. Venit dies in quo necesse fuit occidi Pascha. Sexto modo dicitur Pascha festiuitas epularum

Hoc nomen,
Pascha, septem
modis sumitur.

rum Paschaliū. 2. *Paral.* 30. Non fuit tale Pascha, siue Phasc à diebus Salomonis factum in Israēl. Septimò dicitur Pascha Christus immolatus in sacramento. 1. *Cor.* 5. Pascha nostrum immolatus est Christus. Vnde versas colligens membra istius distinctionis à Doctōribus est factus: Hebdomas, hora, dies, epulæ, potus, azyma, Christus. Ad hoc ergo quod inducunt *Joan.* 18. Ipsi non introierunt in pratorium, ne contaminarentur, sed ut comederent Pascha. Dicendum, quòd Pascha ibi azyma vocantur, quæ septem diebus comedebantur: & ideo 15. luna fuit prima dies in quo comedebatur: & ideo ante hoc in 14. luna Christus dedit corpus, quando fermentatum eiectum erat iam de domibus Iudæorum. Simili modo respondendum est ad secundam quam inducunt auctoritatem *Joan.* 13. Ante diem festum Paschæ sciens Iesus, &c. Quod ibi dicitur Pascha prima dies quæ solemnior erat aliis, & illa fuit. 15. cuius vigilia fuit 14. quando agnus in vespera immolabatur. Ad id quod tertio inducunt de Luca, quòd mulieres parauerunt aromata, dupliciter potest responderi. Vno quidem modo, quòd feria sexta dies fuit solemnitas, & ideo dicitur Parasceue, hoc est, præparatio: quia præparabantur necessaria ad sequens sabbatum, quod magnum sabbatum dicebatur: quia in eo Paschalis solemnitas cum solemnitate sabbati concurrebat: & sic feria sexta præcedens fuit quidem prima dies festiuitatis, & tamen præparatio ad sabbatum. Et quod dicitur, Nullum opus omnino facietis in eo, hoc intelligitur de seruilibus, exceptis his quæ fuerunt opera necessitatis, sicut ciborum præparatio, & vestimentorum induitio, & huiusmodi. Opera autem pietatis & sacrificiorum non prohibebantur: & ideo licuit emere & parare unguenta ad pietatem defunctorum. Aliiter autem responderetur & melius: quia *Luc.* 23. dicitur, quòd mulieres sabbato quidem siluerunt propter mandatum: & ideo mulieres non præparauerunt aromata nisi sabbato ad noctem, quando iam licuit talia facere: quia festum sabbati ad vespertum sabbati erat finitum, & vespera sabbati iam cum sequenti die computabatur: & ideo tunc parauerunt: quia tunc licuit talia operari. Vnde *Matth.* 28. Vespere autem sabbati, quæ lucefcit in prima sabbati. Quod non diceretur nisi vespera sabbati cum sequenti die computaretur. Ad id autem quod quarto inducunt de *Joan.* 19. Dicendum quòd parum illud valet: quia magnus ille dies sabbati dicitur, non ideo quod fuerit prima dies solemnitas, sed potius quia ex se fuit festiuus, & ex communi Pascha aliam accepit solemnitatem.

Ad id autem quod obiiciunt per rationem i quia veritas vmbra debet respondere, contra seipfos pro Latinis est inductum: quia optime respondet, quando & horam & ritum cænx Christus obseruauit, & in hoc etiam congruit, quòd Christus verus agnus iam 14. luna immolari incepit, quando & captiuatus fuit, & traditus: quia festum Paschæ incepit à vespera 14. diei, quæ cum decima quinta die est computanda, sicut iam paruit in præmissis.

D. Alb. Mag. Liber de Euchar.

Ad id autem quod vterius obiiciunt de *Leuit.* 25. Nouis superuenientibus, &c. Dicendum, quòd hoc est verum postquam noua per institutionem & notificationem superueniunt: sed antequam superueniant noua non proiciuntur vetera: noua autem tunc primo superuenire cœperunt: & ideo Christus de veteribus noua produxit, vt vetera quantum ad ritum proicerentur à nobis: non autem oportet, quòd propter hoc nullam cum veteribus habeant conuenientiam, cum sint ex illis producta. Adhuc autem expurgatio fermenti signat vetustatis proiectionem, vt dicit Apostolus, & assumptio azymi signat nouitatis assumptionem. Ad id autem quod vterius de muliere Euangelica obiicitur, nihil facit ad propositum: quia hoc intelligitur de spiritu abscondito in litera: fermentum enim, vt dicitur decimofexto de animalibus, & corruptionem habet & spiritualitatem: quia vaporabiliter & spiritualiter per massam pastæ diffunditur: & ideo quoad corruptionem à sacramento abiicitur, & quoad spiritualitatem in litera absconditur, quæ litera facta habet tria, scilicet tropologiam, allegoriam, & anagogiam, quæ per spiritum in litera inueniuntur. Ad id autem quod vterius obiicitur, dicendum quòd non quoad hoc abiicitur: sed quia etiam habet vim corruptiuiam, vt dicit Apostolus. Ad id quod vltimò obiicitur, dicendum quòd panis fermentatus facilius est ad digerendum quam azymus, sed ad confortandum minus est efficax quam azymus: & cum sacramentum sit confortationis, potius assumitur azymum in sacramento quam fermentatum. Christi enim cibus non est cibus qui digeratur, sed potius qui nos sibi incorporet.

Ad id quod vterius queritur, vtrum possit confici in fermentato? dicimus quòd debet quidem confici in azymo, & non in fermentato, sed potest confici in fermentato: & si consecratur in fermentato, confectum est & verum corpus Christi, sed arguendus est qui facit: quia non tenet ritum Apostolicum & sacramento debitum. Ad id autem quod contra hoc obiicitur, dicendum quòd debita materia sacramenti dicitur dupliciter, scilicet debita ex specie, & debita ex accidentali proprietate. Debita quidem ex specie est panis de frumento, & hæc debita materia sufficit consecrationi sacramenti. Debita autem ex accidentali conuenienti proprietate est panis de frumento azymus: quia ille cum hoc quod de ipso confici potest, vterius exprimit sacramenti sinceritatem & incorruptionem. Alia autem ex dictis faciliè soluantur.

Consequenter autem queritur, qua forma verborum Christus vsus sit in consecratione? Et hoc ideo quod dicitur, quòd gratias agens fregit, & dedit discipulis suis, dicens: Accipite, hoc est corpus meum. Non enim verè diceret, hoc est corpus meum, nec fregisset & dedisset, nisi iam transsubstantiarum esset: ergo alia forma vsus est Christus quam nos vtamur. Hoc autem quidam concedunt dicentes, quòd virtute scæ deitatis Christus primò panem in corpus suum conuertit, & vinum in sanguinem: & hoc quod ipse virtute deitatis propriè

6.
Verum corpus Christi potest confici in fermentato

7.
Qua forma Christus vsus est in consecratione.

M

propria ferit, nobis sub certa verborum forma faciendum tradidit, ut ostenderet esse in se potestatem excellentiam, in nobis autem potestatem clauium per operationem sacramentorum: & hoc Catholicè dicere poterit quicumque voluerit. Nobis tamen probabilis videtur, quod eadem forma usus sit sicut in antè habitis satis dictum est.

8.
Quæritur corpus suum dedit.

Tertio etiam queritur, quando corpus suum dedit? Et constat, quod post cenam agni typici, sicut dicitur *Joan. 14.* Et quamvis Christus iam cœnarus & cœnatis dederit corpus suum, tamen reuerenter & salubriter ab Ecclesia postea prouisum est, ut excepto infirmitatis & necessitatis articulo, non nisi à seiuuio corpus Domini accipiatur. Quod autem Christus post alios cibos corpus suum dedit, quatuor à Doctoribus assignantur rationes. Quarum prima est: quia in memoriale dedit: & ideo vltimò dedit, ut arctius memorie commendaretur. Secunda est, ut nouum ex veteri sicut placebat ratio, produceretur, quod non fieret nisi prius agnus typicus sumptus fuisset. Tertia ratio est: quia iam crepantibus discipulis istud post omnia datur in firmamentum cordis, & hæc confirmatio vltima danda fuit in signum amoris confirmantis membra cum capite. Quarta ratio fuit, ut significaretur, quod iste cibus non est corporis, sed animæ: & ideo sumptus est omnibus aliis cibis ad necessitatem corporis pertinentibus iam antè sumptis.

CAPVT II.

De ritu huius sacramenti ex parte ministrorum.

1.
Primo non sacerdos potest consecrari.

Nunc dicendum est de ritu huius sacramenti qui sumitur ex parte ministrorum, de quo tria sunt querenda, scilicet si non sacerdos possit consecrari? Et si sacerdos conciens in conciescendo moriatur, qualiter faciendum sit in conciescencia? Tertio vtrum plures sacerdotes vnam hostiam consecrare valeant, vel non? Primo igitur queramus, si non sacerdos possit consecrari, vel non? Videtur autem, quod non: quia nullus actus competit alicui nisi sibi prius insit facultas ad actum: non enim videt qui non habet videndi facultatem, nec audit nisi qui audiendi habet facultatem, & sic de aliis: in ordine autem sacerdotali potestas datur conciescendi corpus Christi: ergo qui non habet ordinem sacerdotalem, nullam habet conciescendi potestatem, & ita consecrari non potest. Adhuc autem confirmare non potest nisi Episcopus: quia in ordine Episcopali facultas datur ad confirmandum: ergo à simili etiam non potest consecrari, nisi sacerdos, cum vltima potestas ordinis sit ad conciescendum: videtur igitur, quod non consecrari qui hanc potestatem ex ordine non suscepit. Quod si concedatur, videtur in comparationem esse quod dicit *Bedæ*: Accedat verbum ad elementum, & fit sacramentum. Ergo à quocumque dicatur

verbum super debitum elementum, ille conficit sacramentum. Adhuc autem ad hoc idem arguitur ab eo quod dicitur Magister *Hugo de Sancto Victore*. Sacramentum est visibile & corporale elementum ex institutione signas, ex similitudine representans, ex sanctificatione inuisibilem gratiam conferens. Hæc tria sunt in sacramento etiam absque ordine sacerdotali. Ergo videtur, quod sacerdotium non exigatur ad perfectionem sacramenti.

2.
De loco in quo sacramentum conficitur.

Aliter illud queritur, vtrum locus debitas sicut est altare, exigatur ad perfectionem sacramenti, ita quod sacerdos celebrans in altari, conficiat, & non celebrans in altari, non conficiat? Videtur autem, quod altare consecratum ad hoc exigatur: quia sanctiora sunt sacrificia Noui Testamenti quam Veteris: Veteris autem Testamenti sacrificia non poterant offerri, nisi in altari: ergo multò minus Noui Testamenti sacrificia sine altari offerri non possunt: & si præsumptum fuerit, irritum sit sacrificium. Adhuc, *Psal. 83.* Passer inuenit sibi domum, & peritur nidum ubi reponat pullos suos. Altaria tua Domine virtutum, rex meus & Deus meus. Ibi dicit *Augustinus*, quod extra Ecclesiam oblatum sacrificium non est acceptum. Ergo etiam extra altare oblatum sacrificium reputatur irritum. In contrarium huius obiicitur, quia in nullo aliorum sacramentorum locus in quo fit sacramentum, est de necessariis ad sacramentum, ita quod extra illum locum perfectum sacramentum, fiat irritum & inane: ergo à simili etiam in isto sacramento locus templi vel altaris non videtur esse de necessariis ad sacramentum.

3.
De hostiis que ex obliuione in altari remanent, dum sacerdos consecrat.

Vltimus iterum queritur circa locum perfectionis sacramenti, si forte ex obliuione aliqua hostia in altari remaneat dum sacerdos conficit, vtrum & illa consecratur, vel non? Videtur autem, quod sic: quia altare mensa est in qua quicquid proponitur, benedictioni & consecrationi subiicitur: ergo quicquid in altari est de materia sacramenti, totum in corpus Christi transubstantiatur. Eadem obiectio de gutta vna vini vel pluribus, quæ forte pedi calicis adherent, cum sacerdos conficit de vino calicis: illa enim secundum hoc in sanguinem Christi conuertitur. Si autem hoc concedatur, videtur esse contrarium: quia sicut dicit beatus *Augustinus*, intentio exigitur ad omne sacramentum, & sine intentione faciendi nihil fit in sacramento. Sacerdos autem de his quæ ignorat, siue de hostiis in altari, siue de guttis vini in pede calicis manentibus nihil intendit. Ergo nihil ex talibus conficit.

4.
De altari non consecrato.

Vltimus iterum queritur de altari non consecrato, vtrum super illud confici possit? Videtur autem, quod sic: quia Dominus mensam super quam comedit, in altare non consecrauit, & tamen confecit: cum ergo Christi actio nostra sit instructio, etiam sacerdos in altari non consecrato potest consecrari. Eadem est obiectio de calice non consecrato. In contrarium huius est, quod ad hoc consecrantur altaria & calices, ut in illis Eucharistia confici possit: cum ergo nihil sit vanum & frustra in consecrationibus Ecclesie, videtur quod, in altari

altari non consecrato & calice non consecrato confici non possit sacramentum.

5. *De vestibus factis.* Vterius queritur de vestibus factis, vtrum non indutus vestibus factis, consecrare possit sacramentum: Videtur, quod non: quia si sine illis possit confici sacramentum, frustra ab Episcopo consecrantur vestes sacerdotales: non autem frustra conf. trantur: ergo sine his sacramentum non conficitur. Adhuc autem quia in veteri lege vestes fuerunt necessariae ad sacrificium offerendum, sicut patet *Leuit. 8.* Ergo multo magis necessariae sunt ad sacrificium Noui Testamenti, quia istud est sanctius quam illud. Huius autem contrarium videtur: quia cum Christi ratio nostra sit instructio, in nullo legitur Evangelium, quod vel Christus vestes sacerdotales in consecratione sacramenti indueret, vel etiam quod Apostolos induere fecerit: ergo Christus & Apostoli sine talibus sacramentum consecrunt: ergo & adhuc sacerdotes absque talibus possunt consecrare.

6. *De his qui ordinati sunt ab haereticis & schismaticis.* Vterius queritur de his qui ordinati sunt ab haereticis & schismaticis, vtrum & illi possunt consecrare: Videtur, quod non: quia dicitur *Malach. 2.* Maledicam benedictionibus vestris. Ergo quicquid illi benedixerint, maledicitur. Benedicunt autem in sacramento. Ergo sacramentum ipsum conuertitur in maledictionem. In contrarium autem huius est, quod illi in forma Ecclesiae quamuis ab indignis receperunt ordinem sacerdotalem, tamen in consecrando intendunt facere quod facit Ecclesia: ergo consecrant sacramenta.

7. *De altari non corporeo vel ligneo.* Vterius queritur, vtrum in altari non corporeo pallis lineis possit confici sacramentum: Videtur, quod non: quia Ioseph ab Arimathia corpus Domini inuoluit in syndone munda, & ad hoc consecrantur pallae tantae corporales pallae quam aliae: frustra autem ad haec consecrantur, si sine his sacramentum possit celebrari: ergo sine talibus non potest confici sacramentum.

Ad haec omnia sine prauidicio dicendum videtur, quod in veritate huius sacramenti minister proprius est sacerdos. Ad primum autem dicendum, quod vt mihi videtur, non sacerdos non potest consecrare sacramentum, sicut probant satis bene primae inducuntur rationes. Ad dictum autem *Beda* dicendum, quod *Beda* non loquitur nisi de essentialibus partibus sacramenti. Similiter definitio magistri *Hugo de sancto Victore.* Quamuis autem illa sint essentialia, non tamen conueniunt ad constitutionem sacramenti, nisi per propriam causam efficientem ipsius sacramenti: & haec est meo iudicio sacerdos. Vnde *Plato* in *Timaeo* dicit, quod nihil est ortum sub sole, cuius legitima causa non processerit in tempore. Et ideo causam propriam oportet habere sacramentum. Secus autem est in sacramento baptismi & poenitentiae: quia illa sunt sacramenta necessitatis: & ideo tempore necessitatis quicumque etiam laicus vel haereticus supplet vicem ministri. Sunt tamen quidam qui aliter dicunt, & concedunt, quod quilibet consecret qui verba cum intentione profert super debitam materiam: & illi dicunt, quod ordo con-

D. Alb. Mag. lib. de Euchar.

fert ad hoc vt debitus sit minister, & non ideo quod sacerdos sit ad sacramentum necessarius minister: & hoc est valde ridiculum: quia si quilibet consecrare potest, trahitur potius sacramenti consecratio in ridiculum, quam in venerationem: & ideo dictum illorum reputo absurdum.

8. *Ad id quod vterius queritur de altari & templo.* dicendum videtur, quod altare consecratum est de idoneitate sacrificij, sed non de necessitate: & ideo qui delectaret in loco communi, deponendus & degradandus est, sed tamen ipse consecrat sacramentum. Ad id quod contra obiicitur, dicendum quod sanctiora sunt sacrificia Noui Testamenti quam Veteris: sed tamen etiam sacrificia Veteris Testamenti alibi quam in templo vel in altari frequenter a prioribus sunt oblata: sed postquam elegit Dominus locum in quo offerri deberent, peccant quidam contra mandatum Domini, qui alibi obtulerit: sed tamen id quod obtulit, oblatio fuit: & sic est etiam in isto sacrificio. Ad id quod dicitur, quod pater igneuit sibi dominum, &c. dicendum quod locus debitus sacrificio est altare: sed non est necessarius, ita quod si alibi offeratur, non consecratur: & ideo oblatio accepta in altari fit: extra autem altare & templum si presumatur offerri, tunc quidem oblatum factum est: & bonum & diuinum corpus Domini, sed oblatio quae est actio offerentis, non est accepta, sed potius maledicta.

9. *Ad id quod vterius queritur de hostiis ex ignorantia in altari remanentibus ex obliuione, vel guttis vini pedi vel lateri calicis adhaerentibus.* dicendum videtur, quod illae non consecrantur: quia de eis nihil intenditur, sicut probatur contrarium adducta obiectio. Ad id autem quod obiicitur, dicendum quod ignorata & non intenta non subiiciuntur benedictioni & actioni formae sacramentalis: quia consecratio actus est vrentis ratione: & ideo non fertur nisi super intentum.

10. *Ad id quod vterius de altari non consecrato queritur,* dicendum videtur, quod non debet consecrari super altare non consecratum: si autem presumpsum fuerit, tunc videtur, quod ille consecratur: sed si hoc facit in contemptum ritus Ecclesiae, deponendus est & degradandus. Ad hoc autem quod de Domino obiicitur, dicendum quod in veritate per solum tactum Domini mensa in qua benedixit, consecratur. Quod autem in contrarium obiicitur, dicendum quod propter hoc consecratio altaris non est frustra, quia sine ea consecrari potest sacramentum: sed consecratio confertur altari, vt sit idonea in nra tanto sacramento. Idem etiam intelligendum est de calicis consecratione.

11. *Ad id quod vterius queritur de vestibus,* similiter videtur: quod vestes sunt de bene esse, vt ostendant mundiciam & virginitatem in ministerio tanti sacramenti esse debent, & ad hoc etiam fuerunt in Veteri Testamento, & quoad hoc benedictio vestium non est superflua: si tamen sacerdos sine his celebraret, facerentur pro certo ipse consecratur, sed grauius peccat contra Ecclesiasticam institutionem

M 2 & sacra

& sacramenti reuerentiam, & ideo deponendus est & grauer puniendus.

13. Ad id quod vltius queritur de schismaticis & hæreticis, dixit Cyprian. martyr, quod illi ordinem non habent: & ideo nihil conficiunt, sed maledicit Deus benedictionibus eorum. Hoc tamen corrigi beatus Aug. & dicit, quod Cyprianus hoc dixit nimio zelo fidei, quem habuit contra hæreticam prauitatem. Sed non oportet nos aliquod falsum dicere propter odium hæreticorum. Et ideo dixit, quod illi qui ab hæretico in forma Ecclesie ordinantur, recipiunt in veritate ordinem, sed sunt suspensi ab executione, & ideo si illi consecrant in forma & intentione Ecclesie, pro certo conficiunt, sed hoc faciunt ad animam suam perpetuam damnationem. Et quod obiicitur, Maledicam benedictionibus vestris, ideo dicit, quod tales non maledicunt nisi his qui à Deo benedicti sunt, neque benedicunt nisi his qui à Deo sunt benedicti. Non ergo sacrificium maledictum est, sed potius illi quibus benedicunt, ita quod formalis locutio in materialem conuertatur, sic. Maledicam benedictionibus vestris, hoc est, maledicam illis quibus vos benedicitis. Ps. 108. Maledicent illi, & tu benedices. Idem dicendum videtur de suspensis & degradatis: illi enim pro certo conficiunt, quamuis grauer peccet contra statuta Ecclesiastica, & sint grauer puniendi. Ad id autem quod vltius de pallis obiicitur, dicendum quod sine pallis conficitur si præsumptum fuerit, sed peccatum fit contra ritum Ecclesie & reuerentiam sacramenti. Ioseph enim mercator Londonem & inuolens corpus Domini, ostendit quid in sacramento fieri debeat, quamuis fiat sine illa si præsumptum fuerit ab impiis.

14. Casus quidam qui possunt accidere in ritu confessionis, hic secundo sunt tractandi. Ponamus enim, quod sacerdos Missa in parte dicta deficiat, & queramus, quid sit in tali casu faciendum? dicit enim Aug. quod nunquam super eandem materiam iteranda est forma sacramenti: ex quo igitur deficiente sacerdote non est iterandum ab initio, videtur tunc quod id quod de Missa remanet, imperfectum relinquatur. Adhuc autem ponamus vltius, quod sacerdos deficiat quando dixit, hoc est corpus meum, antequam dicat calicem consecrationem: tunc enim non est completum sacramentum, nisi etiam calix benedicatur: & queritur, quid in tali casu sit faciendum? Adhuc autem quid erit faciendum si ex obliuione vel negligentia forte vinum in calicem non fundatur, & hoc vsque ad finem Missæ à sacerdote non deprehendatur? Adhuc autem ponamus, quod in aliquibus terris vinum nullo modo haberi possit, & queramus quid illis sit faciendum? si enim illi non consecrabunt corpus sine vino, oportet quod semper careant sacramento & viatico, & hoc in maximum damnatum cedit animarum & fidei periculum. Si autem dicatur conueniendum esse sacramentum corporis sine calice, videtur imperit. Cum esse sacramentum: quia in 3. huius peris tractatu ostensum est, quod panis solus imperfectum signum est cibi spiritualis. Imperfecto autem vti sacramento non conuenit: quia Nouum Testamentum quod in san-

guine confirmatum est, perfecta gratia statum ostendit & facit.

15. Ad hæc autem & huiusmodi dicendum, quod si sacerdos ante Canonem in Missa deficiat aliquo casu, tunc pro certo alius sacerdos Missam debet reincipere & totum ritum peragere: quia ea que ante Canonem in Missa sunt, non sunt de sacramenti consecratione, sed potius de populi instructione. Si autem sub Canone deficiat, factam aliquibus signis super hostias oblatas, ante tamen transubstantiationem, videtur mihi, quod alius sacerdos non ab initio Missam debet reincipere, sed potius ubi iste omisit, vel dimisit, debet supplere quod est omisissum: hoc propter duas causas. Quarum vna est ex parte sacramenti, & alia ex parte instantis populi. Ex parte sacramenti quidem: quia quamuis ex istis signis substantia panis & vini non transubstantietur, tamen ipsa materia ex verbis & signis recipit sanctitatem, ex qua efficitur magis idonea ad hoc quod in corpus Christi transubstantietur. Propter hoc non est repetendum super illam hostiam, ne iniuria fiat virtuti verborum, que tanquam nihil haberet, quando iterum verba super eandem hostiam iterantur tanquam priora verba à priore sacerdote dicta nullam virtutem habuissent. Causa autem ex parte populi est: quia populus ex hoc minus verba & signa Canonis appreciaretur, si videret eam tam facile repeti: quia prius dicta videntur esse annihilata. Signa autem illa licet non transubstantient, tamen passionem Christi in mysterio representant, & passio Christi nunquam irrita debet reputari. Si autem sacerdos in ipsa prolatione verborum que sunt forma sacramenti, deficiat, sententia maioris consulerem, quod illa hostia pro reliquiis in altari reseruaretur, & Missa alia super aliam hostiam ab alio sacerdote celebraretur. Si autem deficiat quando iam corpus consecratum est, & non calix, vel etiam si vsque in finem Missæ de preparando calicem cum vino oblitus fuerit, vel aliqua de causa neglexit, iam ab antiquo consilium est Doctorum, quod hostia corporis si sumpta non est, in corporalibus mundè reponatur, & calix ritè preparetur & ab illo loco, Simili modo postquam cenatum est, Canon super calicem peragatur: quia tunc non iteratur, sed quod nihil anteriorum dictum est super calicem, & tunc in fine Missæ corpus & sanguis accipiuntur. Si autem sacerdos pronuntiando verba forme calicis deficiat ante consecrationem, tunc ad hoc dicendum videtur sicut de hostia corporis, quod scilicet in vase mundo reponatur cum reliquiis, & cum alio vino calix ritè preparetur, & ab illo loco, Simili modo postquam cenatum est, & ab alio sacerdote sacramentum sanguinis cum Missa perficiatur. Ad hoc autem quod queritur de terris in quibus nullo modo vinum possit haberi. Dicendum videtur, quod de hoc consultatio ad curiam haberi debeat quid sit agendum, tamen propter intolerabile damnatum animarum quod incurritur ex sacramenti defectu, videtur mihi esse cum talibus dispensandum, vt corpus Christi sine calice haberent & consecrarent sacramentum: quia sicut patet per antè dicta corpus non est sine sanguine, & anima & deitate, quamuis non sit

si ibi sanguis ex virtute consecrationis & sacramenti. Et per hoc patet solutio ad totum.

16. De ritu ex parte ministrorum remanet adhuc inquirendum si plures sacerdotes vnâ possint consecrare hostiam. Videtur autem, quod sic quia secundum antiquam Ecclesiam Romanam consuetudinem, quando Papa celebrat Cardinales sacerdotes assistunt ei ad altare sancti: & signa que ipse facit facientes: & sicut quidam dicunt etiam verba Canonis submissè pronuntiantes. Cum ergo verba sacerdotum non in vacuum profertur, videtur quod omnium illorum verba sacerdotum ad eandem hostiam consecrationem referantur, & ad eundem calicem benediciuntur: sic videtur, quod plures sacerdotes vnâ consecrarent hostiam. Adhuc autem cum Episcopus celebrat ordines, omnes sacerdotes de nouo ordinati circa altare in quo celebrat Episcopus, disponuntur, & omnes simul eodem signa faciunt ad corporis Domini consecrationem: & sic videtur, quod eadem hostia à pluribus simul in vna & eadem Missa consecratur. Adhuc in consecratione chrismatis plures sunt consecratores tam Episcopi si sint presentes, quam etiam presbyteri si plures Episcopi non habentur: hoc fit propter chrismatis excellentiam. Cum ergo multo excellentius in omni gratia sit corpus Christi, videtur quod non sit incongruum in vna & eadem Missa plures esse simul corpus Domini consecrantes. Adhuc in ordinatione & consecratione Episcopi plures sunt cum vno Episcopo consecrante: nihil autem excellentius est quam corpus Domini: ergo videtur, quod non tantum possint plures simul vnâ hostiam consecrare, quinimo in omni Missa videtur, quod plures debeant esse simul consecrantes. Si autem hoc forte concedatur, tunc constat, quod non omnes simul in vno & eodem momento verba consecrationis possint enuntiare. Si autem vnus ante alium verba profert, & statim prolatis ab vno quocumque verbis, hostia est transubstantiata, tunc videtur, quod pro nihilo sit quod alij pronuntiant. Adhuc autem secundum hoc accidit, quod eadem verba multoties dicuntur super vnâ & eandem hostiam: hoc autem quomodo fieri potest, iniuria sit sacramento, vt dicit Aug. ergo in talibus celebrationibus iniuria fit sacramento, & contra hoc est euadendum: quia iniuriam facere sacramento non est catholicum. Iuxta hæc iterum queritur de quodam verbo quod dicitur 1. Cor. 11. Qui manducat & bibit indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini. Ibi dicitur: quod indigne manducat & bibit indecorus: indecorus autem est, qui aliter celebrat sacramentum quam institutum est. Queritur quis est ille qui aliter celebrat? Quia hoc Glo. non determinat.

17. Ad hæc & similia sine præiudicio sententia melioris dicendum, quod plures sacerdotes simul nec debent nec possunt simul vnâ consecrare hostiam: quia pro tertio secundum Aug. iniuria fit sacramento: Adhuc autem vanum est facere pluribus quod melius vno potest fieri: vanum autem non est in operibus naturæ & multo minus debet esse in operibus gratiæ. Ad id autem quod obiicitur de cardinalibus presbyteris, qui Domino Papæ assistunt, dicendum

quod propter obsequium assistunt, & non propter consecrationem que à pluribus fieri debet. Ad id autem quod obiicitur, quod faciunt signa & pronuntiant verba, dicendum, quod hoc meo iudicio fieri non debet, nec etiam fit: quia iniuria fieret sacramento. Ad id quod obiicitur de Episcopo ordines celebrante, cui assistunt sacerdotes de nouo ordinandi. Dicendum, quod illa verba non pronuntiant, sed assistunt propter reuerentiam sacramenti, & propter doctrinam: & ideo signa que faciunt, sunt ad imitationem signorum que facit Episcopus, vt illi sacerdotes addiscant signare, & sint in exercitio officij quod susceperunt. Ad id autem quod obiicitur de consecratione chrismatis. Dicendum, quod non est simile: quia ibi nulla substantia transmutatur, sed tantum sanctificatur: & quia sanctitas illa vniuersaliter omnia sanctificans est altaria, & Ecclesias, & confirmandos, & manus impositionem ad Episcopatum recepturos, ideo conueniens est, quod Episcopus in impetratione istius sanctitatis plures habeat coadiutores. Hæc etiam de causa in impositione manus, quando ordinatur Episcopus, quia officium magnum suscipit potius quam ordinem, plures habet coadiutores, vt gratia largior impetretur ad regimen quod ibi suscipit animarum. Sic autem non est de corpore Christi: ibi enim verbum ipreatum operatur in verbo creato ad transubstantiationem substantiarum, & hoc non plus valet in vno quam in pluribus: & ideo ab vno tantum debet confici sacramentum. Sunt tamen quidam antiqui qui dixerunt, quod vna hostia à pluribus consecratur in calibus inductis in oblatione, & dicunt, quod primus inter sacerdotes pronuntians & perficiens formam sacramenti operatur transubstantiationem, & nullus alius nec tamen, vt dicunt, aliorum fraudatur intentio: quia factum est iam quod intendunt: sed hoc nihil videtur esse: quia non fit propter hoc, quia fraudatur intentio, sed potius ideo quia sacramento fit iniuria, sicut diximus. Ad hoc autem quod vltius queritur, dicendum sicut dicit Glo. Indecoratus est, qui aliter celebrat sacramentum quam à Christo & à sanctis patribus est institutum. Et est hoc si forte non ieiunus velle celebrare, aut sine sacris vestibus, aut in loco non consecrato, aut etiam indignus ex ordine vel ex vita imunda. Ex ordine quidem, sicut si ordinem excommunicatus, vel simoniacus, vel per simoniam esset adeptus. Indignus autem vita est sicut adhuc peccatorum recentia fruatur & scandalum faciens in celebrando sacrosancta mysteria, quamuis talis conficiat, tamen incurrit reatum traditoris ex celebratione: quia simoniacus Christum vendit, & immundus recipiens corpus Domini, Christum quantum in se est, inimicis tradidit sicut fecit Iudas. Iudas enim de corpore & sanguine Christi cupiditatem facit, & recipiendo buccellam à domino: omnia diaboli enim possedit. Vnde Ioh. 13. dicitur: Post buccellam introiit in eum sathanas, & amplioris ex tunc malitiæ est effectus.

CAPVT III.

De ritu huius sacramenti ex parte
sumentis.

Nunc tandem est dicendum de ritu istius sacramenti ex parte sumentis, de quo tria queremus, quis debet communicare, & quoties debeat communicare, & qualiter sumere. De primo queritur, utrum aliquis in mortali peccato existens debeat sacramenti communionem edere? Videtur autem, quod sic: quia dicitur *Matth. 9.* Non est opus medicus valentibus, sed malè habentibus. Et hoc dixit Dominus intrans ad peccatores, & manducans & bibens cum eis. Ergo ex quo malè habet qui est in peccato mortali, magis ipse debet simul sumere medicum & medicinam quam alius. Adhuc Christus ipsum corpus assumpsit, & à peccatoribus patribus, & pro peccatoribus: ergo etiam peccatoribus videtur esse communicandum. Adhuc quamuis sit factus, tamen non dicitur male facere qui sumit baptismum: quia licet non tunc in eo baptismus operetur gratiam, tamen recedente fictione operabitur: ergo à simili quamuis aliquis sit in peccato mortali, non debet dici male facere sumendo corpus Domini: quia cum penitentiam ager de peccato, operabitur in eo gratiam sumptum corpus Domini. Adhuc Christus dedit Iudæ corpus suum cum aliis Apostolis. Et dicunt sancti, Hoc fecit, ut animum suum tanto beneficio à traditionis reuocaret proposito. Ergo à simili hoc sacramentum etiam dandum est peccatoribus, ut à proposito peccati reuocentur, ut videtur. Quod si concedatur, in contrarium est quod beatus *Augustinus* dicit, quod non debet sumere corpus Domini, nisi qui confortatur bona conscientia. Adhuc magister *Hugo de sancto Victore* dicit: Audacter dico, quod etiam si contritus sit aliquis, & non confessus, & penitentiam satisfactionem non exsoluit, non audeat Eucharistiam recipere. Adhuc autem quod videtur dicere *Apostolus* qui dicit: Prober autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Dicit autem *Augustinus*, quod homo se probat experientiam de seipso accipiendo. Ergo communicare non debet, qui de seipso experientiam bona conscientia non accepit.

Ad hæc & similia dicendum, quod absque omni dubio homo existens in mortali peccato Eucharistiam accipere non debet. Arca enim Domini figura corporis Domini est: & quia vitam Bethsanita indignè receperunt, ideo percussaunt. *1. Reg. 6.* Ozam etiam quia manum indignè extendit ut exciperet, cum boues trahentes eam calcitrasset, diuisus est & mortuus. Si autem hoc fuit in figura corporis Domini, multo magis spiritualiter moritur, qui indignè accipit corpus Domini: & ideo os suum peccator ad corpus Domini non porrigat. Ad hoc autem quod contra obiicitur, dicendum quod in veritate Dominus Pa-


blicanis & peccatoribus se exhibuit pro quibus venerat: sed hæc fuit exterior receptio per quam aliquis preparabatur ad interiorem. Exterior enim reuerentia potest Dominum etiam à peccatoribus recipi, sicut fuit à Zachæo. *Luc. 19.* Sed interior nemo Dominum recipit, nisi dignè ad hoc paratus sit. *1. Cor. 10.* Non potestis mensam Domini participes esse, & mensam demoniorum: non potestis calicem Domini bibere, & calicem demoniorum. Ad aliud autem dicendum, quod corpus à peccatoribus sicut ab *Michas* & *Manasse* & *Raah* meretrice & aliis peccatoribus & pro peccatoribus recepit, sed peccato illud corpus nunquam subdidit, nec in vase immundo unquam collocavit: & ideo non est simile de exteriori receptione & interiori. Ad aliud dicendum, quod Christus Iudæ corpus suum cum Apostolis tradidit: quia cum prodere non debuit, nec voluit, sed reuocare intendit: sed tamen Iudas ad damnationem suam corpus Domini accepit. Similiter & sacerdos si aliquis peccator, cuius peccatum occultum est, publicè inter alios os porrigit, debet sacerdos illi corpus Domini dare, ne cum prodatur: ipse tamen ad suam hoc accipit damnationem, sicut & Iudas. Et sacerdos in hoc casu facit quod Dominus fecit: quia illa benignitate qua ei cum aliis porrigit, peccatorem, quantum in se est, reuocat à proposito peccandi. *Rom. 2.* Ignoras, quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ. Ad hoc autem quod obiicitur in contrarium, dicunt Doctores, quod sufficienter confortatus est bono conscientia testimonio, qui contritus est de omnibus peccatis cum proposito de cætero non peccandi, quamuis nec sit confessus, nec satisfecerit: quia in compunctione Deus peccatum dimittit, & dimisso peccato est homo in communionem sanctorum, & tunc communicare poterit. Confessionem autem, ut dicunt, differre poterit tribus de causis. Quarum vna est, quia fortè confessorem proprium non statim habere poterit, vel tunc tempus confessionis secundum statum concilij non adhuc venit, vel infirmitatis necessitatis articulus confessionem non exposcit. Ad hoc quod dicitur de magistro Hugone, dicendum quod loquitur in quo casu vel tempus constitutionis, vel articulus necessitatis confessionem exposcit, & presentia habetur confessoris. Ad hoc quod de *Apostolo* obiicitur, dicendum, quod satis se probauit, qui per viam contritionis iniquitatem in se non inuenit. *Psal. 25.* Proba me Deus, & tenta me: vre renes meos & cor meum, & vide si via iniquitatis in me est.

Secundo tractandum est quoties aliquis debeat communicare. De hoc autem dicit Canon antiquus, quod ad minus ter in anno, in natali Domini, Pascha, & Pentecoste est communicandum, & ad illa festa debet se homo preparare: quia etiam ter in anno tribus Israel conuenerunt in Ierusalem ut epularentur coram Domino. Concilium Lateranense dicit, quod semel in anno ad minus est confitendum & communicandum. *Augustinus* autem dicit, quod

quod omni die communicantem non reprehendit, si ex deuotione facit: raro etiam communicantem non reprehendit, si ex humilitate dimittit. Beatus autem *Gregorius* in dialogo quendam sacerdotem laudat, qui omni die ex deuotione celebravit. Beatus autem *Hieronimus* in vitis Patrum, laudat abbatem, qui post susceptum ordinem nunquam reuerentia sacramentum celebrare ausus fuit. Et in his omnibus videtur mihi esse dicendum, quod medium tenere est verum: quia in medio variamus ibis, aliquando celebrando, & aliquando inmittendo, nisi officium exeat, ut omni die celebraret. De his autem qui mulieres omni die communicant, videtur mihi, quod acriter reprehendendi sunt: quia in hunc vsu vilescere faciunt sacramentum, vel potius ex lenitate mulierum putatur esse desiderium quam ex deuotione sacramentum.

Ultimè autem querendum est de huius sacramenti duplici manducatione, sacramentali scilicet, & spiritali. Sacramentalis quidem est, quando sumitur vsque ad perceptionem sacramenti: hoc est, vsque ad perceptionem veri corporis Christi. Et hoc quidem modo sepe sumitur etiam ab indignis, sicut à Iuda sumptum fuit: & hæc quidem sacramentalis

sumptio fit secundum confessionem Berengarii quando ore sumitur & dentibus atteritur corpus Domini, quamuis hæc attritio & masticatio ad formas tantum sacramentales referatur, sicut in antè habitis in tertio huius summe tractatu est ostensum. Spirituales autem sumptio siue manducatio fit, quando percipitur sacramentum vsque ad gratiam spiritalis perceptionem. Et hoc fit dupliciter: aliquando enim spiritalis est cum sacramentali: aliquando autem est sine illa, quando sacramentum articulus necessitatis, & non conueniens religionis excludit. Quæ autem sit gratia in hoc sacramento percepta, multum in præmissis determinatum est. Hoc autem modo omni die percipere sacramentum spiritali manducatione est laudabile: quia de illa scriptum est. *Eccles. 24.* Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. Nec unquam de illa dulcedine satiabitur anima in hac vita, sed dicit *Psal.* concupiscit, labor cum apparuerit gloria. Hæc de Eucharistia propter honorem Iesu Christi à nobis scripta sunt, ex quibus multa alia intelligi possunt. Et quicquid lectori in dictis displicet, parcat simplicitati: quia si non voluerit, tamen vtiliter multa in eis dicta inuenietur.



ORATIO DIVI ALBERTI MAGNI
de sacrosancto Eucharistia sacramento saluberrima.



OMNIPOTENS sempiternus Deus, fili Dei virginis, qui ex nostro & a nobis & propter nos corpus & sanguinem & animam humanam & spiritum assumpisti, & per sanctum Ieremiam Prophetam quem in utero sanctificasti, pronuntiare dignatus es, dicens quod animas sacerdotum impleturus esses pinguedine, & populus tuus abundaturus bonis, imple sacramento corporis tui animas nostras, & reple in bonis desiderium nostrum, & presta ut tui corporis & sanguinis admirabile sacramentum, omnem sui in nobis veritatis, virtutis, unitatis, charitatis, puritatis, pietatis, devotionis, & sanctitatis operetur effectum, ut sicut tu in Patre & Pater in te est, & tu in nobis per incorruptam tuam susceptionis naturam, ita in te per corporis & animae maneamus & spiritus integritatem, incorporati tibi sacrosancto corpore tuo, ad sacramentorum saluarem communionem, & tui dulcem participationem, infusi sacrosancto sanguine tuo, ad omnem intimatorum nostrorum asperionem & emundationem: redempti sacrosancta anima tua, salutis pretio, ad vitam reorum cum Patre & Spiritu sancto reconciliationem & redemptionem: viuificati sacrosancto Spiritu tuo, ad omnem spiritualis vitae in nobis deperditae restorationem, & sensuum nostrorum illuminationem: gratificati tibi sacrosancta diuinitate tua, ad omnem virtutis perfectionem, & de Eucharistia, quae vas omnis gratiae est, de plenitudine tua gratiam pro gratia accipientes, fac nos communicare gratiis quibus sancti Apostoli tui & discipuli de manu tua hoc sacramentum accipientes communicauerunt. Operare in nobis sensum & experimentum spiritualis refectionis intercessione omnium eorum qui a te spiritualiter refectioni sunt: operare in nobis fidem, dilectionem, pietatem, deuotionem, sacrosanctae vocationis spiritualem perfectionem, quae tibi in cena beatae Mariae Magdalene exhibuit, sollicitudinem, frequentiam, operositatem, diligentiam obsequendi membris tuis, ut experimentalem sensum spiritualis refectionis a te capite mereamur accipere. Operare in nobis sensum Lazari & omnium tecum quiescentium in bonis tuis, quibus disposuisti regnum, sicut illud tibi Pater disposuit, ut edant & bibant super mensam tuam in regno tuo: quia verè beati qui manducabunt panem, qui tu es, in regno Dei. Operare in nobis zelum Petri ignoscentem, & omnia destruentem quae tuae sunt contraria voluntati, quem in cena tua Petrus contra traditorem concepit. Operare in nobis quietem, resolutionem, à mundi delectabilibus perfectam sopitationem, felicitatem, gustum sancti Ioannis, quibus ad pectus tuum inclinati & haustum sapientiae & gustum tuae felicissimae accipiamus dulcedinis & bonitatis. Operare in nobis fidem rectam, spem firmam, charitatem perfectam, intercessione omnium Apostolorum & discipulorum tuorum de manu tua hoc sacramentum suscipientium, & fac nos semper aspernari Iudaei prodicionem, & in mentem serpe nobis ventis illa salutaris influenza, quam hoc sacramentum designat, qua te beatis in caelo secundum deitatem influens, operaris in eis omnem suae beatitudinis perfectionem, qui cum Deo Patre, &c.

INDEX

Distinctionum, Tractatum, & Capitulum contentorum in libro de sacra- mento Eucharistia.

DISTINCTIO I.

Quomodo hoc sacramentum sit in
genere signi.

- CAP. I. **Q**uomodo hoc sacramentum sit in genere signi. 1
- II. **Q**uomodo hoc sacramentum sit in genere signi. 2
- III. **Q**uomodo hoc sacramentum sit in genere signi. 3
- IV. **Q**uomodo hoc sacramentum sit in genere signi. 4
- V. **Q**uomodo hoc sacramentum sit in genere signi. 5
- VI. **Q**uomodo hoc sacramentum sit in genere signi. 6

DISTINCTIO II.

Quomodo hoc sacramentum sit
in genere doni.

TRACTATUS I.

De proprietate donantis.

- CAP. I. **D**e proprietate donantis. 1
- II. **D**e proprietate donantis. 2
- III. **D**e proprietate donantis. 3

TRACTATUS II.

De proprietate doni.

- CAP. I. **D**e proprietate doni. 1
- II. **D**e proprietate doni. 2
- III. **D**e proprietate doni. 3
- IV. **D**e proprietate doni. 4

TRACTATUS III.

De proprietate acceptantis.

- CAP. I. **Q**uomodo hoc sacramentum sit in genere signi. 1
- II. **Q**uomodo hoc sacramentum sit in genere signi. 2
- III. **Q**uomodo hoc sacramentum sit in genere signi. 3

DISTINCTIO III.

Quomodo hoc sacramentum sit
in genere signi.

TRACTATUS I.

Compositio per hoc sacramentum cibum.

- CAP. I. **D**e proprietate donantis. 1
- II. **D**e proprietate donantis. 2
- III. **D**e proprietate donantis. 3
- IV. **D**e proprietate donantis. 4
- V. **D**e proprietate donantis. 5
- VI. **D**e proprietate donantis. 6
- VII. **D**e proprietate donantis. 7
- VIII. **D**e proprietate donantis. 8
- IX. **D**e proprietate donantis. 9

TRACTATUS II.

De proprietate doni.

- CAP. I. **Q**uomodo hoc sacramentum sit in genere signi. 1
- II. **Q**uomodo hoc sacramentum sit in genere signi. 2
- III. **Q**uomodo hoc sacramentum sit in genere signi. 3

Index Distinctionum, tractatum, &c.

- IV. *Qualis sit hic potus in usu vras* 41. *De huius sacrificij speciebus* 37
- V. *Qualis debeat esse hic potus in propria officij operatione* 61. *De huius sacrificij occasione* 30

TRACTATUS III.

In quo agitur qualiter totus Christus tam sub forma panis quam sub forma vini contineatur.

- CAP. I. *Quomodo quorundam recitat, qualiter Christus sub speciebus sacramentalibus contineatur* 67
- II. *Veritatem determinatam et proprijs illustrat* 73

TRACTATUS IV.

Qualiter sit sumendus hic cibus.

- CAP. I. *Quod sumendus sit hic cibus in fidei veritate* 77
- II. *Quod sumendus sit hic cibus in certa spe divina largitatis* 78
- III. *Quod sumendus sit hic cibus in Ecclesiastica vnitatis charitate* ibid.
- IV. *Quod sumendus sit hic cibus in amicitudine* 79
- V. *Quod sumendus sit hic cibus in delictis aeterna fractionis* 80

DISTINCTIO IV.

Qualiter hoc sacramentum sit in genere communionis.

- CAP. I. *Quod hoc sacramentum faciat communicare facti omnis gratia* 81
- II. *Quod hoc sacramentum faciat communicare Angelorum gloria* 82
- III. *Quod hoc sacramentum faciat communicare sanctis* 84
- IV. *Quod hoc sacramentum faciat communicare passionibus mystici corporis* 84
- V. *Quod hoc sacramentum faciat subventionem facultatum in elemosynis* ibid.
- VI. *Quod hoc sacramentum faciat omnia nostra communia tam in spiritualibus quam in corporalibus* 85
- VII. *Quod hoc sacramentum faciat diuinum, et humanorum verissimam communionem* ibid.

DISTINCTIO V.

Quomodo hoc sacramentum sit in genere sacrificij.

- CAP. I. *De huius sacrificij auctoritate, et antiquitate* 86

DISTINCTIO VI.

Quomodo hoc donum sit in genere sacramenti.

TRACTATUS I.

De institutione huius sacramenti.

- CAP. I. *De causa institutionis huius sacramenti* 93
- II. *De necessitate huius institutionis sacramenti* 95
- III. *De respectu institutionis huius sacramenti* 97
- IV. *De modo institutionis huius sacramenti* 98

TRACTATUS II.

De materia & forma huius sacramenti.

- CAP. I. *De materia sacramenti* 100
- II. *De forma sacramenti supra panem* 112
- III. *De forma qua dicitur supra vinum* 119
- IV. *De consequentibus ad utramque formam* 123

TRACTATUS III.

Quid in hoc sacramento sit sacramentum tantum, & quid sit res & non sacramentum.

TRACTATUS IV.

In quo agitur de ritu huius sacramenti.

- CAP. I. *De ritu huius sacramenti ex parte Christi* 130
- II. *De ritu huius sacramenti ex parte ministris* 134
- III. *De ritu huius sacramenti ex parte sumens* 138



INDEX RERVM

Notabilium, quae continentur in libro de Eucharistia.

- A**ccidentia qualiter existunt post transubstantiationem. d. 3. t. 2. c. 1. n. 16
- Achor, fratris lumen, vel fratris altitudo. d. 3. t. 4. c. 2.
- Agno cur Christus voluit praesignari. d. 3. t. 1. c. 1. n. 6.
- Alimentum spirituale datur sub specie panis & vini. d. 3. t. 2. c. 5. n. 2.
- Alimentum animae quomodo masticatur, subtiliatur, fugitur, membris spiritualibus defertur, vitium depuratur & membris infunditur. d. 3. t. 1. c. 7.
- Amaritudine compunctionis sumenda est Eucharistia. d. 3. t. 4. c. 4.
- Amor extasium facit. d. 1. c. 2. n. 7. item d. 3. t. 1. c. 9. n. 3.
- Amor omnia vincit. ibid.
- Amor est virtus vinciens amantem & amatum. ibid.
- Sedes animae in sanguine est. d. 3. t. 2. c. 4. n. 2.
- Angelorum gloriae Eucharistia nobis praestat communicationem. d. 4. c. 2.
- Angelorum gloriae Eucharistia nobis praestat communicationem. d. 4. c. 2.
- Angeli quomodo flere & tristari dicantur. ibid.
- Angeli assistunt in omni Christi corporis confectione. d. 1. c. 2. n. 4.
- Anna, gratia. d. 3. t. 1. c. 1. n. 5.
- Aquae fluentis quatuor commoditates. d. 4. c. 1.
- Aqua non desideratur in potu, nisi a natura corrupta & nimis incensa. d. 3. t. 2. c. 1. n. 2.
- Cum aqua vino misceatur in sacramento. d. 3. t. 2. c. 3.
- Archites, suscitans fratrem captivum. d. c. 2. n. 7.
- Aler, beatus. d. 3. t. 1. c. 1. n. 1.
- B**enignitas, bona ignitas. d. 1. c. 2. n. 3.
- Benignitatem suam quomodo Deus nobis ostendat. ibid.
- Boni est bona & optimi optima adducere. d. 1. c. 2. n. 7.
- Omnia bonitatem Dei participant, & ideo bona sunt, quia a bono sunt. d. 1. c. 2. n. 2.
- Bonitatis cum oleo conuenientia. ibid.
- Bogos, in quo est virtus. d. 3. t. 4. n. 1.
- C**arus qui in ritu confectionis sacramenti Eucharistiae accidere possunt. d. 6. t. 4. c. 2. n. 1. 4.
- D**ilectio nulla vnquam oblivione debilis. d. 6. t. c. 1. n. 2.
- Charitate vnitatis Ecclesiasticae sacramentum Eucharistiae est sumendum. d. 3. t. 4. c. 3.
- Charitas qua Deus dilexit nos, quae sit. d. 1. c. 2. n. 6.
- Chermel, agnus tener. d. 3. t. 1. c. 1. n. 10.
- Chusai, arcanum. d. 1. c. 2. n. 7.
- Cibus sanus, ab infirmitate praeseruat, causam infirmitatis expellit, sanitatem perditam reparat, reparatam conseruat. d. 3. t. 1. c. 4.
- Cibus nutrens virtute diuina. d. 3. t. 1. c. 5. n. 1.
- Cibus verus quis sit. d. 3. t. 1. c. 5. n. 2.
- Cibus nutrens ad vitam. d. 3. t. 1. c. 5. n. 3.
- Cibus conferens immortalitatis radicem. d. 3. t. 1. c. 5. n. 4.
- Cibus vnicens nutritum & conuertens in se. d. 3. t. 1. c. 5. n. 5.
- Cibus nutrens vniuersali virtute corpus & animam. d. 3. t. 1. c. 5. n. 6.
- Post occasum solis a meridie sumendus est cibus secundum naturam motus caelestis. d. 6. t. 2. c. 3. n. 3.
- Quomodo adhaeret cibus membris quae nutrit. d. 3. t. 1. c. 9. n. 1.
- Cibus sacramentalis sumendus est in fidei veritate, in spe largitatis, in charitate Ecclesiasticae vnitatis, in compunctione amaritudinis, & in delectatione & deliciis beatae perfruitionis. d. 3. t. 4. c. 1.
- Cibi sacramentalis congruitas consistit in similitudine nostri ad cibum ex digestionem, in imagine similitudinis, in naturae conformitate, in conuersionis pulchritudine, & in nostrae miseriae secundum penas inde tractabiles assumptione. d. 3. t. 1. c. 6.
- Nihil claritatis habere possumus nisi claritas filij Dei clareat in nobis. d. 1. c. 5. n. 6.
- Mane comedentes reprehendantur. d. 6. t. 1. c. 3. n. 3.
- Per Eucharistiam communicamus fonti omnis gratiae. d. 4. c. 1.
- Quoties sit communicandum. d. 6. t. 4. c. 3. n. 3.
- Omnia nostra communia sunt cum in spiritualibus quam in corporalibus per Eucharistiam. d. 4. c. 6.
- An consecrare possit non indutus vestibus sacris. d. 6. t. 4. c. 2. n. 5.
- Quinque faciunt nos vniuersales Christo, generatio diuina, vita munda, dilectio ad Deum sincera & pura, illustratio contemplatiua, & vnio deuota. d. 3. t. 1. c. 8.
- Christus omnis necessitatis nostrae fidei iussor. d. 2. t. 1. c. 2.
- Christus Iosias. d. 1. t. 2. c. 4.
- Christi dilectio nulla vnquam oblivione debilis. d. 6. t. c. 1. n. 2.

Index rerum

Christi passio semper debet esse nobis prae oculis. d.6.t.1.c.1.n.3
 Quare Christus vitulo, agno, hodo, manate & frumento fuit praesignatus. d.3.t.1.c.1.n.4
 Christus dedit corpus in communionem sui & membrorum, sanguinem autem in redemptionem. d.3.t.1.c.1.n.3
 Qualiter corpus sub speciebus sacramentalibus contineatur, triplex opinio. d.3.t.3.c.1.n.1. item d.6.t.2.c.1.n.6
 Corpus Christi vere est in Eucharistia. d.3.t.3.c.1.n.2
 Cum corpore Christi non remanet substantia panis & vini. d.3.t.3.c.1.n.6
 Qualiter totum corpus Christi sub tantilla forma contineatur. d.3.t.3.c.1.n.10
 Christus continetur in sacramentalibus formis ut in loco suae gloriosissime habitationis, ut in aula dulcissime refectionis, ut in mysterio spiritualis macerationis & immolationis, & ut in nexu amicissime nostri cum eo connexionis. d.3.t.3.c.1.n.2
 Christus Darius. d.3.t.1.c.3.n.4
 In quacumque partes forma sacramentalis dividatur, totus & integer Christus manet. d.3.t.1.c.7.n.2
 Christus Ozias. d.1.c.2.n.3
 Verum Christus in sacramento sit passibilis. d.3.t.1.c.6.n.6
 Christo conveniunt quaedam secundum deitatem, quaedam secundum humanitatem, & quaedam secundum formam sacramenti. Ibid.
 Christi magnificentia in Eucharistia. d.2.t.1.c.1
 Christus Boos. d.2.t.1.c.2
 Quanto affectu Christus suum corpus donavit. d.2.t.1.c.2.n.11
 Totum quod est sanctitatis & gratiae, in agro humanitatis Christi nobis germinavit. d.1.c.6.n.2
 Totum quod salutis nostrae est, à Christo processit. d.1.c.6.n.3
 Plenitudo gratiae in Christo. d.1.c.6.n.4
 Ecclesia corpus Christi. d.3.t.1.c.5.n.5
 Christo adheremus fortitudine apprehensionis, glorio amorem, mansione stabilitatis, & perseverantia coniventatis. d.3.t.1.c.9.n.2
 Nihil in Christo nisi gratum. d.1.c.4.n.4
 Corpus Christi plenum gratia. Ibid.
 Christus se cibis ipse cibis. d.1.c.5.n.1
 Christus Samsou. d.1.c.2.n.5
 Septem causae quare Christus frequenter oculos ad Patrem elevarit. d.6.t.2.c.4.n.3
 Verum Christus in azymo corpus suum tradidit. d.6.t.2.c.1. per totum.
 Verum corpus Christi possit confici in fermentato. d.6.t.2.c.1.n.6
 Christus merces qua redempti sumus. d.1.c.5.n.3
 Christus, Assuerus. d.1.c.5.n.2
 Crocus subtilis ad penetrandum, & fragrans ad odorandum, & virtutem habet ad splendorem pulchritudinis conferendum. d.1.c.3.n.4

D

Decretis arguuntur ignorantiae. d.3.t.3.c.1.n.2
 In deliciis paradisi sumitur corpus Christi. d.3.t.2.c.5
 Dei est bonitas, natura dulcedo, proprium misereri & parcere. d.1.c.2.n.2
 In Deo oportet affirmare omnium positiones, & omnes potentius negare. d.6.t.2.c.1.n.12
 Solus Deus potest peccata dimittere. d.6.t.1.c.1.n.1
 Deus in homine & homo in Deo per Eucharistiam. d.4.c.6
 Dilectio synagoga & pulchra. d.3.t.1.c.3.n.4
 Donum debet esse vile accipiendi, proportionatum, & permanens. d.2.t.3.c.1.n.1
 Dulcedo qua Deus pauperi paravit Eucharistiam. d.1.c.2.n.5

E

Engaddum, fons hodi. d.2.t.2.c.4.n.1
 Eucharistia non est nisi gratia. d.1.c.1
 Eucharistia non datur nobis nisi à gratissimo. d.1.c.1
 Eucharistia magna peccatis sacramentum. d.1.c.2.n.4
 Nihil dulcius Eucharistia. d.1.c.2.n.5
 Eucharistia fructus suavissimus. d.1.c.2.n.6
 Eucharistia placentiam sacrificium. d.1.c.2.n.3
 Eucharistia gratissimis preparatur. d.1.c.3
 Eucharistia crocus. d.1.c.3.n.4
 Eucharistia non nisi gratiam operatur. d.1.c.4
 Eucharistia circumalem continet gratiam. d.1.c.5
 Eucharistia simul complectitur, quod omnia sacramenta significant & continentur in eis & particulariter. d.1.c.5.n.1
 Eucharistia donum Dei electum. d.2.t.2.c.1
 Eucharistia munus sufficientissimum. d.2.t.2.c.2
 Eucharistia omnem in se habet virtutem. d.2.t.1.c.3
 Eucharistia memoriale dulcissime charitatis, amarissime passionis, & transitus Christi ex hoc mundo ad Patrem. d.2.t.2.c.4
 Eucharistia habet unum effectum substantialem, & plures adiacentes. d.2.t.2.c.2.n.2
 Eucharistia naturalem nostram ad Christum perficit unionem. Ibid.
 Eucharistia dat unicuique à se consideratam gratiam & delectationem. d.2.t.2.c.2. item d.3.t.1.c.11.n.9
 Eucharistia cibis parentia Patris preparatur, quia filius regis debetur, quia ex promissionis summi regis assumptus. d.1.c.1
 Eucharistia multiplicem habet sapientiam. d.1.c.1
 Eucharistia cibis parentia Patris preparatur, sapientia Filij inest, bonitas Spiritus sancti conditus, seu abundantia vocis Trinitatis administratur. d.3.t.1.c.3
 Eucharistia cur dicitur cœna. d.3.t.1.c.3.n.4
 Eucharistia cibis nutritivus. d.3.t.1.c.5
 Eucharistia cur dicitur viaticum. d.3.t.1.c.5.n.4
 Eucharistia

Index rerum

Eucharistia sacramentum charitatis & unitatis. d.3.t.4.c.3
 Eucharistia in genere communionis, propter septem quas facit in nobis communionem. d.4
 Eucharistia fons vitæ. d.4.c.1
 Eucharistia in genere sacrificij. d.5
 Eucharistia in genere sacramenti. d.6
 Eucharistia est signum futuræ beatitudinis. d.6.t.1.n.4
 Res & sacramentum Eucharistiae est corpus Christi verum, res tantum est corpus Christi mysticum, sacramentum vero tantum est species panis & vini. d.6.t.3.c.unic.
 Ritus sacramenti Eucharistiae. d.6.t.4. per totum.
 Eucharistiam non licet sumere existenti in peccato mortali. d.6.t.4.c.3.n.2
 Fames est appetitus calidi & sicci. d.3.t.2.c.1.n.2
 Fides est lumen collocans in credentibus veritatem, & credentes in veritate. d.3.t.4.c.1
 Fide veritatis sumendus est cibus sacramentalis. Ibid.
 Filius Dei in omnibus splendoribus in Eucharistia continetur. d.1.c.6.n.1
 Forma consecrationis panis est hæc, Hoc est enim corpus meum. d.6.t.2.n.1
 Quid pronomen, Hoc, in forma designat. d.6.t.2.c.2.n.11
 Christus forma verborum qua nos vitmur, vsus est in sacramento. d.6.t.2.c.2.n.3
 Enim non est de substantia formæ. d.6.t.2.c.2.n.17
 Nihil est de forma consecrationis panis nisi quod Christus quatuor testibus probatur dixisse, scilicet, Hoc est corpus meum. d.6.t.2.c.2.n.11
 Forma sacramenti operatur virtute indivisibili. d.6.t.2.c.2.n.18
 Forma sacramenti habet virtutem transubstantiandi à verbo increato. d.6.t.2.c.2.n.19
 Forma consecrationis vini est hæc, Hic est enim calix sanguinis mei. d.6.t.2.c.3.n.1
 Formæ consecrationis panis & vini agunt divinum transubstantiationem. d.6.t.2.c.3.n.5
 Quare utraque forma non eodem modo traditur. d.6.t.2.c.3.n.6
 Frumento Eucharistia comparatur. d.3.t.1.c.11.n.13

G

Generatio divina qua homo in corpus & membrum Christi generatur. d.3.t.1.c.8.n.2
 Gratia communionis, expiationis, redemptionis, vivificationis, refectionis, & æternæ beatitudinis. d.1.c.5
 Quidquid gratiae in omnibus sacramentis impartum invenitur, colligitur in sacramento Eucharistiae. d.1.c.1.n.1

H

Hilaritas quantum bonum sit, & quantum hilaritate Christus se nobis dedit. d.2. D. Alb. Mag. lib. de Euchar.

Holocausta quid. d.1.c.2.n.5
 Honestum est, quod sua vi nos trahit, & sua propria dignitate hominem allicit. d.3.t.2.c.4.n.1
 Hostia quid. d.5.c.2.n.5
 Quare hostia dividitur in tres partes. d.3.t.1.c.7.n.1
 Hyssopus est herba sanguinis & pulmonis purificativa. d.1.c.5.n.5

I

Immolatio quid. d.5.c.2.n.5
 Ionathas, columbae donum. d.1.c.2.n.5
 Iordanis, humilis descensus. d.3.t.2.c.5.n.9

L

Lac non potest esse verus & communis hominum potus. d.3.t.2.c.1.n.3

M

Magnifici quæ sit proprietates. d.2.t.1.c.1
 Manducatio sacramentalis & spiritualis. d.6.t.4.c.3.n.4
 Manere in Christo quomodo dicamur, non euagantes extra tabernacula. d.3.t.1.c.9.n.4
 Manna quinque de causis figura Eucharistiae. d.3.t.1.c.1.n.8
 Medi, mensurantes & adzquantæ. d.1.c.3.n.2
 Missa ubi celebranda. d.6.t.4.c.2.n.2
 Missa quare sic dicitur. d.5.c.2.n.5. item d.6.t.1.c.2.n.4
 Mixtio est miscibilium altetorum unio. d.3.t.2.c.3.n.5
 Miscibilia remanent in mixto secundum substantiam suæ formæ, sed non secundum excellentias suarum qualitatum. Ibid.
 Modus quo Christus continetur sub formis sacramentalibus. d.3.t.3.c.1.n.14
 In natura non sunt in genere nisi due mutationes, quarum una vocatur de subiecto in subiectum, altera vera vocatur de non subiecto ad subiectum, aut de subiecto ad non subiectum. d.6.t.2.c.1.n.5
 Mutationes supernaturales non sunt in nunc temporis, nec in tempore de quo Philosophi loquuntur. d.6.t.2.c.1.n.11

N

Natura humana in Christo non est materialis ad divinam, nec divina formalis ad humanam. d.6.t.2.c.1.n.9
 Non invenitur adeo naturale & commune nutrimentum sicut triticum & vinum. d.6.t.2.c.1.n.4

O

Oblationum modi quinque, scilicet holocausta, pacifica, hostia, victima & immolatio. d.5.c.2.n.5

N

Pluribus

Index rerum

Pluribus oblationibus non indigenus sicut antiqui. d. 5. c. 3.
 Odor est iudicium saporis d. 3. t. 1. c. 2. n. 2.
 Ozias, sacerdos Domino. d. 1. c. 2. n. 3.

P

Pacificus quid. d. 5. c. 2. n. 5.
 Non passimus dicere, iste panis est, vel erit, vel fuit corpus Christi. d. 6. t. 2. c. 1. n. 5.
 Vtrum istae propositiones sint concedendae, de pane vel ex pane fit corpus Christi. d. 6. c. 1. n. 8.
 Quare Ecclesia nulli intinctum porrigit panem. d. 3. t. 2. c. 4. n. 2.
 Hoc nomen, Pascha, septem modis sumitur. d. 6. t. 4. c. 1. n. 4.
 Passeres duo quibus lepra curabatur, duae naturae in Christo. d. 3. t. 2. c. 3. n. 3.
 Passer & turtur quid significant. d. 3. t. 4. c. 3.
 Passionis Christi memoria recolenda. d. 2. t. 2. c. 4. n. 2. item d. 3. t. 1. c. 4. n. 2.
 Passionibus mystici corporis communicamus per Eucharistiam. d. 4. c. 4.
 Peccatum veniale non est peccatum simpliciter, sed quaedam ad peccatum dispositio. d. 6. t. 1. c. 2. n. 2. habet multa remedia. ibid.
 Perlicae, tentati, vel latera sua deserentes. d. 1. c. 3. n. 2.
 Perseuerantia nobis necessaria. d. 3. t. 1. c. 9. n. 5.
 Physici volentes omnia ratione naturali discutere, acriter reprehenduntur. d. 6. t. 2. c. 1. n. 3. 2.
 Pietas Christum induxit ut nobis Eucharistiae sacramentum daret. d. 1. c. 2. n. 4.
 Potus sacramentalis qualis sit in genere & specie. d. 3. t. 2. c. 1.
 Potus naturalis est naturae iuuariuus & influuius, cibi latius, subtiliarius & vnitiuus membris. d. 3. t. 2. c. 1. n. 7.
 Potus sacramentalis habet vnam operationem essentialem, & quinque adiunctas. d. 3. t. 2. c. 5. n. 5.
 Prifana non competit fanis. d. 3. t. 2. c. 1. n. 4.

R

Raguel, agrotans Deo. d. 6. t. 1. c. 1. n. 1.
 Raphael, medicina Dei. d. 6. t. 1. c. 1. n. 1.
 Ritus sacramenti Eucharistiae ex parte Christi. d. 6. t. 4. c. 1.
 Ritus ex parte ministri. d. 6. t. 4. c. 2.
 Ritus ex parte fumentis. d. 6. t. 4. c. 3.

S

Sacerdotes nec debent nec possunt vnam & eandem hostiam consecrare. d. 6. t. 4. c. 2. n. 6.
 Sacerdotes ordinari ab haereticis vel schismaticis an consecrare possunt. d. 6. t. 4. c. 2. n. 6.
 Causa institutionis sacramenti Eucharistiae quadruplex. d. 6. c. 1.
 Omne sacramentum contra peccatum in medicina institutum est. d. 6. t. 1. c. 1. n. 1. item d. 6. t. 1. c. 2.
 Sacramentum Eucharistiae est principalis dignitatis inter sacramenta. d. 6. t. 1. c. 2. n. 2.

Triplicis causa cur sacramentum Eucharistiae in lege gratiae debuit institui. d. 6. t. 1. c. 3.
 Modus institutionis sacramenti Eucharistiae. d. 6. t. 1. c. 4.
 Potestas collata conficiendi sacramentum Eucharistiae. ibid.
 In sacramento est corporalis materia propter tres causas. d. 6. t. 2. c. 1. n. 1.
 Sacramentum est inuisibile gratiae visibile signum. ibid.
 Sacramentum est visibile & corporale elementum ex institutione diuina signans, ex similitudine representans, ex sanctificatione inuisibilem gratiam conferens. ibid.
 Quae sit materia sacramenti Eucharistiae. d. 6. t. 2. c. 1. n. 4.
 Deus sacramentis gratiam non alligauit. ibid.
 Causa institutionis sacramentorum triplex, scilicet eruditio, humilitas & exercitium. d. 6. t. 2. c. 1. n. 3.
 Sacrificia nostra antiquiora sunt quam sacrificia Veteris Testamenti. d. 5. c. 1.
 Sacrificium Missae antiquitate veneratum, auctoritate diuina sancitum, iuramento confirmatum, & sua perfectione perpetuum. d. 5. c. 1.
 Sacrificium Missae in omnibus aliis praesignatum. d. 5. c. 2.
 Sacrificium Missae acceptissimum. d. 5. c. 3.
 Sacrificium Missae verius omni sacrificio. d. 5. c. 4.
 Sanctorum communio per Eucharistiam. d. 4. c. 3.
 Nihil ita humectat & rigat ad fructum & viorem sicut sanguis humanus. d. 3. t. 2. c. 5. n. 10.
 Sanguis Christi vino comparatus. d. 3. t. 2. c. 2. n. 2.
 Sanguinis Christi operationes, redimere à peccato & reliquiis peccati, lauare, rigare arida & infundere, tingere, & signare. d. 3. t. 2. c. 5. n. 8.
 Sanguis Christi coccus quo vestes sacrae tingi debent. d. 3. t. 2. c. 5. n. 10.
 Sanguis Christi, hyssopus. d. 1. c. 5. n. 2.
 Sanguis Christi non potest confici nisi ex vino. d. 3. t. 2. c. 1.
 Sapor puritatis ex corpore Christi. d. 3. t. 1. c. 2. n. 1.
 Sapor dulcedinis valde amabilis ex sanguine. d. 3. t. 1. c. 2. n. 2.
 Sapor aromaticus omni virtute fragrans ex anima. d. 3. t. 1. c. 2. n. 3.
 Sapor subtilitatis ex spiritu humano. d. 3. t. 1. c. 2. n. 4.
 Sapor omnis gratiae ex deitate. d. 3. t. 1. c. 2. n. 5.
 Sapor caelestium gaudiorum ex vnione humanorum cum deitate. d. 3. t. 1. c. 2. n. 6.
 Sapores naturales nouem, scilicet dulcis, pinguis, ponticus, stipticus, acutus, acetosus, falsus, amarus, aquosus. d. 3. t. 1. c. 2. n. 1.
 Sara, princeps, vel carbo, vel velamen, vel angustia. d. 6. t. 1. n. 1.
 Sitis est appetitus frigidi & humidus. d. 3. t. 2. c. 1. n. 2.
 Quadruplex causa sitis. d. 3. t. 2. c. 1. n. 6.
 Species sacramentales ad quid remanent post transubstantiationem. d. 6. t. 2. c. 1. n. 13.
 Spe diuinæ largitatis sumenda est Eucharistia. d. 3. t. 4. c. 2.
 Subiectum

Index rerum

Subiectum vocatur ens in actu secundum formam substantialem salutaris, sed mutatum secundum formam accidentalem. d. 6. t. 2. c. 1. n. 5.

T

Tobias, ductus ad lucum. d. 1. t. 6. c. 1. n. 1.
 Transubstantiatio est mutatio supernaturalis, cui nulla mutatio in natura inuenitur similitudo. d. 6. t. 2. c. 1. n. 9.
 Tyrus angustia. d. 6. t. 2. c. 1. n. 4.

V

Veritas opponitur falso, impuro, & appetenti. d. 5. c. 4.
 Victimam quid. d. 5. c. 2. n. 5.
 Vtrum aqua & vinum quae miscentur in calice, possunt separari. d. 3. t. 2. c. 3. n. 5.
 Bonum & electum vinum debet esse in sacra-

mento. d. 3. t. 2. c. 4. n. 1.
 Quare vinum & panis seorsum ponuntur in sacramento. d. 3. t. 2. c. 4. n. 2.
 Vinum naturam inuat & influit, cibum defert, subtiliat & vnit membris. d. 3. t. 1. c. 1. n. 7.
 Qualis sapor requiritur in vino ex quo Christi sanguis conficitur. d. 3. t. 2. c. 2. n. 1.
 Vinum aliud dulce, aliud acre, aliud ponticum, aliud stipticum, aliud aromaticum. ibid.
 Effectus vini corporaliter bibiti, & quomodo vinum sacramentale eisdem habeat. d. 3. t. 2. c. 1. n. 2.
 Vinum bonae spei facit hominem. d. 3. t. 1. c. 2. n. 8.
 Vinum solum est conueniens potus hominis. d. 3. t. 2. c. 1. n. 2.
 Christus se comparat viti, & corpus suum mysticum vineae. d. 3. t. 2. c. 1. n. 1.
 Vitulus figura Eucharistiae. d. 3. t. 1. c. 1. n. 5.
 Vrias, lux mea Deus. d. 3. t. 1. c. 1. n. 1.



INDEX

Locorum scripturæ, qui in libro de Eucharistia explicantur.

- Genesis.**
- CAP. 6. **OENACULA** & tri-
stega facies in arca. d. 3.1.3.
c. 2. n. 2
6. *Mansuetas in arca facies, & bisumi-
ne linis intrinsecus & extrinsecus.* d. 3.
1. c. 9. n. 4
18. *Accelera, tria sata farina similia commisce,
&c.* d. 1. c. 4. n. 4. item d. 3. 1. c. 3. n. 2
18. *Talutque butyrum & lac & vitulum quem
coxerat, & coram Angelis posuit.* d. 3. 1. 1.
c. 1. n. 5
37. *Frumento & vino stabili cum.* d. 3. 1. c. 1.
n. 13
47. *Alebat eos omnemque domum patris sui.*
d. 2. 1. c. 4. n. 3.
- Exodi.**
3. *Solve calceamentum tuum de pedibus tuis.*
d. 3. 1. c. 1. n. 1.
12. *Eris sanguis vobis in signum in edibus in
quibus eritis, &c.* d. 3. 1. c. 5. n. 10
12. *Alienigena non comedet ex eo.* d. 6. 1. c. 4.
n. 4.
12. *Eris autem agnus sine macula, masculus
annulus.* d. 3. 1. c. 1. n. 6
- Numeri.**
24. *Quam pulchra tabernacula tua Iacob, &c.*
d. 3. 1. c. 5. n. 10
24. *Flux aqua de stula eius, & semen illius erit
in aquas multas.* d. 1. c. 6. n. 3
- Deuteronomij.**
28. *Aperiet Dominus thesaurum opimum cœ-
lum.* d. 3. 1. c. 5. n. 1
29. *Adduxit quadraginta annis per desertum.*
d. 3. 1. c. 5. n. 4
32. *Constituit eum super excelsum terram, ut
comederet fructus agrorum.* d. 3. 1. c. 7. n. 4
- Ruth.**
2. *Vnde mihi hoc, ut inveniam gratiam ante
oculos tuos?* d. 1. c. 4. n. 2
2. *Instige buccellam tuam cum puellis meis
in aceto.* d. 3. 1. c. 4. n. 2
3. **Regum.**
17. *Oleum in lectulo non deficiet.* d. 1. c. 2. n. 2
2. **Esdra.**
3. *Darius rex fecit cenam magnam.* d. 3. 1. 1.
c. 3. n. 4
- Tobiaz.**
1. *Exentera hunc piscem.* d. 6. 1. c. 1. n. 1
6. *Cordis eius particulam si super carbonem
ponas, fumus eius extricat omne genus da-
emoniorum.* d. 3. 1. c. 4. n. 1
- Esther.**
1. *Assuerus tertio anno imperij sui fecit grande
convivium, &c.* d. 1. c. 3. n. 2
15. *Facies tua gratiarum plena.* d. 1. c. 6. n. 4
- Iob.**
3. *Antequam comedam, suspiro.* d. 3. 1. c. 4. n. 4
5. *In sex tribulationibus liberabit te, & in se-
ptima non tanget te malum.* d. 3. 1. c. 4. n. 1
9. *Si locus fuerit velut aquis nivis, &c.* d. 1.
c. 5. n. 2.
39. *Pullis eius lambunt sanguinem.* d. 3. 1. c. 4. n. 2
- Psalmsorum.**
22. *Parasti in conspectu meo mensam.* d. 2. 1. c. 3.
c. 1. n. 1
24. *Dulcis & rectus Dominus.* d. 1. c. 1. n. 6
32. *Verbo Domini celi firmati sunt.* d. 6. 1. c. 2.
c. 2. n. 18
33. *Gustate & videte, quoniam suavis est Do-
minus.* d. 1. c. 2. n. 6
39. *Sacrificium & oblationem nolivisti.* d. 5. c. 4
50. *Tunc acceptabis sacrificium iustitie.* d. 1. c. 2.
n. 9. item d. 1. c. 4. n. 3
50. *Asperges me Domine hyssopo.* d. 1. c. 5. n. 2
50. *Benigne fac Domine in bona voluntate tua
Sion, ut edificentur muri Ierusalem.* d. 1.
c. 2. n. 3
64. *Beatus quem elegisti & assumpsisti habita-
re in atriis tuis.* d. 1. c. 6. n. 1
83. *Passer invenit sibi domum, & intur nidum
ubi reponit pullos suos.* d. 3. 1. c. 4. n. 3
103. *Vinum latificat cor hominis.* d. 3. 1. c. 2. c. 1.
n. 7
109. *In splendoribus sanctorum ex utero ante-
laciferum genui te.* d. 1. c. 6. n. 1
109. *Tu es sacerdos secundum ordinem Mel-
chisedech.* d. 5. c. 1
118. *Particeps ego sum omnium sumentium te.*
d. 4. c. 3

Index Locorum Scripturæ.

121. *Impletum qui diligenter me videtur.* d. 1.
1. c. 3
127. *Filius tui sicut vultu aliorum in circumspic
mensura.* d. 3. 1. c. 4. n. 1
- Proverborum.**
13. *Males cibi in nonalibus Rarum.* d. 1. c. 4.
n. 2
30. *Transire vultu discipulis, &c.* d. 3. 1. c. 3. n. 2
31. *Facta est quasi navis in sicco, de longe
portans panem suum.* d. 4. c. 1
- Ecclesiastiz.**
1. *Antequam rumpatur fenu argenteum, &
revertat vista aurea.* d. 3. 1. c. 7. n. 6
- Canticorum.**
1. *Berai capri dilectum meum mihi in vineis
Engaddi.* d. 2. 1. c. 4. n. 1
2. *Fructus eius dulcis gustati meo.* d. 1. c. 2.
n. 6
7. *Eni haec sunt post parietem miltum, prospici-
ens per fenestram.* d. 3. 1. c. 2. n. 1
3. *Tenui illum, nec dimittam.* d. 3. 1. c. 9.
n. 2
4. *Dentes tui sicut greges tonsurum.* d. 3. 1. 1.
c. 7. n. 3
4. *Mel & lac sub lingua tua.* d. 1. c. 2. n. 3
5. *Comedi fenum cum melle meo.* d. 1. c. 2. n. 6
5. *Comeditis amici, & bibite, & inebriamini
charissimi.* d. 1. c. 3. n. 1
7. *Dilectus meus mihi, & ego ipsi.* d. 1. c. 2.
n. 7
7. *Venter tuus sicut cornu viticis, vallatus
lilii.* d. 6. 1. c. 4
8. *Approbendam te, & ducam in domum ma-
tris mee.* d. 3. 1. c. 9. n. 2
- Sapientiz.**
16. *Substantiam tuam & dulcedinem tuam
quam in filiis habes, ostendebat.* d. 1. c. 2.
n. 3
16. *Non nocentis fructum pascent homines,
sed sermo tuus, &c.* d. 3. 1. c. 4. n. 3
- Ecclesiastici.**
4. *Sapientia vitam filiis meis inspiravit.* d. 1.
c. 5. n. 4
29. *Gratiam fidemque tui ne obliviscaris.* d. 2.
1. c. 2
29. *Initium vita hominis, aqua & panis.* d. 3. 1. c. 2.
c. 1. n. 5
31. *Vinum in iocunditatem creatum est.* d. 3. 1. 1.
c. 2. n. 8
38. *Da suavitatem & memoriam similitudinis, &
impingua oblationem.* d. 3. 1. c. 7. n. 7
38. *Deus de terra creavit medicinam, & vir
prudens non abhorret illum.* d. 3. 1. c. 4.
n. 1. item d. 6. 1. c. 1. n. 1
38. *Honora medicum propter necessitatem.* d. 3.
1. c. 4. n. 4
43. *Medicina omnium in festinatione nebula.*
d. 1. c. 6. n. 1
43. *Medicina omnium in festinatione nebula.*
d. 3. 1. c. 4. n. 1
- Itaiz.**
1. *Cognovit bos possessorem suum, & asinus
prospice dominum sui.* d. 3. 1. c. 2. n. 2
11. *Eris radix Jesse, qui stat in signum populo-
rum.* d. 6. 1. c. 1. n. 3
25. *Patet Dominus exercituum omnibus po-
pulis in monte hoc convivium pinguium,
& convivium ejadem, &c.* d. 1. c. 3. n. 3
33. *Angeli pacis amore seburnt.* d. 4. c. 2
41. *Confortantur sicut ararius, qui cum cadebat
tunc temporis.* d. 3. 1. c. 9. n. 3
55. *Verbum quod egreditur ex ore meo, non re-
vertitur ad me vacuum.* d. 3. 1. c. 5. n. 1
55. *Audite audientes me, & comedite bonum,
& delebitur in crassitudine anima vora
stra.* d. 1. c. 1. n. 1
58. *Cibabo te hereditate Iacob.* d. 1. c. 5. n. 5
- Jeremiz.**
6. *Lactum virgenis fac tibi plantam ama-
ram.* d. 3. 1. c. 4. n. 4
31. *In charitate perpetua dilexi te.* d. 1. c. 2. n. 7
- Threnorum.**
1. *De excelsis misit ignem in ossibus meis, &
erudit me.* d. 1. c. 2. n. 6
2. *Nutriebatur in croceis.* d. 1. c. 2. n. 4
3. *Recordare paupertatis meo, transgressionis,
obscure & fellis.* d. 3. 1. c. 4. n. 3
- Ezechielis.**
16. *Similam & mel & oleum comedisti.* d. 3.
1. c. 7. n. 7
- Danielis.**
1. *As rex ut introduceret de filiis Israel
paucos, &c.* d. 1. c. 3. n. 3
- Osee.**
2. *Dabo ei vallon Achor ad aperendam
spem.* d. 3. 1. c. 4. n. 2
11. *In funiculis Adam trabam eus, in vincu-
lis charitatis.* d. 1. c. 2. n. 7
- Ioelis.**
3. *In illa die stillabunt montes dulcedinem, &c.*
d. 3. 1. c. 5. n. 1
- Amos.**
2. *Super tribus sceleribus Israel & super
quatuor non conuertam eum.* d. 6. 1. c. 1.
n. 12
- Sophoniz.**
3. *Fili disperforum meorum deferens manus
mibi.* d. 2. 1. c. 1
- Zacharie.

Index Locorum Scripturæ.

Zachariæ.

9. Tu autem in sanguine testamenti tui emisti unctos de lacu. d.3.s.2.c.5.n.8

Malachiz.

2. Maledicam benedictionibus vestris. d.6. c.4.c.2.n.6. & 13
3. Sedesit constans & emundans argentum, & purgabit filios Levi. d.3.s.1.c.7.n.4

Lucæ.

21. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum, &c. d.1.c.3.n.4

Ioannis.

- * 1. Qui de celo venit, super omnes est. d.1.c.4. n.4
10. I. gredietur & egredietur & pascua inveniet. d.3.s.1.c.5.n.5
10. Ergo vitam æternam do eis, & non peribunt. d.1.c.5.n.4
17. Subvertatis oculos. d.6.s.2.c.4.n.2. & 3.

Actuum.

4. Erant illis omnia communia. d.1.c.5.n.1
17. In ipso vivimus, movemur & sumus. d.3. c.1.c.2.n.3

Ad Romanos.

8. Vivificabit mortalia corpora nostra. d.1. c.5. n.4

1. ad Corinthios.

11. Convenientibus vobis in unum, iam non est Dominicam cenam manducare. d.1.c.4. n.1

12. Multi unum corpus sumus in Christo. d.1. c.5. n.1

12. Si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. d.4.c.4

Ad Ephesios.

3. Impleamur in omnem plenitudinem Dei. d.1.c.6.n.1
3. Quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas & profunditas. d.1.c.2.n.8

1. ad Timotheum.

3. Manifestè magnum est pietatis sacramentum. d.1.c.2.n.4

Ad Titum.

1. Ut potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes convincere. d.6.s.2.c.1.n.16

Ad Hebræos.

13. Optimum est gratia stabilire cor. d.1.c.3. n.3. item. d.1.c.5.n.1

Iacobi.

1. Apud quem non est mutatio nec vicissitudinis obumbratio. d.6.s.2.c.1.n.11

Apocalyptis.

2. Vincens dabo edere de ligno vite. d.3.s.1. c.5.n.4
7. Quoadusque signemus servos Dei nostri. d.3.s.2.c.5.n.10
7. Lanerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. d.3.s.2.c.5.n.9
10. Accepi librum de manu Angeli, & denotaui illum. d.6.s.1.c.1.n.2

F I N I S.





D. ALBERTI MAGNI,
RATISBONENSIS
EPISCOPI, ORDINIS
PRÆDicatorVM,

PARADISVS ANIMÆ, SIVE
Libellus de virtutibus.

PROLOGVS.

Vnt quædam vitia, qua frequenter virtutum speciem prætendunt, ut cum verè sint vitia; credantur esse virtutes. Sicut fœneritas putatur esse iustitia: Amaritudo mentis, dicitur maiestas: Incommoda loquacitas, dicitur offabilitas: Dissolutio, creditur spiritus mentis lætitia: Pigrizia sive inordinata tristitia, iudicatur morum gravitas: Tempus seu torpor, creditur discretio: Ornatus superfluus, creditur modestia: Superabundantia in victu & familia, vocatur honestas: Prodigalitas, dicitur liberalitas: Avaritia, creditur providentia: Pertinacia, iudicatur constantia: Dilectio, vocatur prudentia: Hypocritis, dicitur sanctitas: Incuratus in agendis, dicitur mansuetudo: Curiosus, dicitur circumspectus: Vanigloriosus dicitur honestus: Prasumptio, dicitur spes: Carnalis amor, iudicatur charitas: Protervus accusator vel corrector, dicitur zelator iustitia: Dissimulatio, dicitur patientia: Pusillanimitas ad corrigendam, dicitur benignitas, mansuetudo, vel pacificus: & sic de similibus. Sicut autem falsis denarius, nihil emitit boni: sic nec falsis virtutibus, ægnum calorum comparatur.

B. Sunt etiam quædam virtutes naturales, quasi naturaliter hominibus inherentes: sicut naturalis humilitas, benignitas, modestia, largitas, misericordia, patientia. His similibus, atque similibus, nemo meretur præmiam æternam sive regnum Dei, sed solis virtutibus gratuitis.

C. Sunt etiam quædam virtutes gratuite, quas insipientes iudicant esse vitia. Sicut iustitia, iudicatur esse fœneritas: Maiestas, vocatur apud eos, mentis amaritudo: Providentia, dicitur avaritia: Constantia, dicitur pertinacia: & sic de omnibus supradictis. Sic etiam, quod fit per humilitatem, dicitur fieri per vanam gloriam. Quod fit per sanctitatem, fieri dicitur per hypocritiam vel apparentiam. Quod fit zelo iustitie, fieri dicitur zelo vindictæ. Quod fit ex caritate, fieri dicitur ex rancore vel odio. Quod fit per spirituales dilectionem, fieri dicitur propter carnalem amorem. Quod fit pura intentione, fieri dicitur pro temporali utilitate. Et sic de aliis.

D. Cum autem dicitur se discernere inter vitium & virtutem, cumque gradus sint in virtutibus singulis, qui primo ex merito Dei liberalitate anima infunduntur, infuse radicantur & augetur, unde preparantur: perfectissime intendum est, qua sint anima virtutes vera neque perfecta, quibus solis gratas efficitur homo apud Deum. Et primo de charitate, qua est mater & fundamentum omnium virtutum,

Vitia quædam virtutum speciem præflectunt.

Falsis virtutibus nihil meretur. Virtutibus naturalibus nihil meretur.

Virtutes à stultis tempe vitia reputantur.

Vilitas in iustibus.

D. Ab. Mag. Paradisus amicus.

A



CAPVT I.

De Charitate ad Deum.

A Charitas ad Deum vera & perfecta est, quando anima, cum omnibus viribus suis, ardentius se infundit Deo, nullum commodum transitorium vel æternum, querens in eo: sed solummodo propter bonitatem, sanctitatem, perfectionem, & beatitudinem sibi innatam, affectatur circa Deum. Delicata enim anima, quasi abominatur, per modum commodi vel præmij, amare Deum. Sicut Deus, cum omni sua virtute, animæ hominis se infundit, nihil vnquam utilitatis ab ea sperans: sed naturalem suam beatitudinem, ei communicare desiderans. Qui autem diligit Deum: quia sibi bonus est: & propter hoc principaliter, vt sibi beatitudinem suam communicet, naturalem & imperfectam charitatem habere conuincitur.

B. Inductiuum veræ charitatis, est agnitio Dei vera. Nam in ipso, materia totius dilectionis consistit: Scilicet, nobilitas, sanctitas, potentia, sapientia, benignitas, pulchritudo, prouidentia, &c. Item dilectio Dei ad nos æterna, immensa, non interpolata, & fidelissima, inductiuum est veræ charitatis.

C. Argumentum veræ charitatis, ponit Dominus in Ioanne, dicens: *Qui habet mandata mea, & seruat ea: ille est, qui diligit me.* Cuius testis est D. Augustinus: *Nam, inquit, in tantum Deum diligimus, in quantum eius præcepta seruamus.* Idem intelligendum est de votis spontaneis, quæ obligant æqualiter cum præceptis. Testimonium perhibet Dominus, B. Grego. dicens: *Ad vosmetipsos, fratres charissimos, introrsus redite: Si Deum verè amatis, exquirite. Nec tamen sibi aliquis credat, quicquid sibi animus, sine operis attestacione, responderit. De dilectionis conditoris, lingua, mens, & visa requirantur. Numquam est Dei amor otiosus. Operatur etenim magna, si est. Si verò operari renuit, amor non est.* Hæc autem operum executio, & mandatorum obseruatio, purificari debent ex intentione: ne vel timore alicuius pœnæ fiant, vel amore præmij compleantur, teste D. Augustino: Deum diligit, qui non ideo imperata custodit, quia vel magnitudine pœnæ, vel audire præmij compellitur: sed quia, quod iubetur, optimum est & honestum.

Sunt & alia duo signa verissimæ charitatis ad Deum: scilicet, cum homo congratulatur Deo in omnibus, quæ sibi placent, à quocunque homine, quocunque tempore & hora, & quocunque loco fiant. Naturalis enim amor, nihil laudis à Deo meretur: quia semper se super seipsum reflectit, & proprium commodum suum querit: sed solum gratuitus, qui semper tendit in alterum. Secundum signum est, cum homo contristatur Deo in omnibus, quæ ipsi displicent: à quocunque homine, quocunque tempore & hora, & quocunque loco fiant.

De Charitate vera proximum.

A. Vera charitas ad proximum, est diligere proximum sicut seipsum: amicum & inimicum quemadmodum dicit D. August. Proximum diligere, sicut seipsum, hoc est, in Deo, ad Deum, & propter Deum: Sic enim debet vnusquisque diligere proximum, sicut seipsum, quia sicut sibi desiderat omne bonum: & fugit omne malum, sic faciat proximo suum. Vel aliter. Sicut vnusquisque bonum proprium, in corpore & anima, in rebus & honore diligit: Et sicut vnusquisque in his quatuor, fugit & odit omne malum proprium & damnatum: sic quilibet in eis, omne bonum tam amici quam inimici debet diligere, & omne damnatum odire. Licet ex præcepto, non tantum, nec tam ardentem, ad proximum moueri teneatur, quantum ad semetipsum.

Ex amore amici, non potest vera charitas perpendi. Nam & ipsi Ethnici eos diligunt, qui se amant. Sed in amore inimici, vera charitas perpenditur. Amantem enim diligere, naturæ est, quod non est meritorium. Non amantem verò diligere, gratiæ est. Sed adhuc excellentius perpenditur veritas charitatis ad proximum, in Glossa super Matthæum, quæ dicit: Amantem diligere, naturæ est: non amantem verò beneficiis ad amorem attrahere, perfectionis est. Et licet nemo teneatur ex præcepto, tantum & tam feruenter inimicum diligere, quantum amicum: felix tamen esset, & summe perfectus, qui tantum & plus posset diligere, & opera charitatis exhibere inimico, quantum amico, corripienti & corrigenti, quantum blandienti: vituperanti, quantum laudanti. Quia teste D. Chrysostomo: *Nihil autem est, quod sic Dei similes faciat, ut malignis atque ladentibus esse placabilem.* Pro certo enim, maiorem gratiam & gloriam consequeretur ex persecutione, quam ex favore: si modo debito sciret ea vti. Sicut sanctis martyribus, multo magis profuerunt inimici, ad æternam gloriam, quam amici.

B. Ad amorem proximi, inducere nos debet natura: quia omne animal, diligit simile sibi: sic & omnis homo, proximum sibi. Et quia, imago Dei est in ipso. Et præceptum in scriptura est.

C. Argumenta veræ charitatis ad proximum sunt: Verè condolare tam inimico quam amico, in qualibet aduersitate: Verè & ex corde congaudere de omni prosperitate: quæ duo rarissima sunt in mundo.

D. Argumenta veri odij ad proximum sunt, quando aliquis cum grauitate mentis, de proximo cogitat. Quando cum tristitia cordis, eum videt. Quando cum amaritudine animi, cum ipso loquitur, de ipso loquitur, vel audit loqui. Quando etiam omne bonum illius, & quod ei vtile est impedit, quantum potest. Quando honum, quod in ipso est, diminuit & peruertit. Sic non fecit Dominus Iesus, traditori suo Iudæ, qui ipsum, tempore traditionis, cum aliis dilectis Apostolis, corpore & sanguine suo refecit. Et in loco

Math. 5.

loco traditionis, non negas ei osculum, benignissime ipsum salutavit; plus dolens de malo illius, quam de proprio incommodo: ut dicit D. Hierony. Sed mirabile est, quod nunquam aliquis sibi de fraterna charitate applaudit, qui hæc signa odij gerit in corde. Multis autem videtur sufficere, si cupiant proximis vitam æternam: quam nec dare, nec sustinere possunt: quam etiam bene operentur Iudeis & Paganis. Nec memores esse volunt, quod cum Dominus animam suam posuerit pro inimicis suis, nos quoque teneamur, non tantum diligere, sed etiam res & animas nostras, pro fratribus Christianis ponere, tempore necessitatis. Maxime autem Prælati, ad hoc tenentur.

E. Ex duobus foveatur charitas. Ad Deum, ex mandatorum executione, secundum illud: Si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego præcepta patris mei servavi, & maneo in eius dilectione. Ad proximum, ex compassione; secundum illud Ecclesiastici: Non desis plorantibus, in consolatione: & cum lugentibus, ambula. Non te pigeat, infirmum visitare. Ex iis enim, in dilectione firmaberis.]

1. Tim. 1.
Ecc. 7.

CAPVT II
De humilitate.

Humilitas vera & perfecta est, cum gloria contemnitur exhibita, nec appetitur exhibenda. Vere humilis, semper timet, se sibi aliqua gloria exhiberi: & cum sibi exhibita fuerit, expulsetur modillimis consiliis: sciens, quod soli Deo gloria & honor debentur. Vere humilis, nunquam de aliqua gloria vel gratia gloriatur: nisi ex hoc audientibus confidentiam ad Deum præstat. Inveniat. Sed si de ipso gloriosum aliquid, vel aliqua gratia fecerit, hoc cum dolore cordis, & deiectione sui audit. Sciens, solius Dei esse, quod sibi adscribitur, cui soli danda est gloria. Vere humilis, nec maiori, nec minori, nec equali, se comparat: imò, nullam inferiorum se credit. Nullum omnino spernit: & nisi se solum, ex corde despiciat: atque ab omnibus despici, ferre non spernit: quædæque vehementer, cum de se non facit. Talis nullam timet contumeliam, quia nullam amat gloriam. Hæc, qui se humiliter se: & interiora eius, plene sunt dolo. Sed verus humilis, teste D. Bernardi, vilis vult reputari, non humilis prædicari. Amans humilitatem, debet radicem humilitatis in corde suo plantare; hoc est: præcipuum fragilitatem agnoscere. Ut se reputet, non solum quæ vilis sit, sed etiam quæ vilis esse possit. Imò etiam, quæ vilis hodie fuerit, nisi Deus volente, cum à peccatis retraxisset, & nisi illi tentationes subtraheret. Ibi quilibet se agnosce-re potest: atque etiam ex sua fragilitate se esse dispositum ad abyssum & voraginem omnium viciozum, iuxta illud: Humilitatio tua, in medio tui.]

1. Tim. 1.
Ecc. 19.
Serm. 18. in Cant.
Mich. 6.

D. Ab. Mag. Paradisus animæ.

B. Ad veram humilitatem inducit frequens in despectis operibus exercitatio; dicente facta scriptura: Quod nunquam ad humilitatis virtutem perveniet, qui opera humilitatis refugit.

C. Foveatur vera humilitas ex eo, quod homo vere cognoscit, nullam per se carnalem, vel spirituales tentationem posse vincere: nec minus opus bonum ac Deo gratum, sine speciali auxilio Iesu Christi, posse perficere.

D. Argumentum veræ humilitatis est, cum homo in tantum se deicit, quod omni gratia se indignum esse sentit: nec audeat etiam aliquam gratiam appetere. Et si à Deo super ipsum, absque suo desiderio aliqua effluerit, cum timore percipit. Imò laudabilius iudicatur esse, carere Dei gratia, quam eam habere, quam totiens diuersis modis demeritur ac deturpat; qua nunquam secundum Dei ordinationem fruebatur. Item argumentum veræ humilitatis est, semper infimum locum, infimos socios, infimum officium, & infima vestimenta quartere.

Et Superbia mentis, dupliciter agnosci potest. Argumento extrinseco, secundum illud: Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis, enunciant de illo. Sicut arbor bona vel mala, ex fructu bono vel malo penditur. Quia omnia facta ex corde, alias cogitatione, procedunt, ut dicit D. Augustinus. Sicut odor bonus vel malus, ex stomacho incorrupto vel corrupto progreditur: ut ex speciebus bonis vel malis in stomacho repositis. Et sicut impudicus oculis, teste D. Augustino, impudici cordis est signum: ita signa exteriora produnt hominum intentionem. Argumento intrinseco agnosci potest superbia. Cum aliquis in corde sibi ipsi placet: aliis se præfert, & præferri desiderat. Cumque in factis suis, hominibus placere desiderat & affectat. Talis cum humili magistro Iesu Christo non concordat: qui nec sibi complacuit, teste Apostolo Paulo, sed in propter hominum expectavit & miseriam. Nec venit præfisse, sed subesse, ipso teste: Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Ideo talis magister discipulorum, qui non Deo sed hominibus placere volunt, dissipat ossa virtutum: qui, teste Psalmista, tandem confundentur, quoniam Deus spernit eos.

Ecc. 19.
Hier. in epist. ad Principia virginum.

Matth. 20.
Psal. 51.

CAPVT III
De obedientia ad Deum.

Obedientia vera & perfecta est ad Deum, cum homo diligenter & sæpe recogitat, quid maxime, & quolibet tempore & loco, placeat Deo, & ad quid sapiens Deus, cum præcipit ordinavit: & hoc toto nisu, semper implere contendit.

A 2 Di

In si. ista, inquit, Des diuitie & gloria: i: dextera longinquitate vite. Horum omnium æterna in calce æffluentia suppetebat: sed pauperes nã inueniebatur in eis. Porro in terris abundabat & superabundabat hæc species, & nesciebat homo pretium eius. Hanc itaque Dei filius concupiscens, descendit, ut eam eligeret sibi, & nobis quoque sua æstimatione faciat pretiosam.

In si. ista, inquit, Des diuitie & gloria: i: dextera longinquitate vite. Horum omnium æterna in calce æffluentia suppetebat: sed pauperes nã inueniebatur in eis. Porro in terris abundabat & superabundabat hæc species, & nesciebat homo pretium eius. Hanc itaque Dei filius concupiscens, descendit, ut eam eligeret sibi, & nobis quoque sua æstimatione faciat pretiosam.

Est & aliud inductiuum veræ paupertatis, scilicet gloria affectionis Domini: veniens ex eo, quod pauperes ignobiles, ad latus Christi sedebunt in iudicio, nobiles & diuites iudicantes. Eia, quàm laudabile est Deo, purè omnia ppter ipsum relinquere: pauperem propter amorem Dei, sponte fieri: in Deo confidere super omnia. Quod tam potens sit, semel vel bis in die, ministrare corpori necessaria, quæ minima reputantur coram Deo. Nam ea tribuit inimicis abundantius quam amicis. Sicut potens est, die ac nocte, & momentis singulis, ministrare spiritui, abundantiam spiritualium donorum: quæ maxima sunt coram Deo. Nec ea communicatur inimicis, sed solum bonis, qui sunt eius amici.

D. Argumentum veræ paupertatis est, nullam sollicitudinem habere de transitorio: sed simplicitate & securè se Deo committere, qui auius & veribus, semper necessaria largè subministrat. Et præcipuè pullis coruorum, in nido præ fame vagientibus: quos antiquus coruus niger, propter albedinem, quasi filij sui non sunt, famelicos derelinquit. Qui, vel ex largitate Dei, vel ex rore aeris pascuntur: donec ipsis nigrescentibus, coruus succurrat. Vel cynipes & muscas deglutit, quæ spumæ roborum in hærent: cum famelici adhuc, fortiter clamant: non cessant.

E. Argumentum falsæ paupertatis vel auitiæ est, libenter munera, præter necessitatem petere: vel ea libenter & frequenter accipere. Talis libertatem suam vendit, iuxta illud Philoſophi: Munera accipere, est libertatem vendere. Etiam dicit scriptura: Non accipies munera, quia excæcant oculos sapientum, & mœnant verba iustorum. Quomodo enim paupertatis est amator, qui nullum defectum vult sustinere, & munera non necessaria libenter & frequenter accipit? Imo petit, & tunc quodam subtilitate extorquet, & præter necessitatem conseruat.

CAPVT VI

De Castitate.

A. Castitas verè atque perfecta est, cum non solum corpus à pollutione carnali custoditur: imò etiam anima, à concupiscentia carnali, munda seruat. Exemplo Sare dicentis: Tu scis Domine, quia nunquam virum concupiui, & mundam seruaui animam, ab omni concupiscentia. Imò & ab iis, quæ præstant occasionem concupiscentiæ. Et hoc est, quod sequitur ibidem: Nunquam cum lu-

dentibus miscui me: neque cum iis qui in leuitate ambulant, participem me præbui.]

B. Ille verè castitatem amat, qui potius per castitatem virginalem (si possibile eſset) modicam eligeret gratiam in præſenti, & gloriam in futuro propter confirmatam Christi Iesu: quàm si mereri posset gratiam & gloriam maiorem, per debitum coniugale.

C. Ad amorem castitatis inducere nos debet exemplum Domini nostri Iesu Christi, matris eius, & sanctarum virginum; quæ olim pro conseruatione castitatis, regna mundi contempserunt, & vitam sponte perdidit. Sicut B. Agnes, Catharina, Agatha, & alia: innumerabiles his similes. Et præcipuè castitas mulierum ac virginum paganarum; de quibus scribit D. Hier. quædam mortem elegerunt, ut pudicitiam seruatent. Item munditia & libertas, castitatem sequentes, inducere nos debent & iuuare ad castitatem. Item gloria castitati à Domino nostro Iesu Christo promissa. Qui vicerit, inquit, (scilicet carnis concupiscentiam) dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius. Nam in corruptio facit esse proximum Deo.]

D. Conseruant autem castitatem, & inducuntur eiusdem, vitæ pariter, culpas vitæ, corporalis incommoditas, & fugere locum & tempus impudicitie opportunum. Quod si Dina, filia Iacob fecisset, capra non fuisset: quando venit ad festum, ut videret mulieres regionis illius.

Item vitare omnes suspectos. Debet autem cuiuslibet femine, quilibet masculus esse suspectus. Ex hoc enim. Thamar, filia Dauid, à proprio fratre Amon, corrupta fuit: quia cum suspectum non habuit, quando ei soli tanquam infirmo ministravit. Similiter vitari que viro, suspecta esse debet quævis mulier, etiam sancta: s. cundum consilium D. Hieronymi dicentis: Si castitatem seruare volueris, feminam quamuis hepe conuersantem, si videris, mente dilige, non præſentia corporali.

Præcipuum autem conseruationem castitatis, est delectari in Domino: tunc enim tentia alia vileſcunt. Gustato enim spiritu, desipit omnis caro. Unde D. Greg. Qui enim terrenarum rerum amore vincitur, in Deo nullatenus delectatur. Eſt quidem sine delectatione anima nunquam potest. Nam aut infimis delectatur, aut summis. Et quoniam altiori studio exercetur ad summa, tanto maiori fastidio torpescit ad infima, tanto tepore damnabili frigidat à summis. Vtraque enim simul & equaliter amari non possunt.

E. Argumentum veræ castitatis, est refrenatio quinque sensuum, ab illecebris carnis: & subtractio cordis, à vanitatibus, cogitationibus, & delectationibus. Nam ex delectatione visus in videndo, gustus in gustando, odoratus in olfaciando, tactus in tangendo, pedum in ambulando, oris in ridendo & loquendo, nasci solent carnalia desideria, quæ animam ad impudicitiam, aut emolliunt, aut inclinant.

F. Argumentum

Gen. 9. Gen. 19.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

F. Argumentum veræ castitatis, est refrenatio quinque sensuum, ab illecebris carnis: & subtractio cordis, à vanitatibus, cogitationibus, & delectationibus. Nam ex delectatione visus in videndo, gustus in gustando, odoratus in olfaciando, tactus in tangendo, pedum in ambulando, oris in ridendo & loquendo, nasci solent carnalia desideria, quæ animam ad impudicitiam, aut emolliunt, aut inclinant.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

Publius M. D. 1. 6.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

quis uti respuit: sed etiam cum infirmitas vel alia necessitas cogit, cum dolore mentis percipit. Item, cum non solum à delicatis, pretiosis & superfluis abstinere: imo etiã necessaria sibi quandoque subtrahit, ut aliis indigentibus impartiri possit. Iuxta illud D. Hieronimi: Quod manducaturus eras si non ieiunares, da pauperibus: ut ieiunium corporis sit sanitas animæ, non autem mæsupij lucrum, &c.

F. Argumentum verò falsæ abstinentiæ, est vitare pretiosa & delicata tantum temporis, quo non habentur. Vel propter vanam gloriam, ut lauderetur: Vel propter parcitatem, ne depauperetur: Vel propter avaritiam, ut diceretur: Vel ad cauendam corporis infirmitatem: Vel ad vitandam infamiam & detractionem: Vel ad consequendam aliquam dignitatem, aut transitoriam utilitatem: & non ad promerendam gratiam in præsentis, & gloriam in futuro.

CAPVT VIII.

De Prudentia.

A. Prudentia vera atque perfecta, est semper niti ad cognitionem diuinæ naturæ, & profunditatem humanæ miseræ. Quam quidem prudentiam optauit D. August. dicens: Deus semper idem, nouerim me, nouerim te.]

B. Ille veram prudentiam habet, qui sollicitè agnoscere laborat, quid sit optimum, & hoc toto nisu amplectitur. Et quid sit pessimum, & hoc toto corde detestatur.

Ille verè prudens est, qui frequenter pensat, quid bonis, & quid malis futurum sit. Quanta delectatio sit bonis, vniri æternaliter summo bono: & quanta amaritudo malis, separari æternaliter à summo bono.

Ille vera prudentia fruitur, qui summo per se fugit omne id, quod elongat ad tempus, à familiaritate Dei, scilicet peccatum veniale: & quod semper separat, à fruitione Dei, scilicet peccatum mortale.

Similiter ille, vera prudentia vitatur, qui diligit omnia, quæ approximant Deo: scilicet opera bona: & quæ æternaliter vniant Deo, scilicet virtutes, & Spiritus sancti dona.

C. Inductiuum veræ prudentiæ, est exemplum Philosophorum, qui tantum pro scientia laborabant, ut scribit D. Hieron. quoddam fugerent vrbiū atque hominum frequentias, hortulos suburbanos (vbi ager aquis irriguus, & arborum comæ & susurrus aurium, oculorumue illecebræ:) ne luxu & abundantia copiarum, animi fortitudo mollesceret, & eius prudentia constupraretur. Inutile quippe est crebro videre, per quæ aliquando caprus sis: & eorum te experimento committere, quibus difficulter careas. Similiter & Pythagoræi in desertis locis habitare consueverunt. Et quosdam legimus, sibi effodisse oculos: ne per eorum visum, à contemplatione Philosophiæ auocarentur. Quod si quis æstimat, abundan-

tia ciborum portionumque se frui, & posse vacare sapientiæ: hoc est, in delitiis versari, & deliciarum vitiis non implicari, nec teneri, seipsum decipit. Sensus enim noster illud cogitat, quod videt, audit, odorat, gustat, & attrectat: Et ad id trahitur appetitus, cuius capitur voluptate. Quanto magis nos, qui diuinæ sapientiæ studere debemus.

Ad idem nos inducere debet multorum damnatio ex imprudentis. Iuxta illud Isaiæ: Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam.] Et Baruch: Quia non habuerunt sapientiam, perierunt propter suam insipientiam.]

D. Officium prudentiæ, est ordinare cogitationes cordis, ne extra Deum vagentur: Affectiones mentis, ne circa creaturas occupentur: Voluntates, ne à Deo auertantur: Intentiones, ne misceantur, sed purificentur: Iudicia & suspiciones, ut ad melius conuertantur. Similiter omnia verba, facta, & incessus ordinare debet: ut ad debitum finem omnia fiant, pro communi utilitate, & omnium emendatione. Nam, teste Salomone, sapientia hominis lucet in vultu eius.] hoc est, in conuersatione exteriori. Qui sic ordinatus est, habet argumentum veræ sapientiæ. Item de hoc dicit D. Bernardus: Quotidiana discussione examina vitam tuam. Attende diligenter quantum profeceris, quantum defeceris: qualis sis in moribus, qualis in affectibus: quam similis & dissimilis Deo. Stude diligentissimè reipsum cognoscere. Quia multo melior es, si reipsum cognoueris: quàm si te neglecto, eurus siderum & vires herbarum cognoueris.

E. Argumentum falsæ prudentiæ est, niri cognoscere cursus syderum, vires herbarum, virtutes gemmarum tantum propter lucrum. Talis enim scientia non ædificat, sed inflat. Item astutum esse, in negotiis secularibus, falsam indicat prudentiam: imo stulta est, teste Apostolo, qui ait: Sapientia huius mundi, stultitia est apud Deum.] Tales heu multi sunt: ideo conqueritur Dominus Iesus, dicens: Filij huius seculi, prudentiores filiis lucis, in generatione sua, sunt.] Item alij subriles, ad excogitandum nequitias, & nouas adinventiones: sed cæci sunt, ad considerandum voluntatem Dei: De talibus dicit Ieremias: Sapientes sunt, ut faciant mala: bene autem facere nesciunt. Tales, ut dicit Apostolus, dicentes (& credentes) se esse sapientes, stulti facti sunt.]

CAPVT IX.

De Fortitudine

A. Fortitudo vera atque perfecta est, dominari animo suo, cum tentatur animus à superbia, inuidia, ira, luxuria, avaritia, vana gloria, cumplacencia, & delectatione carnali: & ratio intelligens nequaquam consentit, sed statim reprimat. Vnde illud: Melior est qui dominatur animo suo, expugnatore vrbiū.]

CAPVT X.

De Iustitia.

A. Iustitia vera & perfecta ad Deum, est reddicio debite laudis in omnibus diuinæ naturæ: debite gratiarum actionis, pro omnibus bonis & donis collatis, & malis perpeffis: debite satisfactionis, pro omnibus commissis & omiffis: debite feruidi doloris, pro omnibus gratis neglectis.

B. Illi: veram habet iustitiam ad Deum, qui Deo fidelis est, semper & vbique, in omnibus præceptis & votis seruandis. Qui tantam diligentiam, singulis operibus suis & temporibus apponit: quali tota falus fua, in vnoquoque dependeat. Et qui pure propter Deum, omnia opera fua bona facit: non propter aliquem fauorem vel vtilitatem, præfentis vite vel futuræ. Et qui cum debita gratitudine, fingula dona percipit: & eis fecundum ordinationem Dei, fruatur femper & vbique.

C. Vera iustitia ad proximum, est in duobus. Nunquam facere proximo, quod fibi iuste non vult fieri: hoc est, nunquam ledere vel offendere proximum, verò, vel factò, vel figno, vel confilio: in rebus, in corpore, & honore: Nunquam de ipfo malum fufpicari: Nunquam ipfi detrahere: Nunquam bonum ipfius pernertere vel diminuerè: Nunquam eum in bono impedire. Hæc enim nemo fecundum iustitiam, fibi vult fieri. Item proximo fuo facere, quod fibi iuste vellet fieri: Hoc est, proximum honorare: bonum de ipfo feruere: omnia facta illius, etiam mala, in bonum conuertere. Semper in bono eius congaudere: & in malo condolere: Innocentiam ipfius femper excufare: & ipfium abfentem propugnare. Hæc enim fecundum iustitiam, quisque fibi vult fieri. Et dicitur, fecundum iustitiam; quia iudex pro fure nollet fufpendi, & tamen furem debet fufpendere. Quia illud nolle, est fecundum iustitiam. Et prædo libenter vellet fpoliari, vt fibi liceret fpoliare, quod tamen facere non debet. Quia illud velle, non est fecundum iustitiam. Item iustitiam veram ad mortuos feruat, qui teftamenta, fecundum ordinationem ipforum, expedire non tardat. Qui ieiuniis, orationibus, & elecmofynis, fecundum eorum confideriam, pœnas ipforum pro poffe fuo, alleuiat & abbreviat. D. Bernard. Pœnæ illorum qui funt in purgatorio, periculia, orationes, & elecmofynas abbreviantur. Item iustitiam ad angelos feruat, qui falutaribus eorum confiliis acquiefcens, gloriam ipfis ex hoc debitam, non retardat: quam pro impenfo nobis obfequio, promeretur.

D. Inductiuum vere iustitiæ est, quod dicit Dauid: Iustus Dominus, & iustitias dilexit. Item iusto promittitur in præfenti, spes & læticia. Secundum illud: Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo. Item iustus indicatur

vitium. Hanc fortitudinem non habent iustissimi non habent. Non habent iustissimi: & cum quilibet dicit, esse vitios fructus. Quia dicit, quod iustissimi fructus multum habent. Hanc fortitudinem primus est.

B. Ille vitios fructus non habet, qui ab illicitis membris suis, sensusque suos reprimat. Illam Denud non habuit, qui vrsunt & leonem occidit, & Goliath interfecit: tamen oculos suos ab illicito visu non cohibuit. Eia, quantæ sunt fortitudinis quidam ad ieiunandum, vigilandum, castigandum corpora fua ciliciis & flagellis: nec tamen refrænarè possunt pedes suos à vitiiis noxiis: manus suas ab opere & tactu illicito: aures, ab audita nocino: & præcipue linguam, à verbis damnosis, Beato Iacobo dicente: Omnis natura bestiarum, & volucrum, & serpentum, & cæterorum domantur, & domita sunt à natura humana: linguam autem nullus hominum domare potest: inquietum malum, plena veneno monifero. scilicet est lingua. Tamen sine hac refrænatione, non est vera religio, sicut idem dicit: Siquis aurem putat se religiosum esse, non refrænat linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio.

C. Inductiuum vere fortitudinis; est degustatio spiritualis suauitatis. Hæc enim roborat mentem, ad faciendum bona, ad tolerandum aduersa, & ad vincendum vitia, & omniq; nocia. Hanc præfigurant locustæ, qui gustans parum mellis, illuminatus & confortatus est, ad persequendum inimicos. Sic Moyses percipiens suauitatem mentis, ex visione & colloquutione diuina, mentem confortatus est, vt per quadraginta dies corporali alimento non indigeret.

D. Officium fortitudinis, est firmare intellectum in cognitione Dei, & affectum in dilectione Dei & proximi: roborare mentem inter aduersa, ne terreatur: & inter prospera, ne mulceatur. Item mentem animare, vt semper exerceatur in bonis: confortare ipsam, ne vnquam vincatur in malis. Primam fortitudinem Paulus habuit, & Stephanus. Secundam, Matharias & Eleazarus, Iob & Daniel. Tertiam, Tobias. Qui hoc in se ferit, de argumento vere fortitudinis securus est.

E. Argumentum fortitudinis falsæ, into pessimæ, est multa & magna posse, contra Deum comittere. De hac D. Anselmus: Peccare, non est libertas; nec pars libertatis. Peccare, est potius non posse, quam posse. Quicumque enim hoc potest, quod fibi non expedit: quanto magis hoc potest, tanto magis aduersitas & peruersitas possunt in illum. Vnde Isaias: Vix, qui potentes estis, ad bibendum vinum: & vix fortes ad miscendam ebrietatem. Hanc fortitudinem habuerunt olim persecutores Ecclesiæ, reges & principes: Et hodie habent, & habebunt in posterum, Antichristus & socij eius.

1. Reg. 17. 2. Reg. 11. 1. Reg. 14. 2. Reg. 11. 1. Cor. 11. 12. 1. Mac. 6. 1. Job. 1. Dan. 1. Tob. 1. 2. In dialogo de libero arbitrio. cap. 1. 1. Jo. 1.

1. Job. 4.

Serm. 66. in Caus.

1. Psal. 10.

1. Psal. 63.

inducitur, exultatio & laudatio. Secundum illud: Exultate iusti in Domino, rectos decet collaudatio. Item, quia iustis prædicatur securitas in iudicio. Secundum illud: Stabunt iusti in magna constantia. Item iustis, sit æterna vite promissio. Secundum illud: Iusti in perpetuum vivunt. Et quicquid boni Deus in scriptura pollicetur, hoc maxime per iustitiam acquiritur.

E. Officium veræ iustitiæ est, rectificare cognitiones & affectiones, ut semper in Deo sint: Voluntas, ut conformis sit diuinæ voluntati: Intentiones, ut semper in Deo sint, & ad laudem eius cuncta referamus. Similiter omnia verba & facta dirigere, ut semper ad aliquem specialem & rectum finem fiant. Et in his est argumentum veræ iustitiæ.

F. Argumentum verò iniustitiæ, est usurpare sibi, quæ propriè Dei sunt: Scilicet, amorem, laudem, honorem, vindictam. Vel quæ proximo sunt, & proximo debentur. O Deus meus, dirige gressus meos, ut non dominatur mei omnis iniustitia.

CAPVT XI.

De Temperantia.

A. Temperantia vera & perfecta est iusta moderatio motuum exteriorum, & exteriorum operum.

B. Ille veram temperantiam habet, qui non solum moderatur cor suum à pravis cogitationibus & inutilibus: sed etiam seruat modum in bonis, ne sæpius vel diutius cogitationes bone inharant, quàm iustum tempus requirat. Quia officiales cogitationes, licet viles sint: tamen non sunt tractandæ, infra diuinum officium. Secundum quod dicit D. Bernard. Spiritus sanctus illa hora non recipit, quicquid aliud quam debes, neglecto eo quod debes, obtuleris. Cuius semper facere voluntatem, ad eius voluntatem, ipso inspirante possumus.]

Similiter verè temperatus, moderatur suas affectiones & passionem, quando aliquid vel nihil sperare debet vel timere, & quantum, & quamdiu. De quo aliquid vel nihil gaudere debeat vel dolere, & quantum, & quamdiu. De quo amorem vel odium vel pudorem habere vel non habere debeat, & quantum, & quamdiu.

Similiter moderatur intellectum, ne ampliori tempore quam oportet, se occupet circa aliquod intelligendum.

Similiter moderatur voluntatem, qualis & quanta esse debeat. Et intentionem, qualis & quanta esse debeat, & ad quem finem. Similiter liberam arbitrium ponderat, quantum eligere bonum debeat, & quantum reprobare malum.

Similiter vera temperantia moderatur linguam: quando scilicet loquendum, quando tacendum, & quamdiu, hoc est, tempore opportuno. Cui loquendum, scilicet hominibus non suspectis. Quando loquendum, &

ubi: scilicet tempore & loco non suspecto. Qualiter loquendum, & quantum: scilicet mature, cum pondere, numero, & mensura. Propter quid loquendum, scilicet propter necessitatem vel utilitatem. Pro quibus negotiis, scilicet animæ & corporis. Similiter moderatur facta & mores, & motum omnium membrorum: ut secundum Apostolum, Omnia honestè, & secundum ordinem fiant in vobis.]

C. Ad veram temperantiam nos inducere debet sapientissima ordinatio diuina, quæ omnia disposuit, in mensura, numero, & pondere. Secundum hanc ordinationem, omnis actio nostra, mores, & vita nostra, debent esse mensurata, numerata, & ponderata: Hoc est, in virtute patris, cui mensura: in virtute filij, cui numerus: in virtute Spiritus sancti, cui pondus ascribitur.

Ad idem nos inducere debet exemplum temperantiæ Apostoli dicentis: Sine offensione estote Iudæis, & Gentibus, Ecclesiæ Dei: sicut & ego per omnia omnibus placeo: non querens, quod mihi vtile est, sed quod multis, ut salui fiant. Ille verè temperatus fuit, qui nullum offendit, & omnibus placere studuit.

D. Argumentum veræ temperantiæ habet, qui se moderatur in victu, vestitu, somno, in omni commodo carnali, & in lætitiâ temporali, nullam superfluitatem neque inordinatam dilectionem, sed puram necessitatem, in omnibus his admittens.

Verè temperatus, in omnibus modum seruare nititur, præterquam in amore & laude Dei, & gratiarum actione. Nam magnus Dominus, & laudabilis nimis. Ideoque sine modo, sine mensura, sine fine, amandus & laudandus est.

E. Argumentum intemperantiæ est, cum aliquis distortos habens mores, omnes secum commorantes disturbar & inquietat. In nullo cuiquam se conformat: sed quod sibi placet, hoc approbat, & hoc perficere contendit. Omnibus importabilis, sibi ipsi intolerabilis. Vnde D. August. Iussisti Domine, & ira factum est, ut pœna sua sibi sit omnis inordinatus animus. At quanto magis aliis. Talis fuit Ismaël, de quo scriptum est: Hic erit ferus homo: Manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum.

CAPVT XII.

De Compassione.

A. Compassio vera & perfecta ad Deum, est tristitia incessanter in corde vulnerari, pro omnibus iniuriis Deo illatis, & adhuc inferendis in se, & in amicis suis: quos qui tangit, quasi qui tangit pupillam oculi sui. Omnia enim elementa compassa fuerunt Christo in cruce morienti.

B. Ad proximum vera compassio, est condolere medullitus afflictionibus proximorum, tam spiritualibus quam corporalibus. Exemplo

Sermon. 47. 3. Cap. 1.

1. Cor. 14.

Sap. 12.

1. Cor. 10.

Lib. 1. con. fess. cap. 4.

Genes. 16.

Zach. 2. Mat. 23.

omnem locum, & omnes homines, & omnes actiones vitas, ex quibus probabiliter turbatio qui potest.

Psal. 118.

Item argumentum certissimum veræ pacis habet, qui præcepta Dei & vota, semper & ubique tenet: teste Psalmista: Pax multa diligenter itibus legem tuam.] Argumentum verissimæ pacis est, quando ratio in omnibus, spiritui subiungitur.

E. Argumentum falsæ pacis habet, qui non tollit omnes radices turbationis, quæ semper pullulare solent. Hæ sunt, propria voluntas, animi libertas, morum singularitas, appetitus placentiæ: De quibus, alibi scriptum est.

Item non est pax vera, quæ ex propria virtute non habetur, sed ex gratia aliorum. Verbi gratia: Sunt quidam, qui firmam pacem habent, interim quod nihil contrarietatis sentiant: sed quicquid placet, hoc in omnibus inveniunt. Cum verò aliquid sit, quod ipsi non excogitant: vel quod eis minus placet, euenit: statim pacem cordis amittunt. Tunc non est virtus pacis in eis, sed potius in extraneis. Ideoque illam pacem auferunt extranei quando volunt. Sed qui veram pacem desiderant, non debent aduertere quid alij faciant vel loquantur, siue adulentur, siue detrahant: sed semper, quæ pacis sunt, cogitent. Et sic virtus pacis, in ipsis veraciter & finaliter permanebit.

CAPVT XIV.

De Misericordia.

A. Misericordia vera, consistit in tribus: in dando, in condonando, & in supererogando.

Rom. 7.6. in loc. 2.

B. Verè misericors, quamdiu aliquid habet, indigentibus necessaria subministrat: quod si non faceret, veram misericordiam non compleret, teste Chrysostomo. At, inquit, semel dedisti, non est hæc elemosyna. Nisi enim: quousque habes, indigentibus subuenieris, nunquam debitum impleueris. Nam & virgines (scilicet faræ) habentes lampades habebant oleum, sed non ad sufficientiam. Hanc misericordiam habuit Iob, cum dixit: Si negaui, quod volebant, pauperibus: & oculus viduæ expectare feci. Si comedi buccellam meam solus, & non comedi pupillus ex ea. Quia ab infantia mea creuit mecum misericordia: & de utero matris meæ, egressa est mecum. Et paulo post: Foris non mansit peregrinus: ostium meum viatoribus patuit.

Iob. 31.

Sed qui substantiam dat, & iniurias non condonat, nullam misericordiam facit, ut dicit D. Grego. Ideo verè misericors, sponte antequam rogatur, omnem iniuriam ex condonare: nunquam vindicaturus, nec per se, nec per alium. Imo verè misericors, paratior est ad remittendum, quam sit iniuriæ ad petendum. Nam verè misericors, plus dolet de peccato iniuriantis, quam de afflictione

propria, quam ab iniuriante suffert. Sic Semel maledicenti, & lapides contra se mittenti, David ex corde dimisit, etiam non petenti. Et ne per inimicos suos occideretur, prohibuit dicens: Dimitte eum, ut maledicatur, iuxta præceptum Domini: Si forte respiciat Dominus afflictionem meam: & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac, die hodierna.] Sic etiam Ioseph percipit fratribus suis, antequam peterent, flendo super singulos.

2. Reg. 16.

Ibidem.

Gen. 45.

Nec hoc sufficit verè misericordiam, nisi etiam iniuriantibus, suis precibus à Deo veniam obtineat. Sic Moyses, Iudeis ipsum lapidare volentibus, gratiam impetrauit, dicens: Aut dimitte eis hæc noxam: aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti.] Sic Stephanus lapidantibus: Sic Dominus Iesus crucifixoribus suis, veniam & gratiam obtinuit. Cum uterque dixerit: Dimitte illis, quia nesciunt, quid faciunt. Vbi valde iniuriantes excusantur: quasi dicerent: Non habent sensum, non enim sciunt, quid faciunt: ideoque ipsis, merito non est impudendum, sed clementer parcendum.

Exod. 32.

AB. 7.

Luca. 23.

C. Ad amorem veræ misericordiam, inducere nos debet, quod Deus in sua natura, summè est misericors: & in aliis, misericordiam diligit supra modum: sicut ipse dixit: Euntes autem discite, quid est, misericordiam volo & non sacrificium.]

Matth. 9.

Aliud inductiuum misericordiam est, quod misericors Deus, immisericordes homines, in iudicio suo sine misericordia iudicabit: teste Iacobo: Iudicium enim sine misericordia illi, qui non facit misericordiam.] Et misericordes, à Deo misericordiam copiose consequentur: Foreratur enim Domino, qui miseretur pauperis.] Id est, cum magna usura & lucro recipiet, quicquid pauperibus elargitur.

1. Cor. 13.

1. Tim. 19.

D. Officium misericordiam est, collocare singulos, pro meritis suis apud Deum: iuxta illud Ecclesiastici: Omnis misericordia faciet locum unicuique, secundum meritum operum suorum.]

Ecc. 16.

E. Argumentum veræ misericordiam est, cum quis sibi subtrahit, quod saluta vitæ, sibi subtrahere potest. Insuper & continè laborat, etiam supra vires, ut possit indigentibus amplius subuenire.

F. Argumentum falsæ misericordiam est, cum quis necessitatem cuiuslibet, pro posse non subleuat: sed dicit indigentibus illud Iacobi: Ite in pace, calefacimini & saturamini: non dederitis autem eis, quæ necessaria sunt corpori: quid prodest? Vnde D. Chrysost. Opus est etiam de tuo non tam parum esse. Sed cum Domini tibi creditæ sint facultates, cur tam tenax es?]

1. Cor. 13.

Item, cum iniuriantibus remittit, cum se vindicare non potest. Vel cum iniuriantibus remittit, non ex parte amore, sed ob hoc quod scit Deum non remittere, nisi primò remittat ipse. Nam cum voce tenax orat pro iniuriantibus, non de eorum confusione interius gaudet.

C A P T XV.

De Concordia.

A. VERA concordia ad Deum est, vni voluntati diuine, in prosperis & aduersis: & pro posse, diuinis moribus & exemplis Iesu Christi conformari. Dicit enim D. Ioannes episcopus, id est, Chrysostomus: Nihil est dignius, quam vt homo sit auctoris sui imitator: & secundum modum propriæ facultatis, diuini operis sit executor.] Hanc vniouem petit nobis Dominus, in penultimo versu suæ instanti, dicens: Sicut pater in me, & ego in te, et & ipsi in nobis vnum sint.]

Heb. 1. 3. in opere im. perf. 28.

1. Cor. 17.

Item vera concordia ad proximos est, cum omnibus, in omnibus, idem sapere, idem sentire in iis, quæ sunt ad Deum. Sicut in primitiua Ecclesia, Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna.] Nempe quo ad omnia, quæ spectant ad Deum.

2. 2. 4.

Item aliis conformari, in cibo, potu, somno, in moribus & operibus, quæ non sunt contra Deum; nec contra professionem suam, nec contra perfectionem, vt plures lucrifacimus. Sicut Apostolus de se dicit: Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacirem. Omnia omnibus factus sum, vt omnes facerem saluos.]

1. Cor. 9.

B. Ad amorem veræ concordie, nos inducere debet, quod valde laudabilis est Deo, & valde placita concordia fratrum: sicut ipse dixit per Salomonem: In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus. Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier bene sibi consentientes.] Nam miseri & fragiles homines, hoc seruant in terris, quod Angeli noluerunt seruire in cælis.

Heb. 2. 5.

Ad idem nos inuitare debet Iesu Christi diligentia, ad faciendum concordiam inter homines & Deum: & inter Apostolos cum esset inter eos contentio, quis eorum videretur esse maior. Et cum indignarentur Apostoli, scilicet de Iacobo & Ioanne fratribus; eo quod ipsi volebant sedere ad dexteram & sinistram eius, in his omnibus, Christus eos concordauit.

1. Cor. 9. 1. Mach. 2. 0.

C. Argumentum veræ concordie ad Deum, est testimonium conscientie, non esse peccatis grauibus inuolutum hominem: sicut Apostolus habuit dicens: Nihil mihi conscius sum.] Et Iob: Neque enim reprehendit me cor meum; in omni vita mea.] Item feruens desiderium proficiendi in omni vita, in omnibus bonis, secundum Dei ordinationem.

1. Cor. 4. 1. 1. 2. 7.

Argumentum veræ concordie ad proximum habet, qui ad omnes tam sancte se habet, vt nullus de ipso querelam moueat: nec etiam verbum malum, de ipso loqui valeat. Vtrumque argumentum habuerunt parentes Ioannis Baptistæ: Etant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini, quantum ad

1. 1. 1.

D. Alb. Mag. Paradisus animæ.

primum: sine querela, quantum ad secundum. Similiter argumentum de vtroque habuit Iudith, de qua scriptum est: Erat in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valde: nec erat, qui loqueretur de illa verbum malum.

Iudith. 8.

D. Argumentum falsæ concordie, inter Deum & homines est, quando aliquis non sollicitè inuestigat conscientiam suam. Er sic per erroneam conscientiam suam, credit se placere Deo, cum in omnibus verè displiceat.

Aliud argumentum discordie, inter Deum & hominem est, cum homini displiceat diuina ordinatio circa creaturas, & diuini mores & exempla, ac sanctissima opera Iesu Christi. Vnde scriptum est: Displicet Deo, cum displicet Deus.

Argumentum falsæ concordie ad proximum habet, cui bona opera, & sancti mores aliorum, in corde displicent, quæ tamen verbis quandoque commendat.

Argumentum autem discordie habet, qui sensum suum aliis præponit: & sensum aliorum, semper post se trahere nititur seu disponit: & nunquam aliorum sensui, sensum suum coadunare proponit.

C A P T XVI.

De Constantia.

A. Constantia vera & perfecta est, cum homo nec in prosperis, nec in aduersis, a perfectione retrahi potest. Sicut Iob, dicens: Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea: iustificationem meam, quam cepi tenere, non deseram.] Nec minus, nec blanditiis, induci potest ad transgressionem vororum & diuinorum præceptorum. Sicut septem fratres in libro Machabæorum, qui præcis linguis, & abstracta cute capitis, & cælis summis manuum & pedum, in ollis æneis vitæ torquebantur. Et Eleazarus, sub simulatione nobilitatis carnes comedere: sed dixit, se potius velle præmitti ad Infernum.

1. Mach. 7.

1. Mach. 6.

B. Ille veram constantiam habet, qui nunquam in laude diuina cessat: iuxta illud: Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo, &c. Nec cessat a feruente desiderio proficiendi. Nam teste Leone Papa: Nemo nostrum tam perfectus est & sanctus, vt perfectior & sanctior esse non possit.] Idem: Ibi incidunt deficiendi periculum, vbi proficiendi deposuerunt appetitum.]

Psal. 33.

C. Ad veram constantiam inducere nos debet, constantia martyrum, & præcipue virginum: quæ in sexu fragili, æternam gloriam per constantiam meruerunt.

Sed amplius mouere nos debet ad constantiam, pertinacia Iudeorum, hæreticorum & peruersorum hominum in malitiis suis temeritas: qui pro perfidia & pertinacia iniquitatum suarum, graue tormentum

B

rum habent in consciencia sua in Presenti & gravissimam poenam animæ & corporis expectantes in futuro.

D. Argumentum veræ constantiæ est, cum aliquis, nec pro amissione corporis, neque rerum, cessat ab omnibus, que Deo placeant. Sicut Tobias à sepultura mortuorum non cessavit: pro quo rex Sennacherib, omnia ei bona abstulit, & insuper occidit. Sic Daniel, ab oratione non cessavit. Sic Apostoli post resurrectionem Christi, nec propter flagellationem, nec propter timorem mortis, à manifestatione nominis Christi cessaverunt, dicentes ad sacerdotem, Petrus & Ioannes, an Deo magis obedire oportet, vel hominibus. Si istud est in conspectu Dei vos potius audire, quam hominum. Item Petrus & Apostoli, dicentes illis: Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.]

Et Argumentum inconstantie est, cum aliquis propter favorem hominum, vel lacrum aliquod obtinentiam, recedit à via iustitiæ. Sicut Balaam, qui propter munera & amicitiam Balach, contra preceptum Domini, voluit maledicere populo Israël. Vel propter timorem rerum temporalium, sicut illi dicitur recessit tristis à Domino Iesu, cum staret ei perfectionem. Erat enim multas habens possessiones & divitias, quas dilexit. Vel propter timorem corporis, sicut Apostoli, à Domino suo dilecto Iesu Christo, omnes fugerunt. Mathathias vero, contemnens honorem exhibitum à nuntiis regis Antiochi, & munera promissa, relictis omnibus fugit in montes, ut legem Domini conservaret. Item, nec appetitus amicitie, nec timor rerum temporalium, retraxit eum à via iustitiæ. Similiter nociturus corporis, retraxit R. Stephanum à via iustitiæ: sed intendens in calum, inter pessuras lapidum, situs pensavit in Christo. Similiter & Paulus, qui dixit: Ego autem non solum alligati, sed & morti in Ierusalem, paratus sum propter nomen Domini Iesu.]

CAPVT XVII

De Largitate.

A. I Argitas vera & perfecta est, cum aliquis omnibus indigentibus, res temporales pro posse suo liberaliter ministrat. Imo etiam omnibus indigentibus, bona spiritualia requisitis liberaliter copiosissime, videlicet in confessionibus, predicationibus, consiliis & doctrinis. Nec solum deficientebus huiusmodi, paratus est: imo etiam non desiderantibus, & non constantibus doctrinam & predicationem, fecissimum consilium Apostoli, oportet & importune participet. Imo & invidis & ignorantibus, oratione, gratia, ac sermone. Duo enim monent. Nec in hoc sufficit verè largi, nisi etiam se totum emiserit in studio, in meditationibus, & in sanctis operibus constantè pro salute proximorum.

Ad hanc largitatem induceret nos debet, appetitus conformitatis Dei, qui per continue dat sua dona temporalia & spiritualia omnibus, etiam non petentibus, & super omnia hæc carnem & sanguinem dilectissimi filij sui Iesu Christi. Nec sufficit ei dona sua dare: suscipitque, nisi etiam suscipiam sine mensura de singulis donantibus.

Commendat largitatem, sicut, quod nulli negat sua dona, quantumcumque sibi adferat: suo pluries in die & in nocte domus sua cuilibet claudit, quantumcumque à quocumque ostendatur.

Approbat in hoc largitatem suam, quod quandoque invenit opprobriantem aliquam in suscipere, statim ab ostendit spiritualibus, quorum iniquitatem se potest convincere. Licet ex sapientia distinetur, quod ostendit illa dona, in proximo debet amittere, vel ea contumaciter contempnat, vel ipsam se cadent impugnat.

Ad istum indicere nos debet, quod aliena sunt, que damus. Et proterebatur est, quod laze corrigat. Sciantur ex vellibus alienis. Vnde D. Chrysol. Opus est in istis, de tuo non tam parum esse. Sed cum Dominus tibi credidit: sui facultates, curam tenet eis.]

C. Argumentum veræ largitatis est, cum aliquis de sua indigentibus largitur, sine meritis aliorum, gratia & sine spe recompensationis. Sic dedit Dominus Iesu, per se & sua omnia: & hoc maxime perfectionis est. Nec sufficit verè largi sua dona, imò debet pro salute proximorum, temporales res usque ad mortem exhibere semetipsum, sicut docet B. Iohannes, dicens: In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam in agnitionem pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere.]

Ad hoc tamen magis obligatur Prædicator. Hanc largitatem habuit Apostolus, dicens: Ego autem libenterissime imponam, & superimpendam ipse pro animabus vestris.] Item quoque ait alibi: Quotidie morior propter vestram gloriam fratres.] Id est, periculum morietis sustinet. Verè largus, sine spe recompensationis, dat Dominus totum quod est, quod habet, & quod potest, ad æternam divinæ laudis argumentationem. Singulis Angelis & sanctis ad perpetuam utilitatem, Singulis peccatoribus ad conversionem, Singulis iustis & perfectis ad perfectionis conservationem & confirmationem, Singulis purgandis ad poenarum mitigationem & abbreviationem.

D. Argumentum falsæ largitatis est, cum aliquis dat sua, ut latidetur ab aliis: ne alius dantibus vilior reputetur, vel ut clamore pauperum liberetur, & tunc res de manu perdit.

Item falsè largus est, qui dat sua propter coactionem, vel aliquem favore vel propter spem gratie in presenti, & gloria in futuro, vel propter timorem iudicis, qui dare precepit, cuius preceptum transgressionem non transiret dupat.

CAPVT XVIII

De Veritate.

A. V eritas iusta est, quando verè concordant, mens, lingua, & opera, ut quod sentit quis in corde, hoc profert ore, & perficit opere. Exemplo Apostoli inuitant: Imitatores mei estote, fratres: & observate eos, (id est, imitami eos) qui ita ambulavit, sicut habetis formam nostram.] Glossa: Id est, sicut ego credo, docet & vivo.

B. Ille verax est, qui Deo & omnibus hominibus, immutabiliter omnia vera seruat: & omnia verba sua semel dicta opere complectitur, nisi ea quandoque salubri consilio mutet. Iuxta illud: Iudex: in malis personis rescinde fidem: Et in turpi verbo muta decretum. Sic Dominus quandoque sententiam propter peccatum mutavit: ut patet in Esachia, & Ninivem. Nam Esachias mortuum per Esachiam predictum: & tamen quidem amicum ei post hæc dicitur. Et Ninivem infra quadraginta dies subvertendam per Ionam predicavit, quam propter humilitatem regis & populi, stare permisit.

C. Ad amorem veritatis inducere nos debet, quod Christus est veritas: Et quis veritas semper in se amabilis est. Et licet aliquibus quandoque gratis sit veritas, & intolerabilis, non est hæc ex parte veritatis, sed ex parte pravi voluntatis eorum, quam libenter implent, si veritatem contrariam non haberent. Castis & humilibus amabilis est veritas, que commendat castitatem & humilitatem, & detestatur impudicam & superbiam, quia nimis contraria est impudicis & superbis, qui se in oppositis firmaverunt.

Item, quia veritas omnia vincit, sicut probatum est in Esachia. Et qui veritas immutabilis est, sicut Dominus Iesus dicit: facilius calum & petram præterite, quam de lege vultum apicem cadere. Et apud Mattheum: Amen quippe dico vobis, donec transeat celum & terra, iota unum, aut unus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.

D. Argumentum veritatis est, cum quis nec pro favore aliorum, nec pro utilitate propria, nec pro amissione rerum vel corporis, veritatem relinquit. Nec dissimulat, nec palliat in aliis, nec viquam ex proposito aliquid falsum dicit, nec dicere proponit. Nec verba sua semel dicit, nisi propter causam necessariam, permutat. Exemplo Balaam dicentis: Si dederit mihi Balac, plebem domum suam argenti & aurum, non potero mutare verbum Domini mei, ut vel plura, vel minus loquar.] Et similiter exemplo Michæ, Danielis, & aliorum Prophetarum, qui nulla causa vincti preterant, ut à veritate, verbis vel factis, aliquatenus deviant.

E. Argumentum falsitatis est, vnum ha-

beret in ore, & aliud in corde: sicut qui ex facili, sine causa verba & necessitate mutare. Non solum ille proditor est veritatis, ut dicit D. Chrysol.] qui transgreditur veritatem palam mendacium pro veritate loquitur: sed etiam ille, qui non libere pronuntiat veritatem, quam libere pronuntiare oportet, aut non libere veritatem defendit, quam libere defendere oportet, proditor est veritatis. Nam sicut sacerdos debitor est, ut veritatem, quam audit à Deo, libere pronuntiet: sic laicus debitor est, ut veritatem, quam audit quidem à sacerdotibus pronuntiam in scripturis, defendat fideliter. Quod si non fecerit, proditor est veritatis.]

CAPVT XIX

De Mansuetudine.

A. M ansuetudo vera est benignitas, cum cum propriis illis, in istis mansuetudo nequaquam exacerbat, nec amaritudo cordis exterior indicatur: sed est quasi homo mansuetus, & non habens in ore suo reprobationes. Exemplo Iesu Christi, de quo dicitur: Et non aperuit os suum. Sicut quis ad occidendum dicitur: & quasi agnus coram tonitruo se obmutescit, & non aperit os suum.]

Vnde dicit Glossa super Mattheum: Mitis est, quem asperitas mentis seu amaritudo non afficit, sed simplicitas fidei ad omnem invidiam patendam intruit. Mitis est, quem nec rancor, nec ira afficit, sed omnia æquanimiter sustinet. Huius virtutis magnus quasi insuperatum se fecit Dominus: quod non fecisset, nisi una summe perfectionis virtus esset. Dicitur, inquit, à me, quia mitis sum, & humilis corde. Mansuetus non irritatur: non nocet, nec nocere cogitat. Mitis est, qui malis moribus dominatur. Hec omnia dicit Glossa ibidem.

B. Ad amorem mansuetudinis inducere nos debet, benignitas promissa ex persona Christi dicens: Beati mitis, quoniam in ipsi possunt debere certam. D. Augustinus: Illam credo certam, de qua in Psalmo dicitur: Spes mea es tu, portio mea in terra viventium. Ex quo loquitur: Beati autem mitis, quoniam ipsi possunt debere terram, de qua pelli non possunt.] De hac terra Psalm. Mansueti autem hereditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.] Item & Petrus: Mansueti dabitur gloriam: nempe Deus. Proinde, Audite mansueti, & lætentur.]

C. Argumentum veræ mansuetudinis est, cum mens in afflictione non inmutatur: nec quod dicitur, veritas remouet: sed nec in facie aliqua amaritudinem demonstrat, sed quantum ad amorem ad inhabitandum Deum semper reuertitur.

D. Argumentum falsæ mansuetudinis est, cum homo verba mollis & mansueti profert, faciem mansuetam exhibet: & tamen gramma amaritudinem in animo portat.

Enchiridion

ille, quem iudex laudat. D. Hieronymus de scriptura loquens ait: Quotiens diem iudicij cogito, toto corpore contremischo. Quid igitur nos miseri, actui sumus, ubi tanti viri trepidant?

Ecd. 7.

C. Argumentum iusti timoris habet, qui tam sollicitus est omnium qua Dei sunt, ut nullo tempore vel loco quicquam eorum negligat, quæ sibi possibilis sunt: Imo pro peccatis omnia strenuè operatur. Unde dicitur in Ecclesiaste: Qui timet Deum, nihil negligat. Et in Ecclesiastico: Qui timet Deum, fiet bona.]

Ecd. 13.

D. Argumentum iniusti timoris habet, qui pro amissione vel corporis vel rerum, non propter Deum, bona facit, vel malum dimittit, vel malum facit, & bonum dimittit. Hunc timorem prohibet Dominus, dicens: Nolite timere eos, qui occidunt corpus. Et Isaias: Quis tu, ut timeas ab homine mortali? Talibus dicit Dominus: Vbi sunt dii eorum, in quibus habebant fiduciam?

Matt. 10.

Isa. 13.

Deut. 32.

CAPVT XXIII.

De Letitia.

A. Letitia vera siue gaudium est, consistit in his qua Dei sunt. Materia enim omnis gaudij in Deo est: Scilicet potentia, sapientia, bonitas, largitas, pulchritudo, beatitudo, misericordia, iustitia, veritas, nobilitas, sanctitas, mansuetudo, fidelitas, charitas, humilitas, & si quæ sunt similia. Et hæc omnia immensa & æterna sunt in Deo.

1. Cor. 13.

B. Ille veram letitiam habet, qui synceram habet conscientiam in omnibus factis suis: Nec vnquam scienter transgreditur diuina præcepta & vota: sed semper intendit proficere, & exemplum Iesu Christi, & diuinis moribus se conformare. De hac conscientia gaudebat & gloriabatur Apostolus, dicens: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientia nocte: quod in simplicitate cordis & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo, abundantius autem ad vos.]

Ecd. 2.

C. Ad veram letitiam inducere nos debet, quod super omnia bonus Deus, inter omnes creaturas solam creaturam humanam in tantum sibi vniuit, ut verè dicatur Deus esse homo, & homo esse Deus. Et quod quicquid Deus habet per naturam, habet homo per gratiam: Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abraham apprehendit, ut dicit Apostolus. Chrysostomus: Nonne magnum est & mirabile, carnem nostram sursum sedere, & ab angelis & archangelis adorari?

Luc. 1.

Aliud inductiuum est, quod Deus nos certificauit de æterna beatitudine, promissis legis & prophetarum munita & iuramento, iuxta illud: Iurandum, quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis. Per privilegia quatuor Euangelistarum:

Per testimonium Apostolorum: Per pignus Spiritus sancti in baptismo, qui est pignus hereditatis nostræ: Per aram, id est, pragmatizationem in deuotione & dulcedine Lei: Per obidem, qui est Christus, vnigenitus Dei filius. Ad hoc duplex gaudium horatur nos Apostolus, dicens: Gaudete in Domino semper (videlicet propter diuinam vniorem) Iterum, dico, gaudete (nempe propter æternam beatitudinis certitudinem.)

Phil. 4.

D. Argumentum & materiam veræ letitiæ habet, qui per internam inspirationem certificatus est de remissione omnium peccatorum, quibus tam grauitè Deum omnemque creaturam offendit, omnemque gratiam collatam amisit, & confendam demeruit. Hanc certitudinem habuit Maria Magdalena, cui dixit Dominus: Remittuntur tibi peccata multa, quoniam dilexisti multum. Et B. Franciscus, de quo dicitur: Quadrans quoque nouissimus culparum, sibi penitus dimitti reuelatur.

Luc. 7.

Chronica or. dms. S. Fran. Bonavent.

Rom. 8.

Aliud Argumentum & materia letitiæ, est securitas in mente, quod homo sit filius Dei, & hæres regni cælestis. Hanc securitatem dat Spiritus sanctus, ut dicit Apostolus: Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei. Si autem filij, & hæres: hæres quidem Dei, cohæres autem Christi.] Hanc certitudinem habuit Apostolus, cum dixit: Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque aliqua creatura poterit nos separare à charitate Dei.

Rom. 8.

E. Argumentum falsæ letitiæ est, delectari in transitorio, siue sint res temporales, siue sint amicitia carnales, siue sit commoditas corporalis, siue letitia temporalis. Hæc letitia laqueus est tristitiæ. Cum enim transeunt illa, transit & letitia, & sequitur tristitia. Et nisi de corde recedat talis tristitia, nunquam intrabit vera letitia: quia simul esse non possunt, sicut ignis & aqua, quæ mutuo se ex pellunt.

Habetur etiam quandoque naturalis letitia, quando homo cogitat, vel loquitur, vel audit loqui, vel legit de perfectione Dei: vel etiam habetur de appetitu regni cælestis. Omnes enim naturaliter appetunt beatitudinem. Hæc letitia similiter est vana: & difficulter cognoscitur, quando sit gratuita & à Deo, & quando naturalis. Felix esset, qui dicere posset cum Isaiâ: Gaudens gaudebo in Domino (scilicet creatore) & exultabit anima mea in Deo meo (scilicet redemptore.) Quia induit me vestimento salutis, &c.

Isa. 61.

CAPVT XXIV.

De Tristitia.

A. Tristitia vera est dolor cordis pro omnibus iniuriis, quas patiens Deus innocenter sustinuit à suis creatoris à principio mundi, & vsque in finem sustinebit tam à spiritualibus quam à secularibus hominibus. Hæc dolor innumerabiles lacrymas sanguineas elicere debet ab oculis singulorum Deum amantium. Alia pars veræ tristitiæ est, quod frequenter homo in tentationibus sine repugnantia superatur. Quando enim aliquid videt, vel audit, earum in volatilibus quam in reptilibus, quod spectat ad impudicitiam: statim mens impudicus cogitationibus, vel voluptatibus, vel affectionibus sordidatur. Quando verò percipit anima ex quinque sensibus, quod mouere potest ad vanam gloriam, inuidiam, iram, rancorem, detractionem, auaritiam, leuitatem, vel carnalem amicitiam, vel aliquod peccatum: statim sine pugna deicitur in aliquod peccatum, dubius si vnquam à tali peccato resurgat. Et si auxilio Dei resurgit, incertus est, si vnquam recuperet gratiam, quam habebat, & tantam, quantum ante habuit. Homo enim per se cadere potest, per se autem nunquam resurgere potest. Quia ergo dicitur: Spiritus vadens, & non rediens.]

Psal. 77.

Alia pars veræ tristitiæ est, quod multiplex gratia effluens à fonte diuinæ pietatis ad nihil redigitur, eo quod non reuertitur ad suum principium, unde fluxit, cum multiplici favore, secundam ordinationem Dei. Hoc omnes creature digne desere non possent.

Matt. 5.

B. Ad veram tristitiam inducere nos debet sanctissimum vitæ Iesu Christi exemplum, cuius anima tristis fuit à principio vitæ suæ, vsque ad mortem. Qui etiam tristis deus esse confitetur, dicens: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Quia non nisi per tristitiam gaudij innocens valet, dicit quidam Glossa super euan. ad Mat. Ad idem inducere nos debet tristitia ex se proveniens: Vtilior est enim vera tristitia, quam vera letitia, iuxta illud: Melius est ire ad domum iustus, quam ad domum conuiuij. Frequenter enim ex tristitia quisquam deprimitur, et letitia verè deicitur. Et quod miserabilis est, quod non nisi per ipsam, post letitiam delectationem, liberior illa dicitur. Quia si nullam letitiam habuerit, non est letitia. Alia est veritas tristitiæ: Cum deus in seipso videt peccatum vnquam remissum, & in seipso videt effectus tristitiæ. Deus ergo sic pungit, secundum dicitur: Deus.

Ecd. 7.

Hanc sententiam alij dicitur, alij Hieronymus, alij Augustinus tribuunt.

C. Argumentum falsæ tristitiæ habet, cuius mens & voluntas affligitur, sed eleuatur: nec vult à tristitia liberari, sed semper desiderat ampliorum. Tristitia verò, à qua mens affligitur, & à qua quis subire liberari conatur, iniusta est. Talis est tristitia, de qua scriptum est: Spiritus tristis, excacet ossa.] Scilicet

Prov. 17.

et virtutum. Et Iacobus: Ira viri (veniens ex tristitia) tristitiam Dei non operatur.] Argumentum veræ tristitiæ habet, qui à delicatis quibuslibet cohibet sensus suos: non videt, non audit, non gustat, non odoratur aliquid, nec tangit, per quod molestia mitigari potest. Fugit etiam omnem locum, & omnes homines, ex quorum consortio minui potest dolor cordis. Certus est enim securissimam viam esse, in verâ tristitia vitam finire. Iuxta illud: Cor sapientium, ubi tristitia: cor stultorum, ubi letitia.]

1. Cor. 13.

Ecd. 7.

D. Argumentum falsæ tristitiæ habet, qui non considerans sapientissimam ordinationem Dei, torquetur pro amissione rerum temporalium: Vel pro afflictione, vel morte amicorum: Vel pro sui corporis infirmitate: Vel pro sua correctione. Tristitia talis nullam gratiam confert, sed mentem dilaniat, iuxta illud: Sicut tinea vestimento, & vermis figuo, ita tristitia viri nocet cordi. Et alibi: In interore animi deicitur Spiritus.]

Prov. 25.

Prov. 15.

CAPVT XV.

De Gratiitudine.

Gratiitudo vera & perfecta est, excellentiam donorum Dei in anima, cum annihilatione sui, & debita cordis reuerentia, magnificare. Sic magnificauit David dona mandatorum Dei, dicens: Dilexi mandata tua super aurum & topazion.] Et Salomon domum sapientia extollebat, dicens: Melior est sapientia cunctis opibus pretiosissimis: & omne desiderabile ei non potest comparari.]

Psal. 118.

Prov. 8.

B. Ille veram gratitudinem habet, qui omnium donorum Dei se indignum sentit. Et quanto se indigniorem beneficiorum Dei repperit, tanto magis in tantum amplius gratiam mentis excrescit. Chrysostomus: Pro omnibus quæ tribuisti nobis, o Christe, nihil à nobis petis, quam saluari, hoc ipsum tribuens, & accipientibus gratias agit.

C. Ad veram gratitudinem nos inducere debet consideratio dantis, qui est omnipotens, nobilissimus, amantissimus, fidelissimus, optimus, beatissimus, & perfectissimus.

Item donorum magnitudo. Non est enim tam paruum domini corporale vel spirituale, quod à Deo fiat, in quo non sit inclusus immortalis Deus cum omni diuina virtute.

Item pensandus est affectus dantis. Non enim licet dimidio dat, vel cum indignatione, vel aboleretur à nobis: sed ex omni desiderio diuino, ex tota dilectione & bonitate fiat.

Item ponderanda est utilitas donorum. Singula enim dat ad ipsum cognoscendum, amandum, fruendum, & ad nos beatificandum.

Item pensandum est, quid cogit cum ad dandum: non uteretur alicuius rebus, vel personæ boni, non ut per virtutem nostram, sed ut totum & incrementum suum fiat.]

Item consideranda est indignitas nostra, qui nec ipsa vita digni sumus, nec meritis esse veremus inter alias creaturas.

Item ad id nos inducere debet utilitas gratitudinis. Nam ipsa aperit fontem pietatis, & mouet Deum ad effundendum Sicut ingratitude exsiccat fontem diuine pietatis misericordiam rorem, & fluentia gratia. Quanto enim maior est gratitudo in anima, tanto fit habilior ad gratiam recipiendam, & tanto amplius cogitur largissimus Deus ad largiendum.

D Argumentum vere gratitudinis habet, qui penitentis singulis supradictis, quæ valent ad gratitudinem, pro singulis donis magnis, ex toto corde gratias agit, cum eas reuenter susceperit. Ex toto nisi gratias ab amantissimo Domino susceptas, impollutas seruire contendit. Quomodo enim amici donum gratum fuit quod non gratanter suscepit, & tam subito sponte deturpat & amittit? Nec solum gratitudine indigemus in his, quæ sunt ad nostram consolationem: sed etiam in iis quæ sunt ad nostram afflictionem. Ex eadem quippe bonitate & charitate dat Deus vtrumque. Hinc est, quod Tobias ait: Benedico te, Domine Deus Israël: quia tu castigasti me & tu saluasti me. Ad æqualem enim gratiam in presenti, & gloriam in futuro Deus dat hominibus deuotionem, & permittit tribulationem euenire. Vel ad maiorem utilitatem, sicut permisit Iob, qui dixit: Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non sustineamus? Quasi dicat, vtrumque gratanter suscipere debemus.

E. Argumentum ingratitudinis habet, quando aliquis obstruit cor suum, aliqua mala voluntate, vel rancore, vel leuitate, vel delectatione temporali, vel amicitia carnali, præ quibus non potest dona spiritualia percipere. Aut cum gratias perceptas conferuente non curat. Aut collatas multiplicare: aut eis frui secundum ordinationem Dei pro utilitate communi non laborat. Aut quando cum muneribus à Deo perceptis, in corpore & in anima, & in viribus animæ, ipsum Deum impugnare non cessat. Sicut, heu, frequenter contingit. Tunc enim omnia meretur amittere, cum eis vitur contra largiorem.

CAPVT XXVI

De Zelo ANIMARUM.

A. Zelus animarum verus & perfectus est, quando aliquis sanctis meditationibus, feruentibus desideriis, lachrymis, orationibus, vigiliis, ieiuniis, prædicationibus, confessionibus, consiliis, doctrinis, atque aliis bonis operibus pro salute animarum laborat. Quare autem hæc gratia sit, sic Beda describit: Quenam gratia sublimior, & Deo gratior conuersario esse potest, quam eorum, qui quotidiano exercitio alios ad auctoris sui gratiam seducunt conuocare, & cre-

bra animarum fidelium acquisitione gaudium celestis patriæ semper augere? Item D. Greg. dicit: Nullum quippe omnipotenti Deo tale est sacrificium, quale est zelus animarum. Et hoc propter imaginem Trinitatis animabus impressam.

B. Ad zelum animarum inducere nos debet exemplum Iesu Christi, qui in omni vita sua tanto feruore conuersionem peccatorum, & perfectionem bonorum sicut, vt pro recuperatione animarum venditarum singula membra sua ad singularem penam, & eandem animam suam ad turpissimam mortem offerret. Teste D. Bernard. Tantum reconciliationis humane studium sibi fuit, vt ad sua stipendia non attenderet, dum erroneum lucraretur. O quanta dignitas mortem offerret. Et quanto zelus Dei ad animas, pro quantum redemptione pretiosus sanguinem summorum obtulit Dei filius Deo patri: cum ratione sufficeret vna gutta tam pretiosi sanguinis, ad redimendum totum genus humanum, sicut dicit D. Ambrosius: Et maxime cum sibi nihil beatitudinis accresceret, vel decrederet. Hanc nobilitatem animarum nouerat sapientia Dei, quæ nobis incognita est. Quod conuenitur D. Bern. dicens: Heu, quod tam parum attendimus animarum nobilitatem! quæ præsentem corpus viuunt: cuius absentia probat, quid eius presentia contulit. Quam Deus tanti æstimauit, vt vnicuique suam pro ea daret. Quam diabolus tanti reputauit, vt pro ea totum mundum offerret.

C. Argumentum veri feruoris habet, qui nec vitam propriam nec corpus curat, vt plures animas Christo lucrificat. Hunc zelum David habuit, cum dixit: Quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te, Absalon, fili mi, fili mi Absalon? Et Apostolus cum dicit: Ego autem libentissime impendam, & suscipendam ipse pro animabus vestris. Et iterum: Quotidie morior propter gloriam vestram, fratres. Id est, mortis pericula sustineo. Et B. Dominicus, cum se vendere voluit pro quodam captiuo, quem Sarraceni detinebant. Et iterum pro alio, qui mansit apud hæreticos propter viduum. Quem tamen sapiens Deus pro salute plurium animarum inuenditum consecrauit.

D. Argumentum falsi feruoris habet qui de spiritualibus operibus magis sollicitus est pro muneribus, quam pro animabus. Talis non est diabolus, qui figuratur in rege Sodomorum: qui dixit ad Abraham: Da mihi animas, cætera tolle tibi. Et qui amplius laborat pro amicitia hominum, vel fauore, quam pro eorum sanctitate, & perfectione. Talis non potest dicere cum Apostolo: Non quero, quæ vestra sunt, sed vos. Notandum autem, quod vbi quæque duo mouent ad aliquod opus, scilicet Deum & aliquid aliud, difficulter cognoscatur, quia plus moueat. Verbi gratia: Aliquem mouet ad audiendas confessiones, vel ad aliquod spirituale, salus animarum & spes lucri, vel fauor, vel placencia, vel libertas, vel aliqua alia delectatio: hic difficulter discernitur, quid istorum magis afficiat animam laborantis. Attamen euident argumentum

Greg. lib. 1. in Ezechielum homil. 12. sub ultima.

Reg. 1. 2.

1. Cor. 13.

1. Cor. 15.

Gen. 14.

1. Cor. 13.

argumentum est, quod aliquid prædictorum plus moueat, quam Deus vel animarum salus, cum audiat quis libentius diuites, nobiles, iuvenes, & formosos, quam pauperes, ignobiles, senes, & deformes. Et cum sapius & diutius delectatur esse cum istis, quam cum illis, & forte cum minori fructu: cum tamen illi tam sanctas conscientias habeant, quam isti, vel sanctiores: Et tantum, vel amplius obediunt consiliis, quam isti: Et tantum, vel plus studeant perfectioni, quam isti: Et tantum, vel plus placeant Deo, quam isti: Teste Iacobo: Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni, quod re promisit Deus diligentibus se? Vos autem exhoramini pauperem. Scilicet ipsum non curantes, in quibus tamen Christus maxime honoratur. Sicut dicitur in homili super illud: Omnes honore. Item satis est euident argumentum, quando in operibus nostris plus querimus partem Dei, quam partem nostram. Nam ad illa opera, quæ laborem habent, & aliquam consolationem: vt sunt prædicatione, confessio, prælatura, & similia: licet magnum in eis sit periculum, tamen ad ea quilibet est paratus. Ab eis vero operibus, quæ continent tantum laborem, & non consolationem: vt ieiunia, vigilie, disciplina, & similia: licet nullum in eis sit periculum, quilibet tamen ab eis abstinet, quantum potest.

Iacob. 2.

CAPVT XXVII

De Libertate.

A. Libertas vera est, non esse ligatum vinculis peccatorum, quæ verè ligant, iuxta illud: Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. Et verè faciunt seruum, iuxta illud: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Peccare enim non libertas, nec pars libertatis, vt dicit Anselmus: sed est pessima species seruitutis. Ab hac specie seruitutis nemo liberatur, nisi solius filij Dei auxilio, ipso teste: Si vos filius liberauerit, verè liberi eritis.

B. Veram libertatem habet, qui non est captus appetitu rerum temporalium, nec laude, vel fauore hominum, nec propria placencia, vel displicencia aliena, nec amicitia carnali, vel timore seruili, nec delectatione gaudij transitorij.

C. Ad amorem vere libertatis inducere nos debet, diuine ordinationis consideratio, quæ vult hominem esse liberum. In cuius signum dedit homini liberum arbitrium: in hoc maxime ipsum sibi assimilans, quod à nemine cogi potest, sicut nec Deus ab aliquo cogi potest. Illud liberum arbitrium Deus homini contulit, dicens in Ecclesiastico: Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Et paulo post: Apposuit tibi aquam & ignem: ad quod volueris porrigere manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum. Quod placuerit ei;

Ierem. 17.

dabitur illi.]

Ad veram libertatem indubitanter inducitur, qui præceptorum diuinorum, & consiliorum, & votorum suorum inuolabili obseruantia se ligat: Qui mentem suam & sensus suos à voluptatibus refrenat: Qui membra sua nullis illicitis occupat: Qui obedientia iugum ex corde amat: Qui toto nisu, qualiter Deo suo placeat, elaborat. Quanto amplius quis prædictis innititur, tanto citius veram libertatem consequitur, & in ea fortius radicatur. Qui verò in hoc mundo liberè voluntatem suam in omnibus, & in quantum potest, exequitur, vanis diaboli laqueis irretitur: Et cum liberior esse videtur, tunc in seruitute & captiuitate diaboli fortius & certius detinetur.

D. Argumentum vere libertatis habet, qui nihil eorum desiderat, quæ à familiaritate Dei mentem alienant vel elongant: Sicut est prælatio, circa exteriora frequens occupatio, de commodo carnis nimia sollicitudo, mentis dissolutio, ad diuersa negotia distractio, alienæ vitæ & conscientia temeraria discussio, propriorum defectuum excusatio siue minoratio, defectuum proximorum manifestatio vel aggrauatio.

Aliud argumentum libertatis est, securitas mentis de remissione totius culpæ & penæ, quæ ex feruore cordis provenit: Qui quandoque cremat in corde, sicut ignis in fornace, & hominem ante frigidum & pallidum, in oratione facit calidum & rufum. Qui feruor omnem maculam & penam consumit, sicut ignis rubiginem ferri exurit.

E. Argumentum seruitutis & captiuitatis habet, qui iugum obedientia delectatur: Qui correctionem charitativam & fraternam abominatur: Qui vindictam iniuriarum suarum quotidie meditatur: Qui laude, & fauore humano afficitur: Qui scilicet & pertinaciter in aliquo, quod est contra Deum & conscientiam, vel contra voluntatem prælatorum, occupatur: Qui in receptione vel collatione manusculorum, vel literarum amabiliū, delectatur. Vnde sapiens quidam dicit: Munuscula accipere, est libertatem vendere. Et Iob: Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. Id est, ignis falsi amoris: & per consequens, illum amorem sequitur vinculum seruitutis. De dante verò munera dicit Salomon: Victoriam & honorem acquirat, qui dat munera: animam autem aufert accipientium. Singula horum auferunt homini libertatem, & redigunt in miserabilem seruitutem. Non enim potest in libertate spiritus Deo vacare, qui in huiusmodi occupatur.

Publius Mimms.

Iob 15.

Præd. 22.

CAPVT XXVIII

De Religione

A. Religio vera, siue spiritualis vita, sicut dicit B. Iacobus: Visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatam



rum se custodire ab hoc seculo.] Ille inuicem
culorum se custodit ab hoc seculo, qui moribus
secularibus omnino renuntiat, & tam carnalia quam
spiritualia peccata, inquantum potest, deuicit.

B. Ad veram vitam spirituales inducere nos debet
utilitas, de qua scriptura ait: Spiritus est, qui uiuifica-
re non prodest quicquam.] Et illud Apostoli: Qui in carne
sunt, Deo placere non possunt.]

Item, qui uult uere heri spiritualis, debet fugere & odire carnale commodum: Hoc est, detestari carnalia desideria, quæ militant aduersus animam, ut dicit Petrus: & appetere
spiritualitatem, & carnale incommodum. Hoc enim conseruat gratiam, sicut spinæ custodiunt herbas in horto. Nam gratia effluit per os, oculos, & aures. Et sicut ignis & aqua simul esse non possunt, ita nec carnalis nec spiritualis uoluptas, secundum D. Bernardum.

Item, debet cognoscere, quod homo nihil boni potest ex se, sicut dicit Apostolus: Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quæ ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Hoc aufert præsumptionem. Et quod omnia potest per Christum, per amplius & perfectius, quam per seipsum: teste Apostolo: Omnia possum in eo, qui me confortat.] hoc aufert desperationem. Quæ duo, scilicet præsumptio & desperatio, ualde sunt spiritualibus nociua, & saepe eos impugnant. Item se habere coram Deo semper, non solum quam uilis est, sed etiam quam uilis esse potest, & potuisset, nisi Deus uisisset: Et hoc aufert tumorem. Et quod Deus exiget rationem de omnibus malis commissis, & bonis omissis, & gratiis sibi & uniuersitati neglectis: hoc infert iustum timorem. Item omne bonum accipere, tanquam à Deo dante: Et hoc excludit falsum amorem, & infert gratitudinem: Et omne malum, tanquam à Deo pro nostra utilitate benignè permittente: Et hoc infert patientiam. Quanto magis quis in his proficit, tanto magis in spirituali uita inducitur, & in ea crescit, & confirmatur.

C. Argumentum ueræ uitæ spiritualis habet, cuius spiritus penitus carni dominatur: Qui tam cito sentit incommodum spirituale, sicut & corporale: Et tantum uita locum, tempus, & homines, ubi, & per quos lædi potest in spiritu, sicut ubi lædi potest & offendi in corpore: Et qui tam cito studet mederi spiritui, sicut & carni: Et tanto magis spiritui quam carni, quanto dignior est spiritus quam corpus.

Item argumentum ueræ uitæ spiritualis habet, qui tantum delectatur in cibis spiritualibus, sicut in corporalibus: Et tam inuitè negligenter aliqua hora cibum spiritualem, sicut corporalem: Et tam ordinate sumit cibum spiritualem, sicut carnalem: Et tantum se cogit ad cibos spirituales, cum non appetit, sicut infirmus cogitur ad cibos corporales, cum eos fatidit.

Aliud argumentum ueræ spiritualis est, si homo tam diligens est circa carnem: Si tam

paratus est in omnibus obedire spirituali medico, pro salute spiritus & animæ, sicut corporali medico, pro salute corporis. Et si tam sollicitus est acquirere gratiam, qua indiget in aduersitate & prosperitate, qua ad amicos, qua ad inimicos, qua cum laudatur, qua cum vituperatur, qua indiget solus coram Deo, & qua eger inter homines: Sicut sollicitus est de cibis carnalibus vel quadragesimalibus, vel de uestibus æstualibus vel hyemalibus. Si tantum studet acquirere, multiplicare, conseruare, utiliter expendere dona spiritualia, sicut secularia bona temporalia. Et tanto magis diligens est in spiritu, quam in corpore, quanto dignior est spiritus corpore. De his omnibus dicit Apostolus: Qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt. Qui uero secundum spiritum sunt, quæ spiritus sunt sapiunt.]

D. Argumentum carnalis uitæ est, secundum regulam carnis uiuere. D. August. Ille secundum carnem uiuit, qui secundum seipsum uiuit: Id est, pergit, quo uult: Dormit, quando uult, & quamdiu uult: Loquitur, quæ uult, & cui uult, & ubi uult: Manducat & bibit, quando uult, & quantum uult: Ridet & iucundatur turpiter, inter quos uult, & quando uult: Postremo, quicquid naribus suauè est, querit, quicquid tactu blandum, quicquid oculis delectabile, quicquid corpori suo iucundum, exercet & sequitur, qualiter uult, & quando uult: quia omnia licita & illicita carnaliter uult. Delectatur in uentibus pulcherrimis, & equis & armis, sicut uult, & quando uult. Et sic non secundum Deum, sed carnaliter uiuit & delectatur: & omnia desideria carnis perficit, sicut uult, & quando uult.]

Aliud argumentum ueræ carnalis est, libertas linguæ, quam sequitur distractio cordis, iuxta illud: Si quis autem purat se religiosum esse non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius uana est religio.] Ideo scriptum est: Qui custodit os suum, & linguam suam, custodit ab angustiis animam suam.] Mors & uita in manibus linguæ.]

CAPVT XXIX.

De Maturitate.

A. Maturitas uera est, cum omnes affectiones & uires animæ unanimiter colliguntur in Deum. Ex hoc uero mens restringitur à uanitate, & quinque sensus ab illecebris compescuntur. Sed quando anima à beata illa unione recedit, mox diuersis uanitatibus irretitur. Nam omnia, quæ sub cælo sunt, uana sunt, ut dicit Ecclesiastes.

B. Ad ueram maturitatem inducere nos debet exemplum sanctissimum Iesu Christi, de cuius seriositate, sic scribit D. Aug. Legimus Dominum Iesum doluisse, & in itinere fatigatum fuisse, opprobria & iniurias sustinuisse, sputa, flagella, crucem suscepisse: nunquam tamen legimus eam uisisse, nec in terra prospera

1. ad 2.

1. ad 3.

1. ad 4.

1. ad 5.

1. ad 6.

1. ad 7.

1. ad 8.

1. ad 9.

1. ad 10.

1. ad 11.

1. ad 12.

1. ad 13.

1. ad 14.

1. ad 15.

1. ad 16.

1. ad 17.

1. ad 18.

1. ad 19.

1. ad 20.

1. ad 21.

1. ad 22.

1. ad 23.

1. ad 24.

1. ad 25.

1. ad 26.

1. ad 27.

1. ad 28.

1. ad 29.

1. ad 30.

1. ad 31.

1. ad 32.

1. ad 33.

1. ad 34.

1. ad 35.

1. ad 36.

1. ad 37.

1. ad 38.

1. ad 39.

1. ad 40.

1. ad 41.

1. ad 42.

1. ad 43.

1. ad 44.

1. ad 45.

1. ad 46.

1. ad 47.

1. ad 48.

1. ad 49.

1. ad 50.

prospetatum fuisse. Hinc planè, hinc in se gaudent omnes electi, cum coeperint aduersitatibus mundi fatigari, & nullis eius prosperitatibus fallaciter decipi, scientes aliam uiam superesse: Item, quia scriptura multum vituperat dissolutionem & risum, iuxta illud: Risum reputaui errorem: Et gaudio dixi, quid frustra deciperis.] Et alibi: Risus dolore miscbitur, & extrema gaudij ludus occupat.] Et Psalmista sic loquitur ad Dominum: Odisti obseruantes uanitates superuacuas.] Et præcipue comminatio Iesu Christi, dicens: Væ uobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis.]

Item, quia multum abstrahit unumquemque à familiaritate Dei, & obstruit mentem à perceptione gratiarum.

C. Argumentum ueræ maturitatis habet, qui nec uerbis otiosis, nec factis, nec signis, nec incessu dissoluto, nec aliqua occasione quemquam ad leuitatem prouocat, sed semper in se & in aliis dissolutionem ex corde detestatur. Omnia loca uirat, in quibus dissolui potest: fugitque omnes homines dissolutos, ut maturitatem conseruet; scias, quod qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.] Et qui communicat se dissolutis, dissolutionem non effugiet. Talis fuit B. Iob, qui tam maturus fuit, quod etiam dissoluti præsentiam eius fugerent, sicut ipse dicit: Videbant me iuuenes, & abscondebantur.] Et tantam habuit consuetudinem maturitatis, quod si oppositum in eo uisum fuisset, nemo credidisset. Vnde ipse dicit: Si quando ridebam ad eos, non credebant: & lux uultus mei non cadebat in terram.]

D. Argumentum leuitatis habet, qui pronus est ad ridendum, iocosus in uerbis, dissolutus in moribus, dissoluta loca frequentans & frequenter cum dissolutis ambulans & habitans. Qui fugit maturos homines, grauisque est ei maturitas ad uidendum, credens ex maturitate infirmitatem corporis sui euenire. Talis describitur in Ecclesiaste: Lætare iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in uis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum, & scito, quod pro omnibus iis, adducet te Deus in iudicium.]

CAPVT XXX.

De Simplicitate.

A. Simplicitas uera & perfecta est, neminem lædere, sed omnibus proficere: sicut dicit Glossa super Parabolam. Hæc est prima uirtus, de qua commendatur Iob: Vir erat in terra Hus, nomine Iob, & erat uir ille simplex & rectus.] quasi præcellens in ea præ cæteris uirtutibus. Hanc præcepit Dominus, cum mitteret Apostolos in uniuersum mundum, ad ueritatem Catholicæ fidei conuocare incredulos, dicens: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices, sicut columbæ.] Vbi prudentia simplicitati coniungitur. Nam

prudencia sine simplicitate, calliditas est: & simplicitas sine prudentia, stultitia est. Columba nec rostro, nec ungue lædit: ita uerè simplex nec uerbo, nec opere nocet.

B. Verè ille simplicitatem diligit, qui non occupatur circa multa, sicut Martha. Nam ibi plura sunt, ubi plura. Sed tantum unum querit, de quo Dominus: Porro unum est necessarium.] De quo laudatur Maria Magdalena: quæ optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.] Hoc est unum bonum, in quo sunt omnia bona, æterna & immensa.

C. Ad simplicitatis amorem inducere nos debet utilitas ex ea proueniens. Scriptum est enim: Et cum simplicibus sermocinatio eius.] id est, Domini. Familiaris est enim Dominus simplicibus, quibus non dedignatur arcana sua reuelare. Vnde Dominus Apostolis, prohibentibus venire pueros ad præsentiam eius, respondit. Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium est enim regnum cælorum.] Hæc est uirtus, sine qua non est salus. Dicit enim Dominus Iesus: Nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum.] Non dicit, efficiamini paruuli, sed sicut paruuli: id est, simplices & innocentes.]

Alia est utilitas simplicitatis, de qua dicitur: Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter.] Nam ad regnum cælorum uia securissima, est uia simplicitatis. Nam scriptum in Proverbiis: Proteget gradientes simplices.]

D. Argumentum duplicis simplicitatis habet, qui nullius facta peruerit, sed bonum de omnibus præsumit: Qui nullius bonum deprauat, nullius bonum dimittit: Omnium salutem desiderat, nulli malum optat: Et qui bona facit & bene. Et qui bona sentit de Domino, & in simplicitate cordis querit illum: Qui uoluntati eius se subicit, & mandata eius custodit.]

E. Argumentum duplicis simplicitatis habet, qui unum gerit in ore, & aliud in corde, & aliud in opere. Sicut Iob, tenens mentum Amaze, dixit: Salue frater: & interim occultè educens gladium, occidit eum. Contra hoc dicit Dominus Iesus: Sit sermo uester: Est Est, Non Non.] Id est, quæ habetis in corde, proferte ore, & exhibete opere. Et B. Iacobus: Vir duplex animo, inconcilians est in omnibus uis suis.] Et duplicibus Dominus maledicit, qui scilicet seruire uolunt simul Deo & diabolo, id est, in peccatis & bonis operibus se se exercere. Contra hos namque dicit Dominus: Non potestis duobus dominis seruire.] scilicet contrariis. Nam uirtus & uicium, bonum & malum, penitus aduersantur. Contra eos uero, qui intendunt Deo placere & mundo, dicit Iacobus: Quicumque uoluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur.]

F. Argumentum falsæ simplicitatis habet, qui simplicem se exhibet in exteriori conuersatione: & tamen dolum gestat in corde. De hoc dicit Ieremias: Uniuersique se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam: quia omnis frater supplantans

Eccle. 2.

1. ad 14.

1. ad 30.

1. ad 6.

Rom. 8.

1. ad 7.

Eccle. 13.

1. ad 25.

Ibidem.

Eccle. 11.

1. ad 2.

1. ad 10.

Luc. 10.

Ibidem.

Rom. 3.

1. ad 19.

1. ad 18.

1. ad 10.

1. ad 2.

1. ad 1.

1. ad 20.

1. ad 1.

1. ad 5.

1. ad 6.

1. ad 4.

1. ad 9.

supplantans supplantabit, & omnis amicus
frausulenter incedet.]

CAPVT XXXI.

De Taciturnitate.

A. Taciturnitas vera & perfecta est, non
solum moderari linguam à verbis il-
licitis (ve sunt detractiones, mendacia, per-
iuria, impudica, leuia, iracunda, nocua,
maledica, otiosa, & similia) sed etiam ab
utilibus & licitis, iuxta illud: Obmutui, &
humiliatus sum, & silui à bonis] scilicet an-
nuuciandis. Dicit Glossa: Ille non cadit ad il-
licita, qui se cautè restringit à licitis. Non
solum autem per verba inutilia & nocua, sed
etiam per verba utilia gratia spiritualis
effunditur, cum in loquendo modus non ob-
seruatur. Rara est hæc virtus, moderatio lin-
guarum, teste Iacobo: Omnis natura bestiarum, &
volucrum, & serpentium, & cæterorum doman-
tur, & dormita sunt à natura humana: lin-
guam autem nullus hominum domare po-
test, inquietum malum plena veneno morti-
fero.] Glossa: Lingua prauorum, bestiis fero-
citate, volucris leuitate, serpentibus viru-
lencia præcellit. Sunt enim bestiales, qui ex-
cuerunt vt gladium linguas suas. Sunt vo-
lucres, qui posuerunt in celo os suum, &
quorum os loquutum est vanitatem. Sunt
serpentes, de quibus dicitur: Venenum aspi-
dum sub labiis eorum.]

B. Ad amorem taciturnitatis inducere nos
debet sanctissimum exemplum Domini nostri
Iesu Christi, qui taciturnitas in commendans,
de impositione criminum interrogatus, se
noluit excusare, nec per responsionem, mor-
tem suam voluit differre. Ad idem inducere
nos debet exemplum cuiusdam eremice, de
quo legitur, quod tribus annis lapidem in
ore gestarit, vt disceret silentium seruare. Ci-
tius enim addisceret aliquis loqui, quam ta-
cere, iuxta illud sapientis: Qui scit loqui,
discat & tacere.

Ad idem inducere nos debet utilitas ex ea
proueniens. Nam silentium cor distractum
componit, conscientie serenitatem inducit,
& ad recipiendam gratiam diuinam habilem
mentem facit. Vbi autem non est taciturni-
tas, ibi homo de facili ab aduersario supe-
ratur, iuxta illud: Sicut vrbs patens, & ab-
que murorum ambitu: ita vir, qui non po-
test in loquendo cohibere spiritum suum.]
Vbi enim non est moderatio linguarum, ibi nun-
quam erit perfectio, iuxta illud: Si quis in
verbo non offendit, hic perfectus est vir.] &
non alius, dicit Glossa. Vbi est custodia lin-
guarum, ibi est beatitudo, secundum illud: Beatus
vir, qui non est lapsus verbo ex ore suo.] Et:
Qui custodit os suum, & linguam suam, cu-
stodit ab angustis animam suam.)

C. Argumentum vera taciturnitatis habet,
qui cum liberè, & licitè, & sine offensa, loqui
potest, & cuius verba recipientur cum ma-
gno desiderio: & tamen nullo modo, aut raro

inducitur ad loquendum, recogitans illud
D. Gregorij: Si sanctus Propheta Ezechiel
missus ad loquendum fuerat, & septem die-
bus sedens mœrensque tacebat: pensandum
nobis est, quanta culpa sit ei non tacere, quem
nulla necessitas cogit loqui. Et illud verbum
Euangelicum: Dico autem vobis, quoniam
omne verbum otiosum, quod loquuti fuerint
homines, reddent rationem de eo in die iu-
dicii.]

D. Argumentum falsæ taciturnitatis siue
loquacitatis est, proferre & clamorose loqui,
vt aliquis inter alios videatur: Vel tempore
importuno, cum tamen sermo opporunus
sit optimus, Contra hoc est illud: Homo sa-
piens tacebit vsque ad tempus: Lasciuus au-
tem & imprudens non seruabit tempus.]
Vel loqui, vbi nemo auscultat, vel audire
curat. Contra illud est: Vbi auditus non est,
non effundas sermonem.] Vel cum quis res-
ponderet, antequam audiat, vel interrogetur.
Contra hoc est illud: Qui prius responderet,
quam audiat, stultum se esse demonstrat, &
confusione dignum.] Vel cum responderet pro
altero, non interrogatus. Contra illud est: Ado-
lescens loquere in tua causa vix, cum necesse
fuerit.]

E. Argumentum falsæ taciturnitatis est,
tacere non propter virtutem, sed ne ab au-
dientibus confundatur: Vel vt propter taci-
turnitatem laudetur: Vel cum nesciens loqui
intelligibiliter, vel vtiliter, fari verecundatur:
Vel vt per silentium sua stulticia pallietur,
iuxta illud: Stultus si tacuerit, sapiens repu-
tabitur.]

CAPVT XXXII.

De Solitudine.

S.olitudo vera est; abstrahere mentem
à sollicitudine & occupatione actio-
num exteriorum, ab omni delectatione crea-
turarum: omnes affectiones, voluntates, & in-
tentiones vnanimiter, in quantum potest, di-
rigere in Deum, vt fiat vnus spiritus cum eo.
Ad hoc adhortatur Isaias, dicens: Ingredere
in petram, & abscondere in fossa humo]
Ingredere in petram, id est, in diuinitatem
Christi: abscondere in fossa humo, id est, in
vulneribus Christi. Qui in hac petra est, so-
lus est: qui extra hanc petram est, in multitu-
dine est. In hac solitudine mentis tanta gra-
tia & illuminatio mentis percipitur, vt per-
cipiens sit grauis aliis ad videndum. Sicut
Moyse solus manens in monte cum Deo
quadraginta diebus & noctibus, tantum illu-
minatus fuit, vt lux in vultu erumperet, &
de claritate vultus, quasi radij solis procede-
rent, quos filij Israël non potuerunt intueri,
donec faciem suam velaret.

B. Ad amorem solitudinis nos inducere
debet exemplum sanctissimum Domini no-
stri Iesu Christi, qui licet ex nullius confor-
tio vquam impediri potuit à spiritali ne-
gotio, sæpe tamen declinauit à turba, propter
amorem

Greg. lib. 1. in
Ezech. hom. 11.

Mat. 11.

Ecdi. 20.

Ecdi. 24.

Prov. 18.

Ecdi. 31.

Psal. 3.

Glossa in c. 3.
Iob. ad illa
verba Nonne
distingui.

Decc. 3.

Psal. 3.

Psal. 4.

Psal. 3.

Argumentum
ad hoc in la-
pido assidue
ori in ore,
didicisse ta-
cere refer-
unt.

Martinus Ma-
rius. lib. 4. de
castitate
bene beatus
venerandi. c. 6.
Et Petrus de
Dinis. lib. 1.
in catalogo
sanctorum.
cap. 18.
Prov. 15.

Luc. 3.

Ecdi. 4.

Prov. 11.

Exod. 34.

amorem solitudinis. Et quandoque cum amplius non poterit, à charissimis Apostolis suis ad orandum secessit, quantum iactus lapidis, ut scribit Lucas: Per hoc innuens, quod etiam viri sancti in multitudine familiariter Deo vacare non possunt: aut modicam, aut nullam gratiam efficacem inter homines consequuntur. Hinc est, quod Zachæus Dominum Iesum in turba videre non poterat: Sed postmodum vidit ipsum, & vocem Saluatoris audiuit, quando solus arborem ascendit.

Ad idem nos inducere debet utilitas solitudinis, de qua Dominus de sponsa dicit: Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius.] O quam felix est, qui vel semel audit Dominum, intrus loquentem. Locutio Domini in corde, est de arduis gratiis, securitatem menti præstare.

Ad idem nos inducere debet, quod sancti Eremitæ olim cucurserunt & erraverunt in solitudine, in montibus, in speluncis, & in cavernis terræ, ut Deo continuo vacare possent, quandoque in quadraginta annis hominem non viderunt.

C. Argumentum veræ solitudinis habet, cui gratia potius est esse cum hominibus: & ab aliis se abstrahit, quacumque occasione potest. Ecce elongant fugiens, & mansi in solitudine.] Sicut Maria Magdalene pœna sua vidit homines, postquam Iesum amplius videre non potuit, ita etiam vidit Angelos, pœnale illi fuit. Vnde Angelis volentibus eam consolari de recessu Domini de sepulchro, ait: Quæro creaturam, & ideo mihi gratia est videre creaturam. Ideoque fugit in eremum propter amorem Iesu Christi, triginta annis cærens omni cibo & potu corporali: quam Angeli leuabant in aëra singulis horis ad orandum deputatis, in qua oratione sumpsit animæ & corporis nutrimentum.

D. Argumentum falsæ solitudinis habet, qui licet sit solus corporaliter coram Deo, anima tamen eius est in diuersis mundi partibus variis negotiis occupata. Hæc duo, scilicet, taciturnitas & solitudo, efficaciter eleuant ad contemplationem. Vnde illud Threnorum: Sedebit solitarius, & tacebit: quia leuauit se super se.]

CAPVT XXXIII.

De Contemplatione.

A. Contemplatio vera & perfecta est collectio affectionum & omnium virium animæ, ad cognoscendum cum delectatione & admiratione mentis aliquid de natura diuina: scilicet de potentia, sapientia, bonitate, charitate, nobilitate, largitate, &c. Sive occulta Dei iudicia, sive sanctissimam eius voluntatem, sine aliquam perfectionem, quæ tendit in Deum. In hac con-

D. Alb. Mag. Paradisus animæ.

templatione fuerunt Patriarchæ & Prophetæ, & Apostoli sancti. Nam Patriarchis & Prophetis occulta sua per Spiritum sanctum reuelauit. Ut Noë de diluuiio, Abraham de subuersione Sodomorum, Ieremia de transmigratione Indæorum & captiuitate, Ioseph de fame Egypti, Danieli de statua Nabuchodonosor, & sic de aliis Patriarchis & Prophetis, quibus alia secreta reuelauit, ut Ezechieli visiones diuersas. Vnde Amos: Non faciet Dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos Prophetas.] Apostolis vero per vnigenitum filium suum omnem voluntatem suam, & omnem perfectionem indicauit, sicut ipse dicit: Omnia quæcumque audiui à patre meo, nora feci vobis.] Vt & ipsi posteris suis eadem reuelarent, quod & fideliter fecerunt. Nam in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis verba eorum.] Sed inter alios Apostolos B. Iohanni Euangelistæ & B. Paulo occultissima reuelauit & indicauit. Inter alia patefecit eis octo Beatitudines, dicens: Beati pauperes spiritu quoniam, &c. Beati mites, quoniam, &c. Quæ beatitudines in se magnam continent perfectionem, perfectamque Dei voluntatem indicant.

B. Differunt autem contemplatio, meditatio, & cogitatio. Nam in cogitatione, mentis est euagatio: in meditatione, inuestigatio: in contemplatione, mentis admiratio. Cogitatio est sine labore, & sine fructu: Meditatio est cum labore & fructu: Contemplatio est sine labore, & cum fructu.

C. Ad contemplationem Dei inducere nos debent tres gradus, de quibus D. Greg. Primus est, ut se (scilicet anima) ad se colligat. Secundus, ut videat, qualis sit collecta. Tertius, ut super semetipsam, ac se contemplationi auctoris inuisibilis intendendo subiciat. Sed se ad se nullatenus colligit, nisi prius didicerit terrenarum atque celestium imaginum phantasmata ab oculo mentis compellere: quicquid de visu, quicquid de auditu, quicquid de odorata, quicquid de tactu & gustu corporeo cogitationi eius occurrerit, respuere atque calcare: quatenus talem se querat intrus, qualis sine istis est. Nam hæc quando cogitat, quasi quoddam vmbra corporum interioris versat. Abigenda ergo sunt omnia manu discretionis ab oculis mentis, quatenus talem se anima consideret, qualis sub Deo supra corpus creata est: ut à superiore viuificata, viuificet inferius, quod administrat.]

Ad idem inducere nos debet ineffabilis suauitas, quæ ibi percipitur: admirabilis perfectio, quæ ibi addiscitur: principium omnis beatitudinis, quod ibi reperitur. Nam fons omnis beatitudinis summus Deus, ibi cognoscitur: Et quod cognoscitur, hoc amatur: Et quod verè amatur, hoc desideratur, & pro quo studiosè laboratur, hoc tandem acquiritur: Cumque tandem acquisitum fuerit, cum delectatione interminabili possidetur.

C De

Serm. 3. in
Carnica
Carni.

De hac D. Bernard. Quæ enim anima semel à Domino didicit & accepit intrare ad seipsam, & in intimis suis Dei præsentiam suspirare & querere faciem eius semper: (Spiritus est enim Deus: & qui querunt eum, oportet eos in spiritu ambulare, & non in carne, ut secundum carnem viuant.) Talis, inquam, anima, nescit an vel ipsam gehennam ad tempus experiri horribilius pœnaliusue ducat, quam post spiritualis studij huius gustatam semel inauitatem, exire denuo ad illecebras, vel potius ad molestias carnis, sensuumque inexplebilem repetere curiositatem: Dicente Ecclesiaste: Oculus non impletur visu, nec auris auditu. Audi enim hominem expertum, quæ loquitur: Bonus es (inquit) Domine, sperantibus in te, animæ querenti te. Ab hoc bono si quis auertere sanctam illam animam conaretur, puto haud secus accepisset, quam si se de paradiso, & ab ipso introitu gloriæ, conspiceret deturbari. Audi adhuc & alium similem huic: Tibi dixit cor meum, ait, exquiriuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram. Vnde dicebat: Mihi autem adherere Deo bonum est. Et item loquens ad animam suam, dicit: Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. Dico ergo vobis, nihil est, quod in tantum formidet, quisquis hoc beneficium semel accepit, quam ne à gratia derelictus, necesse habeat denuo egredi ad carnis consolationes, imo desolationes, rursumque carnalium sensuum sustinere tumultus.] In hac contemplatione fuit D. August. cum dixit: Mihi autem displicebat, quod agebam in seculo: Et oneri mihi erat valde, non iam inflammantibus cupiditatibus, ut solebant, spe honoris & pecuniæ: iam enim me illa non delectabant, præ dulcedine tua, & decore domus tuæ, quam dilexi.]

Lib. 8. confess.
cap. 1. & lib.
9. confess. c. 10.

Tob. 3.

Iob 10.

Rom. 7.
Psalm. 41.

Lib. 1. in
Ezech. b. bono,
14.

D. Argumentum veræ contemplationis habet, quem in miseria huius mundi viuere tædet, cum B. Tobia dicens: Expedi mihi mori magis, quam viuere.] Et cum Iob: Tædet animam meam vitæ meæ.] Et cum B. Paulo: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?] Et qui ad fontem vitæ sitit, dicens cum Psalmista: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.] Vnde D. Greg. Contemplatiua vita est, charitatem quidem Dei & proximi tota mente retinere: sed ab exteriori actione quiescere, soli desiderio conditoris inhærere, ut nil iam agere debeat: sed calcatis euis omnibus, ad videndam faciem sui creatoris animus inardescat: ita ut iam nouerit carnis corruptibilis pondus, cum maiore partate, totisque desideriis appetere illis hymnidicis Angelorum choris interesse, admisceri celestibus ciuibus, de æterna in conspectu Dei incorruptione gaudere.]

E. Argumentum falsæ contemplationis habet, qui aliquid de Deo, vel aliqua perfectione eius agnoscit, cui veritas sacræ scripturæ contradicit: & hoc tamen per rationes temere defendit. Ex hoc olim hæreses processerunt, scilicet Arij, qui Filium coæternum &

confubstantialem Patri negauit: Et Sabellij, qui personas in Trinitate confundit, ponens nominalem tantam differentiam, cum verè differant proprietatibus. Pater enim propriè habet innascibilitatem, Filius propriè nascibilitatem, Spiritus sanctus processionem.

CAPVT XXXIII.

De Discretione.

A. Discretio vera est, prudenter iudicare inter creatorem & creaturam: quid sit creator, & quid creatura. Item diiudicare, quid sit bonum, quid melius, & quid optimum. Quid malum, quid peius, & quid pessimum. Quantum bonum sit appetendum, & quantum malum sit detestandum. Item, quantum reuerentiam debeat homo superiori, quantum clementiam inferiori & compassiõnem, & qualem societatem æquali. Qualiter se debeat habere ad mortuos, qualiter ad viuos: qualiter ad prædecessores, & qualiter ad successores. Qualiter ad amicos, ut diligantur in Deo, & qualiter ad inimicos, ut diligantur propter Deum. Qualiter coram Deo occultari, & qualiter cum hominibus manifestari. Quæ refectio carni, & quæ spiritui impendenda sit. Quibus vestibus indendum, quando comedendum, quando bibendum, quando abstinendum, & quantum, & à quibus cibis. Quando vigilandum, quando dormiendum: & quantum, & quamdiu. Quando orandum, quando stendum, & quando aliud quod opus faciendum. Quomodo se habendum ad laudem, & quomodo ad reprehensionem. Quando loquendum, & quando tacendum: quantum, quibus de causis, cum quibus quo loco, & quo tempore. Quando accipiendum, quando retinendum, & quantum largiendum: & quantum, & quibus, & quo tempore. De omnibus his ordinare, & prudenter diiudicare, est vera discretio. Hæc virtus est magistra omnium virtutum, statuens omnibus modum & ordinem. Vbi autem discretio non est, ibi charitas non seruat ordinem: quid primò, quid postremò diligendum est: Nec modum, quid minus, quid amplius diligendum sit, nouit. Neque ibi ordo seruat, teste D. August. Vbi, inquit, nimium seruetur humilitas, regentis frangitur auctoritas.

Ibi obedientia cæca & stulta est, cum etiam in malis credit obediendum esse. Ibi etiam largitas nimium se effundit, cum histrionibus sine necessitate datur. Ibi timor in desperationem deiicitur, spes in præsumptionem conuertitur. Ibi iustitia nimiam seueritatem demonstrat. Ibi patientia, misericordia, mansuetudo, benignitas, bonitas, iniusta dissimulat. Ibi religio dissoluitur, veritas falsificatur, castitas violatur, maritatus leuis efficitur, constantia permutatur.

Hæc

Hæc virtus ex defectu aliarum virtutum crescit. Cum enim homo sepe, cadit, de humilitate in superbiam vel vanam gloriam; de charitate, in invidiam; de patientia, in iram; de mansuetudine, in rancorem; de feruore, in teporem; de castitate, in carnalem concupiscentiam; de amore paupertatis, in auaritiam; de pace, in turbationem; de vnione, in discordiam; de obedientia, in rebellionem; de maturitate, in leuitatem; de religione, in dissolutionem; de taciturnitate, in loquacitatem vel detractionem; de spiritali amore, in carnalem; de spe, in presumptionem; de iusto timore, in humanum & seruilem; de iustitia, in lenitatem; de misericordia, in molliem; de constantia, in mobilitatem; de veritate, in falsitatem: tunc primum fit cautior ad cauendum, & sollicitior, & in omnibus discretior.

B. Ad veram discretionem nos inducere debet & potest assidua lectio & meditatio in scripturis: continua inuestigatio, de sanctorum exemplis: frequens consiliium, à vitiis discretis; iuxta illud: Consiliium semper à sapiente perquire.] Vnde Dominus ad Paulum: Surge, & ingredere ciuitatem: & dicetur tibi, quid te oporteat facere.] Similiter misit leprosos dicens: Ite, ostendite vos sacerdotibus.] Non tantum vni; sed pluribus: vt si vnus minus sit discretus, alter discretior perquiratur.

C. Argumentum vere discretionis habet, qui omnia facta sua, cum consilio discretorum pertractat. Quos si semper habere non potest, singula opera sua & negotia, in conscientia sua coram Deo, cum vera discretionis & matura deliberatione discutit: iuxta illud: Fili, sine consilio nihil facis, & post factum non penitebis.] Nec tamen in hoc, conscientie suæ semper credat, nisi scripturæ manifestum testimonium habeat. Nec scripturam ad sensum suum aliquatenus retorquet, sed sensum suum scripturæ conformet.

D. Argumentum indisciplinatis habet, qui ieiuniis, vigiliis, orationibus, disciplinis, & lachrymis, supra vires laborat: breui tempore se destruens, vt pluribus annis in seruitio Dei, inutilis fiat. Sed heu, pauci sunt homines huius temporis, qui in huiusmodi excedunt.

E. Argumentum falsæ discretionis habet, qui volens cauere destructionem sui corporis, nihil eorum negligit, que comoda sunt corpori; dicens Domino: Fortitudinem meam, ad te custodiam.] Et spiritus interrim, sine spiritali cibo deficit & tabescit: qui sine labore, nullatenus haberi potest. Vnde D. August. Dum infirmitatem nostræ carnis timemus, salutem anime negligimus. Quia caro, si delicate nutritur, occidit spiritum. Teste D. August. Sicut tinea lanam deuorat & ligna, fenum & stipulam ignis comburit: ita delicata caro animam concremat, & consumit. Talis non cogitat, quod tandem caro destruetur, etiam si omni comodo frueretur. Sicut seculares, omnem corpori voluptatem impendentes, non magis

D. Alb. Mag. Paradisus animæ.

Deo seruiunt; sed frequentius infirmantur. Melius est autem viuentem spiritum, gratia repletum esse, in corpore languido: quam spiritum languidum vel mortuum esse, in corpore sano.

CAPVT XXXV.

De Congratulatione.

A. Congratulatio vera ad Deum est, congratulatio Deo, in omni beatitudine & perfectione sibi innata æternaliter. Videlicet, de omnipotentia, sapientia, bonitate, &c. Et quod nullius indiget, sed quod sibi ipsi sufficit, & omnibus creaturis.

Item, congratulatio Deo, de ordinatione celi & terre, & omnium que in eis sunt: Et de omnibus operibus suis, à principio mundi vsque ad finem sæculi. Præcipue de operibus incarnationis eius, circumcisionis, passionis, resurrectionis, ascensionis, Spiritus sancti missionis: Et de omnibus iudiciis, manifestis & occultis, circa demones, circa animas in inferno, in limbo, in purgatorio, & circa malos homines in mundo.

Item, congratulatio Deo: quicquid laudis & reuerentiæ habet, ab Angelis & sanctis in celo, & ab hominibus in terra.

Item vera congratulatio ad proximos, est congratulatio singulis Angelis & sanctis, de gloria in celo. Item peccatoribus, de conversione: Iustis, de confortatione & gratiarum conseruatione: Ecclesiæ de sacramentis & donis Spiritus sancti. Et congratulatio omnibus sanctis hominibus in Ecclesiâ & in terra: Scilicet B. V. Mariæ, Patriarchis, & Prophetis, Apostolis & singulis electis, de donis perceptis & percipiendis singulis à Deo.

B. Ad veram congratulationem inducere nos debet maxima utilitas, et ea propinqua. Nam quicquid Deus omnipotens perfectionis, bonitatis, & beatitudinis, in se naturaliter habet: quicquid gloriæ Angelis & sanctis, in celo: quicquid gratiæ & virtutis, in Ecclesiâ, & fideles habeat in ea, hoc totum proprium fit vnicuique, per congratulationem.

Ad idem nos inducere debet, quod congratulatio Patris, Filij, & Spiritus sancti, origo est omnium creaturarum. Et semper fuit, & nunc est principium omnium operum diuinorum.

C. Argumentum vere congratulationis habet, qui per omnia delectatur in omnibus, que in Deo sunt. Cui ordinatio ecclesiæ, & omnia opera Dei, & iudicia, & mores diuini, & sanctissima exempla Domini nostri Iesu Christi, & omnium amicorum, ex corde placeant: & omnia ea verbis commendat, & aliis manifestat.

Item, cui de singulis donis naturalibus, spiritalibus, gratuitis, angelorum & sanctorum in celo, & singulorum hominum in terra, generatur gaudium spirituale: & hæc omnia,

Th. 4.

Al. 9.

Luce 17.

Mat. 23.

1. Pet. 2.

Lib. de solariis dicitur. c. 65.

omnia semper & vbiq; cooperatur pro posse.

D. Argumentum falsæ congratulationis habet, qui omnem ordinationem diuinam, in cælo & in terra: & opera iustorum & virtutes, & sanctam eorum vitam, commendat in ore, sed omnia in corde vituperat. Talibus impropere Dominus in Isaiâ: Populus hic ore suo & labiis suis glorificat me, cor autem eius longè est à me.] Tales de corpore Ecclesie præcisi sunt, qui bona corporis non participant.

CAPVT XXXVI.

De confidentia.

A. Confidentia vera & perfecta est mentis securitas, quod omnipotens & fidelis Deus, nunquã amicos derelinquit: iuxta illud: Nullus sperauit in Domino, & confusus est. Quis enim permansit in mandatis eius, & derelictus est?]

B. Ille veram confidentiam habet, qui certus est, quod bonus Deus suis semper præfens est in tribulationibus: & semper paratus est, vt eos à tentationibus liberet, & liberatos glorificet. Iuxta illud: Cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum. Sic fuit cum Daniele, in lacu leonum: Cum Noë, in arca: Cum Ioseph, in cisterna: Cum tribus pueris, in camino ignis: & hos omnes, benignissimè liberauit. Vnde B. Petrus: Nouit Dominus pios de tentatione eripere.] Et in Tobia, dicit Sara: Hoc pro certo habet omnis, qui colit te, quia vita eius si in probatione fuerit, coronabitur: Si autem in tribulatione fuerit, liberabitur. Et si in correptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit. Non enim delectaris in perditionibus nostris. Quia post tempestatem, tranquillum facis: & post lachrymationem & fletum, exultationem infundis.

Ille veram confidentiam habet, qui omnes preces suas, & omnia desideria sua iusta, non dubitat exaudiri. Nam D. Chrysostr. dicit: Si cum hoc studio mentis accesseris, & dixeris: Non recedam, (scilicet, nisi accepero) prorsus accipies: si talia postulaueris, quæ & illum qui petitur, dare debeat, & accipere tibi, qui peccatis, expediat.] Hæc virtus valde laudabilis est, & magni meriti, coram Deo. De quo hortatur Apostolus, dicens: Nolite amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem.

C. Ad veram confidentiam inducere nos debet, quod largissimus Deus, absque desiderio nostro, sæpe maiora nobis dat, ex sua mera & incomprehensibili bonitate, quàm audeamus desiderare. Creauit enim nos pater, ad imaginem Trinitatis: Et sanctissimus Filius eius, dedit nobis carnem suam in cibum, & sanguinem in potum, & animam in pretium redemptionis. Quis enim vnquam, vel semel auderet de huiusmodi cogitare?

Ad idem inducere nos debet diuinitas

Christi in Cruce. De hac enim dicit D. Bernardus: Quis enim non raperetur ad spem & ad impetrandi fiduciam, si attenderet in cruce, Christi corporis dispositionem. Vide caput inclinatum, ad osculandum: brachia extensa, ad amplexandum: manus perforatas, ad largiendum: latus apertum, ad diligendum: rocius corporis extensionem, ad se totum impendendum.

D. Argumentum veræ confidentiæ habet, qui de peccatis mortalibus, in conscientia non mordetur.] Este Ioanne: Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum: & quicquid petierimus, accipiemus ab eo.] Vnde legitur de Sufanna: Erat cor eius fiduciam habens in Domino.] quia innocentem se cognouit, de crimine obiecto.

Aliud argumentum veræ confidentiæ habet, qui in bonis operibus continuè se exercet: & præcipuè in spirituali elemosina, quæ est remittere iniurias, & supererogare orationes. De qua dicitur in Tobia: Elemosyna ab omni peccato, & à morte liberat: & non patietur animam tuam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo Deo, elemosyna omnibus facientibus eam.]

Aliud argumentum veræ confidentiæ habet de remissione peccatorum, qui in iuuentute & sanitate sua, ad veram penitentiam pro peccatis se exhibet. Teste August. Si quis positus in vltima necessitate ægritudinis suæ, voluerit accipere penitentiam, & accipit, mox reconciliabitur, & hinc vadit: fateor vobis, non illi negamus, quod petit: sed non præsumimus, quia hinc bene exit. Non præsumo: non vos fallo, non præsumo. Fidelis bene viuens, securus hinc exit. Baptizatus ad horam, securus hinc exit. Agens penitentiam, & reconciliatus cum sanus est, & postea bene viuens, securus hinc exit. Agens penitentiam ad vltimum, & reconciliatus, si securus hinc exit, ego non sum securus.] Et paulo post: Nunquid dico, damnabitur? Non dico. Sed dico etiam, liberabitur? Non. Et quid dicis mihi? Nescio. Non præsumo, non promitto, nescio. Vis te de dubio liberare? Vis, quod incertum est, euadere? Age penitentiam, dum sanus es, & inuenerit te nouissimus dies, curre vt reconcilieris: si sic agis, securus es. Quare securus es? Quia egisti penitentiam eo tempore, quo & peccare potuisti. Si autem vis agere penitentiam ipsam tunc, quando peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa. Sed vnde scis, inquis, ne fortè Deus dimittat mihi? Verum dicis. Vnde? Nescio. Illud scio, hoc nescio. Nam ideo tibi do penitentiam, quia nescio. Nam si scirem, tibi nihil prodesse, non tibi darem. Item si scirem tibi prodesse, non te admonerem, non te tererem. Duæ res sunt, aut ignoscitur tibi, aut non ignoscitur. Quid horum tibi futurum sit, nescio. Ergo tene certum, dimitte incertum.] Qui veram volunt obtinere penitentiam, oportet, quod conuertant vires ad opera spiritualia. Iuxta illud Isaiâ: Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assumment

Isa. 29.

Eccl. 2.

Psal. 90.

Dan. 14.

Gen. 7.

Gen. 37.

Dan. 3.

2. Pet. 2.

Tob. 3.

Chry. 9. homil. 24. in illis verbis, Quis ex vobis est pater.

Hebr. 10.

1. Ioan. 3.

Dan. 13.

Tob. 4.

Aug. lib. 50. homil. 41.

ment pennas sicut aquila: current, & non ambulabunt: ambulabunt, & non deficient.] Vt qui ante fuerunt fortes ad labores corporales, postea sunt fortes ad labores spirituales.

E. Argumentum diffidentia habet, qui vilipendens gratiam redemptionis, in peccatis scienter iacet. Vnde in Euangelio: Scimus, quia peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit.] Et in Psalmo: Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.] Et Isaiâ: Iniquitates vestras, diuiserunt inter vos, & Deum vestrum: & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis.]

F. Argumentum falsæ confidentiæ habet, qui putat iustissimum Deum, intantum vincti misericordia & pietate: vt tam bonos quàm malos saluet in die iudicij, eo quod pro omnibus mortuus est. Contra hoc dicit Dominus: Ibunt hi, in supplicium æternum: Iusti autem, in vitam æternam.]

Argumentum falsæ confidentiæ habet, qui putat peccatorem, primam gratiam promereri posse, quando sibi placet. Item, si quis credit, quod hic abundat in temporalibus bonis: quod post etiam in futuro, abundet in gaudio sempiterno. Contra hoc dicitur in Psalmo: Videbunt iusti (scilicet diuitem in inferno) & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent: Ecce homo, qui non posuit Deum, adiutorem suum. Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in vanitate sua.]

CAPVT XXXVII.

De contemptu mundi.

A. Verus contemptus mundi est, abrenuntiare mundi rebus temporalibus, pompis seculi, dignitatibus, & prælaturis spiritualibus: & abstrahere se à cunctis amicis carnalibus, & moribus secularibus, propter spem beatitudinis æternæ. Ad hoc monet nos B. Ioannes, in canonica sua dicens: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt.] Hunc contemptum habuit D. August. cum displicebat ei, quicquid agebatur in seculo. Cumque colloquebatur cum matre sua valde dulciter, displicebat & vilescibat ei mundus inter verba, cum delectabilibus suis. Similiter B. Agnes, Catherina, Cæcilia, & alie virgines, regnum mundi, & omnem ornatum seculi contempserunt, propter amorem Domini nostri Iesu Christi.

B. Ad contemptum & odium mundi inducere nos debet, quod tantam infidelitatem exhibet in fine, dilectoribus suis. Nam & hoc factum est creatori à mundanis, quem in die Palmarum gloriosè susceperunt, exuentes obuiam ei, & cantantes: Hosanna, filio David, benedictus qui venit in nomine Domini, Hosanna in excelsis.] Sed post modum in sexta feria, processerunt clamantes coram Pilato, Crucificatur, Crucificatur.] Si non

esset hic malefactor, non tibi tradidissem eum.] Et cum penderet in cruce, deridebant eum dicentes: Salua te ipsum, si filius Dei es.] Et quem palmis, floribus, & frondibus susceperunt, virentibus spinis coronauerunt, virgis & flagellis ceciderunt. Et cui vestimenta in via strauerunt, ante crucem omnibus vestibus nudauerunt: & spoliauerunt: & gloriam exhibitam, in contumeliam mutauerunt.

Ad eiusdem contemptum & odium nos inducere debet periculum, ex amore mundi proueniens. Nam teste Iacobo: Nescitis quod amicitia huius mundi, inimica est Dei? Quicumque ergo voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur.] Et quia mundus odit Dominum Iesum, & omnes amicos eius: sicut ipse dixit Apostolus ad consolationem: Si mundus vos odit, scitote, quia me priorem vobis odio habuit.

C. Argumentum veri contemptus habet, qui non curat generis nobilitatem, nec querit carnis voluptatem, nec diuitias appetit, nec culmem honoris. Talis fuit Moyles, de quo Apostolus: Fide Moyles grandis factus, negauit se esse filium filiz Pharaonis, (contra nobilitatem:) magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, (contra voluptatem:) maiores diuitias æstimans thesauro Ægyptiorum improperium Christi, (contra diuitias:) Aspicebat enim in remuneratorem.]

Aliud argumentum veri contemptus mundi habet, qui nec seculi blanditiis mulcerur, nec minis terretur, nec vituperio & laude humana mouetur. In hoc contemptu fuit Apostolus, quando dixit: Omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrificarem.]

D. Argumentum falsi contemptus mundi habet, qui ab amore seculi & illecebris mundi, tunc primò se abstinere, quando præ senectute & paupertate, se in ipsis exercere non valet. Tunc enim non relinquit mundum, sed à mundo relinquitur. Sicut heu, quam plurimi sunt, qui primùm peccare desistunt, quando amplius peccare non possunt.

CAPVT XXXVIII.

De Maseratione.

A. Maseratio carnis vera est, cum quis, sponte castigat corpus suum, ieiuniis, vigiliis, orationibus, ciliciis, disciplinis, abstinentia cibi & potus delectabilis, vt in omnibus caro spiritui subiaceat. Hoc facit Apostolus, cum dicit: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne fortè cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.] Et fudit, quæ pulchra & iuuenis erat, vidua & diues, postquam manserat cum viro suo tribus annis à virginitate sua, & sex mensibus, habuit cilicium super lumbos suos: & ieiunabat omnibus diebus, præter dies solemnes.

1. Ioan. 3.

Psal. 63.

Isa. 59.

Matt. 25.

1. Ioan. 2.

Aug. lib. 8. conf. cap. 11. & lib. 9. conf. cap. 10.

Matt. 21.

1. Ioan. 18.

Matt. 27.

Iacob. 4.

1. Ioan. 13.

Hebr. 11.

Phil. 1.

1. Cor. 9.

B. Ad amorem macerationis carnis inducere nos debet magna utilitas, ex ea proueniens. Nam ex maceratione carnis, spiritus in negotiis spiritualibus roboratur. Iuxta illud Apostoli: Cum enim infirmor (in carne) tunc potens sum, in spiritu. Et contra: ex mollitie carnis, vigor spiritus in spiritualibus hebetatur. Iuxta illud D. August. Delicata caro, animam concremat & consumit, sicut ignis stipulam.

Lib. de 2. in rationibus ad mentis c. 65.

Rom. 8.

Rom. 9.

Galat. 5.

C. Argumentum veræ macerationis est, cum carni nulla voluptas; sed sola necessitas impenditur. Iuxta illud Apostoli: Debitor sumus, non carni, ut secundum carnem viuamus. Nam voluptas multo plura delicatiora exigit, quam necessitas requirit: sed necessitas paucis est contenta. Et subiungit Apostolus malum consequens voluptatem, dicens: Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu, facta carnis mortificaueritis, viuetis. Manifesta sunt autem opera carnis: quæ sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, amulationes, ira, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia: quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.

1. Cor. 12.

Luc. 4.

1. Cor. 7. in Epistol.

Aliud argumentum est, quando aliquis secundum consilium Iesu Christi, odit animam suam in hoc mundo. Nam ipse Dominus ait: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Quod exponens D. Gregorius dicit: Tunc etenim bene nostram animam odimus, cum eius carnalibus desideriis non acquiescimus: Cum eius appetitum frangimus, eius voluptatibus relictamur. Quæ ergo contempta, ad melius ducitur, quasi per odium amatur. Qui autem animam suam à concupiscentiis non refrænat, in laqueos diaboli se præcipitat. Secundum illud Ecclesiastici: Si præses animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudiis inimicis tuis. Sicut Dalida tradidit Samionem fortissimum Philisthæis, ad illudendum.

Eccles. 8.

Iudith. 6.

Chrysol.

Hæc sententiam Thomæ

Hibernicum in lib. quem in scripsi Flores

Doctrinæ si

mihi Do-

minicus Na-

mas in Poly-

anthica, uter-

que vero ver-

bo. Ad senten-

tiam, etiam

Isidoro in

Probitam

Amet.

D. Argumentum veræ macerationis non habet, qui tantum ventrem & os suum coërcet à cibus & potus voluptate: & linguam suam non compescit à verbis illicitis: nec visum, auditum, gustum, odoratum, & tactum refrænât à delectationibus: neque cor, à cogitationibus & affectionibus voluptuosis. Parum est enim, os & ventrem refringere à cibus: ubi cor & quinque sensus, delitiis pascuntur. Vnde D. Chrysol. Qui à cibus abstinent, & malè agunt, demones imitantur: quibus non esca, sed nequicia semper ad est.

CAPVT XXXIX.

De Contritione.

A. Contritio vera est dolor pro peccatis voluntariè assumptus, pro quâ antitate & qualitate criminum, cum proposito confitendi & satisfaciendi, proueniens ex gratia gratuita. Dolor enim naturalis, vel dolor sine gratia, nihil prodest aut valet. Quantitatem doloris exprimit Ieremias, cum dicit: Luctum vnigeniti fac tibi. Hanc præcepit Dominus in Ioele, dicens: Scindite corda vestra. Ad hanc scissionem valent, spinæ, clauis, virgæ, flagella, crux & lancea, quæ scindebant corpus Domini nostri Iesu Christi. Vera contritio, rara est, teste D. Greg. Sciendum, quod sunt quidam, qui etiam seculum relinquentes, torum quidem quod habent, offerunt: & tamen in bonis, quæ agunt, non compunguntur. Nec semper credendum est, veram esse compunctionem, ubi gemitus apparent & lacrymæ. Nam ex timore inferni, vel ex consideratione alicuius damni, vel ex naturali dolore, vel ex naturali compassione, sæpe solent talia prouenire: cum recordatur aliquis enormitatem scelerum suorum, vel acerrimam passionem Iesu Christi. Ad veram contritionem exigitur dolor de omnibus peccatis commissis, & de omnibus bonis ommissis, & de omnibus gratiis neglectis sibi & vniuersitati: & etiam quæ occasione sui, committi vel negligi potuerunt.

B. Ad veram contritionem inducere nos debet, si fideliter cogitamus, quid per peccatum amisimus: Scilicet Spiritum sanctum, cum suis donis: omnesque gratias gratuitas, amicitiam Trinitatis, societatemque celestis curiæ. Item, quid acquisimus per peccatum, æternam scilicet mortem, maledictionem Dei Patris: teste Psalmista: Maledicti, qui declinant à mandatis tui. Odium Domini nostri Iesu Christi, qui odit omnes operantes iniquitatem. Elongationem Spiritus sancti, qui etiã aufert se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu: sicut dicitur in libro Sapientiæ. Multo magis autem ab his operibus malis. Hæc enim peiora sunt & horribiora, quam ipsa pœna gehennæ, ut dicit D. Chrysolomus.

Psalm. 118.

Sep. 1.

Rom. 48. ad populum Antiochenum.

Ad idem nos inducere debet utilitas maxima, ex ea proueniens. Nam minima coërcitio omnes animæ maculas delet, mortem æternam occidit, benedictionem Dei patris confert, amicitiam filij Dei reddit, familiaritatem Spiritus sancti societatemque ciuium supernorum restituit. Et quantumcumque sit parua contritio, magis satisfacet, quam maxima elemosinarum largitio. Hæc omnia sæpe ponderata in statera cordis, inductiua sunt veræ compunctionis.

C. Argumentum veræ contritionis habet, qui intantum detestatur peccati immunditiã, quod omnem poenam purgatorij libentius eligeret, quam quod contra benignissimum Deum,

Deum, vnquam peccatum aliquod efficeret. Et qui ad poenam infernalem se potius exhiberet (sicut Eleazarus) quam vnquam de cætero, ex proposito aliquod peccatum committeret. Quod etiam eligendum esse, dicit D. Augustinus. Et qui poenam omnium martyrum libentissime sustineret, ut per hoc mereri posset, quod de cætero aliquod peccatum nunquam perpetraret. Et qui ad omnem afflictionem infirmorum & pauperum se offerret, ut pro offensa, Deo dignè satisfacere posset.

Thom. 11. in Epistol. Ioan. Arist. lib. 3. ethic. cap. 1.

1. Cor. 14.

Epistol. 54. ad Macedoniam. Eccles. 34.

1. Cor. 10. 8. in Epistol. cap. 5.

D. Argumentum falsæ contritionis habet, qui quamuis peccata commissa vehementer desolat: tamen continuo post dolorem, eadem vel alia committere non formidat. Contra hoc dicitur in Ecclesiastico: Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit iuario illius? Similiter, qui de peccatis præteritis dolet, & de cætero peccata dimittere non proponit. Scilicet, superbiat; inuidiam, carnalem amicitiam, carnis delectationem, inuisibilem possessionem. De qua dicit D. Augustinus: Non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Contra hoc dicitur in Ecclesiastico: Vnus edificans, & vnus destruens, quid prodest illis nisi labor? Destruit, qui de peccatis dolet edificat, qui in voluntate peccandi manet. De tali edificatione dicit D. August. Ex voluntate peccata facta est libido. Et dum seruitur libidini, facta est consuetudo. Et dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas.

CAPVT XL.

De Confessione.

A. Confessio vera est sincera peccatorum absque velamine coram sacerdote legitima manifestatio. Hanc præcepit Dominus, quando leprosis dicit: Ite ostendite vos sacerdotibus. Et B. Iacobus: Confitemini alterutrum peccata vestra.

Luc. 17.

1. Cor. 5.

1. Tim. 1.

B. Ad veram confessionem exigitur, quod sit integra, pura, discreta, fidelis, & perfecta. Iuxta illud Threnorum: Effunde sicut aquam cor tuum, ante conspectum Domini. In effusione potatur integritas. Non enim ex proposito dicenda sunt gurgitum peccata, de quibus nunquam facta est confessio: sed quicquid potest simul cogitari, potissimum coram vno sacerdote simul debet effundi. Sicut aquam, ubi notatur, quod simplex debet esse & pura: non ex timore feruli vel coactioe facienda est confessio, sed pure & simpliciter propter Deum. Cor tuum, ubi notatur discretio. Non enim confitenda sunt solum verba & facta, commissiones & omissiones, sed etiam cogitationes immundas & morbos affectiones, inordinatæ intentiones, potius voluntates, peruersa iudicia, & suspensiones temerariæ. Nam dicit Origenes, quod in illa die, accusabunt cogitationes animas, & defendent. Non cogitationes, quæ tunc erunt, sed quæ nunc sunt in nobis: quarum quedam nocent

In cap. 9. epistol. ad Rom. in hoc verbo, Cum enim fuerit.

relinquentur in corde, velut in cera. Ante conspectum Dei, ubi notatur fidelitas & perfectio. Secundum agnitionem quippe Dei omnia consideranda sunt. Vbi enim nos vnus peccatum agnoscimus, ipse in sapientia cognoscit mille.

C. Ad confessionem veram inducere nos debet certa remissio peccatorum, & mundatio animæ. Iuxta illud: Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Et quia ad remissionem & proprietatem astringitur Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, secundum illud: Et si omnia nouit Deus, vocem eam confessionis expectat. Habet enim causam, ut pro te interueniat Christus. Habet & causam ignoscendi Pater. Et quicquid vult Filius, vult & Pater, & Spiritus sanctus.

1. Ioh. 1.

D. Argumentum veræ confessionis habet, orationia peccata, sicut aquam effundit. Non ut remaneat color, sicut in effusione lactis: Nec pinguedo vel sapor, ut in effusione olei vel sanguinis: Nec odor, ut in effusione vini vel aceti. Color remanet, quando dicitur peccatum, & reticetur occasio; vel provocatio ad peccandum: ut sit in gula, vel in fornicatione. Pinguedo vel sapor remanet, cum dicitur peccatum, & reticetur quantitas vel diuturnitas delectationis, in qua ratio penitus absorbetur. Iuxta illud: Et intravit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius. Odor manet, cum dicitur peccatum, & tacetur infamia, vel malum exemplum & scandalum aliorum. Sed verè confitens, manifestat ipsum peccatum, & antecedentia peccata, & subsequencia.

Psalm. 107.

E. Argumentum falsæ confessionis est, cum confitetur quis peccata sua in numero, pondere, & mensura. In numero confitendum est, id est, vices peccatorum: quia vulnus sapias reuocatur, tardius sanatur. Item in mensura quando quis confitetur diuturnitatem peccati. Qui enim diutius infirmatur, citius moritur. In pondere, id est, granitate. Aggravatur enim peccatum, ex sacro loco, ut est cimeterium vel Ecclesia. Ex sacro tempore, vel ex persona: ut si clericus, qui leditur si monialis vel coniugata, cum qua peccatur.

F. Argumentum falsæ confessionis est, cum propter hoc aliquis confitetur, ne infidelis dicatur. Vel, ut sanctior reputetur: Vel, ne sibi sacra communio cum confusione denegetur. Sic confitebatur Saul, ne à Propheta Samuele coram populo confundere retur.

CAPVT XLII.

De Penitentia.

A. Penitentia vera exterior est abstinentia à licitis, cum de illicitis venia postulatur, ut dicit scriptura. Sic penitentia & claustrales à carnibus abstinent, & delicatas vestes

vestes abiciunt, ieiunia seruant, vigiliis insistent, disciplinis se affligunt, silentium tenent, propriam voluntatem frangunt, & à multis delectationibus abstinere, quæ licita eis essent, sinunquam illicita commississent. Hanc præcepit Dominus, & B. Ioannes Baptista, dicentes: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum.]

B. Ad veram pœnitentiam nos inducere debet necessitas. Nam sine ipsa non est salus, dicente Domino: Si non pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. [Et D. August. Peccata, inquit, siue parua siue magna sint, impunita esse non possunt. Vnde Dominus inquit Dauidi pœnitentiam pro peccato suo, eo quod numerauerit populum suum: vt vel sustineret septem annis famem super terram: Vel tribus mensibus, vindictam inimicorum: Vel tribus diebus pestilentiam. Et elegit Dauid sibi & populo communem plagam mortis. Per hoc significatur, quod nesciò quilibet pro peccatis suis punietur in inferno, quod significat septem anni famis: Vel in purgatorio, quod significat violentia inimicorum tribus mensibus: Vel temporali pœna, quod significat pestilentia trium dierum. Sic vile est nobis eligere pœnitentiam leuissimam, & subito transeuntem.]

C. Argumentum veræ pœnitentiæ est, debita commensuratio pœnæ contra culpam: vt secundum quantitatem culpæ, sit quantitas & grauitas pœnæ: Secundum delectationem culpæ, sit amaritudo pœnæ: Secundum diuturnitatem culpæ, sit diuturnitas pœnæ: Et secundum multipliciter culpæ, sit multiplicitas pœnæ. Iuxta illud Ioannis: Facite fructus dignos pœnitentiæ. Sicut enim singula infirmitates corporis habent necessariò singulas medicinas, & nulla tam efficax est, vt sanet omnes egritudines: ita & singula peccatorum genera specialem habent pœnitentiam. Non enim directè emendatur superbia per eleemosynam, rancor & inuidia, per orationem, auaritia per ieiunium, impudicitia per vigilia, &c. Sed de superbia directè satis fit per humilitatem, de auaritia per eleemosynarum largitionem, de impudicitia per carnis castigatorem in cilicio & disciplina, de gula per ieiunium, de loquacitate per orationem, de inuidia per charitatem & remissionem iniuriæ, de rapina & iniustus possessionibus per restitutionem, &c. Quod si quis, vt dicit D. Chrysostr. non potest explere omnem satisfaciendi ordinem, tunc benignus Dominus qualemcumque suscipit emendam. Tunc pro iniustus rebus valet ieiunium, si non potest restituere: Si non potest ieiunare, valet oratio: Si non potest orare præ infirmitate, sufficit Deo bona voluntas.

D. Argumentum falsæ pœnitentiæ ponit Innocentius. Falsa est pœnitentia, cum pœnitens ab officio, vel carnali negotio non recedit, quod sine peccatis agi nullatenus præualer: Aut si odium in corde gesserit: Aut si offenso cuiuslibet non satisfaciatur: Aut si offendent, offensus non indulgetur: Aut si arma quis contra iustitiam gerat.]

Item falsa est pœnitentia, quando ynnum

peccatum emendatur, & de alio non curatur.

CAPVT XLII.

De Perseuerantia.

A. Perseuerantia vera est in bonis operibus frequens exercitatio, continuum studium ad perfectionem, spiritualium gratiarum & virtutum diligentissima vsque ad mortem obseruatio. Ad hanc inuitat nos Dominus in Apocalypsi: Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. [Hanc habuit Iob, cum dixit: Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.] Et Tobias, qui corpora mortuorum occultabat in domo sua, & mediis noctibus sepeliuit: licet eum rex propter hoc spoliari iusserit & occideret.

B. Ad amorem perseuerantiæ inducere nos debet maxima vtilitas ex ea proueniens. Nam ex ea omne opus bonum, & omnis virtus coronabitur, & tota salus nostra in ea consistit: secundum illud Domini nostri Iesu Christi: Qui perseuerauerit vsque ad finem, hic saluus erit. [Sine qua, nulla virtus vel opus remunerabile est. Sine qua, omnis perfectio in nihilum redigitur. Quid enim profuit Apostolo & traditori Iudæ, quod ipsum Dominus de mundo elegerat? Quid profuit diuturnitas familiaritatis Iesu Christi? Quid sancta prædicatio, quam sæpe ab ipso audierat? Quid exempla, virtutes, & miracula, quæ ab ipso viderat? Quid societas Apostolorum? Quid gratia ei collata ad prædicandum, & ad miracula faciendum? Nam ei cum aliis Apostolis dixit: Euntes, prædicare dicentes: quia appropinquauit regnum cælorum. Infirmos curate, mortuos suscitare, leprosos mundate, demones eiicite.]

C. Argumentum veræ perseuerantiæ habet, qui nec amore vitæ, nec timore mortis, nec minis, nec promissis, à rectitudine recedit. Sicut Susanna mortem non timens, dixit: Si hoc (id est peccatum) egero, mors mihi est. [Et Mathathias: Etsi omnes gentes regi Antiocho obediunt, vt discedant vnusquisque à seruitute legis patrum suorum, & consentiant mandatis eius, ego, & filij mei, & fratres mei obediemus legi patrum nostrorum. Propitius sit nobis Deus.]

D. Argumentum falsæ perseuerantiæ habet, qui de sua sanctitate falso præsumit, quod cadere non possit. Ex hoc, nascitur animi libertas: exinde non habet custodiam sui: & sic est impossibile hominem in sanctitate posse perseuerare. Et si Apostoli essent in mundo, & non haberent custodiam sui, cadere possent. Exemplum de Dauid qui homicidium & adulterium perperrauit: quia negligens fuit in custodia oculorum suorum.

In lib. pœnitentiarum ex Aug. encen. tit. 2. 10.

Matth. 3. Luca 3.

Apoc. 2. Iob 17. Tob. 1.

Matth. 10.

Matth. 10.

Dan. 13.

1. Mach. 2.

1. Reg. 11.

EPILOGVS.

A. Confitebor tibi, Deus sanctissime, cum omnibus lacrymis & guttibus sanguineis dilectissimi filij tui, quod adhuc non perueni ad principium alicuius virtutis, in ea perfectione sicut hic scriptum est. Gaudere tamen, quod omnes virtutes perfectius habebimus quam humanis valeat apprehendere intellectus. Confiteor tibi Domine, quod beatus est in presenti, & beator erit in futuro, qui has virtutes habet in ea perfectione, sicut hic scriptæ sunt, licet for-

te minus sufficiant ad salutem. B. Peto etiam Domine, cum omni desiderio filij tui, & Spiritus sancti, & omnium creaturarum, vt des mihi discretiorem inter virtutes gratias, & naturales, & similitudines virtutum. Et quicumque legerit hanc materiam, vel de ipsa audierit, vel cogitauerit, tu omnipotens Deus, confer ei saltem vnicam, veram, & perfectam virtutem. Certus sum, quod qui habuerit vnam à te Domine, omnes simul habet. Et qui crescit in vna, simul crescit in omnibus: Et qui in vna decrescit, in omnibus simul decrescit: Et qui vna caruerit, nullam habet, quia omnes vnice sunt in gratia. Amen.

a Philo. Iudam de vita Moysi. lib. 2. Ambros. lib. 2. officior. c. 9. Hieron. Epist. ad Fabianum. Aug. lib. 6. de Trin. cap. 4. Greg. lib. 1. moral. c. 3.



D. Alb. Magni, Paradisus animæ.

D INDEX

INDEX CAPITVM

Libelli de virtutibus iuxta ordinem, quo
singula explicantur.

CAP. I.	D E Charitate Dei, & pro-	XXII. De Timore.	17
II.	ximi.	XXXIII. De Laetitia.	18
III.	De Humilitate.	XXIV. De Tristitia.	19
IV.	De Obedientia. <i>ibid.</i>	XXV. De Gratitude.	<i>ibid.</i>
V.	De Patientia.	XXVI. De Zelo animarum.	20
VI.	De Paupertate.	XXVII. De Libertate.	21
VII.	De Castitate.	XXVIII. De Religione.	<i>ibid.</i>
VIII.	De Abſtinentia.	XXIX. De Maturitate.	22
VIII.	De Prudentia.	XXX. De Simplicitate.	23
IX.	De Fortitudine.	XXXI. De Taciturnitate.	24
X.	De Iuſticia.	XXXII. De Solitudine.	<i>ibid.</i>
XI.	De Temperantia.	XXXIII. De Contemplatione.	25
XII.	De Compaſſione.	XXXIV. De Diſcretione.	26
XIII.	De Pace.	XXXV. De Congratulatione.	27
XIV.	De Miſericordia.	XXXVI. De Confidentia.	28
XV.	De Concordia.	XXXVII. De Mundi contemptu.	29
XVI.	De Conſtantia.	XXXVIII. De Maceratione.	<i>ibid.</i>
XVII.	De Largitate.	XXXIX. De Contritione.	30
XVIII.	De Veritate.	XL. De Confessione.	31
XIX.	De Manſuetudine.	XLI. De Penitencia.	<i>ibid.</i>
XX.	De Fide.	XLII. De Perſeuerantia.	32
XXI.	De Spe.	Epilogus.	33

INDEX

INDEX

Rerum notabilium quæ in libello de virtutibus continentur.

A



ABSTINENTIA vera & perfecta quæ. capite 7.a
Mirari possumus, non imitari abstinentiam sacerdotum antiquorum. c.7.d
Agathonem abbatem lapillo assidue oridiro didicisse tacere ferrur. c.31.b
Amantem diligere, natura est: non amantem verò beneficiis ad amorem attrahere, perfectionis est. c.1.a
Anima sine delectatione nunquam potest esse. c.6.d
Tunc bene animam nostram odimus, cum eius carnalibus desideriis non acquiescimus. c.38.c
Pœna sua sibi est omnis inordinatus animus. c.11.c
Compassio vera & perfecta quæ. c.12.a
Rara est virtus compassionis. c.12.c
Pax vera ad Deum & ad proximum, quæ. c.13.a

C

ILle non cadit ad illicita, qui se cautè restringit à licitis. c.31.a
Magnum est & mirabile, carnem nostram sursum federe, & ab Angelis & Archangelis adorari. c.23.c
Sicut tinea lanam deuorat & ligna, fornium & stipulam ignis comburit: ita delicata caro animam concremat & consumit. c.34.e
Montes Caspij, perente Alexandro, adunati: c.20.b
Castitas vera & perfecta quæ. c.6.a
Charitas ad Deum & ad proximum vera & perfecta, quæ. c.1.a
Inductina & argumeta veræ charitatis. c.1.b.c
Ex duobus fouetur charitas, ex mandatorum obseruatione, & ex compassione. c.1.e
Christus legitur doluisse, fleuisse, &c. nunquam tamen risisse. c.29.b
Christi dispositio in cruce nos ad confidentiam inducit. c.36.c
Non est verè Christianus, qui non audet in eo stare mori, in quo audet viuere. c.20.d
Qui à cibis abstinent & malè agunt, demones imitantur, quibus non esca sed nequitia semper adest. c.38.d
Clamat clauus, clamat vulnus, quòd Deus sit in Christo mundum reconcilians. c.21.b
Vera concordia ad Deum, quæ. c.15.a
Confessio vera est sincera peccatorum absque

velamine coram sacerdote manifestatio. c.40.a
Confidentia vera est mentis securitas, quod omnipotens & fidelis Deus nunquam amicos derelinquit. c.36.a
Congratulatio vera ad Deum & ad proximum quid. c.35.a
Constantia vera & perfecta, quæ. c.16.a
Ex voluntate peruersa facta est libido: & dum fertur libidini, facta est consuetudo: & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas. c.39.d
Contemplatio vera & perfecta est collectio omnium virium animæ ad cognoscendum cum delectatione & admiratione aliquid de natura diuina. c.33.a
Contemplatiua vita est, charitatem Dei & proximi tota mente retinere, soli desiderio conditoris inhzere, &c. c.33.d
Contritio vera quid. c.39.a
Vera contritio rata est. ibid.
Ad veram contritionem requiritur dolor de omnibus peccatis commissis, & de omnibus bonis omissis. ibid.
Minima contritio omnes animæ maculas delet. ibid.
Inquietum est cor nostrum, donec in Deo requiescat. c.13.b

D
IN damnatis plura sunt horribilia quam ipsa pœna gehennæ. c.39.b
Daniel dona Baltassar regis contempsit. c.5.b
Danielis mira abstinentia. c.7.c
Daniel custos magos & ariolos interpretatione visionum & somniorum transcendit. c.7.c
Discretio vera est prudenter iudicare inter creatorem & creaturam, item quid bonum, quid melius, quid optimum, &c. 34.a
Hæc virtus ex defectu aliarum virtutum crefcit. ibid.
B Dominici zelus. c.26.c

E
Euseus munera Naaman non accepit. c.5.b

F
Fides vera, quæ. c.20.a
Fortitudo vera & perfecta, quæ. c.9.a
B. Francisko quadrans quoque nouissimus culpæ, penitus dimitti reuelatur. c.23.c

G
Gratitudo vera & perfecta, quæ. c.25.a

D: *Ab. Mag. Paradisum animæ.*

Index rerum.

H
 Nil dignius quam ut homo sit auctoris sui imitator. c.15.a
 Humilitas vera & perfecta quæ. c.2.a
 Verus humilis, vilis vult reputari, non humilis prædicari. ibid.

I
 Ingratitudo extirpat fontem diuinæ pietatis, misericordie rorem, & fluentia gratiæ. c.25.c
 Iudicium Dei timendum. c.22.b
 Iustitia vera & perfecta ad Deum & ad proximum, quæ. c.10.a

L
 Cum oratio & cætera bona opera Deum vngant & mulceant, lachryma Deum cogit. c.24.b
 Leticia vera est consolari in his quæ Dei sunt. c.23.a
 Largitas vera & perfecta quæ. c.17.a
 De alieno facile largimur, non item de nostro. c.17.b
 Libertas vera est, non esse ligatum vinculis peccatorum. c.27.a
 Munuscula accipere est libertatem vendere. c.27.c

M
 Ex maceratione carnis spiritus in negotiis spiritualibus roboratur. c.38.b
 Vera mansuetudo quæ. c.19.a
 Mariæ Magdalene pœna fuit videre homines, postquam Iesum amplius videre non potuit. c.32.c
 Mansuetas vera est cum omnes vires animæ vnae imiter colliguntur in Deum. c.28.a
 Misericordia vera consistit in tribus, in dando, condonando, & supererogando. c.14.a
 Eligendum potius mori quam Deum offendere. c.39.c
 Verus contemptus mundi est, abrenuntiare mundi rebus temporalibus, pompis seculi, dignitatibus & prælaturis. c.37.a
 Munera accipere, est libertatem vendere. c.5.c

O
 Obedientia vera & perfecta ad Deum & ad superiores quæ. c.3.a.b
 Nunquam per obedientiam malum fieri, aliquando autem debet per obedientiam bonum quod agitur, intermitteri. c.3.b
 Fidelis nescit moras, fugit crastinum, ignorat tarditatem, præcipit præcipiente, &c. c.3.d

P
 Patientia vera & perfecta quæ. c.4.a
 Paupertas vera & perfecta quæ. c.5.a
 Nihil Deo charius, nihil Angelis amabilius, nihil hominibus fructuosius quam in paupertate obediendo vitam finire. c.5
 Peccare non est libertas, nec pars libertatis. c.9.e
 Per peccatum quid amittimus, & quid acquirimus. c.39.b
 Vbi nos vnum peccatum agnoscimus, Deus in sapientia cognoscit mille. c.40.a
 Peccata effundenda sicut aqua. c.40.c
 Peccata siue parua siue magna sunt, impunita esse non possunt. c.41.b
 Perseuerantia vera est in bonis operibus frequens exercitatio, & spiritualium gratiarum & virtutum diligentissima vsque ad mortem obseruatio. c.42.a

P
 Philosophi tantum pro scientia laborabant, quod fugerent vrbium atque hominum frequentias. c.8.c
 Pœna illorum qui sunt in purgatorio, per ieiunia, orationes & elemosynas abbreviantur. c.10
 Pœnitentia vera exterior est abstinentia à licitis, cum de illicitis venia postulatur. c.41.a
 Agere debemus pœnitentiam cum sani sumus. c.36.d
 Prudentia vera & perfecta quæ. c.8.a
 Pythagoræi in desertis locis habitare consueverant. c.8.c

R
 Vera religio, quæ. c.28.a
 Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. c.39.d

S
 Simplicitas vera & perfecta est, neminem lædere, sed omnibus proficere. c.30.a
 Solitudo vera est abstrahere mentem à solitudine actionum exteriorum, & omnes affectiones dirigere in Deum. c.22.a
 Spes vera & perfecta, expectatio certæ futuræ beatitudinis, proueniens ex gratia Dei, & meritis præcedentibus. c.21.a
 Sufficisset vna gutta sanguinis Christi, ad redimendum totum genus humanum. c.21.b

T
 Taciturnitas vera est, non solum moderari linguam à verbis illicitis, sed etiam à vilibus & licitis. c.31.a
 Pensandum nobis est, quanta culpa sit ei non tacere, quem nulla necessitas cogit loqui. c.31.d
 Temperantia vera & perfecta quæ. c.12.a
 Terra quam mites possessuri sunt, est terra videntium. c.19.b
 Timor iustus est, fide & moribus diuinorum diligens custodia præceptorum. c.22.a
 Nihil aquæ efficax ad gratiam promerendam, retinendam, recuperandam, quam non alium sapere, sed timere. c.22.b
 Tristitia vera est dolor cordis pro omnibus iniuriis quas Deus sustinet à suis creaturis. c.24.a

V
 Veritas iusta est, quando verè concordant mens, lingua & opera. c.18.a
 Qui veritatem non liberè pronuntiat aut defendit quando oportet, proditor est veritatis. c.18.c
 Falsis virtutibus nihil meremur. in prol.
 Virtutibus naturalibus nihil meremur. in prol.
 Virtutes à stultis sepe vitia reputantur. in prol.
 Qui habet vnam virtutem, habet omnes: & qui crescit in vna, crescit in omnibus. c.vlt.
 Vitia quædam virtutum speciem præferunt. in prol.
 Ille secundum carnem viuit, qui secundum seipsum viuit. c.28.d
 Sicut ignis & aqua simul esse non possunt, ita nec carnalis & spiritualis voluptas. c.28.b

Z
 Zelus animarum verus & perfectus quis. c.26.a

D. ALBERTI



D. ALBERTI MAGNI, RATISBONENSIS EPISCOPI, ORDINIS PRÆDICATORVM;

DE ADHÆRENDO DEO LIBELLVS.

CAPVT I

De vltima & summa perfectione hominis, quantum in hac vita possibile est.

QUITAVI mihi aliquid vltimatè (in quantum possibile est in huius exilij & peregrinationis immoratione) depingere, scriptitando de & super ab omnibus plena & possibili abstractione, & cum solo Domino Deo expedita, secuta; & nuda firmaque adhesionem: præsertim cum ipsius Christianæ perfectionis finis sit charitas, qua Domino Deo adheretur. Ad quam quidem adhesionem charitativam omnis homo de necessitate salutis tenetur; quod sit præceptorum obseruantia, & diuinæ voluntatis conformitate: quorum obseruantia excludit omne quod repugnat charitatis essentia & habitui; cuiusmodi sunt peccata mortalia. Religiosi verò adstrinxerunt se etiam ad Euangelicam perfectionem, atque ad ea quæ supererogationis & consilij sunt, per quæ expeditius ad vltimum finem, qui Deus est, peruenitur: per quorum obseruantiam excluduntur ea etiam quæ impediunt actum seu feruorem charitatis; quò minus possit quis in Dominum Deum ferri, cuiusmodi sunt abrenuntiatio omnium rerum, corporis insuper & animæ, professionis dumtaxat voto excepto. Quoniam quidem spiritus cum sit Dominus Deus, & eos qui adorant eum

in spiritu & veritate oportet adorare; id est, cognitione & amore, intellectu & affectu, ab omnibus palpamentibus nudis. Hinc est & illud Marth. 6. Cum adoraueris, intras cubiculum tuum, id est, cordis tui intima: & clauso ostio, scilicet sensuum tuorum, & inibi corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta ora Patrem tuum in spiritu & veritate in absconso. Quod tunc congruè fit, cum homo ab omnibus aliis fuerit exoccupatus & exutus, & totus intra se receptus; vbi vniuersis & singulis exclusis & obliis, coram Iesu Christo, tacito ore, sola mens desideria sua securè Domino Deo suo fiducialiter pandit, ac per hoc toto cordis & amoris affectu se in eum intimissimis medullis omnium virium suarum sincerissimè ac plenissimè diffundit, & immergit; dilatat & inflammat, & resoluunt in se.

CAPVT II

Qualiter quis omnibus aliis spretis solè Christo inhaereat & intendat.

VERUMTAMEN quicumque talem statum aggredi & ingredi desiderat & satagit, opus est omnino, ut velut clausis oculis & sensibus; de nulla re se penitus implicet aut perurbet; sollicitus sit aut curiosus, sed cuncta tanquam impertinentia & noxia ac perniciofa funditus excutiat: deinde se totum intra se recipiat, nec aliud vniquam obiectum inibi mente attendat, quam solum Iesum Christum.



sum vulneratum; sicque per eum in eum, id est, per hominem in Deum, per vulnera humanitatis ad intima diuinitatis suæ, sedulo & obnoxie intendat: ibique se suaque singula ac cuncta, indiscussè, suæ infatigabili prouidentia committat expedite & securè, iuxta illud Petri: *Omnes sollicitudines prouidentes in eum*, qui potest omnia. Et iterum: *Nihil solliciti sitis. Et rursus: Iacta cogitatum tuum in Dominum, & ipse te eruet.* Et iterum: *Non absterere Deo, bonum est.* Et: *Providebit Dominum in conspectu meo semper.* Et Sponsa in Canticis: *Inueni quem diligit animam meam, quippe uenerunt mihi omnia bona pariter cum illa.* Nempe hic est thesaurus ille celestis absconditus, nec non margarita pretiosa, quæ præ omnibus comparata fiducia humili, conatu instatissimo, taciturnitate tranquilla, etiam usque ad corporalis commodi, laudis vel honoris iacturam, in fortitudine spiritus quaeritur. Alioquin quid proficit Religiosus, si totum mundum lucretur, & animæ suæ detrimentum patiat? Aut quid reletat status, profissionis sanctitas, perfectionis habitus, tonsura, & exterioris dispositio conuersationis, sine vita in spiritu humilitatis & ueritatis, ubi Christus habitat per fidem charitate formatam? Hinc est illud Lucæ 17. *Regnum Dei intra uos est*, quod est Christus Iesus.

CAPVT III.

Que sit conformitas perfectionis hominis in hac uita.

Porro quanto plus mens sollicita est ad ista inferiora & humana cogitanda & tractanda, tanto plus à superioribus & celestibus per deuotionis intima elongatur: & quanto feruentius ab inferiorum memoria, affectu & intellectu ad superiora sensus colligitur, tanto perfectior erit oratio, & purior contemplatio: quia simul perfectè non potest esse utriusque intenta, quæ sicut lux & tenebræ sunt diuisa. Quippe qui Deo adhæret, uersatur in lumine: qui uero mundo adhæret, in tenebris est. Quia ex re, est hominis in hac uita sublimior perfectio, ita Deo uniri ut tota anima cum omnibus potentiis suis & uiribus in Dominum Deum suum sit collecta, ut unus fiat spiritus cum eo, & nihil meminerit nisi Deum, nihil sentiat vel intelligat nisi Deum, & omnes affectiones in amoris gaudio uniri, in sola Conditoris fruitione suauiter quiescant. Imago enim Dei in his tribus potentiis in anima expressa consistit, uidelicet, ratione, memoria, & uoluntate. Et quamdiu illa ex toto, Deo impressæ non sunt, non est anima deiformis iuxta primariam animæ creationem. Forma nempe animæ Deus est, cui debet imprimi, sicut cera sigillis, & signarum signo signatur. Hoc autem nunquam plenè fit, nisi cum ratio perfectè iuxta capacitatem suam illuminatur ad cognitionem Dei, qui est summa ueritas, & uoluntas per-

fectè afficitur ad amandam summam bonitatem, & memoria plenè absorbetur ad intueendum & fruendum æterna felicitate, & ad suauiter & delectabiliter in ea quiescendum. Et quia in horum consummata adeptione consistit gloria beatitudinis, quæ perficitur in patria, liquet quoddam istorum perfectæ inchoatio est perfectio in hac uita.

CAPVT IV.

Qualiter operatio humana debeat esse in solo intellectu, & non in sensibus.

Felix ergo, qui per absterionem continuam phantasmatum & imaginum, ac per introersionem & inibi per sursum-ductionem mentis in Deum, tandem aliquando obliuiscitur phantasmatum quodammodo, ac per hoc consequentes operatur ineriorius nudo ac simplici ac puro intellectu & affectu circa obiectum simplicissimum Deum. Omnia igitur phantasmata, species, imagines, ac formas rerum omnium circa Deum à mente reicias, ut in solo nudo intellectu & affectu ac uoluntate tuum pendeat exercitium circa Deum intra te. Nempe finis omnium exercitiorum hic est, scilicet intendere & quiescere in Domino Deo intra te per purissimum intellectum, & deuotissimum affectum sine phantasmatis & implicationibus. Huiusmodi autem exercitium non fit in organis carnis, & sensibus exterioribus, sed per quod quis homo est: homo uero quis est intellectu & affectu. Et idcirco quamdiu homo cum phantasmatis & sensibus ludit, & eis insistit, uideatur nondum exisse motus & limites bestialitatis suæ, hoc est, illius quod cum bestiis habet commune. Quia illa per phantasmata & per tales sensitiuas seu sensibiles species cognoscunt & afficiuntur, & non aliter, eod quod altiore uim animæ non habeant. Secus est de homine, secundum intellectum & affectum & liberum arbitrium, ad Dei imaginem & similitudinem creato, quibus debet Deo immediate, pure & nude imprimi, & uniri, firmiterque inhaerere. Quamobrem diabolus diligentissimè & maximè conatur impeditere illud exercitium, quantum potest, ex quo est quodammodo præambulū & initium uitæ æternæ, inuidens super hoc homini. Idcirco nititur semper mentem hominis alienare à Domino Deo, nunc per istas, nunc per illas tentationes seu passiones, nunc sollicitudine superflua & cura indiscreta, nunc turbatione, & conuersatione dissoluta, curiositateque irrationabili: nunc per studia librorum subtilium, colloquia aliena, rumores & nouitatem: nunc per aspera, nunc per contraria, &c. Quæ tamen etsi nonnumquam leuia & tamquam nulla uideantur peccata, tamen magna sunt impedimenta huius sancti exercitij & operis. Et ideo, etiam si uilia & necessaria uisa fuerint, siue magna siue parua, ut noxia & pernicioosa illi: co sunt reicienda penitus, & à sensibus pro pellenda. Sinimopere igitur necessarium est,

1. Petri 4.
P. 11. 54.

P. 11. 54.
P. 11. 54.

Cant. 3.
P. 11. 7.

Luc. 17.

ut audita, visa, facta, & dicta, & cetera similia sine phantasmibus, imaginibus & occupationibus recipiantur, nec etiam ex consequenti vel antea vel tunc super hoc phantasmata & implicationes formentur & nutriantur. Et ita quando phantasma non venit ad memoriam & mentem, tunc non impedit hominem, siue in oratione, meditatione, & psalmodia, siue in alia quacumque operatione & exercitatione spiritali, nec rursus iterato occurrerit. Et sic expedite secureque te totum, etiam plene omnia & singula committe infallibili & certissime diuinæ providentiæ cum silentio & quiete, & ipse pugnabit pro te & melius, honestius ac dulcius liberabit te & consolabitur, quam si tu semper die noctue de hoc continue phantasiarētis, & vana vanaque ac captiva mente fame sic & sic, hinc & inde discurretes errabundus, necnon mente & corpore deficiens tempus perderes, & vires stulte ac irrationabiliter consumeres. Cuncta ergo & singula, vnde cumque & qualitercumque occurrentia ortum habeant, sic accipe cum taciturnitate & tranquillitate æquanimiter, quemadmodum de manu paternæ diuinæque providentiæ tibi venient. Nuda igitur te à phantasmibus omnibus rerum corporearum, iuxta tui status & professionis exigentiam, ut nuda mente & sincere inhæreas ei cui te multipliciter & totaliter deuotisti, ut nihil quodammodo possibile sit medij inter animam tuam & ipsum, ut pure fixeque fluere possis à vulneribus humanitatis in lumen suæ diuinitatis.

CAP V.

De cordis puritate, qua est pax omnibus sectanda.

Sigitur recto & securo tramite ac breuiter ad finem beatitudinis viæ & patriæ; gratiæ & gloriæ, petiunt desideras & satagis, tunc interea meare sedulo aspira ad perpetuam cordis mundiciam, & puritatem mentis, ac sensuum tranquillitatem; atque cordis affectum reuollege, & iugiter dehege solum in Dominum Deum, & inter hæc abstrahe te à familiaribus tuis, & ab omnibus hominibus, in quantum in te est, & negotiis huiusmodi propositum tuum impediētibus, semper captans opportunitatem, vbi & quando possis locum, tempus, & modum reperire quietis ac contemplationis, carpens silentij secretæ, presentisque seculi vitæ naufragia, necnon petisrepentis mundi fugere perturbationes. Quæ de re omni tempore puritati, munditiæ, ac quieti cordis principaliter stude; videlicet continue, velut clausis carnalibus sensibus, in temetipsum conuertaris, & cordis ostia à fornicibus & phantasmibus sensibilibus, & imaginationibus terrenorum, quantum possibile est, habeas diligenter serrata. Nempe cordis puritas, inter omnia exercitia spiritalia quodammodo (tanquam finalis intentio, ac laborum omnium retribu-

tio, quam in hac vitæ spiritalis quisque & verè religiosus recipere consuevit) sibi vendicet principatum. Idcirco cor tuum, sensus, & affectum, cum omni diligentia, solertia & conatu, absoluas ab his omnibus que libertatem ipsius possent inuadere, insuper ab omni re mundi possibilitatem habente alligandi & vincendi re. Sicque cunctas dispersiones cordis, & affectiones mentis, in vnum verum, simplex, & principalissimum bonum recolligere, & intra te tanquam in vno loco recollectas habere agoniza, ac per hoc rebus diuinis Deoque mente semper inhærerere, atque derelicta fragilitate terrena cor ad superna in intimis tuis in Iesu Christo iugiter transformare conare. Quapropter si incipis te nudare & purificare à phantasmibus, & imaginibus, & simpliciter & tranquillare fiducialiter in Domino Deo cor tuum & mentem tuam, ut haurias & sentias fontem diuini beneplaciti in omnibus interioribus tuis, & per bonam voluntatem sis Deo vnitus in intellectu, sufficit tibi hoc pro omni studio & lectione sacræ Scripturæ, & ad dilectionem Dei & proximi, ut vnctio docet. Omni igitur studio, conatu, & labore simplifica cor tuum, ut à phantasmibus immobilis & tranquillus conuertaris, & res in Domino semper intra te, tanquam si anima tua sit in illo Nunquam æternitatis, id est, diuinitatis, taliter scilicet, ut amore Iesu Christi, de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta te ipsum deseras, & totum te Deo in omni tribulatione & euentu totaliter plene committas, eiusque voluntati & beneplacito parere semper & patienter affectus. Quod ut fiat, necesse est, ut frequenter ad cor redeas, & in eo persistas, & ab omnibus, quantum possibile est, te ipsum absoluas: mentis oculum semper in puritate & tranquillitate custodias: intellectum à phantasmibus & formis rerum infimarum præternis: voluntatis affectum à curis terrenorum penitus absoluas, & summo vero bono amore seruido radicatus inhæreas; memoriam quoque iugiter habeas sursum eleuatam, & in ipso eodem vero summo bono ac solo essentiali & increato firmiter stabilitam: ita dumtaxat, ut tota anima cum omnibus potentiis & viribus suis in Deum recollecta, vnus fiat spiritus cum eo, in quo summa perfectio vitæ consistere cognoscitur. Hæc verò vnitas spiritus & amoris est, quo homo omnibus vocis supernæ & æternæ voluntati conformis efficitur, ut sit per gratiam, quod Deus est per naturam. Inter hæc animaduertendum, quod in eo ipso momento, quo quis suam Dei auxilio potest vincere voluntatem, id est, inordinatam amorem aut zelum à seipso abicere, sic scilicet, ut Domino Deo de omni sua necessitate audeat place, totaliter confidere, hoc ipso facto intantum Deo complacet, ut sibi ei gratiam largiatur, & per ipsam gratiam veram sentiat charitatem & dilectionem, omnem ambiguitatem & cinerem expellentem in Deoque confidenter sperantem, itaque nihil beatius esse potest, quam omnia in illo ponere, in quo nullus est defectus. Proinde quando sitas in te, & non sitas, proice

proiice te totum in Deum secure, & suscipiet te, sanabit & saluabit te. Hæc si continè in- tra te veraciter reuolueris, plus tibi ad bea- tam vitam conferent, quam omnes diuitiæ, deliciae, honores, insuper & omnis sapientia & scientia huius sæculi fallacis, & corruptibilis mundi & vitæ, etiam si in his excelleres omnes qui vniquam fuerunt.

CAPVT VI.

Quod adhaerere debet homo deuotus Deo, mandato intellectus & affectus.

ET quia quanto magis te nudaueris à phantasmatis & implicationibus exterioribus mundanis & sensibilibus, tanto magis anima tua recuperabit vires & interiores sensus suos, vt sapiant ei quæ sursum sunt: disce ergo abstinere à phantasmatis & imaginibus rerum corporalium, quia super omnia placet Deo mens nuda ab huiusmodi formis & speciebus, cuius etiam deliciae sunt esse cum filiis hominum, videlicet qui à talibus occupationibus & distractionibus & passionibus tranquilla, pura & simplici mente sibi intendunt, vacant & adherent. Alioquin si in talibus memoria, imaginatio & cogitatio tua sæpe vacat, necesse est, vel rebus nouis, vel reliquiis antiquorum deliniri, vel secundum alia obiecta variè qualificari. Vnde Spiritus sanctus auert se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu. Verus itaque Iesu Christi amator sic debet esse vnitus intellectu per bonam voluntatem diuinæ voluntati & bonitati, & nudus ab omnibus phantasmatis & passionibus, vt non aduertat si derideatur, diligatur, vel quidquid sibi inferatur. Voluntas namque bona omnia complet, super omnia est. Vnde si voluntas adsit bona, & Deo in intellectu pure conformis & vnita fuerit, non nocet si caro & sensualitas & exterior homo moueatur ad malum, & torpeat ad bonum, aut etiam si interior homo torpet deuotionem affectare, sed tantum fide & bona voluntate adherere debet Deo in intellectu nude. Et hoc facit, si omnem imperfectionem & nihilitatem suam animaduertat, & cognoscat bonum suum in solo Creatore consistere, & cum suis potentiis & viribus se ac cunctas creaturas relinquit, atque ex toto & totum se in Creatorem suum immergit, ita quod omnes operationes suas dirigat pure ex toto in Dominum Deum suum, nec extra eum quidquam querit, in quo percipit inuenisse omne bonum, & omnem felicitatem perfectionis. Et sic transformatur quodammodo in Deum, quod nec cogitare, nec intelligere, nec amare, nec memorare potest, nisi Deum pariter & de Deo: creaturas autem alias & seipsum non videt, nisi tantum in Deo, nec diligit nisi solum Deum, nec memoratur de eis vel de se, nisi in Deo. Hæc vero cognitio veritatis semper facit animam humilem, seipsam, non alium iudicantem: sed e contra mundana sa-

piencia facit animam superbam, vanam, turgidam, & vento inflatam. Sit itaque hæc spiritalis & fundamentalis doctrina, quod accedens ad Dei notitiam, seruitium & familiaritatem, & si vis Deum veraciter possideres, necesse est, quod cor tuum denudes omni amore sensibili, non tantum cuiuscumque personæ, sed etiam cuiuscumque creaturæ, vt simplici ac toto corde, secundum omne tuum posse, tendas in Dominum Deum tuum creatorem, libere, absque omni duplicitate, cura & sollicitudine, plena fiducia in sola eius prouidentia de omnibus.

CAPVT VII.

Qualiter cor sit recolligendum in se.

PRæterea, sicut dicitur in libro De Spiritu & anima cap. 21. ascendere ad Deum, hoc est intrare in seipsum. Qui enim interius intrans, & intrinsecus penetrans seipsum transcendit, ille veraciter ad Deum ascendit. Ab huius ergo mundi distractionibus cor nostrum colligamus, & ad interiora gaudia reuocemus, vt aliquando in diuinæ contemplationis lumine hoc figere valeamus. Nam hæc est vita & requies cordis nostri, cum in Dei amore per desiderium figitur, & eius consolatione suauiter reficitur. Sed quod in huius rei experimentali degustatione multipliciter impedimur, & nequaquam ad ipsum pertingere sufficimus, ratio in promptu est, quia mens humana sollicitudinibus distracta, non intrat se per memoriam, phantasmatis obumbrata; non redit ad se per intellectum, concupiscentis illecta, ad seipsam nequaquam reuertitur per desiderium suauitatis internæ & lætitiæ spiritualis: ita totaliter in his sensibilibus & presentibus iacens, non potest ad se tanquam ad imaginem Dei intrare. Oportet ergo & necesse est, vt cum humilitatis reuerentia ac fiducia nimia mens eleuet se supra se & omne creaturam per abnegationem omnium, & vt dicat intra se: Quem ex omnibus, & præ omnibus, & super omnia quero, diligo, appeto, & desidero, non est sensibilis neque imaginabilis, sed super omne sensibile & intelligibile: nullo vniquam sensu est perceptibilis, sed pleno desiderio totus desiderabilis: non insuper est figurabilis, sed intimo affectu perfectissime appetibilis: non est estimabilis, sed mundo corde totus affectibilis, quia super omnia amabilis & delectabilis, infiniteque bonitatis & perfectionis. Et tunc fertur in mentis caliginem, & altius intra se eleuatur, & profundius ingreditur. Et hic modus ascendendi vsque ad ænigmaticum contritum sanctissimæ Trinitatis in vnitate, vnitatis in Trinitate, in Iesu Christo, tanto est ardentior: quanto vis ascendens illi est intimior, & tanto fructuosior, quanto affectu proximior. Quipe in spiritualibus illa sunt superiora quæ intimiora, quoad experientias spirituales. Quapropter

Quapropter numquam desistas, numquam quiescas, donec futuræ illius plenitudinis aliquas (vt ita dicam) archas seu experientias degustes, & donec diuinæ suauitatis dulcedinem per quarulascumque primitias obtineas, & in odorem ipsius post eam currere non desinas, donec videas Deum deorum in Sion. In spiritali enim profectu, & cum Dei intra te vnione & adhæsiōe, non quiescas, nec retrocedas, donec assecutus fueris quod intendis. Exemplum huius accipe in simili ab ascendentibus montem naturalem. Si enim spiritus noster, in his quæ deorsum transeunt, se per cupidinem immerferit; statim per infinitas distractiones & itinera obliqua rapitur, & à se quodammodo diuisus dissipatur, & quasi in tot spargitur, quot ea sunt quæ per desideria concupiscit. Hinc motus sine stabilitate, cursus sine perueniente, labor sine requie. Si verò cor & spiritus noster ab hac infimorum infinita distractione, quæ deorsum est, per desiderium & amorem se traxerit, & hæc infima deserens paulatim se intra se in vnum immutabile sufficiens bonum colligens, secum esse didicerit, & ei inseparabiliter quodam affectu inhæserit; tanto amplius in vnum colligitur & fortificatur, quanto magis agnitione & desiderio sursum eleuatur, & in ipso vero summo bono intra se habitatur, donec tandem omnino immutabilis fiat, & ad illam veram vitam, quæ ipse Dominus Deus est, immutabiliter perueniat: vt perpetuo, sine omni mutabilitatis & temporis vicissitudine, requiescat iam in illo intrinseco, & quieto, ac secreto diuinitatis manetio, perfecte collocatus intra se in Christo Iesu, qui est via ad se venientibus, veritas, & vita.

CAPVT VIII.

Quomodo in quolibet euentu homo deuotus se debeat Deo committere.

CREdo iam & arbitror, quod ex hucusque credentis cognoscat, quod quanto magis magisque te nudaueris à phantasmatis, & omnibus rebus mundalibus & creatis, ac per bonam voluntatem intellectu Deo vnitus fueris, tanto magis ad statum innocentie & perfectionis appropinquas. Quo quid melius? quidve felicitius ac iucundius? Super omnia ergo valet, vt teneas mentem nudam sine phantasmatis & imaginibus, & à quibuscumque implicationibus, vt nec de mundo, nec de amicis; nec de prosperis, nec de aduersis, presentibus, præteritis, vel futuris, in te nec in alijs, nec etiam nimis de proprijs peccatis solliciteris: sed cum quadam puritatis simplicitate te esse cum Deo extra mundum nude cogita, ac si anima tua iam esset in eternitate extra corpus separata, vtique non tractaret secularia, nec curaret de statu mundi, nec de pace, nec de guerra, nec de sereno, nec de pluuia, & plane nec de aliquo huius sæculi, sed soli Deo conformiter totaliter intenderet, vacaret, &

D. Alb. Mag. de Adhærendo Deo.

inhæretet. Sic suo modo vel nunc relinque corpus tuum, & omnia presentia & futura creata, & desige aciem mentis ac spiritus tui fixe, secundum omne tuum posse, nude & expedire, in illud increatum lumen. Et sic ab omnibus phantasmatis & inuolutionibus ac obnubilationibus depuratus sit spiritus tuus, tanquam Angelus corpori alligatus, qui per operationem carnis non impeditur, nec cogitationibus vanis ac vagis implicatur. Fortiter ergo se spiritus contra quasumque tentationes, vexationes, iniurias, vt æquanimiter inconcusus in vtraque fortuna perseveret in Deo. Et cum adest turbatio, aut acedia, vel mentis confusio, non propterea insolescas; aut pusillanimitas sis, nec propter hoc curas ad orationes vocales, aut alias consolationes; sed hoc solum vt resuscites te per voluntatem bonam in intellectu, vt adhæreas Deo mente, velit nolit sensualitas corporis. Deuota namque anima sic debet esse cum Deo vnita, & suam voluntatem diuinæ voluntati tam conformem habere & facere, quod se cum nulla creatura occupet, seu adhæreat, sicut dum non erat creata; ac si nihil sit præter solum Deum, & ipsam animam. Et sic vnitas & singula æquanimiter de manu diuinæ prouidentie secure & infallibiliter accipiat, sustinens vniformiter in omnibus Dominum in patientia, tranquillitate, & silentio. Quæ de re nudare mentem ab omnibus phantasmatis super omnia valet ad vitam spiritalem, vt sis per bonam voluntatem vnitus Deo in intellectu & conformis. Præterea nihil erit medium inter te & Deum, quod sic patet, quia nec res aliqua ab extra erit medium, cum per totam voluntatem vnitas ablatam sit omnis rei possessio vsque ad vltimum, & per castitatis votum corpus, & per obedientiam voluntas, & ipsa anima; & sic quodammodo nihil relinquitur, quod mediatur inter te & Deum. Quod autem Religiosus sis, probat professio ipsa, statum tuum, & nunc habitus tuus, & consuetudo, & similia huiusmodi: sed an factus, an verus Religiosus sis, tu videris. Animaduerte ergo, quam graniter degeneres & pecces in Dominum Deum tuum, & in omnem eius iustitiam, si secus egeris, & creaturæ potius quam Creatori ipsi voluntate & amore inhæris, creaturam præponens Creatori.

CAPVT IX.

Contemplatio in Deo, quatenus omnibus alijs exercitijs est præponenda.

ET quia omnia circa Deum sunt effectus & opus ipsius Creatoris, habentia posse & esse, & quidquid sunt & possunt, limitatum, & vt ex nihilo producta nihilitatis circumdata, & ex se ad nihilum tendentia; necessariò momentis singulis suum existere, conseruari, operari, & si quid in eis est; & sic

per omnia ab ipso summo opifice Deo recipitur, tanquam verè ex seipſis ſibi & aliis insufficientia, ad cuius operationem ſunt, ſicut nihil ad aliquid, finitum ad infinitum. Quapropter in ſolo eo, & circa eum, & propter eum, & in eum ſit omnis recta noſtra contemplatio, vita, & operatio: qui etiam vno voluntatis nutu poſſet & ſciret in infinitum omnibus modo creatis perfectiora producere. Nulla ergo, ſive ſecundum intellectum, ſive ſecundum affectum, contemplatio & amoris fruitio vtilior, perfectior, & felicior, quam in ipſo Deo creatore ſummo & vero bono, à quo, in quo, per quem, & ad quem omnia: ſibi & omnibus ſufficiens eſt in infinitum, qui omnium in ſe continet perfectiones ſimpliciſſimè ab æterno, in quo nihil quod non ſit ipſe: apud quem, & per quem, omnium inſtabilium ſtant cauſæ: in quo omnium mutabilium immutabiles manent origines, necnon omnium rationalium, irrationaliumque, arque temporalium in eo ſempiternè viuunt rationes: qui omnia complet, vniuerſa ſingulaque ſe toto eſſentialiter implet: cuique rei intimior eſt & præſentior per eſſentiam, quam res ſibiipſi: in quo omnia ſimul ſunt vnita, & in eo ſempiternè viuunt. Præterea ſi ex inſirmitate, aut inuſitatione intellectus, quis magis tenetur in creaturis contemplari, tunc hæc optima, vera, & fruſtuofa contemplatio videtur homini mortali poſſibilis, vt ſaltem in cunctis ſuis contemplationibus & meditationibus, ſive circa creaturas, ſive circa Creatorem ſunt, conſurgat delectatio in ipſo Creatore Deo vno & trino intra ſe, vt inardeſcat ignis diuini amoris, & verè vitæ in ſe, & in aliis, ad meritum felicitatis æternæ vitæ. Animaduertenda eſt etiam in hoc differentia inter contemplationem Catholicorum fidelium, & Philoſophorum gentilium: quia contemplatio Philoſophorum eſt propter perfectionem contemplantis, & ideo ſiſtit in intellectu, & ita finis eorum in hoc eſt cognitio intellectus. Sed contemplatio Sanctorum, quæ eſt Catholicorum, eſt propter amorem ipſius, ſcilicet contemplati Dei: idcirco non ſiſtit in fine vltimo in intellectu per cognitionem, ſed tranſit ad affectum per amorem. Vnde Sancti in contemplatione ſua habent amorem Dei tanquam principaliter intentum, quia felicitus eſt etiam Dominus Ieſus Chriſtus cognoscere, & habere ſpiritualiter per gratiam, quam ſine gratia corporaliter, vel etiam eſſentialiter. Porro dum anima ab omnibus abſtrahitur, & in ſeipſam reflectitur, contemplationis oculis dilatatur, & ſe ſcalam erigit, per quam tranſeat ad contemplandum Deum. Ex qua contemplatione anima inardeſcit ad bona cæleſtia & diuina, & ad æterna, & omnia temporalia à longe profpicit tanquam nihil ſint. Vnde quando in Deum procedimus per viam remotionis, primo negamus ab eo omnia corporalia & ſenſibilia & imaginabilia, ſecundo, etiam intelligibilia, ad vltimum, hoc ipſum eſſe ſecun-

dum quod in creaturis remanet. Sic quantum ad ſtatum viæ pertinet optime Deo coniungimur, ſecundum Dionyſium. Et hæc caligo, quam Deus inhabitare dicitur, quam Moyses intrauit, ac per hanc ad lucem inacceſſibilem. Verum non prius quod ſpirituale, ſed quod animale: ideo conſueto ordine procedendum eſt à labore actionis ad quietem contemplationis, à virtutibus moralibus ad theoreticas & ſpeculatiuas. Denique, o anima mea, quid occuparis circa plurima ſuperuacua, & ſemper in his egere? Intende & ama hoc vnum optimum bonum, in quo omne bonum, & ſufficit. Infelix ergo, qui omnia ſcit præter ipſum & habet, ipſum autem neſcit. Et ſi hæc omnia & ipſum ſciat, non propter hoc, ſed propter ipſum beator. Vnde Ioannis 17. *Hæc eſt vita æterna, vt cognoscant te, &c.* & Propheta: *Satiabor cum apparuerit gloria tua.*

Lib. de myſtica Theologia.

Ioan. 17. Psal. 16.

CAPVT X.

Actualis deuotio & ſenſibilis non tantum curanda eſt, ſicut voluntate Deo adhaerere.

Præterea non multum cures actualem deuotionem, aut ſenſibilem dulcedinem, vel lacrymas, ſed tantum per bonam voluntatem in intellectu ſis mente cum Deo intrate vnitus. Quippe ſuper omnia placet Deo mens nuda à phantaſmatibus, id eſt, imaginibus, ſpeciebus, ac ſimilitudinibus rerum creaturarum. Decet namque monachum eſſe alienum ab omni creatura, vt ſoli Deo intra ſe nudè & expedite intendat, vacet, & adhaereat. Quamobrem abneget ſemetipſum, vt nudè ſequaris Chriſtum Dominum Deum tuum, qui vere pauper, obediens, caſtus, humiliatus eſt, & paſſus: in cuius etiam vita & morte multi ſcandalizati fuerunt, vt liquet ex decurſu Euangelij. Præterea, anima ſeparata à corpore non aduertit, quomodo aut quid agatur de ſuo corpore derelicto, ſive comburatur, ſive ſuspendatur, ſive maledicatur, & nihil propter has iniurias corpori illatas contriſtatur, ſed ſolum cogitat illud Nunc æternitatis, & illud vnum quod dicit Dominus in Euangelio neceſſarium. Sic & tu te habeas ad corpus tuum, quaſi iam non ſis in corpore, & cogita ſemper de æternitate animæ tuæ in Deo, & dirige ſedulo cogitatum tuum in illud vnum de quo Chriſtus dixit: *Porro vnum eſt neceſſarium.* & ſenties ex hoc magnam gratiam, ad mentis nuditatem & cordis ſimplificationem acquirendam. Veruntamen iſtud vnum eſt tibi præſentiſſimum, ſi te nudaueris à phantaſmatibus, & quibuſcumque aliis implicationibus, moxque ſenties ſic eſſe, videlicet te nuda & expedite mente vacare & adhaerere Deo: & ſic eris inuictus etiam in omnibus qualitercumque inferri poſſunt, ſicut & ſancti Martyres, Patres, & electi, beati que omnes

Luce. 10.

nes: qui, deſpectis omnibus, ſolum cogitant animæ ſecuritatem & æternitatem in Deo; & ita armati intus, & per bonam voluntatem Deo vniti, omnia mundi ſpreuerunt, ac ſi omnino anima iam diuiſa eſſet à corpore. Ex his ergo pendere, quantum poſſit bona voluntas cum Deo vnita, imo per illam animæ impreſſionem in Deo, vt per eius à carne virtuales & ſpirituales diuiſionem, anima quodammodo reſpiciat à longè hominem exteriorem ſuum tanquam non ſum; & ſic vilipendit omnia quæ inferuntur ſibi vel carni ſuæ, ac ſi fierent alteri, vel non homini. Qui enim adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cum eo. Nunquam ergo audeas omnino coram Domino Deo tuo intra te aliquid cogitare, vel imaginari, quod coram hominibus erubeſceres vel audiri, vel videri, propter Dei reuerentiam principalem. Eſt etiam hoc iuſtum, omnem tuam cogitationem & cogitationem ad ſolum Deum erigere: cumque, tanquam nihil aliud præter ipſum ſit, ſola mentis acie intueri, ſicque inhærendo frui, quod eſt perfecta inchoatio vitæ futuræ.

CAPVT XI.

Qualiter tentationibus ſit reſiſtendum, & tribulationes qualiter ſuſtinenda.

Proinde nemo accedens ad Deum vero & integro corde eſt, quin vexationibus & tentationibus probeatur. Idcirco in omnibus tentationibus vel hoc obſeruetur, vt ſi ſentiar, non conſentiar, & patienter ac æquanimiter cum humilitate & longanimitate portetur. Si verò blaſphemie ſint & turpiſſimæ, hoc omnino firmiter teneas, quod nihil melius aut verius contra eaſdem facere poſſes, quam omnino huiusmodi phantaſias pro nihilo reputare: quamquam blaſphemie nequiſſimæ & fediffimæ & horribiles ſint, ſolum non cura eas, ſed pro nihilo reputa & contemne, & tibi non imputa, nec velis tibi ſuper huiusmodi conſcientiam formare. Fugiet proculdubio inimicus, ſi eum ſic & ſuas factiones contempſeris. Superbus enim eſt valdè, non patitur ſe contemni & ſperni. Omnino ergo talia penitus non curare, ſummum eſt remedium, ſicut de muſcis volantibus coram oculis contra voluntatem. Proinde ergo ſeruus Ieſu Chriſti, tam facile non importune fugere à facie Domini, & hinc inde indignari, murmurare, & querulari ſuper vnus muſcæ vexatione, videlicet leuis tentationis, ſuſpicionis, triſtitie, & detractionis, inſufficientie, & euuſuſque aduerſitatis, cum ſola manu bonæ voluntatis in Deum ereſte poſſunt omnia hæc fugari. Nempe per bonam voluntatem habet homo Deum in poſſorem, ſanctos Angelos cuſtodes & protectores. Insuper & per bonam voluntatem omnis tentatio ſuperatur, ſicut muſca manu de caluitie capite.

D. Alb. Mag. de Adhærendo Deo.

ſis fugatur. Pax ergo hominibus bonæ voluntatis. Proinde ergo nec aliquid ditius offeratur Deo bonæ voluntatis. Quippe bona voluntas in anima, eſt origo omnium bonorum, & omnium mater virtutum, quæ qui habere incipit, ſecum habet quicquid ei ad bene viuendum opus eſt. Si ergo volueris bonum, & non potes, factum Deus contempſerit. Agitur ſecundum hoc æterna lex incommutabili ſtabilitate firmata, vt in voluntate meritum ſit: in beatitudine, aut in miſeria, præmium atque ſupplicium. Dilectio enim eſt magna voluntas Deo ſeruendi, dulcis affectus Deo placendi, ſeruentiſſimum deſiderium Deo fruendi. Demum tentari non eſt peccatum, ſed materia exercendæ virtutis, vt homo ad multa bona proficiat tentatione, cum tota vita hominis ſuper terram tentatio cenſetur.

CAPVT XII.

De amore Dei, quàm efficax ſit.

Nimvero omnia ſupradicta, & quæcumque ſaluti neceſſaria, non melius nec propinquius, nec ſalubrius perfici poſſunt, niſi per amorem: per quem ſupplicia poſſunt omnia neceſſaria ad ſalutem indigentia, & in eo habetur omnis boni abundantia, nec deſiderij ſummi deſiderij præſentia. Quippe ſolus amor eſt, quò conuertimur ad Deum, transformamur in Deum, adhaeremus Deo, vnimur Deo, vt ſimul vnus ſpiritus cum eo, & beatificemur hic in gratia, & ibi in gloria, ab eo, & per eum. Amor enim ſi ſeruat quietem, niſi in amato, quod ſi eum abſtinet ipſum poſſeſſione plenarie atque ſpecifica. Nempe amor ipſe, qui & charitas, eſt via Dei ad homines, & via hominum ad Deum, & manſionem Deum habere non poſſit, ubi charitas non eſt. Si igitur charitatem habemus, Deum habemus, quia Deus charitas eſt. Proinde nihil amore acutiſ, nihil ſubtilius aut penetrabilius: nec quietiſ, donec naturaliter coram amabiliſ penetraverit virtutem & profunditatem ac totalitatem, & vnum ſe vult facere cum amato, & ſi fieri poſſit, vt hoc idem ipſe ſit quod amatur. Et ita nullum patitur medium inter ſe & obiectum dilectum quod amat, quod eſt Deus, ſed vehementer tendit in eum, & in quantum quieteſ, donec omnia tranſeat, & in ipſum in ipſum vniam. Eſt enim amor ipſe virtutis virtutis & transformant, transformant amantem in amatum, & econtar, vt ſi vnus amatorum in altero, & e conuerſo, in quantum ſecundum poſſeſt. Quod liquet primo quantum ad vnus apprehenſus, qualiter amorem ſit in amato, videlicet in quantum dulcoris & delectabiliter inuocatur in apprehenſione amicitie, & de regione, prout ſcilicet anima amicitie ſingula quæ ad amatum pertinent, non ſuperſicialiter, ſed intrinſecum diſcernit, & quaſi ad interiora eius ingredi. Sed quantum ad virtus appetitiuas & affectiuas, amatum dicitur

E 2

in amante, prout videlicet est in affectuosa eius complacentia, & in iucunda eius delectatione interius radicata: è conuerso, amans est in amato, toto desiderio & conformitate secundum idem velle & nolle, & in eodem gaudere & tristari, tanquam idem ipse. Trahit enim amor (quasi foris est ut mors dilectio) amantem extra se, & collocat eum in amato, faciens ei intimissime inhærere. Plus enim est anima vbi amat, quam vbi animat; quia sic est in amato secundum propriam naturam, rationem, & voluntatem: sed in eo quod animat, tantum est secundum quod est forma; quod etiam brutis conuenit. Non est ergo aliud quod nos ab exterioribus sensibilibus intra nos, & exinde in Iesu Christi intima & diuina trahit, quam amor Christi, quam desiderium dulcedinis Christi, ad sensendum, percipiendum, & degustandum præsentiam diuinitatis Christi. Non itaque aliud est quam amoris vis, quæ etiam animam de terris ad fastigia cæli celsa perducit. Nec ad summam beatitudinem quis peruenire potest, nisi amore & desiderio prouocante. Ipse etiam amor est vita animæ, vestis nuptialis, & perfectio ipsius, in quo omnis lex & Prophetæ, & Domini edictum pendet. Vnde Apostolus ad Romanos: *Plenitudo legis est dilectio*. Et prima ad Timotheum: *Finis præcepti est charitas*.

Cant. 8.

Rom. 7.
1. Tim. 1.

CAPVT XIII.

Orationis qualitas & utilitas: & quomodo cor sit recolligendum intra se.

Præterea, cum ad hæc & ad quæcumque alia bona omnino sumus ex nobis insufficientes, nec aliquid de nobis ipsi Domino Deo: à quo solo omne bonum exhibere possumus, quod non sit prius suum, solo vno excepto, quod superest, quemadmodum ipse per se benedicto suo ore etiam & exemplo nos instruere dignatus est, vt videlicet in omni casu & euentu ad ipsam orationem recurramus, sicut rei, miseri, pauperes, mendici, infirmi, inopes, subditi, serui, & filij, ac totaliter in nobis ipsis desolati, humillima mentis prostratione, in timore & amore, recollectè & compositè, maturo, vero, nudoque affectu erubescentiæ, cum magnitudine desiderij & ardore, necnon in gemitu cordis, & simplicitate & sinceritate mentis, supplicemus & exponamus ipsi plena cum fiducia vndique nobis imminetia pericula; ita dumtaxat, vt expedite, secure, & nude nos ei totaliter vsque ad vltimum fideliter committamus, & offeramus, tanquam verè & per omnia sui, nihil nobis ipsis referuantes, vt impleatur in nobis illud beati patris Isaac, qui loquitur de hac ipsa oratione, dicens: Tunc erimus vnum in Deo, & Dominus Deus erit in nobis omnia in omnibus & solus, quando illa sua perfecta dilectio, qua prior ille nos dilexit, in nostri quoque cordis transierit affectum. Quod ita

fiet, cum nobis omnis amor, omne desiderium, omne studium, omnis conatus, denique omnis cogitatio nostra, omneque quod videmus, loquimur, quodque speramus, Deus erit, illaque vnitas quæ nunc est Patris cum Filio, & Filij cum Patre, in nostrum fuerit sensum mentemque transfusa: vt quemadmodum ille nos sincera & pura atque indissolubili charitate diligit, nos quoque ei perpetua & inseparabili dilectione iungamur; ita scilicet eidem copulati, vt quidquid speramus, quidquid intelligimus, quidquid loquimur & oramus, Deus sit. Hæc ergo intentio, hic conatus, & finis spiritualis hominis esse debet, vt imaginem futuræ beatitudinis in hoc corruptibili corpore possidere mereatur, & quodammodo artham illius cælestis beatitudinis & conuersationis & gloriæ incipiat in hoc sæculo prægustare. Hic, inquam, finis totius perfectionis est, vt eo vsque extenuata mens ab omni situ carnali, ad spiritualia quotidie subleuetur, donec omnis conuersatio, omnisque voluntas cordis, vna & iugis efficiatur oratio. Cumque ita mens, deposita face terrena, ad Deum, in quo solo semper defixa debet esse intentio spiritualis hominis, respirauerit (cui ab illo summo bono vel parua separatio, mors præsens ac perniciosissimus interitus est credendus) præmissaque fuerit tranquillitate fundata, vel ab omnium carnalium passionum nexibus absoluta, & illi vni summoque bono tenacissima adhæsit intentione, Apostolicum illud implebit: *Sine intermissione orate, & in omni loco, leuantes puras manus, sine ira & disceptatione*. Hac enim puritate (si dici potest) sensu mentis absorpto, ac de terreno situ ad spiritualem siue angelicam similitudinem transformato, quidquid in se receperit, quidquid tractauerit, quidquid egerit, purissima atque sincerissima oratio erit. Hæc proinde si continuaueris indistruptè, quemadmodum vsque ab initio disturbumus, erit tibi in tua introuersione & recollectione iam facile ac promptum contemplari ac frui, sicut viuere in natura.

1. Tim. 5.
1. Tim. 3.

CAPVT XIV.

Conscientiæ attestatio in omni iudicio requirenda est.

Demum ad spiritualem mentis perfectionem, puritatem, & tranquillitatem in Deo consequendam, non mediocriter ad hoc proficere videtur, vt in omni quod de nobis dicitur, sentitur, & agitur, semper tacite ad interiora mentis arcana recurramus, & inibi ab omnibus alio abstracti, & intra nos totaliter recollecti, statuamus nos in cognitionem veritatis ante nos, & vtrique iuuenimus atque videbimus penitus nihil proficere nobis, sed plurimum obesse, si laudati vel honorati ab extra fuerimus, & ab intra in veritatis cognitione de nobis culpabiles & rei existimus. Et sicut tunc nihil prodest, si quempiam ab extra homines laudant, & conscientia

CAPVT XV.

Contemptus sui, qualiter causetur in homine, & quam utilis sit.

Proinde quanto quis vilitatis suæ cogitor est, tanto plus & limpidius diuinæ maiestatis est inspector: & quanto aliquis propter Deum, veritatem & iustitiam, sub ipsi in oculis suis est vilior, tanto in oculis Dei est pretiosior. Quapropter studeamus toto desiderij conatu nos vilissimos reputare, & credere indignos omni beneficio, nobis displicere, soli Deo placere, ab aliis indignissimi & vilissimi reputari: insuper super tribulationibus, afflictionibus, & iniuriis non moueri, nec super huiusmodi inferentes conturbari, nec cogitationibus contra eos inuolui, vel indignari, sed æquo animo credere velis, nec cunctis iniuriis, vilipensionibus, flagellis, & derelictionibus esse dignum. Nam re vera, qui vere secundum Deum ponitur & luget, ille ab omnibus honorari ac diligere abhorret, nec subterfugit nec tenuit se quodammodo odiri, conculari, despici, vsque in finem, vt vere humilietur, & puro corde soli Domino Deo sincere adhæreat. Verumtamen ad Dominum Deum solum diligendum, & seipsum super omnia abhorrendum, & ab aliis appetere vilipendi, non requiritur labor extrinsecus, nec corporis valetudo, sed potius solitudo corporis, labor cordis, & quies mentis, vt scilicet labore cordis, & affectione mentis intimæ surgat, & corporaliter se ab illis infimis euellat, & sic ad cælestia & diuina surgat & ascendat. Nempe hoc facientes, mutamus nos in Deum: & præcipue tunc fit, quando ex corde eligimus, sine iudicio, damnatione & contemptu proximi; nos vt peripsam & opprobrium ab omnibus estimari, imò ab omnibus tanquam lurum foedum abhorreri, quam quibuscumque delicijs abundare, vel ab hominibus honorari aut eleuari, seu qualicumque corporali & transitoria sospitate vel commodo perfrui, nec aliam præsentis huius mortalitatis & corporalis vitæ consolationem desiderare, quam nostras offensiones, culpas, & peccata sine intermissione lugere, deplangere, & plorare, perfecte nos vilipendere & annihilare, & de die in diem ab aliis magis magisque viliores haberi, & in omni vilitate indigni in nostris oculis quotidie fieri, vt soli Deo placeamus, cumque solum diligamus, sicque ei adhæreamus: nec circa aliquid velimus affici, nisi solum circa ipsum Dominum Iesum Christum, qui solus iaceat in nostro affectu; nec de villo sollicitari & curare; nisi de ipso, in cuius ditiohe & providentia vniuersa & singula currunt & subsistunt. Non ergo tuum erit amodo deliciarum, sed vere toto corde lugere. Quamobrem, si non luges, propter hoc luge: si vero luges, pro-

tia ab intra accusata: è regione nihil obest, si ab extra quis contemptus, vituperatus, & persecutus fuerit, ab intra tantum innocens, irreprehensibilis, & innoxius existat: imò quam plurimum super hæc cum patientia, & silentio, & quiete, non immerito in Domino gratulari habet: siquidem nulla nocebit aduersitas, vbi non dominatur iniquitas. Et sicut nullum malum impunitum, ita nullum bonum irremuneratum. Neque cum hypocritis velimus mercedem & præmium expectare, vel recipere ab hominibus: sed solum à Domino Deo, non in præsentem, sed in futuro, non transitorio in tempore, sed in æternitate. Liqueat ergo, quod nec maius aliquid, nec melius, quam semper in omni tribulatione & euentu ire ad interiora mentis secreta, & ibi inuocare ipsum Dominum Iesum Christum, adiutorem in tentationibus & tribulationibus, ac inibi humiliari in confessione peccati, laudare ipsum Deum & Patrem, corripientem & consolantem: insuper & omnia & singula, in se vel in aliis, prospera siue aduersa, æquanimiter accipere, expedite & secure, de manu suæ infallibilis prouidentie aut dispositionis ordinatæ. Ex quibus sequitur etiam peccatorum remissio, amaritudinis expressio, collatio dulcedinis & securitatis, infusio gratiæ & misericordie, attractio & corroboratio familiaritatis, atque abundans in ipso consolatario, firmaque adhesio & vnio. Sed nec velimus imitari eos, qui per hypocrisim, & more Pharisaicò, seiplos carius & aliter videri, haberi & apparere ab extra coram hominibus sarrunt, quam ab intra in veritate de se dixerunt: quod quidam extremæ demeritæ est, sic videlicet querere, appetere aut expectare laudem humanam vel gloriam à se vel ab aliis, cum nihilominus interius repletus sit illecebris & peccatis grauissimis. Et certè qui post huiusmodi vanissima currit, fugient ab eo prædicta bona, & dedecus incurret. Semper ergo præ oculis tuis habeas mala tua, & inidoneitatem tuam, & cognosce te, vt humiliaris, & tanquam peripsam indignissimum, vilissimum, abiectionissimumque ab omnibus haberi non refugas propter grauissima peccata & maxima mala tua. Quæ de te reputa te inter alios, vt scoriam inter aurum, zizaniam inter triticum, paleam inter grana, lupum inter oues, satan inter filios Dei. Sed nec velis reuereri ab aliis, aliique præferri: imò potius toto corde & spiritu fuge virus huius pestilentie, venenum laudis, reputationem iactantiæ & ostentationis, ne videlicet, iuxta Prophetam, laudetur peccator in desiderijs animæ suæ. Et Isaia tertio: *Qui beatum se dicunt, ipsi se decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant*. Et Dominus Luca sexto: *Va cum benedixerint vobis homines.*

Psal. 9.
Isa. 3.
Luc. 6.

pter hoc magis lamentare, quia doloris causam tibi superinduxisti, propter tuas offensiones maximas & peccata infinita. Sicut ergo non sollicitudinem gerit super spicularum dispositionem, qui sententiam suscipit condemnatus, sic qui lamentatur, & efficaciter luget, neque deliciis, neque iræ, aut gloriæ, vel indignationi, vel huiusmodi aliquando attendat. Et sicut alia civium, alia sunt damnatorum habitacula, ita lugentium, & habentium ad penam obligantia delicta, statio & institutio ab innocuis & non obligatis aliena penitus debet esse & remota. Alioquin non esset differentia rei obnoxij & innocentis, in compensatione & satisfactionis pœna, quæ tamen magna erit in prævaricationis culpa, & liberior esset iniustitia, quam innocentia. Omnia ergo abneganda, omnia contemnenda, omnia excutienda & vitanda, ut plena fide bonum luctui penitentia iaciatur fundamentum. Igitur in veritate Iesum Christum diligens, & post eum lugens, & eum in corde & in corpore portans, in veritate dolorem de suis peccatis & offensionibus habens, in veritate futurum regnum percipere inquirens, necnon in vera fide memoriam tormentorum & iudicij æterni possidens, & sui exitus timorem & memoriam firmiter perfecteque reassumens, non ulterius conabitur, nec curabit, nec sollicitus erit de aliquo alio. Propter quod qui ad beatam impassibilitatem & ad Deum currere festinat, omni die in qua non maledicitur, & contemnitur, se multum damnatum arbitretur sustinuisse. Impassibilitas autem est, à vitiis & passionibus libertas, cordis munditia, & virtutum ornatu. Estima igitur te iam mortuum, quem non ambigis de necessitate moriturum. Et postremum argumentum omnium cogitationum, locutionum, operum tuorum, an secundum Deum sint, sit tibi indicium hoc, videlicet si his magis humilis, & intra te. & in Deo plus recollectus & confortatus fueris. Si autem aliter in te repereris, suspectum tibi sit, ne non sit secundum Deum, nec sibi acceptum, nec tibi proficuum.

CAPVT XVI.

Providentia Dei, qualiter ad omnia se extendat.

Verumtamen, ut iuxta præfata, sine impedimento, expedite, securè & nude in Dominum Deum nostrum liberè & tranquille feramur, coniungamur & uniamur, eique firmiter adhareamus, æquanimiter in prosperis & adversis, in vita siue in morte, opus est, ut cuncta & singula indiscussa suæ infallibili providentiæ indubiè committamus & certissimè. Nec mirum, cum ipse solus sit qui omnibus dat esse, posse, & operari, id est, substantiam, virtutem, & operationem, speciem, modum,

& ordinem in numero, pondere, & mensura. Præsertim cum sicut opus artis præsupponit opus naturæ, ita opus naturæ præsupponit opus Dei creatantis, conservantis, ordinantis, & administrantis: eo quod ipse solus sit infinita potentia, sapientia, bonitas, & essentialis misericordia, iustitia, & veritas, charitasque, immutabilis æternitas & immensitas. Nulla ergo res potest propria virtute subsistere, nec agere, nisi agar in virtute ipsius Dei, scilicet primi moventis, primi principij, qui est causa omnis actionis, & operatur in omni agente. Quippe quantum ad rationem ordinis pertinet, Deus immediate omnibus providet, & usque ad ultima singularia. Nihil igitur à maximo usque ad minimum sempiternam Dei providentiam effugit, nec declinat etiam, siue in voluntariis, siue in casualibus, siue in fortuitis nec de se intentis. Sed nec aliquando Deus facere potest, quin sub ordinem suæ providentiæ cadat, sicut non potest facere aliquid, quod eius operationi non subdatur. Extendit igitur se providentia diuina ad omnia & singula, etiam usque ad hominum cogitata. *Qua de re Scriptura, iuxta illud primæ Petri 5. Omnem sollicitudinem vestram proicietes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Et rursum Propheta: lacta cogitatum tuum in Domino, & ipse se enutriet. Et Ecclesiastici secundo: Respicite filij hominum, & scitote, quia nullus speravit in Domino, & confusus est, permansit in mandatis eius, & derelictus est. Et Dominus ait: Nolite solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus? Quid quid ergo, & quantumcumque magnum à Deo sperare possumus, erimus sine dubio accepturi, secundum illud Deuteronomij: Omnem locum quem calcaverit pes vester, vester erit. Quia quantumcumque desiderare quis potuerit, tantum est accepturus: & quatenus fiducia pedem porrexerit, eatenus possidebit. Vnde Bernardus: Auctor omnium Deus tanta abunda visceribus pietatis, ut ad quantumcumque gratiam fiducia sinum extendere poterimus, tantum erimus sine dubio accepturi. Vnde Marci 11. Quicumque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis.* Porro quanto hæc fiducia in Deum fortior est & instatior, & quanto in Deo cum humilitate & reuerentia se violentius erigit, tanto securius, & abundantius, & citius, quod sperabat, impetrabit ac obtinebit. At verò, si inter hæc propter multitudinem & magnitudinem peccatorum fiducia in Deum se erigere tependo retardat, animaduertat qui huiusmodi est, quod omnia possible sunt apud Deum: & quod vult, necesse est quod fiat, & quod non vult, impossibile est ut fiat: & quod tam facile est ei, tam innumerabilia peccata, quantumcumque enormia, remittere & delere, sicut vnum peccatum. Et sicut peccator non potest, quantum in se est, ab innumerabilibus peccatis surgere, & se ab eis excutere & absolueri, sic nec ab vno peccato. Non enim possumus non solum facere, sed nec cogitare bonum à nobis, quasi ex nobis, sed hoc ex Deo

Deo est. Attamen utique multo periculosius est, pluribus irretitum esse peccatis, cæteris paribus, quam vno solo: quia nullum malum impunitum, & cuique peccato mortali debetur infinita pœna, & hoc de rigore iustitiæ, eo quod quodlibet tale peccatum sit contra Deum, qui est actu infinita reuerentia, dignitatis, & honorificentia. Præterea, secundum Apostolum, scit Dominus qui sunt eius: & impossibile est aliquem illorum perire, inter quoscumque anfractus & fluctus errorum, scandalorum, schismatum, perfectionum, discordiarum, hæresum, tribulationum, aduersitatum, atque tentationum quantumcumque, eo quod numerus electorum suorum, & terminus meritorum sit æternaliter & immutabiliter ab eo præuisus, in tantum, ut etiam omnia bona & mala, propria & aliena, prospera & aduersa eis cooperentur in bonum, nisi forte in hoc quod gloriosiores & probatores appareant in aduersis. Secure ergo & expedite cuncta & singula committamus plena cum fiducia, diuinæ provi-

dentia, quæ idcirco permittit mala qualicumque qualitercumque fieri: & bonum est, & bene fit, ut finar ea fieri: nec fierent nisi permitteret ea fieri: nec aliter nec plus fieri possunt, nisi in quantum permittit, quia scit potest, & vult ea in melius convertere & disponere. Sicut enim eius operatione, omnia bona fiunt, sic eius permissione omnia mala, bona fiunt: ut certe ex hoc appareat eius potentia, sapientia, clementia per reparatorem Christum, misericordia & iustitia, virtus gratia, & defectus naturæ, pulchritudo vniuersi comparatione oppositorum, laus bonorum, reproborum malitia atque pœna. Similiter in peccatore conuerso contritio, confessio, & penitentia, mansuetudo Dei, pietas, & charitas, lausque eius, & bonitas. Non tamen eis semper cedit in bonum, qui male agunt: sed ut communiter in periculum magnum, & maximum malum, priuationis scilicet gratia & gloriæ, & incurtionis culpa & pœna, nonnumquam etiam æternæ, à qua nos collodiat IESVS CHRISTVS. Amen.



INDEX

INDEX CAPITVM

Libelli de adhærendo Deo.

CAP. I.	D E vltima & summa perfectione hominis quantum in hac vita possibile est. pag. 1	IX.	Contemplatio in Deo, quatenus omnibus aliis exercitiis est præponenda. ibid.
II.	Qualiter quis omnibus aliis spiritibus soli Christo inhaereat & insendas. ibid.	X.	Æqualis deuotio & sensibilis tantum curanda est, sicut voluntate Deo adherere. 6
III.	Que sit conformitas perfectionis hominis in hac vita. 2	XI.	Qualiter tentationibus sit resistendum, & tribulationes qualiter sustinenda. 7
IV.	Qualiter operatio humana debeat esse in solo intellectu, & non in sensibus. ibid.	XII.	De amore Dei, quam efficax sit. ibid.
V.	De cordis puritate, qua est præ omnibus secunda. 3	XIII.	Orationis qualitas & utilitas: & quomodo cor sit recolligendum intra se. 8
VI.	Quod adherere debet homo deuotus Deo, nudato intellectu & affectu. 4	XIV.	Conscientia attestatio in omni iudicio requirenda est. ibid.
VII.	Qualiter cor sit recolligendum intra se. ibid.	XV.	Contemptus sui, qualiter causatur in homine, & quam utilis sit. 9
VIII.	Quomodo in quolibet euentu homo deuotus se debeat Deo committere. 5	XVI.	Providentia Dei, qualiter ad omnia se extendat. 10



D. ALBERTI MAGNI, RATISBONENSIS EPISCOPI, ORDINIS PRÆDICATORVM, LIBELLVS DE ALCHIMIA.

PRÆFATIO.

MENS sapientia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante æuum. Quicumque ergo diligit sapientiam, apud ipsum querat, & ab ipso petat, quia ipse dat omnibus affluenter, & non impropere. Ipse enim est altitudo, & profunditas omnis scientiæ, & thesaurus totius sapientiæ: quoniam ex ipso, & in ipso, & per ipsum sunt omnia: & sine eius voluntate nihil potest fieri: ipsi honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Vnde in principio mei sermonis inuoco eius auxilium, qui est fons & origo omnium bonorum, ut ipse per suam bonitatem & pietatem dignetur paruitatem scientiæ meæ supplere per gratiam sui Spiritus sancti, ut per meam doctrinam lumen quod in tenebris latet, manifestare valeam, & errantes ad semitam veritatis perducere: quod ipse præstare dignetur, qui sedet in excelsis. Amen.

Cum in multas regiones & plurimas provincias, nec non ciuitates & castella causa scientiæ, quæ vocatur Alchimia, maximo labore perlustrauerim, & à literatis viris & sapientibus, de ipsa arte ab ipsis diligenter inquisierim, ut ipsam plenius inuestigarem: & cum scripta omnia perscriberem, & in operibus ipsorum sæpissimè persudarem, non inueni tamen verum in his, quæ libri eorum affirmabant. Asperi ergo libros contradicentium & affirmantium, & inueni eos vacuos esse ab omni profectu, & ab omni bono alienos. Inueni enim multos prædiuites literatos, Abbates, Præpositos, Canonicos, Physicos & illiteratos, qui pro eadem arte magnas fecerunt expensas, atque labores, & tandem deficiebant, quoniam artem inuestigare non valebant. Ego verò non desperavi, quin facerem labores & expensas infinitas, vigilans,
D. Alb. Mag. lib. de Alchimia.

& de loco ad locum migrans omni tempore, ac meditans, sicut dicit Auicenna: Si hæc res est, quomodo est: & si non est, quomodo non est? Tandem persuecavi studendo, meditando, laborando in operibus eiusdem, quousque quod crebam inueni, non ex mea scientia, sed ex Spiritus sancti gratia. Vnde cum sciperem & intelligerem quod naturam superarer, diligentius vigilare cœpi in decoctionibus & sublimationibus, solutionibus & distillationibus, cerationibus, & calcinationibus, atque coagulationibus Alchimiæ, & in multis aliis laboribus, donec inueni, esse possibilem transmutationem in Solem & Lunam. Quod multò melius est omni naturali, in omni examinatione & malleatione. Ego verò minimus Philosophorum intendo scribere fociis & amicis meis veram artem, leuem & infallibilem: ita tamen, ut videntes non videant, & audientes non intelligant. Vnde rogo, & adiuro vos per Creatorem mundi, ut occulcatis librum istum ab omnibus insipientibus. Vobis enim secretum reuelabo, aliis verò secreta secretorum recludo, propter inuidiam huius nobilis scientiæ. Stulti enim eam despiciunt, quòd ad eam pertingere non possunt: vnde exosam eam habent, nec possibilem esse credunt: ideo inuident illis qui in ea operantur, & dicunt eos esse falsarios. Caueatis ergo ne in ista operatione alicui secreta nostra reuelatis. Iterum monito, ut sitis cauti: & perseuerate in operationibus, & nolite fastidium habere, scientes quòd post operationem vestram magna sequetur utilitas.

De diuersis erroribus.

Nunc autem qualiter ad tanti operis laborem accedere debeatis, in hoc meo Opusculo breuiter & simpliciter vos informabo. Ostendam tamen vobis primò omnes denuntiationes & errores, & offendicula huius artis, in quibus multi & ferè omnes errant.

A Vidi

Vidi enim quosdam, qui cum magna diligentia quasdam sublimationes faciebant, & vltius procedere non valebant, quia fundamentum non habebant. Vidi & alios bonum principium habentes, sed propter nimiam potationem, & alias vanitates, opus facere non valebant. Vidi alios qui decoctionem, distillationem & sublimationem bonam fecerunt: sed propter nimiam prolongationem operis opus reliquerunt imperfectum. Vidi & alios qui veram artem habuerant, & diligenter operibus præfuerunt, sed in sublimationibus perdidit spiritus propter vasa porosa, vnde & dubitauerunt, & vltius artem non curauerunt. Vidi & alios qui artem inuestigare cupientes, tempus statutum non valentes expectare, nimis veloces fecerunt sublimationes, distillationes, & solutiones: & ideo spiritus infectos, rubiginatos inueniebant, & aquas solutas & distillatas, turbulenter: vnde & etiam dubitauerunt. Vidi quàm plures, qui cum diligentia operi insistebant, & tandem deficiebant, quia res pro subleuamento non habebant: vnde versus:

Cum labor in damno est, crescit mortalis egestas.

Multa licet sapias, re sine, nullus eris.

Vnde pauperibus non valet ars ista, quia ad minus vult habere expensas duobus annis. Et si contingat in opere errare, vel prolongare, quod non perueniat ad egestatem, vt in pluribus sum expertus. Vidi alios qui sublimationes faciebant puras, & bonas ad quinque sublimationes: & quum plures facere non valebant, sophisticabant, & Venerem dealbabant, addentes quintam vel sextam partem Lunæ, & seipos & alios decipiebant. Vidi alios qui spiritus sublimabant & figebant, volentes cum eis tingere Venerem vel Martem, & quum impressionem non fecerunt, neque ingressionem habebant, dubitauerunt. Vidi quoque quosdam qui spiritus fixos habebant, & ipsos cum oleo ingrediente cerabant, donec ingressionem in corpora habebant, addentes tamen aliquam partem Lunæ, & ita figebant Venerem in album, quod simile erat Lunæ in malleatione & examinatione, & albedine, & quod pertransiit bis aut ter examinationem, & tamen non fuit perfecta: quia Venus non fuit calcinata nec purgata à sua corruptione. Vnde dicit Aristoteles: Non credo metalla transformari posse, nisi reducantur in primam materiam, id est in calcem per ignis adustionem: & tunc possibile est illud. Vidi tamen & alios sapientes, qui ad plenum spiritus & pulueres sublimabant & figebant, solutiones & distillationes ex pulueribus parabant, postea coagulabant, & postea metalla calcinabant, corpora dealbabant ad album, rubificabant ad rubeum, postea calcem reducebant in solidam massam, & ipsa tingebant in Solem & Lunam, quæ melius erant omnium naturalium in omni examinatione & malleatione. Videns ergo tot errare, iam decreui scribere vera & probata opera, & meliora omnium Philosophorum, in quibus laboravi, & sum expertus: nihil aliud scribam, nisi quod oculis meis vidi.

Vnde oriuntur metalla.

Alchimia est ars ab Alchimio inuenta, & dicitur ab archymo Græcè, quod est massa Latine. Per hanc enim artem reducuntur metalla, quæ in mineris sunt corrupta, & imperfecta ad perfectionem. Er notandum, quod metalla differunt inter se accidentali forma tantum, non essentiali: ergo possibile est spoliatio accidentium in metallis. Vnde possibile est per artem nouum corpus constitui: quia omnia metallorum genera generantur in terra ex sulphure & argento viuo commixtis, vel etiam propter terram fetidam. Sicut enim puer in ventre matris suæ ex corrupta matrice contrahit infirmitatem ex causa loci per accidens, & corruptione, quamuis sperma fuerit mundum, tamen fit puer leprosus & immundus causa matricis corruptæ. Sic est in metallis, quæ corrumpuntur, vel sulphure corrupto, vel terra fetida: vnde hæc est differentia omnium metallorum, quæ differunt inter se. Quando enim sulphur mundum rubeum occurrit argento viuo in terra, inde aurum generatur tempore breui vel longo per assiduitatem vel decoctionem naturæ sibi subseruientis. Quando verò mundum & album occurrit argento viuo in terra munda, inde generatur argentum, quod differt ab auro in hoc, quod sulphur in auro rubeum, in arg. album fuerit. Quando autem sulphur rubeum, corruptum & vrens occurrit arg. viuo in terra, inde generatur cuprum, & non differt ab auro nisi in hoc, quod in auro non fuit corruptum, hic verò corruptum. Quando vero sulphur album, corruptum & vrens occurrit arg. viuo in terra, inde generatur stannum: & quia stridet inter dentes, & velocem habet liquefactionem, ideo est, quia arg. vi. non fuit bene commixtum cum sulphure. Quando verò sulphur album, corruptum & vrens occurrit arg. vi. in terra fetida, inde generatur ferrum. Quando sulphur nigrum & corruptum occurrit arg. vi. inde generatur plumbum, de quo dicit Arist. quod plumbum est aurum leprosum. Iam satis dictum est, vnde metalla habeant originem, & quomodo inter se differant forma accidentali, & non essentiali. Restat nunc videre de probationibus. Philosophorum, & authoritaribus, quomodo probent esse veram hanc artem, vt obuiare possimus aliis, qui contradicunt eam non esse veram.

Probat artem Alchimia esse veram.

Volunt ergo quidam contradicere, & quàm plures, & maxime illi qui non intelligunt aliquid de arte, nec metallorum naturas cognoscunt, & nesciunt quid sit eorum intrinsecum vel extrinsecum, & dimensiones & profunditates metallorum minime cognoscunt. Istitis igitur, quum obiciunt Aristotelis verba dicentis, Sciant artifices Alchimia rerum species permurari non posse: respondendum, hoc dixisse de ipsis qui credunt & volunt metalla adhuc corrupta transubstantiare: quod sine dubio vix fieri potest. Audiant ergo

ergo verba Aristotelis quæ sequuntur: Quod experientia destruit formam specierum, & maxime in metallis: & hoc est verum, quando aliquod metallum est calcinatum, & inde fit cinis & calx, quæ teritur & lanatur, & ceratur cum aquis acutis, donec fiat alba & viua: & sic per calcinationes & medicinas diuersas amittunt humiditatem corruptam & adustiuam, & acquirunt humiditatem æream viuificantem ipsa corpora, & calx mundata reducitur ad solidam massam: quæ massa potest recipere tincturam albam & rubeam. Vnde ait Hermes, Quod spiritus ingredi corpora non possunt, nisi purgata, & non ingrediuntur, nisi aqua duce. Aristoteles dicit, Non credo quod metalla possint transubstantiari, nisi reducantur ad primam materiam, id est mundificentur à corruptione sua per ignis adustionem. Adhuc contradicentibus, & non credentibus melius obuiare volo, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur: videmus species diuersas recipere formas diuersas diuersis temporibus: sicut patet in Arsenico, quod est rubeum, & per decoctionem & assiduitatem erit nigrum, per sublimationem erit album, semper tale. Et forte aliquis diceret, quod tales species de facili possunt transmutari de colore in colorem, sed in metallis impossibile. Quibus respondendo ex euidenti causa per diuersas probationes & euidentias, eorum errorem penitus destruens. Videmus enim ex argento generari azurum, quod dicitur transmarinum: quod tamen cum natura sit perfectum, carens omni corruptione, facilius videtur, & est destrucere accidentale quam essentialia: videmus enim cuprum recipere colorem citrinum ex lapide calaminari, quum tamen neutrum sit perfectum, neque cuprum, neque lapis calaminaris, quia in ambo bus agit ignis. Videmus quod ex stanno sit lithargyrium, & stannum per nimiam decoctionem vertitur in colorem auri, quod tamen possibile esset conuerti in speciem argenti, cum de natura eius sit. Videmus & ferrum conuerti in argentum viuum, quod videtur quibusdam impossibile: & quare sit possibile, iam rationem dixi superius, quod omnia metalla generantur ex arg. viuo & sulphure: vnde cum arg. viuo sit origo omnium metallorum, etiam possibile est vt ferrum redigatur in arg. viuo. Nonne verbi gratia, aqua liquida tempore hyemis per nimiam frigiditatem induratur, & fit glacies, nonne glacies à calore Solis soluitur & erit aqua, vt prima: ita est de arg. viuo vbi quæ est in terra, & si ibi est sulphur, tunc ista duo coadunantur simul, & per decoctionem temperatissimam longo tempore indurantur, & erit lapis mineralis, de quo trahitur metallum. Videmus etiam, quod ex plumbo sit cerussa, ex cerussa minium, ex minio plumbum. Ecce iam satis manifestè probatum est, quomodo species permurantur de colore in colorem vsque ad tertiam vel quartam formam. Vnde nullo modo dubitandum est, quin metalla corrupta possint reduci ad sanitatem per medicinas suas. Iam positum est fundamentum ad artem istam: videmus quod superaddi-

D. Alb. Mag. lib. de Alchimia.

scimus. Si enim superaddiderimus ferrum, vel lignum, vel stipulam, ignis consumet omnia. Inueniamus ergo lapides, quos ignis non destruat, neque corrumpat: tunc securi erimus ab omni perturbatione. Et sciendum, quod ea quæ diximus de impedimento artis, & principio, & postea de probationibus eiusdem, ideo dicta esse, vt artem veram esse stabiliamus, &c. Nunc videndum qualiter agendum sit, & quo tempore, & quo loco. Et primò incipiendum est firmare etiam præcepta. Primum ergo præceptum est, vt artifex huius artis sit tacitus & secretus, & nulli reueler suum secretum, quod nulla ratione vltius manifestet: sciens pro certo, quod si plures scient, nullo modo pertranstibit, quin diuulgetur: & quum diuulgatum fuerit, pro falsario reputabitur: & ita erit in perditione, & opus imperfectum remanebit. Secundum præceptum est, vt artifex habeat locum, & domum specialem extra hominum conspectum, in qua sint due camere vel tres, in quibus fiant operationes ad sublimandum, solutiones, & distillationes faciendum, sicut in posterum docebo. Tertium est, vt obseruet tempus in quo sit operandum, & horas ad sublimationes, & solutiones, & distillationes: quia non valent in hyeme sublimationes: solutiones verò & calcinationes omni tempore fieri possunt: hæc autem omnia in operibus lucide docebo. Quartum est, vt artifex huius artis sit sedulus & frequens circa operationes, & non sit tardiosus, sed perseueret vsque in finem. Quod si inceperit, & non perseuerauerit, res & tempus amittet. Quintum, vt secundum artis institutionem operetur: primò in contributionibus, secundò in sublimationibus, tertio in fixationibus, quarto in calcinationibus, quinto in solutionibus, sexto in distillationibus, septimò in coagulationibus: & sic per ordinem. Si autem tingere præter sublimationem, & coagulare & solvere per distillationem voluerit, perdet pulueres suos: quia quum proiecti fuerint, non retinebit ex eis quicquam, sed reuolabit citissime. Vel si cum fixis pulueribus, qui non sunt soluti nec distillati, tingere voluerit, non ingredietur nec permiscetur corporibus. Sextum est, vt omnia vasa, in quibus debent poni medicinz, vel aquæ, vel olea, siue super igne vel non, debent esse vitrea, vel vitreata. Si enim in vase cupreo ponantur aquæ acutæ, sicut inde virides: Si autem in ferreo, vel plumbeo, denigrantur & inficiuntur: Si in fictili, penetrant, & destruentur omnia. Septimum est, quod cauere debes ante omnia, ne apud principes vel potentes intromittas te de aliquibus operationibus, propter duo mala: si enim intromiseris te, tunc de tempore ad tempus requirent à te, & dicent, Magister quomodo succedit tibi? quando videbitur aliquid boni? Et non vale inter expectare finem operis, dicent, nihil esse, tristam esse, &c. & tunc habebis triduum maximum. Et si ad finem bonum non perduxeris, indignationem perpetuam ex hoc acquires. Si autem ad finem bonum peruenieris, cogitabunt perpetuo te habere, nec permittent te abire: &

ita illaqueatus eris verbis oris tui, & fermobus propriis irretitus. Octauum præceptum est, nec aliquis intromittat se de operationibus, qui non habeat expensas plenas ad minus, & ut omnia possit comparare, quæ ad artem sunt necessaria, necnon & vitia: & si intromiserit se, & expensæ defecerint, tunc res & omnia amittet.

Quod furni sint necessarij, & quales, & quanti.

Nunc videndum est, quomodo fiant furnelli, & qui, & quot sunt necessarij. Ad quod sciendum est, quod furnelli debent fieri ad quantitatem operis. Si enim res tibi sint sufficientes, & opus magnum volueris inchoare, tunc eo maiores construendi sunt. Si autem exiguum tibi fuerit, furnellos secundum quantitatem puluerum & medicinarum construes. Volo tamen ponere doctrinam furnellorum, & quantitatem secundum quod expedit tam diuitibus, quam pauperibus. Primum ergo dicendum est de furnello philosophico. Statuatur furnus prope parietem, vbi ventus accedere possit: furnus verò distet à pariete per longitudinem brachij in hunc modum. Fiat fouca in terra ad vlnæ profunditatem, in latitudinem duarum spannarum vel paulò plus, quæ circumliniatur argilla magisterij, super quam constituatur murus per circuitum de eadem argilla.

De qualitate vel quantitate furni.

Recipe de argilla simplici & appone ad quatuor partes quintam partem argillæ figulorum, & contere optimè, & adde parum de arena, & iterum contere (aliqui apponunt consultò simum equinum, aut saltem aquam, in aqua ille simus fuerit dissolutus) quo factò, fac murum, vt dixi, super foueam in altitudine duorum pedum, vel parum minus, & ad spissitudinem spannæ vnus, & permittit siccare, & tunc habeas rotam factam de argilla figulorum, quæ ignem fortè sustinere possit, quæ vndique sit perforata, habens 50. vel 60. foramina, secundum rotæ quantitatem, ad modum digiti superius arcta, inferius verò ampla, vt liberius possit descendere cinis: inferius verò in terra fiat mearus per terram & parietem, antequam rota superponatur, & ille sit arctus circa foueam, extra verò parietem amplius quasi ad vnam spannam, vt ventus intrare possit: qui meatus debet liniri argilla: quo factò superponatur rota, ita vt amplitudo foraminum sit subitus: & tunc iterum fiat murus super murum, & rotam ad spissitudinem spannæ: murus verò sit in altitudine super rotam vnus brachij: furnus verò habeat foramen in medio super rotam, vbi carbones imponantur. Superius verò habeat foramen in medio super rotam, quod foramen cooperiatur postea, cum cooperitorio sibi apto. Furnus quoque habeat subrus (alibi supra) foramina parua quatuor vel quinque in amplitudine trium digitorum. Et hæc est forma furni.

Præterea sciendum est, quod super rotam debes ponere tripodem de argilla factam, super quo ponantur vasa calcinatoria, vt de subter ponantur carbones.

Quos & quales sint furni sublimatiui, & vnde.

Nunc videndum est de furnellis sublimatiuis, qui ad minus debent esse duo vel quatuor, & fiant per omnia cum rota, & meatu, & foraminibus, sicut furnus philosophicus, excepto quod non debent esse tantæ capacitatis: & isti debent simul stare, vt omnibus possint ministrare.

Quales sint furni distillatorij.

Furnelli distillatorij sic faciendi sunt: fiant vt supra de argilla: fiat murus rotundus super tertiam ad spissitudinem quatuor digitorum, in latitudinem verò trium palmorum: & habeat fornax per circuitum foramen in amplitudine trium digitorum: furnus verò sit amplior superius, quam subrus in hunc modum, vt eius figura demonstrat. De istis furnis fiant tantummodo duo, qui sufficiunt ad distillandum. Vasa verò sint furnellis apta, alia ad distillandum, alia ad calcinandum, alia ad coagulandum, quorum formam ponemus in fine libri. Reperies in Cælo Philosophorum Vltadij, &c.

De furno vitrearium.

Furnus vitrearium fiat cum cæteris in fine, qui satis est necessarius ad vitreandum.

Quomodo vasa fictilia denitrentur.

Recipe quodcumque vas volueris de vitreare, scilicet vas de argilla bene combustum, & linito bene cum minio sic temperato: recipe aquam & impone de fermento ceruicæ vel vini quantum ad decimam partem aquæ, & misceas simul, & postea impone minium quantum volueris, & misce bene simul, & inde linias vas cum pinicello, vel cum manu, & permittit siccare: quo deficcato ponte in furnum, concauitatem subrus vertendo, ita quod iaceat super duo feramenta fortia, quæ in medio fornacis sint posita. Et si vis plura vasa imponere, melius est vt claudas os fornacis cum lapide & argilla, & fac ignem lentum primò ad spatium vnus horæ, postea vigora ignem, quousque videas minium defluere sicut ceram: tunc cessa & permittit infrigidari, & tunc aperi & inuenies vasa tua optimè vitreata. Hoc tamen nota, quod minium factum de cerussa decuplo plus valet ipsa cerussa, quam minium factum de cinere plumbi. Data doctrina de furnellis, iam dicendum est de spiritibus & medicinis.

Quid

Quod quatuor sunt spiritus metallorum qui tingunt.

Sciendum ergo quod quatuor sunt metallorum spiritus, scilicet mercurius sulphur, auripigmentum, vel arsenicum, & sal armoniacum: isti quatuor spiritus tingunt metalla in album & rubeum, id est in Solem & Lunam: non tamen per se, nisi prius præparentur ad hoc cum medicinis diuersis, & non effugiant ignem: & cum steterint in igne faciunt mirabilia opera: faciunt enim de Marte vel Ioue Lunam, de Venere vel Saturno Solem. Et vt breuiter dicam, omnia metalla transubstantiantur in Solem & Lunam, quæ paria sunt omni naturali in omnibus operibus, excepto quod ferrum Alchimia non trahitur ab adamante: & aurum Alchimia non latificat cor hominis, nec curat lepram, & vulnus ex eo factum tumescit, quod non facit ex auro naturali: In omnibus enim aliis operibus, scilicet malleatione, examinatione, & colore durat in æternum. De his quatuor spiritibus sit tractatus, quæ dicitur Elixir Arabicè, fermentum Latine.

Quid sit Elixir, & quot metallorum transubstantiantur per hos quatuor spiritus.

Elixir autem nomen Arabicum, Latine verò significat fermentum: quia sicut panis fermentatur & lenatur per bonum fermentum, ita massæ metallorum transubstantiantur per hos quatuor spiritus in album & rubeum, & maxime per mercurium, quia ipse est fons & origo omnium metallorum.

De generibus medicinarum & nominibus earum.

De spiritibus verò aliis & medicinis, quæ sint, & quomodo nominentur, sic est intelligendum, scilicet sal commune, sal alkali, sal nitri, sal boræ, alumen zucharinum, alumen iamenti, tartarum, atramentum: viride æris, lapis calaminaris, cuperosa, rucia, cinabrium, minium, cerussa, oua gallinarum, cæstæ ouorum, aceturum, vrina, cadmia, marchasita, magnesia, & aliæ res multe, de quibus in hoc libro non habemus necesse. Ista verò non tingunt, sed sunt adiuanaria spiritus vt citius præparentur, & citius soluantur, & cum aquis ipsorum detantur calces metallorum, & acquirant humiditatem rectificantem ipsa corpora. Hæc autem quomodo præparentur, & vbi inueniantur, & calcinentur, & soluantur, & distillantur, per ordinem in sequentibus ostendemus.

Quid sit mercurius, & vnde nascatur.

Elixir autem mercurius aqua viscosa in visceribus terræ, substantiæ subtilis terræ albe per calorem temperatissimum vnita talivisione equaliter: ideoque fugit in superficie.

D. Alb. Mag. lib. de Alchimia.

plana de facili, & propter aequositate non adhæret, licet viscosam habeat substantiam, propter suam siccitatem, quæ illi obtemperat, & illam adhaerere non permittit. Est etiam materia metallorum cum sulphure, scilicet lapis rubeus de quo extrahitur arg. vitium, & inuenitur in montibus, maxime in cloacis veteribus in multa quantitate. Natura eius est frigida & humida, & est fons omnium metallorum, & ab eo procreantur omnia, vt supra dictum est. Creatur verò cum omnibus metallis, & miscetur ferro, & sine ipso nullum metallum deaurari potest. Additio. Arg. vitium cum sulphure & sale armoniacofublimatum conuertitur in puluerem rubeum splendenter: & iterum vitium in igne, redit ad substantiam humidam & fluentem.

Quid sit sulphur, & quid operetur, & vbi inueniatur.

Sulphur verò pinguedo terræ est in minerâ Stertz per temperatam decoctionem inspissata, quousque induretur, & fiat spissa: & cum indurata fuerit, vocatur sulphur. Fortissimam sulphur operationem habet, & est vniformis substantiæ in partibus suis: & ideo non auferatur ab eo oleum eius per distillationem sicut ab aliis rebus oleum habentibus, sed per aquas acutas sulphur in ipsis decoquendo: inuenitur in terra, aliquando in montibus, aliquando in paludibus: est etiam multiplex, scilicet album, rubeum, viride, citrinum, nigrum: & etiam quoddam mortuum. Vinum est illud quod de terra extrahitur mundum fufum, & valet contra scabiem. Mortuum verò est quod fufum est in cannis, vt inuenitur in apothecis. Additio. Sulphur igneam habet naturam, ipsum liquefit vt gutta, & totum fumus est.

Quid sit auripigmentum, & vnde nascatur.

Auripigmentum est lapis mineralis, & sic sit: Strigulium terre in canemis terræ per longam decoctionem transit in substantiam auripigmenti. Duplex est in eo viscositas: alia subtilis, alia grossa: vna tollitur per abluitionem & decoctionem eius in vrina, alia per sublimationem, vt inferius dicitur. Additio. Auripigmentum est calidum, comburens, nisi candidetur. Auripigmentum sublimatum, cuprum in argenti speciem dealbat: idque super salis gemmæ partes quatuor, duabus salis armoniaci appositis, superius inferiori superpone: habens itaque terribilissimam conuersionem, videbis operatum.

Quid sit Arsenicum.

Arsenicum est de materia subtili, coloris æris habens sulphureum, & est lapis rubeus: natura eius est sicut auripigmenti: flos eius erit albus & rubeus de facili sublimatur. Duobus enim modis albificatur, scilicet per decoctionem & sublimationem.

neribus calidis, & simul terantur, absque alia imbibitione sublimetur, & erit sufficienter præparatum ad omnem dispositionem: quod probatur si liqueat absque fumo super laminam ignitam. Hæc Roger. Bacon. Alij sublimant cum sale gemma: sed illud sal debet esse optimè siccatum ante ignem, & cum sale armoniaco subtilissimè tritum. Alij sublimant cum sale communi, & Talco præparato in simul tritis strato de sale communi præparato, & in circuitu sublimatorij, & sublimatur bene quater aut quinquies. *Præparatio salis armoniaci secundum Rasim. R. de sale armoniaco crystallino, tere cum tanto spuma maris & sale nitero, & ipsum sublima, (in fundo alludel pergamenum pone, & super stratum salis affati) & fume sublimatum, coque ipsum positum in canis in aqua, soluetur enim: distilla ipsum, aut solve ipsum in vesica, vel in kist: fellis super aquam, & distilla ipsum, & ex eo operare.*

Salem armoniacum fixum soluere est difficile: imbibere ergo ipsum ex aceto & inhuma in fimo, soluetur enim, distilla ipsum. Et caue tibi ne totam assumes aquam, sed tantum quantum posuisti de spiritu quem soluere voluisti, &c.

Ex qua substantia fiat ignis.

Habita doctrina de sublimatione spirituum, restat iam videre de ignis substantia: dico ergo, quod ignis debet esse de carbonibus duplici de causa: prima est, quia minor est labor subicere carbones quam ligna: secundò, quia ligna dant fumum multum, & propter fumum non bene possent considerari, sinderentur à calore ignis, ut sapius contingit, quando argilla non est bona, & quando vasa non sunt bene combusta, & cum seinduntur, statim erit fumus albus: quod facile videtur super ignem, qui fit de carbonibus, & quum vasa fumigant, statim deponantur ab igne, & lias amitteretur sublimatio. Vnde cauendum est ne fiat. Nota quod superius vas, scilicet aludel, debet esse deuittreatum, inferius verò non est necesse. Solet etiam quandoque medicina in scutella indurari, quæ non potest sublimari: vnde non est dubitandum, sed secundò veri debet & apponi parum plus de facibus, & subtiliter sublimari, & erit bene sublimatum.

De fixatione spirituum, caput additum.

Fixatio sulphuris: Pulueriza illud, & liga in panno lino, & bulli in aqua cum calce viua, primò ponendo calcem vsque ad medium vasis, & residuum implendo cum aqua communi, & fac quod faculus non tangat fundum vasis, sed stet in medio, scilicet bene ligandum superius & inferius, apponendo paruum lapidem vt descendat & bulliat sic 4. horis, vel circa, super nouam aquam calidam superponendo, dum aqua defecerit: deinde extrahe tunc sulphur, & fac bullire in aqua dulci, vt purgetur à calce, & factum est.

Aqua fortissima ad fixandum omnem spirituum. Primò rectifica aquam lapidis occulti albi, scilicet libras quatuor cum libra vna calcis corticum ouorum inhumando & distillando, & hoc fac sapius: deinde in illa aqua, scilicet in vna libra cum dimidia appone vncias duas salis communis præparati in secundo gradu, & vncias duas salis alkali optimè præparati, & vnciam vnam salis armoniaci: quater sublimati, & vnciam vnam albuminis plumæ coagulati post suam præparationem: & omnes isti sales dissoluantur in ista aqua, & cum ista fixa omnes spiritus in cucurbitis duplicatis vasa bene lutando. Hæc Arnoldus. Tamen cum istis salibus sit multa distillatio, & salium sublimatio, & cum fecibus, reductio, & in aquam ab eis distillatam resolutio, & hoc cum spiritu, & absque illis vasis duplicatis: & aliquoties in septima sublimatione spiritus erit fixus cum aqua virtute salium in fundo cucurbitæ, vt lanima ignitionem sustinens: & aliquoties in quarta sublimatione aqua erat fixata pro quarta parte sui, & oportebat addere aliam pro fixatione spiritus complenda. Aliqui dicunt, quod ponendo mercurium sublimatum super laminam stanneam vel ferream in cellario statim vertetur in aquam, quam per dissolutiones & congelationes rex facilius fixatur. Aqua abstracta ab albuminibus ouorum, & deinde rectificata à calce corticum, alumine iamenti, & sale armoniaco ana vnciam vnam, est summè fixatiua spirituum super omnes aquas, vt infra sequitur. Mercurius item fixabitur hoc modo, Tere in mortario mercurium sublimatum cum tartaro & sale communi crudis, & tunc sublima, & iterum tere & sublima, & continua vsque decies, vel pluries, renouando in singulis contritionibus sal & tartarum: & exinde fixabitur mercurius. Fixatur quoque mercurius in cucurbitis duplicatis in vno die cum oleo tartari superfuso, faciendo lenem ignem duabus horis primis, postea fortificando continue per diem, quousque nihil liquoris ascendat, quod probatur discooperiendo cucurbitam aut aperiendo foramen, aut desuper imponendo virgulam corili ad tentandum si in fundo sit adhuc liquor: quia si sit durum, tunc est fixatum: quod si non sit, fortifica ignem trib. horis, postea dimitte in frigidari, extrahe, tere, imbibere, & coque septies.

Aqua mercurij: Sume de sale armoniaco, & de maris spuma partes æquales, quas bene teras, & asperge de eis in cucurbita vna, & pone arg. viuum desuper, & quod ex eo remanserit inuolue ipsum & distilla cum igne debili: & distillabitur in primis aqua alba, in qua non est vitilitas: postea ignem parumper vigorat, & distillabitur aqua argen. viui, siue fuerit in principio viuum, aut sublimatum. Omnes sales fixati fixant mercurium, similiter & sal armoniacus fixat simul sublimando, quousque mercurius fundatur. Fixatur autem mercurius cum sale alkali, & cum calce corporum, aut cum vitroque, & hoc in igne temperato, & vase ad hoc apto: quia ignis temperatus est humiditatis conseruatiuus ad fusionem: excessiuus verò, fusionis turbatiuus, seu impeditiuus.

impeditiuus. Fixari potest mercurius sublimando inter duas scutellas bene sigillatas, alternatim vertendo & ponendo scutellam inferiorem superius, & superiorem inferius quatuordecim aut quindecim vicibus, & tunc fixabitur. Aliqui dicunt, quod hoc debet fieri in vase ferreo, & iste modus est per ordinem ignis. Si vis spiritus sublimatos fixos facere, solve calces corporum cum aqua salis armoniaci, & ex hac aqua imbibere eos, quia erunt fixi: quia ratione calcis figuratur spiritus, vt inquit Bacon. Fixatio salis armoniaci. Calcem viuum impasta cum albo ouorum, & fac q. 2. crucibula, & conclude in vis salem armoniacum in peccis defractum, & circunda cum dicta pasta, & desicca: postea fac sibi aliam tunicam de luro sapientie, & desicca, & sepeli in cineribus calidis per duos dies & noctes, & erit fixum: tunc dissolue in aquam calidam, & si vis cola & congele, & erit purum.

Hic incipit aperire & docere secretum huius artis.

Iam docui te colligere diuersos flores plenos odoramentorum bonorum, in quibus redolet sanitas & pulchritudo cum gloria huius mundi: hic est flos florum, rosa rosarum, & lilium conuallium. Lxtare ergo iuuenis in adolescentia tua, & collige flores, quia introduxi te in ortum Paradisi: facias ergo ex ipsi consonam capiti tuo, vt gaudeas & fruaris deliciis huius mundi. Aperui ergo tibi nuoc sensum: nunc faciam te intelligere secreta huius artis, & quod diu celatum est, nunc manifestabo in lucem. Superius ergo sublimare & colligere flores ipsorum docui: nunc verò docebo ipsos plantare, vt fructum multum afferant, & fructus ipsorum in æternum permaneant. Docebo te figere pulueres sublimatos, vt in igne possint permanere & corporibus adunari & permisceri, & hoc duobus modis.

Hic docet figere pulueres, vt cum corporibus permisceantur.

Accepe ergo de quoque horum volueris libram vnam vel duas sine omnialia re, & pone in vas fixationis, quod sit formatum super foraminibus ex argilla bona vitreatum ad spissitudinem digiti, & non sit vitreatum, & eluide rimas cum argilla bona, scilicet luto sapientie: quo facto pone super furnum sublimationis, & da ignem per diem integrum: & si sit ætas, quantitas ignis sit sicut mercurij sublimati post meridiem: maneat autem facta verte quod est: superius deorsum: hoc fac ad minus duabus vicibus: tunc aperi & vide si puluis est fixus hoc modo: Pone de ipso parum super carbonem, si dat fumum, nondum est fixus: si autem non fumigat, tunc est fixus: & hoc est signum de omni fixo. Si autem non est fixus, & pone super furnum, claudendo ipsum vas sicut prius, & da ignem per 7. dies: vel tandiu quousque audias sonum in vase, quasi la-

D. Alb. Mag. lib. de Alchimia.

pillos cadentes, quod sapius contingit, quando est nimis exustum. (alibi dicitur, vt probetur super laminam ignitam si fundatur & currat, vel non det fumum.) Secundus modus est cum imbibitione olei tartari. Fit autem sic: Recipe arsenicum sublimatum, vel sulphur, vel auripigmentum, & contere super lapidem cum oleo tartari, quousque totum liquidum fuerit: postea pone in phialam vitream, & pone ipsam in cineribus cribratis per cribrum bene, & pone vas cum cineribus super furnum distillationis, & da ignem primò lenem valde, quasi vorando, ne vas frangatur. Postea cum calefactum sit vitrum, fac maiorem ignem, & sic desicca medicinam in vase aperto, si vis: sed melius concluso, quod superponas alembico recipiens aquam ab eo distillatam, quia ad multa valet. Desiccata medicina frange vas, quia alio modo non poteris excipere, & inuenies pulueres induratos vt lapidem, quem tere bene vt prius cum oleo super distillando, iterum frange vitrum, & excipe, & tere bene, & pone in aliam ampullam, & pone in fimo equino calido per septem dies, & tunc soluetur in aquam: tunc pone vas in cineribus calidis & coagulata lento igne donec induret, & habebis spiritus fixos, & erit tinctura firma & permanens. Proice ergo de hoc puluere vnam partem super quinquaginta partes Martis calcinati, vel Venenis, & erit bonum in omni malleatione & examinatione.

Qualiter vno modo soluantur spiritus in aquam.

Soluantur etiam spiritus duobus modis: Vno modo docui cum oleo tartari, sed post septimam congelationem debet poni super lapidem marmoreum in cellarium valde humidum, ita vt inclinatus sit lapidis, vt quicquid resoluerit, statim descendat in vas vitreum superpositum.

Soluantur alio modo spiritus in aquam, scilicet per aquam salis armoniaci, que sic fit: Pone ipsum, vel quemcumque alium salem præparatum super lapidem in foueam resolutionis, vel in cellarium vitreum, & statim resoluitur in aquam: cum hac aqua pulueres sublimatos soluendos tere. Hoc nota, quod postquam sublimatus fuerit mercurius, nunquam misceri debet cum aliquo liquore, nisi cum aqua salis communis, vel armoniaci, vel oleo tartari. Tere ergo puluerem cum aqua septies, & roties desicca: postea pone puluerem tritum super lapidem, & sine dubio cito soluetur in aquam quam referam ad distillandum: corpora verò calcinata eodem modo soluantur vt supra, scilicet flos æris, & flos arcamenti, de quibus per omnia vt de spiritibus est faciendum, & quemlibet per se ad distillandum. Additiones. Rarum (ad capitis principium refer hoc) ad omnem solutionem salis necessarium. Rarum. Quam aquam sic fit: Recipe libram vnam salis armoniaci, & solve super lapidem cum vna quantum sufficit ad modum paste: tunc stratum primo de calce tartari, & secundo

de sale armoniaco, tertio de calce: & super salem pone calcem ouorum in parua quantitate, & ad ignem pone fundendum, & cum fufum fuerit, depone ab igne, & super lapidem pone, & distolle oleum infra quatuor dies, & pone in vase vitreo & serua. Aliqui impant sal armoniacum, albumen oui & calcem, faciunt pomum, & lutant, desiccant, & figunt in igne. Argentum verò viuum nunquam soluitur, donec super ipsum ingrediarur sal bonus, desiccatus, aut tritus, aut alkali, & extingue ipsum septies, & postea viuifica ipsum cum aqua calida, & tunc solue ipsum: & nisi ita feceris, non soluetur. Rasis, Sumatur aqua salis armoniaci sublimati ter vel quater, & imbibatur mercurius sublimatus ex hac aqua paulatim & paulatim, & post quamlibet imbibitionem desicca ad Solem, vel ad ignem debilem: post claude os vasis firmiter, & pone in fumo, & stet ibi septem diebus: quod si non sit solutum, renoua fimum per septem dies, donec sit aqua clara. *Oleum ad incrandum*: Recipe salis armoniaci, salis communis ana partem vnam, & duas partes calcis viuae non extinctæ cum pauco sugniniis porci, & in vase vitreo pone & distilla ad lentum ignem: & quando completa est distillatio, iterum reponere ad distillandum, & hoc ter: & hoc est oleum album ad incrandum elixir, & ad dulcificandū seu mollicandū calces metallorum. & omnia quæ feruunt ad opus album: sed hoc non debet hic esse.

Aqua mercurij fit ad vnam vnciam mercurij cum duabus vnciis aquæ fortis, facta de duabus partibus aluminis puta iamenti, & altera parte salis petrae. Aliter sic fit: Coagula mercurium sublimatum fundendo septies aut octies stannum bulliens super ipsum, qualibet vice cooperiēdo crucibulum, ne fumus exeat, & efficitur nigrum, aut coloris olei: deinde tere optime super marmor cum pauco aquæ salis armoniaci, & pone in fumo: & cum solutum fuerit distilla, aut per filtrum, aut distillatorio: & cum hac aqua fit elixir cum calce Lunæ, & arsenio sublimato, & oleo albo Philosophorum.

Sulphuris dissolutio: Accipe mundati libram vnam albi amizadiri (sublimati) tantumdem aceti candidi sublimati, quod quinque partibus sulphuris sit æquale, in cæno ponatur, transmutando semper die tertio. Rasis. Habes ad longum in Aristotele de Perfectione, in capitulo Separationis sulphuris. Amizadiri parte vnam, spumæ marinæ partes tres, duas salis armoniaci partem vnam, tere, cribra, in cucurbita reponere, adiecto viuo argento quod satis est: deinde quoque leue & spaciosum adhibito incendiū: quum candida manauerit aqua, ipsam operi, necessariam serua: inhumatio semper necessaria: tænum quoque ad quatuor dies transmutandum, donec quod queris ad oculum deprehendas. Sed puro istud. Rasis dixisse corporis dissolutionem faciendam pro maiori opere: ergo nota.

Mercurius secundò vel tertio distillatus ab alumine iamenti vel roche soluitur per se ipsum super marmor in loco rotido vel humido: & melius credo si cum crudo ponetur.

Quomodo rubificantur spiritus in aquam rubeam.

Nunc videndum est qualiter rubificantur spiritus. Recipe ergo aquam rubeam atramenti distillatam, & cum ipsa imbibe spiritus (fixos) quos volueris rubificare, septies terendo, imbibendo, assando, & tunc pone ad soluendum super lapidem, & soluetur in rubicundissimam aquam.

Additio. Aqua rubea non debet distillari per distillatorium, nisi sit illa cuius color est fixus super ignem, alias distillaretur alba.

Quomodo aqua distillaretur duplici modo.

Distillatio sic fit: Pone aquam quam volueris distillare in vas distillationis, & pone vas in cineres, vt supra, & distilla, & hoc fit caliditate & sinceritate. Si autem vis caliditate & humiditate distillare, pone aquam in vas, in quo cineres prius fuerint, sine in caldarium super furnum distillationis, & in ipsam aquam pone fœnum, & desuper vitrum, & firma ne declinet ad aliquam partem, sed stet directè. Et summo perè precauca, ne vnquam frigidum vitrum ponas in aquam calidam, vel e contra: alioquin frangeretur, & amitteres laborem tuum. Et nota, quòd quando vas vis excipere, debes permittere infrigidari cum aqua, facta distillatione. Hoc autem caueas in distillatione, ne aqua bulliat in distillatione. Et per hanc doctrinam distillationis omnes aquas referua: hoc totum referua quod sequens doctrina & forma ostendit. *Additio. Aqua corporum*: Recipe calcem Solis aut Lunæ, & salis armoniaci sublimati ana, & insimul conterere super lapidem: deinde sublimetur à calce corporum sal armoniacus, & reitera septies, conterendo & sublimando: tunc pone super lapidem ad soluendum. Aliqui tamen antequam subliment imbibunt materiam, & conterunt cum aqua boracis dissoluti: & hoc faciunt septies. *Ad corpora soluendum in aquam*: Corpora calcinata tere cum ana salis armoniaci & calcis corticum ouorum: tunc pone in phiala vitri ad lentum ignem, donec totum sit vna massa: infrigida, & frange phialam, deinde pulueriza, & pone puluerem in loco dissolutionis. Sic etiam possunt spiritus sublimati in aquam resolui super marmor, vel in fumo eum sepe renouando. Si verò vis reducere in sua corpora, congela ad lentum ignem, & funde cum acetum acidissimum soluitur in aquam rubeam.

Ad oleum distillandum.

Distillatio quæ fit per descensum cannæ talis est: Sume fictile vas formatum tali forma, & impone cineres, vel radices: vel ligna, vel lapides, ex quibus oleum vis distillare, & fac fossam in terra, & in ipsa vas pone subrus sculptum, & desuper vas cannæ, & claude bene ne respirent, & permittit desiccari: tunc obstrue vas desubrus cum terra: postea

postea fac superius ignem lentum per vnam horam, postea fortiore augendo ignem de hora in horam, donec dimidium diem compleueris, & permittit infrigidari, & aquam, & oleum distillatum referua.

Coagulatio omnium aquarum sic fit.

Coagulatio verò omnium aquarum sic fit ex caliditate & siccitate. Pone ergo aquam, quam desiccare volueris in vas vitreum, habens angustum collum, & pone in cineribus super ignem lentum, & coagulabitur infra sex horas in laminam albam vel rubeam.

Quomodo calcinantur Sol & Luna.

De calcinationibus omnium metallorum videndum est. Et primò de calcinatione Solis & Lunæ. Recipe ergo limaturas, cuius eorum volueris, & politas in aceto per nouem dies extrahe, & exiccatum tere in puluerem: postea affunde aquam armoniacam terendo & siccando sexies: & tunc pone super lapidem, vt docui ad soluendum, & distilla, & serua: & de hac aqua pone ad aquas puluerum. Hoc autem nota, quòd aquas Solis debes ponere ad rubeam aquam, & aquas Lunæ ad albam.

De Cucurbita.

Cucurbita est vas quod debet stare in aqua, vsque ad iuncturam firmatum in caldario, vt non moueatur: nec cucurbita debet tangere fundum, quia frangeretur, & cum aqua minuitur, infundas aliam scilicet calidam & non frigidam, quia vas frangeretur.

Quomodo calcinantur alia metalla.

Accipe laminas & calefac eas, postea linias cum aqua salis, quia sal corrodit omnem humiditatem corruptam, quæ est in corporibus, & pone ibi vas fictile formatum in hunc modum: & imple laminis, & pone in fumo calcinationis super tripodem, & suppone carbones, & fac ignem fortem, & sit furnus clausus: & cum rubescunt, tunc extingatur, ita tamen ne fluant: & in tali calore permittit stare, quousque per ignem destruantur: manè extrahe, & quod calcinarum est abraide & serua, & quod remanserit, iterum linias cum aqua salis, faciendo donec calcinatum sit. Additiones. Calcinatio Solis & Lunæ fit per amalgamationem cuiusuis, cum partibus mercurij & salis communis ana, ponendo super ignem lentum continè mouendo, quousque mercurius euolarit: deinde laua cum aqua tepida, & per filtrum distilla, & inuenies corpus tuum in calcem redactum. Calcinatio alia Solis & Lunæ, & aliorum corporum habetur in Arist. de Perfect. magist. Item calcinatio Solis & Lunæ duplex habetur in libro fratris Rogerij Bacon, qui intitularur, de Modo componendæ medicinam per æqua-

D. Alb. Mag. lib. de Alchimia,

tionem elementorum, in capitulo de Calcinatione corporum, vbi etiam ponit calcinationes aliorum corporum.

Calcinatio auri: Funde ipsum, & fac inde laminas tenues, & imple crucibulum ferreum, & cooperi, & dimitte fundere cum sale communi, vel armoniaco, aliquantulum preparato, & aceto mali granati, quia per acuitatem salium & aceti teritur in puluerem: deinde pone in furto panis per diem & noctem, & extrahe calcem rubeam citrinam, cui non est par.

Calcinatio argenti: Funde ipsum, & facias inde laminas, & imple crucibulum ferreum, tum pone in crucibulo salem communem tritum aliquantulum, preparatum, donec sit plenum: cooperi & funde, quia citò funditur beneficio salis: postea tere, quia etiam bene teritur per salem, & pone in furto panis per diem & noctem vnam, & extrahe calcem Lunæ, cui non est par.

Calcinatio plumbi: Plumbum funde, & extingue in aqua salis communis, & aceto acerrimo albo, ita quòd sal sit aliquantulum preparatus & solutus: postea extingue in hac aquam quadraginta vicibus plumbum fufum, deinde pone (tritum) in ollam oppilaram, crudam, argillatam: sicca in furto panis per diem & noctem: mane extrahe calcem niuel coloris ponderosam vt sal.

Calcinatio stanni: Funde & extingue decem vicibus in aqua salis communis soluti in aceto acerrimo albo, misto cum duabus vnciis mellis apum, deinde tere & pone in ollam in furto panis per diem & noctem: extrahe calcem louis.

Calcinatio ferri: Tere & imbibe de aqua salis communis & aceto sorbarum, & mali granati, in quo soluat sal, & sicca decem vicibus in cinere: post nate cum trituratione forti aqua desuper ad mensuram quinque digitorum, & pone sub fimo decem diebus, & soluetur: postea congela aquam per diem vnam, & erit tincta, deinde tere & pone in furto panis per diem & noctem vnam, & habebis calcem rubeam sicut sanguis: & est calx Solis, quæ dicitur Crocus ferri.

Calcinatio æris: Fac æris laminas, suspende in aceto forti cum tinaculis in olla posita in fimo decem diebus, extrahe & rade quod inuenies, & hoc fac, donec finiatur lamina: deinde abluere cum aceto, & frica suauiter, & quando videris aquam aceti optime viridem, cola per pannum, & facem proice, quæ est eius consuetudo: deinde dimitte residere & cola, & accipe subtilitatem viridis æris. Calcinatio argenti viui ponitur in capitulo Sublimationis.

Quomodo laminas Venere calcinabunt.

Laminas Venere incide ad latitudinem Ldenariorum, & linias cum aqua salis, & pone vnnum ordinem ad fundum crucibuli, sed prius inuoluas, & reuoluas ex vtraque parte cum arsenico preparato cum aceto: ita pone stratum super stratum, donec vas impleatur, & claude cum argilla ne respiret, & permittit

permittere desiccari, & tunc in furno calcinationis pone, & ibi bene per quatuor horas stet, ita ut totum vasculum bene rubescat: caue tamen ne Venus per nimium calorem fundatur & liquefcat, quod sæpius contingit. Postea permittit refrigerari, & excipe, & inuenies totam destructam: ita quod bene teretur in mortario, vel lapide. Tere ergo puluerem, & referua, residuum verò quod non est calcinatum, iterum illinias, & melius calcina. Additio. Ablutio æris rubei est, ut elletur cum medietate sui de auripigmento, deinde abluatur donec fiat purum, & fac ipsum descendere donec descendat ita album ut argentum: & mole, & utere eo: si non ita fuerit, tere ipsum & lana, & fac ipsum descendere donec sic perueniat.

*Quomodo calx corporum reducitur in
massam. Require etiam in libro
Formacum Geberii.*

Reductio verò calcis corporum in solidam massam sic fit: Recipe calcem cuiuscunque metalli volueris, & tere optimè super lapidem, postea laua cum aqua calida bis vel ter, & turbulenti eice: cum aqua pura descenderit, tunc satis est: tunc delicatam optimè tere, & appone aquam aluminis iameni mistam cum aqua salis communis, & tere fortiter, & imbebe cum aqua illa totiens imbibendo & desiccando, donec fiat calx viua & alba: (& hoc ad album) & ita remoueantur omnia sulphurea accidentia ab ipsa, quæ contraxit in terra: postea tere semel cum aqua alkali, & cum desiccata sit, pone in vasculum, scilicet crucibulum, & claude bene cum argilla, & fac foramen paruum in vna parte, ut exeat massa quando fusa est: & pone in furnum, & sufflando da ignem vehementem, ut cito fundatur: & cum fusa fuerit, aperit foramen, & effunde materiam in canale ferreum, vbi sit sepum infusum, & videbis massam albam, & gaudebis. Et hæc massa potest recipere tincturam albam vel rubeam, quia mundata est ab omni corruptione. Si autem ad rubeum laborare volueris, imbebe calces metallorum cum aqua rubea ex flore æris, siue ex atramento, siue minio facta, & fac per omnia ut supra dictum est: vltimò cum aqua alkali, & effunde sicut docuit: & erit massa rubea, & gaudebis. Additio. Aliqui dissolunt nitrum & alumen in aceto, & cum illo lauant nigredinem calcis. Alij reducunt Venerem sic: Recipe saleem alkali, & saleem nitri, & dissolue in vrina puerorum, & cum hoc impasta calcem Veneris, & pone ad ignem lentum, donec sit aliquantulum siccum: postea fortifica ignem, donec sit redactum: deinde ignias, & in oleo communi extingue quatuor vicibus, & habebis Venerem similem Lunæ, aut saleem fixam. Calx autem Veneris fit emetando cum sale communi, donec teri possit & lauari.

Hic incipit primò operari.

Recipe ergo in nomine Dei pij vnam partem mercurij albi, & secundam partem sulphuris, & tertiam partem arsenici: hæc omnia misce simul, & appone dimidiam partem aquæ argenti, & pone in vas vitreum, & calefac ipsum superius cum ferro candenti, donec vitrum liquefcat & congluetur: tunc pone in cineribus super ignem, & congela: quum autem congelatum fuerit, erit tinctura fixa ingrediens per mistam coagulationem conjunctura, adunatiua, perseveratiua. Pone ergo de hac tinctura vnam partem super centum partes ferri vel cupri purgati, & erit semper bonum sine dubio, in omni malleatione & examinatione, & durabit in æternum. Additio. Nota hoc, quod tinctura debet dissolui & admisceri corpori calcinato, & in aquam conuerso: & dum aqua miscetur aquæ, nunquam abinueniunt separantur, quemadmodum modicum vinum rubeum multam tingit aquam. Vidi alios tractatus, vbi hoc caput non erat, sed sequens solummodò.

*Qualiter ex supradictis omnibus perficitur
Sol & Luna.*

Recipe vnam partem mercurij sublimati & fixi, aliam arsenici fixi, & tertiam partem calcis Lunæ, quæ super lapidem bene tritura, & imbebe cum aqua salis armoniaci, & hoc ter vel quater terendo, imbibendo, assando, ut supra: & pone similiter ad solendum, & quod soluitur referua: & quando non est solutum, tere melius, & appone modicum salis armoniaci, & ita soluitur totum. Quum autem totum solutum fuerit, pone ad distillandum, & distillabitur totum, sicut docuit, in aquam calidam. Caue tamen ne in cineres ponas ad distillandum, quia induraretur pro maiori parte, & iterum oporteret te solvere ut prius. Cum autem tota sit distillata, pone in cucurbitam vitream, & coagula, & erit substantia alba, dura & perspicua in modum crystalli liquefscens super ignem ut cera, ingrediens & permanens. Pone ergo de ipso vnam partem super centum partes cuiuslibet metalli purgati & calcinati, & erit bonum in omni tempore. Consulo autem ne tingas cum illo aliquod metallum non purgatum, quia tinctura euanesceret post duas vel tres examinationes.

Additiones. In libro Aristot. de Perfecto magisterio dicitur: Sublimati mercurij & calcinati, quod puto idem esse quod fixi: quia calcinari non potest, quin primò sit fixum: & nisi esset calcinatum, non posset solui. Circa finem aliqui dicunt debere apponi aliquod oleum album Philosophorum ad incrandam illam medicinam. Si spiritus fixus non possit ingredi, adde de suo simili non fixo, & dissolue, & congela, & intrabit, &c. Sic etiam corpus calcinatum non possit reduci in corpus, adde de suo simili fundendo cum illo, & sic reducetur. Quum Philosophorum diuide in quatuor

quatuor partes, quarum quælibet habet vnam naturam, deinde compone ipsum æqualiter proportionaliterque, ita quod non sit in eo diuisio nec repugnantia, & habebis propositum Domino concedente. Ille modus est vniuersalis: sed ego diuidam tibi illud in operationes speciales: diuiditur itaque in quatuor: & duobus modis fit bene & sine corruptione. Quando ergo habueris aquam ex aère, & aèrem ex igne, & ignem ex terra tunc ha-

bebis. Dispone ergo substantiam aèream per discretionem, & dispone substantiam terream per humiditatem & caliditatem, donec conueniant & coniungantur, & non discerpent, nec diuidantur: & tunc adiungas ei duas virtutes operatiuas, scilicet aquam & ignem, & tunc complebitur opus: quod si permiscueris aquam solam, fiet Luna: si coniuixeris ignem, rubefaciet, Domino concedente.

SCRIPTVM SVPER Arborem Aristotelis.

Hæc est figura cœli, quæ sphaera cœli nuncupatur: quæ quidem sphaera continet in se octo nobilissimas figuras, scilicet figuram primam, quæ primus circulus appellatur, & est circulus deitatis, quia continet in se verba diuinitatis. Secunda figura continet in se septenarium numerum planetarum. Tertia figura, corruptibilia & generabilia in se continet quatuor elementa. Quarta figura Draconem seuissimum continet emanantem à prædicto septenario numero planetarum. Quinta figura caput & mortem ipsius Draconis continet euidenter. Sexta figura quæ tangit arborem, sex facies continet, & duo animalia, videlicet ciconias. Septima figura quæ tangit arborem cum planetis, vbi sunt literæ albae, sextus circulus nominatur. Octaua figura ad instar fulgoris Solis arborem auream cum eis radicibus in se continet radiantem. Harum figurarum primæ figuræ, videlicet circuli diuinitatis, expositio hæc est, quod ideo tali nomine appellamus: quia diuinitatis nomina, id est sacre pagine instituta, & iura legalia & naturalia, quæ à Deo infallibiliter creduntur emanasse, sunt ibidem circumscripta. Secundæ figuræ videlicet Saturni & aliorum planetarum explanatio, hæc est: Nam Saturnus sua frigiditate & siccitate format Draconem. Iupiter verò præstat Draconi suam caliditatem digerendo ipsum in quandam substantiam lutosam apparentem, quæ est plena caliditate & igneitate: & ideo non adheret tangenti. Mars verò sua caliditate & siccitate diuidit ipsum Draconem, & facit ipsum transcurrere per cœlum. Sol verò colligit ipsum, & facit ipsum aliquantulum viuere, quia ipse est pater creaturarum, & Draco prædictus diligit ipsum propter suam caliditatem, ac tincturam, & suauissimum odorem, qui redolet in eo. Venus verò sua caliditate & siccitate congregata, disungit hinc inde membra Draconis transmittendo punctationibus multis per omnes iuncturas eum pungendo, & ipsum Draconem quasi mortuum dimittendo. Mercurius verò & Luna eorum humiditates super ipsum infundentes, viuificant ipsum, quia faciunt ipsum viuere, currere, ambulare, & sibi colorem mutare in speciem sanguinis. Et in principio nigrum ap-

paret, & in medio declinans ad albedinem, & in fine rubicunditas est declinans in colorem capitis sui. Tertiæ figuræ quatuor elementorum corruptibilia & generabilia declaratio hæc est: quod ideo ipsa corruptibilia & generabilia nominantur: quia semper corrumpuntur & generantur, & quia alterantur ad inuicem propter caliditatem & siccitatem, frigiditatem & humiditatem. Et ideo ars & artifex materiam istorum elementorum disponit, ea diuidendo, & ad inuicem coniungendo, remouet ea ab eorum mortifera natura, & tunc murata est qualitas eorum: quia calidum & humidum est nutritiuum, propter caliditatem & humiditatem, quæ in eo est. Frigidum & siccum quæ in eo erant, & frigidum, & humidum, siccibundorum est refrigeratiuum, & infirmorum curatiuum: quia aperit oculos eorum, & aures surdorum, & mundat leprosos, & extendit nervos, & venas aperit, & mortuos esurgere facit. Quarta figura est Draconis emanantis à prædictis septem planetis, quia ipse procedit per subtilissimas influentias decurrentes in elementa: & deinde in cœlis sua materia sparsa in nubibus habet suum ergastulum: deinde cum aqua pluuiali, & grandinibus iterum descendit in terram, conglutinat se cum ea, facitque sibi nouam pelliculam. Et sic incipit serpere in cauernis terræ, & semper tendit ad ima si aliquid cum non impeditur, vaditque vsque ad aquas marinas: exinde egreditur, si nullum sibi impedimentum fuerit occursum, quousque ipse videat polum secundum: & exinde remouetur & reuertitur ad primum. Sic nunquam desistit ambulare, quia odit lucem, & semper querit se abscondere à radiis Solis, & propterea venenosus est, & non potest homo ipsum interficere sine maiori veneno. Quintam figuram nominamus de capite eius, & de morte ipsius Draconis. Caput eius viuere in æternum: & ideo caput denominatur vita gloriosa, & angeli seruiunt ei. Et hanc imaginem posuit Deus in paradiso deliciarum, & in ea posuit suam imaginem & similitudinem, & ibi Draco pugnavit cum imagine Dei, quousque fecit eam incidere in mortem: & ideo Deus dedit tantam potentiam isti imagini, ut ipsa possit interficere ipsum supradictum Draconem: & ideo talis imago fuit inserta serpenti, & est caput eius, qui

quia totum corpus sequitur caput, & ipsum caput odit corpus, & interficit ipsum accipiendo à cauda cum dentic. ipsum corrodere, quousque totum corpus intret in caput, & in eo permanet sempiternè. Sexta figura continet sex facies & duas ciconias cum proprietatibus suis ibi apparentibus: quarum prima facies quæ permanet in sublimibus, colorem optimum ostenditur habere: secunda quæ in aquis natat, diminutionem naturæ à prima declinat. Tertia quæ in antro, carbonis similitudinem habens, malam digestionem significat cum superflua humiditate, & pessima feculentia quæ in ea est. Et ideo manu artificis oportet eam lauare cum elemento aquæ in ventre ciconiarum igne supposito, donec aer in ore & in capite ciconiarum ascendat, & per rostrum faciat eum euomere, quousque caput nigrum æthiopsis portans similitudinem, fuerit bene lautum, & inceperit albescere: & tandiu hoc faciat, quousque rubicunditas suprema appareat. Septima figura, quæ sextus circulus nuncupatur, quidquid circulus tangit arbotem cum figuris septem planetarum, ubi sunt literæ albæ, melius est tacere quàm loqui insipientibus de ea: quia in ea manet illud arcanum preciosissimum, thesaurus omnium Philosophorum sapientum. In ea est transmutatio omnium corruptibilium & generabilium omnium lapidum preciosorum. Ibi sunt thesauri absconditi innumerabiles, & nemo scit nisi cui Deus voluerit reuelare. Ibi inuenitur lapis duello, onychinus, carbunculus, toparius, amethystus, & beryllus, & pan-

thera: & est quoddam cælum vitreum simile crystallo, ductile sicut aurum. Et ideo Reges terræ portant ipsum in capitibus suis sapientes mulieres abscondunt illud: virgines factæ publicè portant illud, quia depreçdari desiderant. Pontifices & sacerdotes religiosi, & moniales lacerant ipsum, quia sic fuit eis imperarum à lege diuina. Mercatores terræ & agricolatores cum eo diuites facti sunt: & nauis portant illum ab Oriente vsque in Occidentem: & in Insulis quæ sunt in Meridie magis viget. Octaua figura quam supra nominauimus, arborem auream est continens cum septem ramis & radicibus apparentibus: quam quidem arborem figuram Solis nuncupamus, quia Reges gloriosi tenent illam, & pugnant propter eam, & multi afficiuntur morte. Et ideo ille magnus Alexander Imperator Philippi Macedonum Imperatoris filius in itineribus suis inuenit eam in vltimis regionibus, & ibi inuenit sepulchrum Hermetis patris omnium Philosophorum, plenum omnibus thesauris non metallicis, sed literis aureis scriptis in tabula Zaradi, quæ quidem scriptura continetur in vltimis libris, quos Galenus composuit, & inuenit quandam arborem sitam ab extra intus tenentem viriditatem gloriosam: super eam ciconia pulcherrima ibi sedebat, quasi se appellans circulum Lunarem: & ibi ipse ædificauit sedes aureas, & posuit terminum itineribus suis idoneum. Faciamus finem in nostra figura cæli. Sciat lector, quoddam talis figura magis est in existentia, quàm in apparentia.

FINIS.

